Digitized by Google

Plem. vol. II

COLLECTIO

LATINORVM SCRIPTORVM

CVM NOTIS.

TAVRINI

MDCCCXXXI

PER IOSEPHVM POMBA.

Digitized by Google

BIBL. NAZ
Vitt. Emanuele III
Racc.
de Marinis
C
29
NAPOLI

Bacc. de Manuis C. 29

C. PLINII SECVNDI

HISTORIA NATVRALIS

Digitized by Google

CAII
PLINII SECVNDI
HISTORIA NATVRALIS

EX RECENSIONE I. HARDVINI

ET

RECENTIORVM ADNOTATIONIBVS

TOMVS SECVNDVS.

AVGVSTAE TAVRINORVM
EX TYPIS IOSEPHI POMBA
ANNO MDCCCXXXI.

Digitized by Google

PARS SECVNDA

CONTINENS GEOGRAPHIAM

CVRANTE F. ANSART

PRAEMONITIO AD LECTOREM.

Non te, lector optime, multis hic moratum volo; sed quum Pliuii quatuor de Geographia libros in duabus huius secundi voluminis partibus sis habiturus, specialem laboris mei rationem tibi reddere non duxi supervacuum.

Tribus quatuorve tantum locis Harduini textum immutandum censui, optimis codicibus ad id inductus; nonnullas etiam typographi, quae Harduinum fugerant, mendas expunxi. Quod autem ad commentarium attinet, facile intelliges, lector humanissime, quam multa in eo immutanda siguarentur operibus innumeris, quae ab Harduini aetate ad nostram de veteri Geographia in lucem prolata sunt. Hanc igitur notarum eius partem servans, ut plurimum, qua veterum scriptorum testimoniis Plinii auctoritatem confirmare, aut sensum explauare nititur, partem reliquam, qua in nummis explicandis litera quaque abutitur, aut qua male praesentia refert locorum veterum nomina, saepe ex integro reficiendam iudicavi, probatissimorum recentium Geographorum usus auxilio. Quorum quidem, ut labori huic meo illam qua indiget fidem adhibere non recuses, nomina hic habere te volo, quidquid auctoritatis meo desit, in eis inventurum. Solitum ducem habui d'Anville, veteris apud nos Geographiae, ut aiunt, patrem, atque cum eo Mannertum, cuius immensum opus, cui titulus est *Geographie der Griechen und Römer*, quasi thesaurus esse videtur, in quo omnia quae ad antiquam Geographiam pertinent coogesta fortasse potius quam digesta non diffitebor. Multorum praeterea eruditorum virorum nomina occurrent tibi in notis. Quos inter, nominare hic mihi paucos liceat, quorum non opera tantum, sed etiam consilia mihi non defuerunt: celeberrimum Gossellin, cuius peritae manus orbem, ut ita dicam, antiquum magna ex parte restituerunt; eruditum Barbié du Bocage, qui non totus geographicae scientiae et amicis praereptus, superstes quodam modo sibi vivit in filio non semel de me ad hoc conficiendum opus optime merito; doctum viatorem Pouqueville, qui tot loca in ea saltem Graeciae parte, Epirum dico,

cuius accuratiorem descriptionem desiderari tempore suo fatebatur d' Anville, sagaci animo et indefessis laboribus recognovit primus; clarum Lapie, cuius diligentia nuper in lucem prodiit magnifica illa Graeciae mappa, qua tam multis geographicis operibus suis quasi cumulum imposuit. Neque, quum manibus omnium versentur tot peritissimorum virorum opera, mirum est si mappas, quas ego huic operi aptare primum animo destinaveram, mox ut supervacaneum simul ac temerarium opus aggredi supersederim.

Hi, lector optime, fuerunt duces mei, immo nonnunquam et adiutores. Non tamen nullum invenies locum, praesertim in prioribus libris duobus, quo coniecturas meas, omnibus deficientibus auxiliis, ipse proponere ausus fuerim, ea tamen, ut spero, modestia, quae, si me errare iudicaveris, veniam a te, lector benevole, impetrandi spem mihi facit. Quam ne defrandes precor, tum in hoc, tum si quid aliud reprehendendum offenderis in opere isto, quod totam viri me doctioris vitam facile consumpsisset, et quod tamen intra triennium confeci, non semel etiam infirma valetudine distractus a laboribus. Inter Excursus nonnullos, quibus horum quatuor librorum loca quaedam illustrari potuerant, duos tantum selegi, *de mensibus Aegyptiis*, et *de Paradisi terrestris situ* tractantes, ne volumen hoc secundum, quod iam in partes geminas resolvere coacti sumus, (1) nimiis disquisitionibus, neque ita necessariis oneratum ultra terminos excresceret. Vale, iterumque vale.

F. ANSART.

(1) Nos unum tantum volumen conficiemus, mole fortassis paulo maiori, quam caetera.

C. PLINII SECVNDI
NATVRALIS HISTORIAE

LIBER III.

Prooemium. — Hactenus de situ, et miraculis terrae, aquarumque, et siderum, ac ratione universitatis, atque mensura. Nunc de partibus: quanquam infinitum id quoque existimatur, nec temere sine aliqua reprehensione tractatum; haud ullo in genere venia iustiore, si modo minime mirum est hominem genitum non omnia humana novisse. Quapropter auctorem nemi- 2
nem unum sequar; sed ut quemque verissimum in quaque parte arbitrabor: quoniam commune ferme omnibus fuit, ut eos quisque diligentissime situs dice-

Vniversitatis. Hanc rerum universitatem saepius cicero de Nat. Deor. lib. I, 43, et lib. II, 65, variis explicat modis; nec Democrito favet censenti, *imagines divinitate praeditas inesse universitati rerum; vel principia mentis quae sunt in eodem universo Deos esse; vel ingentes quasdam imagines, tantasque ut universum mundum complectantur extrinsecus.* Ed. P.

Nec temere sine aliqua repreh. tractatum. Si cum vetere apud Dal. codice legas *tractandum*, patet sensus τοῦ *temere*; id est, inconsulte: qui non ita expeditus est, si in vulgata et vera, ut videtur, lectione *tractatum* acquiescas. Ego intelligerem, *vulgo* (*en général*), *fere semper*. Sic lib. XI, 24: *Ictus eorum* (*crabronum*) *haud temere sine febri est*; et XVI, 30: *Non temere in montibus visae sunt prunus.* Quintil. Instit. Or. I, 3, § 3: *Illud ingeniorum velut praecox genus, non temere unquam pervenit ad frugem*, ubi quidam *facile* intelligunt, quod et hic l. non absonum foret. Ed. P.

ret, in quibus ipse prodebat: ideo nec culpabo, aut coarguam quemquam. Locorum nuda nomina, et quanta dabitur brevitate ponentur, claritate causisque dilatis in suas partes: nunc enim sermo de toto est.
3 Quare sic accipi velim, ut si vidua fama sua nomina, qualia fuere primordio ante res ullas gestas, nuncupentur; et sit quaedam in his nomenclatura quidem, sed mundi rerumque naturae.
4 Terrarum orbis universus in tres dividitur partes, Europam, Asiam, Africam. Origo ab occasu solis et Gaditano freto, qua irrumpens Oceanus Atlanticus in maria interiora diffunditur. Hinc intranti dextra Africa est, laeva Europa: inter has Asia est. Termini amnes Tanais et Nilus. Quindecim M. pass. in longitudinem,

Claritate causisque. Causis quibus quisque locus inclaruerit. Sic intelligenda mihi videntur haec verba, quamvis aliter aliis. Sententiam meam confirmant, ut puto, sequentia verba: *Vidua fama sua nomina, qualia fuere primordio ante res ullas gestas;* in quae Hard. *Oppidorum*, inquit Plinius, *ita nunc audienda sunt nomina, tanquam quum primum fuere condita, ut obscura scilicet ingloriaque citentur.* Ed. P.

Origo. Pomponius Mela, lib. 1, c. 4 operis de Situ Orbis: *Nunc exactius*, inquit, *oras situsque dicturo, inde est commodissimum incipere, unde terras nostrum pelagus ingreditur*, etc. Harn.

Gaditano freto. Nunc Hispania *Estrecho de Gibraltar*; quod nomen accepit a monte quondam *Calpe*, hodie *Gibraltar* dicto ex arabicis vocabulis *Gebel al Tarik*, quae *montem Tarik* significant: inditum autem fuisse dicitur monti nomen, quod ad eum castra posuit Maurorum dux *Tarik*, postquam in Hispaniam traiecisset. — Ad haec autem sequentiaque, duarum Hispaniarum mappam adhibeas, lector humanissime, quam in secundo vol. p. 529 nostri Caesaris collocavit Cl. Barbié du Bocage summa diligentia elaboratam. Ed. P.

Hinc intranti. Poinsinet de Sivry *huic intranti* forsan haud immerito legendum putat. Ed. P.

Inter has Asia. Verius hoc antiquis occidentalem tantum Asiae partem, quam nobis universam Asiam noscentibus. Ed. P.

Termini amnes Tanais et Nilus. Veteribus Tanais et Nilus Asiam ab Europa et Africa disterminabant: minus autem recte interno mari termini adscriberentur haec flumina, quum Pontus Euxinus XXXV leucis et amplius orientem versus porrectior sit quam Tanaia fluvii ostia, et internum mare proprie dictum LXXV leucis quam Pelusiacum Nili ostium. Ed. P.

Quindecim M. pass. in longitudinem.

quas diximus, fauces Oceani patent, quinque M. in latitudinem, a vico Mellaria Hispaniae ad promontorium Africae Album, auctore Turranio Gracili iuxta

Vitiosae sunt omnes illae freti mensurae, ut id modo demonstrabimus; nisi tamen incipere dicatur fretum in Europa, iuxta eum locum ubi hodie est *Tarifa*, quod XVI M. pass. a Calpe, hodie *Gibraltar*, distat; et in Africa, a promontorio Albo, hodie *Punta del Sainar*, quod XV M. pass. ab Abila, hodie *Ceuta*, distat. Hanc autem Plinio fuisse opinionem declarant haec verba lib. V, cap. 1: *Abest (Tingi) a Belone, oppido Baeticae, proximo traiectu XXX M. pass.* quae distantia haud multum a vero aberrat; maximam autem freti latitudinem X tantum M. pass. ut modo videbimus, Plinius facit; Belonem ergo et Tingi in freto positas fuisse non suspicatur. A Innonis autem promontorio, hodie *Cabo Trafalgar*, ex quo fretum revera incipere manifestum est, distat Calpe circiter XLII M. pass. et ab *Ampelusia prom.* hodie *Cabo Spartel*, XXVIII M. pass. distat Abila. Ed. P.

Quas diximus. Plane modo, his verbis supra: *Gaditano freto*, etc.

Quinque M. in latitudinem .... ubi minus VII M. pass. ubi vero plurimum X M. Haec paulum a vero distare existimat vir alioquin eruditissimus d'Anville, qui in mappa sua freti latitudinem vix V M. pass. facit: nos autem diligenter inspectis probatissimis tum hispanis, tum gallicis freti mappis, quas inter Ineliti Hispani viri D. Vincenti Tofino mappas, anno 1786 maxima cura perfectas expressasque, et eam cui titulus: *Carte du détroit de Gibraltar d'après les plans levés en 1786 par D. Vincent Tofino, publié par ordre du Ministre de la Marine*, en 1804; nusquam arctiori quam X M. pass. intervallo Africum ab Hispanico littore disiungi reperimus, scilicet: inter promontoria, quae in Hispania *Punta Gualmesi*, in Africa *Punta de Cires* vocantur, X M. pass. + 200 hexap. Inter *Tarifa*, et proximum Africae promontorium, veteribus, ut puto, Album, Hispanis *Punta del Sainar* vocatum, paene XII M. pass. tandem inter Calpen et Abilam XV M. pass. Hic ergo, aut errare Nostrum, aut in numeris corruptum fuisse necesse est. Restitueretur etiam locus, si pro *latitudinis tradiderunt*, *latitudini addiderunt* legeretur, quod tamen minime reponendum reor. Ed. P.

Vico Mellaria. Vicus ille, quem hic Noster iuxta fretum ponit, quemque, cap. 3, ante fretum nominat, in ipso freti aditu, XVI M. pass. a Calpe, ut nota 9 diximus, requirendus est, ut mihi videtur, quo loco hodie est *Tarifa*, 100 stadiis a Belone, ortum solis versus, ut ait Marcian. Peripl. Mannertus tamen in probatissimo opere suo, ad quod saepius confugiemus, et cui titulus *Geographie der Griechen und Römer*, t. I, p. 301, illum hodie *Torre de la Pena* vocari vult, quae turris IV M. pass. ad occasum solis remotior est: minime autem probanda mihi videtur haec opinio, quum hic fretum iam multo latius sit, atque etiam non iam fretum, ex opinione Plinii, et XVII M. D. pass. a quolibet Africae littore distet *Torre de la Pena*, proximo intervallo. Ed. P.

Promontorium Africae Album. Idem

genito. T. Livius, ac Nepos Cornelius latitudinis tradiderunt, ubi minus, VII M. pass. ubi vero plurimum, X M. Tam modico ore tam immensa aequorum vastitas panditur. Nec profunda altitudo miraculum minuit. Frequentes quippe taeniae candicantis vadi carinas territant. Qua de causa Limen interni maris multi eum locum appellavere. Proximis autem faucibus utrinque impositi montes coërcent claustra: Abila Africae, Europae Calpe, laborum Herculis metae. Quam ob causam indigenae columnas eius Dei vocant, creduntque perfossas exclusa antea admisisse maria, et rerum naturae mutasse faciem.

fortasse quod nunc *Punta del Sainar* vocatur, ut superius diximus. Graviter hic errat Harduinus, qui idem promontorium a Nostro Ampelusiam vocitatum l. V, cap. 1, dicit. Si enim, ut testantur supra citata Nostri verba: *Tingi abest a Belone, oppido Baeticae, proximo traiectu XXX M. pass.* quo modo fieri posset ut promontorium Ampelusia, hodie *Cabo Spartel*, quod V M. pass. distat a Tingi, occidentem versus, V tantum M. pass. distaret a Mellaria, quae, ut diximus, auctore Marciano, 100 stadiis a Belone, orientem versus, dissita fuit. Eo. P.

Gracili, Dal. et Elz. *Gracoula*.

Vbi minus. Multa hic verba consumit Harduinus, ut probet cur vocabulum *minus* reponendum censuerit, admonitu codicum Reg. 1, 2, Colb. 1, 2, Paris. et Chifflet. pro *minimum*, quod Frobenius imprudenter, ut ait, obtruserat. Nos autem, quoniam hic errare Plinium, aut saltem corruptum esse locum demonstravimus, illumque nota 11 ex planare conati sumus, in istis non morabimur. Eo. P.

Frequentes. Adeo parum depressi fundi mare ibi esse significat, ut vadum ipsum saxosum appareat, ac per latitudinem freti, ab Europa in Africam instar taeniae fasciaeve candicantis porrigatur: ταινίαν ὕφαλον appellat Strabo, lib. I, pag. 49.

Proximis autem. Dalec. et Elz. *Proxima autem*. Ed. P. — Montes, inquit, utrinque impositi faucibus quae fretum urgent, sibique propinquant, claustra huiusceemodi continent. Pomponius Mela, l. II, c. 6: *Deinde angustissimum pelagus, et proxima inter se Europae atque Africae littora, montes efficiunt, ut initio diximus, columnae Herculis, Abila et Calpe.* Haro.

Metae. Chifll. *meta*. Ed. P.

Perfossas. Sic MSS. proxime laudati: rectius tamen fortassis cum Pintiano *perfossos* agnoveris, montes scilicet, non columnas. Capella hoc ipsum agens, loco citato, *montium praedictorum*, inquit, *effossis radi-*

Digitized by Google

Cap. I. Primum ergo de Europa, altrice victoris 1
omnium gentium populi, longeque terrarum pulcherrima, quam plerique merito non tertiam portionem fecere, verum aequam, in duas partes, ab amne Tanai ad Gaditanum fretum, universo orbe diviso. Oceanus 2
hoc, quod dictum est, spatio Atlanticum mare infundens, et avido meatu terras, quaecunque venientem expavere, demergens, resistentes quoque flexuoso littorum anfractu lambit, Europam vel maxime recessibus crebris excavans, sed in quatuor praecipuos sinus. Quorum primus a Calpe Hispaniae extimo, ut 3
dictum est, monte, Locros et Brutium usque promontorium immenso ambitu flectitur.

cibus evulsoque confinio. De re ipsa Pomponius, ut solet, pereleganti brevitate, l. I, c. 5: *Hunc Abilam*, inquit, *illum Calpen vocant: columnas Herculis utrumque. Addit fama nominis fabulam: Herculem ipsum iunctos olim perpetuo iugo diremisse colles, atque ita exclusum antea mole montium Oceanum, ad quae nunc inundat, admissum.* Seneca, Natur. quaest. l. VI, c. 29: *Sic et Hispanias a contextu Africae mare eripuit.* H. — Poinsinel de Sivry duplici vocabulo *per fossas* legere vult. Eo. P.

Aequam. Duabus scilicet caeteris partibus: ita ut Europa, cuius termini sunt Tanais et Gaditanum fretum, aequa sit reliquo orbis spatio extra fretum et Tanaim. Haec fuit Herodoti opinio, Melpomen. lib. IV, § 42, 45; mirum autem videri potest adoptatum a Nostro fuisse errorem illum iampridem a Polybio, Straboni citato, lib. II, pag. 107, nonnullisque aliis, qui ante Plinium terram descripserant, depulsum. De his vide auctorem in rebus geographicis eruditissimum Gossellin, *Rech. sur la géographie systématique et positive des anciens*, t. II, pag. 3, *Géogr. des Grecs analysée*, passim. Cf. etiam geographicum indicem nostrum; ibi ampliora et nomina recentiora invenies. Eo. P.

Hoc quod. Gaditano freto.

Atlanticum mare infundens. Scribit Dalec. *in Atlanticum mare se infundens*, quod absurdum est, minimeque a Nostro dici potuit. Corruptum tamen locum istum, aut saltem obscuriorem esse confitendum est. Eo. P.

Quorum primus. Is Ibericum mare, Sardoum, Gallicum, Ligusticum Tyrrhenumque complecitur.

Locros, etc. Pomponius quoque lib. II, cap. 4, prope Brutium promontorium Locros statuit: *Tertius sinus*, inquit, *inter promontoria Zephyrium et Brutium, Consilinum Caulonium, Locrosque, circumdat.* H. — Illud autem Brutium promontorium ab eo, quod Leucopetra, cap. 10 vocat, non discernere videtur Noster; attamen illud quod nunc *Capo del-*

1 II. In eo prima Hispania terrarum est, ulterior appellata, eadem Baetica. Mox a fine Vrgitano citerior, cademque Tarraconensis ad Pyrenaea iuga. Vlterior in duas, per longitudinem, provincias dividitur. Siquidem Baeticae latere septemtrionali praetenditur Lusitania, amne Ana discreta. Ortus hic Laminitano agro citerioris Hispaniae, et modo se in stagna fundens, modo in angustias resorbens, aut in totum cuniculis condens, et saepius nasci gaudens, in Atlan-
2 ticum Oceanum effunditur. Tarraconensis autem hinc affixa Pyrenaeo, totoque eius latere decurrens, et simul

l'Armi dicitur, Leucopetra, quod autem hodie *Capo Spartivento*, Brutium fuisse libentius credam. Diversum etiam ab utroque est Zephyrium prom. hodie *Capo di Bruzzano*, a quo Locri Epi-Zephyrii cognominati sunt. Ed. P.

Et. Haec vox in Chiffl. deest.

II. *Fine Vrgitano.* Seu potius *Vrcitano*, quum oppidum *Vrci* vocet Noster, cap. 4 huius lib. his verbis: *Oppida orae proxima*, *Vrci*, etc. Ptolem. lib. II, cap. 6, Οὔρκη; et Martianus, l. VI, c. de Hispania: *Ab Vrcitano fine, qua citerior meat, Tarraconensis dicitur.* Mela autem, lib. II, cap. 6: *Virgi, in sinu quem Virgitanum vocant.* Huius oppidi ruderа agnosci dicit d'Anville, non longe ab urbe *Vera*. Illud leucis circiter quatuor ab ea urbe ponendum putavi, ad ostium parvi fluminis hodie *Almanzor* dicti, et in Vrgitanum sinum influentis, quinque circiter leucis ab urbe Murgi, hodie *Muiacar*, sive *Moxacar*; haec autem Baeticae finis est, ut modo dicet Noster, illa Tarraconensis initium. Mannertus *Vrci* hodie vicum *Montroy* esse dicit, quod nomen in mappis nullis reperi. Ed. P.

Duas. Chiffl. *duas partes.* Ed. P.

Siquidem. Martianus, loc. cit.

Ana. Nunc *Guadiana* ex arabicis vocabulis *Wadi Ana*, hoc est, *flumen Anas.* Ἀνας Strabonl, lib. III, pag. 139. Ed. P.

Laminitano agro. Ab oppido quod Λαμίνιον vocat Ptolemaeus in Carpetanis, lib. II, c. 6. *Lamínium* in Tarraconensi Antoninus, qui id a capite fluminis Anae distare ait VII M. pass. Oppido nomen hodie esse *Montiel* dicit Harduin. Pinetus autem et d'Anville *Alhambra*, quod confirmat Mannertus. Exoritur autem Anas ex nonnullis stagnis, quibus hodie nomen est *Lago de Ruidera*, ac se ipse premit subinde angustioribus alveis, tandem L circiter M. pass. a fontibus, in totum, ut ait Noster, in cuniculis se condit, per XV circiter M. pass. iterumque ad lucem prodit, in magna sese stagna diffundens, quae ab incolis *Los ojos de Guadiana*, Anae oculi vocantur; ita saepius, ut ait Noster, nasci gaudens. Ed. P.

Hinc. Apud Dalecamp. et Elz. deest. Ed. P.

ad Gallicum Oceanum Iberico a mari transversa se pandens, Solorio monte, et Oretanis iugis, Carpetanisque, et Asturum, a Baetica atque Lusitania distinguitur.

III. Baetica, a flumine eam mediam secante cognominata, cunctas provinciarum diviti cultu, et quodam fertili ac peculiari nitore praecedit. Iuridici conven-

Ad Gallicum Oceanum. Qui hic etiam Aquitanicus vocatur, hodie *golfe de Bisoaye* vel *de Gascogne.* Ed. P.

Iberico a mari. Quod Noster, cap. 9, Hispanum quoque et Balearicum vocari ait, hodie *canal des Baléares*; orientalem Hispaniae oram alluit. Ed. P.

Transversa. Vet. apud Dalec. *transversim.* Item in Elz.

Solorio monte, et Oretanis iugis, Carpetanisque, et Asturum. Solorius mons, quem *Solurium* vocat Isidor. Orig. l. XIV, c. 80., altissimumque Hispaniae dicit, agnosci potest in iugis, quibus coniunguntur montes dicti *Sierra-Nevada*, qui revera altissimi Hispaniae perhibentur, cum eis qui *Sierra-Morena* vocantur. Haec inter iuga animadvertas *la Sierra de Ohanes*, *la Sierra Filabres*, *de Oria*, *de las Verticentes*, etc. Oretana autem iuga, non, ut plerique volunt, ea sunt quae hodie *Sierra de Alcaraz* vocantur, supra Baetis fontes posita: nam hoc pugnaret cum verbis istis, cap. 3: *Baeticae primum ab Ossigitania infusus*; sed forsan Marianorum montium, hodie *Sierra-Morena*, pars orientalis — Carpetana hodie *Monte de Toledo* vocantur: Asturum, *la Sierras de las Asturias.* — Pro Asturum, *Vettonum* reponit Sepulveda, lib. III, cap. 45, ad Pintianum, qui montes *Sierra de Francia*, haud procul ab urbe *Salamanca*, essent. Ed. P.

III. *Baetica.* Haec provincia Anaflumine a Lusitania discreta, Solorio monte et Oretanis iugis a Tarraconensi, illam omnem regionem amplectebatur, quae ab incolis dicitur hodie *Reyno de Sevilla*, *de Cordoba*, *de Jaën*, quae regna etiam Andalusia una nominantur: *Reyno de Granada*, pars maxima; *Provincia de Estremadura*, et *Provincia de la Mancha*, pars australis, citra Anam. Ed. P. — Vnde sit autem Andalusiae factum nomen, mihi fateor esse incompertum. A Vandalis enim, opinor, Vandalia diceretur. Orientales quibus ignoti sunt Vandali, inquit D. d'Herbelot, in Bibliotheca Orientali, pag. 114, fabulantur ab Andaluso Iapheti filio, Noë nepote, Andalusiam nomen accepisse. Haan.

Iuridici. Quo tempore Romani Hispanias tenuere, suos in illis Senatus Iudiciarios habebant, quos *Conventus Iuridicos* suo nomine appellabant. Huc finitimi, tanquam ad Coloniae metropolim, ius petituri, et de controversiis quae orirentur, disceptaturi conveniebant. Haan. — Conventus illos Hispani nunc appellant *Cancillerias*, vel *Audiencias.* Erant autem Gaditanus, *Cadix*; Cordubensis, *Cordôue*; Astigitanus, *Ecija*; Hispalensis, *Séville.* Brot.

tus ei quatuor, Gaditanus, Cordubensis, Astigitanus, Hispalensis. Oppida omnia numero CLXXV. In iis coloniae IX, municipia VIII, Latio antiquitus donata XXIX,

Astigitanus. Chiffl. *Asticianus*, sed perperam, quum oppidum Astigi vocetur. Ed. P.

Numero CLXXV. Sic Martianus, lib. VI, cap. de Hispania, p. 203, librique omnes.

In iis coloniae IX. Numeros ex fide eorumdem codicum restituimus: *Coloniae* IX et *foedere* III, quum prius octo tantum coloniae, foedere donata tantum oppida duo censerentur: id quod cum superiore summa oppidorum omnino CLXXV stare nequit. Porro de coloniarum caeterorumque iure haec accipe. Post diuturnum bellum Romani Latinos pro sociis et amicis sibi adscivere; dato iure, ut in bello romanis legionibus permixti militarent, et ibi magistratus officiaque gerere, et honores accipere communi iure possent: sed non Romae tamen petere magistratus, aut gerere iisdem licuit, ut apertissime Plinius docet, lib. VII, cap. 43; nec repugnat Asconius, de quo Sigonium vide, de antiq. iure Italiae, lib. I, cap. 4, p. 423. Atque id ius quidem, quia Latinis primum concessum, *ius Latii* appellatum. Post tamen et suffragii in Vrbe ferendi, creandique magistratus dari sibi ius postularunt, utque pro civibus romanis pari cum caeteris iure haberentur. Impertitum et illud deinde praerogativa quadam populis aliquot exteris, aegre tamen, vocatumque *ius civium romanorum.* Vetus vero ius ad discrimen huiusce novi, *ius antiquum Latii*, et Latium *antiquitus* dictum est; datumque idem ius longo post tempore universae Italiae; unde italicum ius dici coeptum. Quum cives, militesve alio deducerent, ut ea incolerent loca, *Coloniam* vocabant: *Municipium* vero, quum loci alicuius indigenis ius illud italicum, vel civium romanorum, de quo egimus, communicarent. Ampliabant autem Romani, adstringebantque arbitratu suo ius et immunitates eas, ut auctor est Tacitus, Annal. lib. XI. Quin ipse Plin. coloniis quibusdam ius Italiae tantum concessum, aliis solam immunitatem a tributis innuit, cap. huius libri tertio. Municipia suis vivebant legibus et institutis: Coloniae romanis. Suis quoque oppida libertate donata: sed neque italico, neque civium romanorum iure gaudebant, quorum alterutro municipia fruebantur: ea vero *libera oppida*, et *liberae conditionis* vocabantur. Foederata erant, quibuscum populus romanus foedus inierat, quorum cives se foederatos, socios, fratres populi romani cognominabant, ut de Arvernis Galliae populis, Heduisque dicemus, l. IV, cap. 32 et 33. Denique stipendiaria erant, quae vectigal penderent, seu tributo solvendo obnoxia forent. Hard. — Vid. etiam in nostra Taciti editione, tom. IV, pag. 473, in excursibus Variorum ad lib. Annal. XI, quid de iure Latii, civitateque romana, iure Quiritium, iure Italico, coloniis, municipiis, populis liberis, foederatis, immunibus, stipendiariis dicat Broterius. Ed. P.

Latio. Lege *Latio* iure, ut infra cap. 3. Dalec.

libertate VI, foedere III, stipendiaria CXX. Ex his digna memoratu, aut Latiali sermone dictu facilia, a flumine Ana, littore Oceani, oppidum Onoba Aestuaria cognominatum: interfluentes, Luxia et Vrium. Arenae montes: Baetis fluvius: littus Corense inflexo sinu;

CXX. Dalec. *CCX.* Ed. P.

Onoba Aestuaria. MSS. Reg. et Colb. ac Paris. *Ossonoba Aestuaria.* Parm. edit. *Ossonoba Asturiae.* Hermolaus, *Ossonoba Lusturia*, quoniam inter amnes Luxiam et Vrium sita est. Ptolemaeus, lib. II, cap. 4, Ονοβαλιστουρία, Nos Ονοβαν Αἰστουρίαν, hoc est, Aestuariam, ab Aestuariis etiam nunc eo loci frequentibus, malnimus appellari, vestigia codicum antiquorum summa fide ac religione secuti. Sunt autem aestuaria (Αναχύσεις Straboni, lib. III, pag. 140) loca quae marinis aquis referta sunt ex inundationibus pelagi, per quas saepe in mediterranea fluviorum instar navigantes accedunt. Hard. — Quo autem in loco sita fuerit Onoba, inter interpretes non constat: illam *Gibraleon* esse Rodericus Carus, Antiqu. Hispal. l. III, c. 75, et post hunc Pinetus et Harduinus contendunt: Manuertus iuxta portum *Palos* eam sitam fuisse ait, cui quidem non assentior, quum Nostro ab Ana venienti citra flumina *Luxiam* et *Vrium*, quae hodie *Odiel* et *Tinto* vocantur, occurrere videatur Onoba, *Palos* autem sita sit ultra flumen *Tinto*. D'Anville, qui in opere, cui titulus est *Géographie ancienne abrégée*, t. I, pag. 36, illam hodie *Moguer* esse vult, ad laevam fluminis *Tinto* ripam, alteram magisque probandam, ut mihi videtur, sequitur opiuionem in mappa sua, in qua, inter fluminum *Odiel* et *Tinto* ostia ponitur, quo loco hodie reperitur *Huelba*. Aestuariis autem ita abundat locus ille, ut minime mirum cuivis mappam inspicienti videri possit urbem eo loci sitam *Aestuariam* cognominatam fuisse. *Ossonoba* autem cuius nomen hic in quibusdam MSS. legitur, ut superius diximus, librariorum aut negligentia aut fortasse ignorantia, aliud certe oppidum est in Lusitania, ut lib. IV, cap. 35, dicemus. Ab Ossonoba diversam Onobam et nomine et situ Marcianus Heracleotes agnoscit pag. 71 et 37, inquit Hard. Eo. P.

Interfluentes. Vet. apud Dalec. *interfluunt.* Ed. P.

Luxia et Vrium. Nunc, ut modo in Onoba diximus, *Odiel* et *Tinto*, inter Anam et Baetim fluentes. Ipsum nomen *Vrium* hunc fluvium eumdem cum *Tinto* esse declarare videtur; huius enim fluminis undas quidquid iniiciatur desiccare atque quodammodo urere, nec pisces pati testantur plurimi; ex quo fortasse *Vrium* nomen duxit. Haec flumina eodem loco in Oceanum influentia aestuaria efficiunt, inter quae sitam Onobam diximus. Eo. P.

Arenae montes. Ita Roman. et Parmensis editio vetus, MSS. Reg. 1 et 2, etc. *Hareni montes*; quidam etiam *Ariani* et *Mariani montes* legunt. Nos autem *Arenae* cum Hard. legimus, montesque illos nihil aliud esse putamus praeter istos arenae colles, quos Galli *Dunes* vocant, quique

2 cuius ex adverso Gades, inter insulas dicendae. Promontorium Iunonis, portus Baesippo. Oppida: Belon, Mellaria; fretum ex Atlantico mari. Carteia, Tartessos

etiam nunc ab incolis *Arenas gordas* appellantur; nulli enim montes toto hoc littore reperiuntur. Ed. P.

Baetis fluvius. Nunc *Guadalquivir* ex arabicis vocabulis *Wadi-al-quibir*, quae fluvium magnum significant. Ed. P.

Litus Corense. MSS. Reg. 1, 2, etc. *Curense* Chiffl. *Curonense.* Littus d, inquit Hard. a Baeti amne ad *Rio Guadalete* porrigitur, ubi oppidum *S. Lucar de Barameda.* Mihi autem illo nomine designatum videtur littus illud quod ab oppido *Roia* ad urbem *Cadiz* porrigitur, sinum illum ambiens, qui veteribus *Menesthei portus*, recentioribus autem *Bahia de Cadiz* vocatur et in quem influit *Rio Guadalete.* Haec verba *inflexo sinu* sequentiaque *cuius ex adverso Gades* sententiam meam, ut puto, confirmant. Ed. P.

Inter insulas. Lib. IV, c. 36.

Iunonis. Nunc *Cabo de Trafalgar.* Ptolemaeo, lib. II, cap. 4: ἀκρωτήριον, ἐν ᾧ ναὸς Ἥρας.

Portus Baesippo. Hodie *Veier*, iuxta aestuarium quod portus efficit et in quod influit parvum flumen *Barbato* dictum. Melae quoque, lib. II, cap. 6: *Besippo ad Iunonis promont.* ex quo intelligitur hallucinatos esse viros alioqui eruditos, Rodericum Carum, qui lib. III, Antiq. Hispal. cap. 48, portum Baesipponem esse existimat *Puerto de S. Maria*, ad ostium amnis *Guadalete*: et Hieron. Suritam, qui Basilipponem, hodie *Cantillana*, supra Hispalim ad boream positum, cum hoc Baesippone maritimo oppido confundit; quum disertis verbis Mela Pomponius, Pliniusque, viri in geographicis rebus supra famam accurati ac diligentes, inter Gades et Calpen, promontorio Iunonis Baesipponem affigant. Hard. — Hallucinatur autem ipse Harduinus, quum Baesipponem Μενεσθέως Λιμένα a Ptolemaeo vocari ait. Nam hunc portum ante Iunonis promontorium nominat, dum infra sitam fuisse Baesipponem manifestum est. Nobis Menesthei portus hodie *Bahia de Cadiz* esse videtur, ut not. 13 diximus. Ed. P.

17. *Belon.* Ptolemaeo, lib. II, cap. 4: Βαίλωνος ποταμοῦ ἐκβολαὶ, Βαίλων πόλις: Marciano quoque Heracl. pag. 70. Stephano, Βιλών, πόλις καὶ ποταμὸς τῆς Βαιτικῆς, etc. post Strabonem, lib. III, pag. 140. Hard. — Belon autem oppidum hodie non *Tarifa*, ut voluerunt Hard. pluresque Plinii interpretes; sed, ut animadvertit d'Anville, et ipsa nominis similitudo confirmat, *Bolonia*, qui quidem locus hodie desertus est; flumen autem, de quo Ptolemaeus meminit, exiguus est rivulus occidentem versus, per quem in mare se exonerat palus *Laguna de la Janda* hodie dicta, si Mannerto credimus, cuius opinionem confirmant Ptolemaei verba, quae urbem citra flumen, orientem versus, sitam fuisse indicare videntur. Ed. P.

Mellaria: fretum ex Atlantico mari. De illis iam superius fuse diximus. Mellaria Marciano Heracl. p. 70, Ptolemaeoque loc. cit. Μελλαρία dicitur. Ed. P.

Carteia, Tartessos a Graecis dicta.

a Graecis dicta. Mons Calpe. Dein littore interno oppidum Barbesula cum fluvio; item Salduba: oppidum

Alii ex Paus. Appian. Leopard. *Carpessum*; alii *Carpessos*. Καρτηΐα Ptolemaeo, lib. II, cap. 4. Roder. Car. lib. II Antiq. Hispal. cap. 24. Melae, lib. II, cap. 6: *Carteia* (*ut quidam putant*) *aliquando Tartessus*. Pausan. lib. VI Eliac. poster. pag. 378, et Straboni, lib. III, pag. 151: Ἔνιοι δὲ Ταρτησσὸν τὴν νῦν Καρτεῖαν προσαγορεύουσι; Anton. Itiner. *Calpe Carteia* XVIII M. pass. a Mellaria. Inda unam eamdemque urbem esse Tartessum, Calpen, Carteiamque merito fortasse dixeris, quae, si eruditum d'Anville et doctum viatorem Anglum Carter audimus, extremo sinu *Bahia de Algeziras*, seu *de Gibraltar* dicto, ad amnem *Guadarangue* sita fuit, quo loco rudera multa animadvertit Carter; Mannertus autem Carteiam sub urbe *Algeziras*, iuxta turrim *del Carnero* dictam, sitam fuisse contendit, seu potius ubi est vicus *Villa Vieja* dictus, sub *Algeziras*, in altera rivuli ripa qui *Rio de miel* vocatur; priori tamen opinioni libentius assentiar. Loco autem a Mannerto designato, iuxta urbem *Algeziras*, ubi est *Villa Vieja*, quod nomen veterem urbem quamdam hic stetisse indicare videtur, ponit d'Anville urbem Tingenteram, Pomponii Melae, ut putant, natalibus claram, si tamen in Melae lib. II, cap. 6, legendum sit, ut plerique volunt: *atque unde nos sumus, Tingentera-Tum Mellaria*, etc. non autem, ut malunt alii: *atque unde nos sumus, cingente fretum, Mellaria*, etc. Mannertus autem hanc urbem Tingenteram ponit, inter Mellariam, quam hodie, ut diximus, *Torre della pena* esse putat, et Transductam urbem Marc. et Ptolem. notam, quam *Tarifa* esse opinatur. Ed. P.

Tartessos. Gadium insulam Tartessum quoque vocitatam dicemus lib. IV, c. 36. Et io insula ad Baetis ostia tertiam eo nomine urbem Veteres aguovere. Strab p. 148. Haan.

Mons Calpe. Cum oppido cognomine, cuius meminere Strabo, lib. III, pag. 140; Antoninus, et nummus suspectus, C. I. Calpe, hoc est, *Colonia Iulia Calpe*, apud Spanhem. pag. 766. Eadem est fortasse cum Carteia superius memorata, diversa tamen esse potuit, et loco, quo situm est oppidum *Gibraltar*, stetisse. Ed. P.

Littore interno. Littore interni maris, hoc est, mediterranei. Haan.

Oppidum Barbesula cum fluvio. Vet. ap. Dalec. *oppida*. Fluvius Barbesula hodie *Rio Guadiaro* est, ut putant Pinctus, Mannertus atque etiam Harduinus, qui hunc fluvium mendose *Guadajara* vocat. Ad eius ostium turris est quae eodem nomine *Torre Guadiaro* vocatur, quaeque Barbesulae locum fortasse occupat. Nonnulli tamen flumen hodie *Rio Verde*, oppidumque *Marbella* aut etiam *Estepona* esse contendunt. Fluvii Βαρβησόλα meminere Ptolem. lib. II, cap. 4, et Tzetzes, Chiliad. VIII, v. 712. Vrbis etiam meminit Mela lib. II, c. 6; apud quem plures *Barbesul* legunt. Marcianus Heracl. ἀπὸ Καρτηΐας εἰς Βαρβησόλαν, etc. Ed. P.

Item Salduba. Hoc est, ut Barbesula, sic etiam Salduba olim oppidum cum fluvio fuit cognomine: Suel non item. Salduba hodie *Marbella*

Suel: Malaca cum fluvio, foederatorum. Dein Maenoba cum fluvio. Sexti Firmum cognomine Iulium, Selam-

est, ad amnem olim cognominem qui nunc *Rio Verde* dicitur, inquit Hard. quem hic sequor; Clusius autem Mannertusque Salduba flumen hodie *Rio Gordo*, vel *Guadalquivirejo* vocari contendunt; qui quidem amnis Malacae vicinior mihi videtur quam ut Salduba flumen sit, sed certe Ptolemaei lib. II, cap. 4, Σαδούκα est. Quidam, quos inter Ortelius et Poinsinet, oppidi tantum Saldubae, non fluvii, hic meminisse Pliuium volunt. Eo. P.

Oppidum Suel. Sivel in Anton. Itiner. vocatum, ex quo sane fluxit *Sive*, quod in Chiffl. et in quibusdam aliis MSS. auctore Laetio, legitur, haud dubie mendose, quum haec oppida referat Mela lib. II, cap. 2: *Abdera, Suel, Hexi, Maenoba, Malaca, Salduba, Lacippo, Barbesula*, aut, ut alii legunt, *Barbesul*. Quo autem in loco situm fuerit oppidum Suel, non satis constat. Sunt qui illud esse volunt *Castillo de Fuengirola* vicum, non quatuor, ut ait Hard. sed sex leucis a *Malaga* distantem, istamque opinionem in mappa sua sequi videtur d'Anville. Inscriptio vetus apud Reines. p. 141. Municipio Svelitano, hic reperta erutaque est, sed ficta et recens, auctore Hard. qui Ortelium pluresque alios secutus Suel hod. *Molina*, aut, ut in mappis reperio, *Castillo de Torremolinos* esse contendit; quod quidem ego mallem, quum castellum *Fuengirola* situm fuerit ad ostium fluminis de quo certe meminisset Noster. Eo. P.

Malaca cum fluvio, foederatorum. Dalec. *Melacha*. Elz. *Malacha*. Scripsimus *Malaca*, Ptolemaeum Straboncmque sequentes, in quibus legitur Μάλακα, non autem Μάλαχα. Eo. P. — Malaca, inquit, oppidum foederatorum cum fluvio. Ptolem. II, 4, Μάλακα, qui vicinum amnem, ut diximus, Σαδούκαν vocat. Oppido incolae nomen fecere *Malaga*. Haec recte Hard. minus autem recte adducit huc amnem *Guadalquivirejo*, sive *Fiu grande*: nam inter urbem *Malaga* et amnem *Guadalquivirejo*, aliud flumen non longe a *Malaga* in Internum mare influit, cui nomen *Guadalmedina* est: *Guadalquivirejo* autem amnis duobus ferme leucis a *Malaga* distat. Vino inter omnia praestantissimo hodie nobilis est regio illa. Hard. et Eo. P.

Maenoba cum fluvio. Dalec. et Elzev. et d'Anville in mappa sua *Menoba*, nos autem Strabonem, cui lib. III, p. 144, Μαίνοβα, et Melam loc. cit. Harduinumque secuti sumus. Ptolemaeo Μάνοβα, mendose. Fluvio, inquit Hard. nomen est hodie *Fiu frio*, seu frigidus amnis: oppido *Torres*, seu rectius *Torrox*; d'Anville urbem *Almugneçar*, esse contendit haud longe a flumine *Rio Verde* dicto, quod sic Maenobae fluvius esset; Mannertus autem eam *Velez Malaga* ad fluvium cognominem esse putat; quam quidem opinionem sequimur. Eo. P.

Sexti Firmum. MSS. *Sexifirmum*. Mela loco cit. *Hexi* aut, ut quidam volunt, *Ex* vocat: *Sexitanum* Antoninus: Σέξ Ptolem. lib. II, cap. 4, ex quo emendabat Dalec. *Sextifirmium*. Hard. secuti sumus *Sexti Firmum* scribentes, ne novi aliquid afferamus; nobis tamen probabile magis videtur *Hexi*, quod plures in Mela legunt, aut, ut Poinsinet: *Sexi, Fir-*

bina, Abdera. Murgis Baeticae finis. Oram eam universam originis Poenorum existimavit M. Agrippa. Ab Ana autem Atlantico Oceano obversa Bastulorum Turdulorumque est. In universam Hispaniam M. Varro pervenisse Iberos, et Persas, et Phoenicas, Celtasque, 3

mum cognomine Iulium, quod interpretatur: *Sexi cognomine Firmum Iulium*. Hinc, inquit Hard. salsamentis Exitanis, sive Sexitanis nomen, de quibus Strabo, lib. III, p. 156, aliique. — Quo autem loco sita fuerit urbs illa minime constat. Admonet ipsa series oppidorum, quae plane eadem est apud Melam, Plinium, Ptolemaeumque, ut ait Hard. Sexti Firmum prius Hispaniae oram legentibus a Calpe versus septentrionem occurrere quam Selambinam: quare Suritam, Rud. Carum, alinsque falli necesse est, qui id oppidum nunc *Motril* esse existimant, quod ultra Selambinam est. Idem peccat d'Anville, qui in mappa sua Sexitanum Selambinam inter et Abderam ponit, quo loco hodie est turris *Bagnos* vocata; ante ponenda ergo nobis visa est Mannerti upinin, qui eam *Almuguecar* esse dicit. Ed. P.

Selambina, Abdera. Σηλάμβινα Ptolemaeo, loc. cit. et mox Ἄβδαρα; Strabono, loc. cit. Ἄβδηρα; Stephano Ἄβδηρα. Haec hodie *Salobregna* est, consentientibus omnibus, praeter Marianam, qui Hist. Hisp. lib. X, cap. 18, pag. 503, illam *Almeria* vocat. Aliis, quos inter d'Anville, et Mannertus, quibuscum ego libenter consentio, Abdera *Adra* esse videtur, haud adeo abludente ab Abdera vocabulo, medio fere inter *Salobregna* et *Almeria* intervallo. Harn. et Ed. P.

Murgis. Antonino *Murgi*, a Sexitano M. pass. XXXVIII; quod quidem intervallum LXX et amplius M. pass. esset, si, ut volunt Meudoza in Conc. Illib. et d'Anville, Murgis hodie *Almeria* est; et CXX, si, ut Mariana et Harduinus et Mannertus dicunt, *Mujacar*; cui quidem opinioni libentius assentior. Alia porro, ut Hard. ait, ab ista Μοῦργις Ptolemaei est, lib. II, cap. 4, in mediterraneis Turdulorum Baeticorum oppidis. Alia item quae hodie *Murcia* vocatur, regni caput, oppidum et a mari et ab ora hac quam lustramus longe dissitum. Ed. P.

Ab Ana. Ad fretum usque. Mela, lib. III, cap. 1: *A freto ad flumen Anam Turduli et Bastuli habitant.* Haad.

Obversa. Subintellige, ora. A Turdulis sive Turdetanis, Baetica tota olim Turdetania appellata. Vid. Strab. lib. III, pag. 139. Hard.

In universam. Ante has voces Pinetus inserit: *Turduli a Baeti fluvio ad Anam usque protenduntur. Eorum finis ad promontorium sacrum: Bastuli vero a Calpe usque Alimentam.* Dalec.

Iberos, et Persas, et Phoenicas, Celtasque, et Poenos. Iberi de quibus hic Varro meminit, ab istis, qui Caucasi radices incolebant, originem ducebant, si ei credimus et nomen suum Ibero flumini, quod hodie *Ebro* est, dederunt; plures autem, quos inter Strabo, Apollon. Dionys. Socrat. Schol. Prisc. multique alii, Iberos Caucasios ab Hispanis Iberis originem trahere contendunt. De qui-

et Poenos tradit. Lusum enim Liberi Patris, aut Lysam cum eo bacchantem nomen dedisse Lusitaniae, et Pana praefectum eius universae. At quae de Hercule ac Pyrene, vel Saturno traduntur, fabulosa in primis arbitror.

Baetis in Tarraconensis provinciae, non ut aliqui dixere, Mentesa oppido, sed Tugiensi exoriens saltu,

bus omnibus vide Diodor. Sicul. Bibl. lib. V, pag. 312; Iustin. lib. XLIV; Appianum in Ibericis, pag. 256; Melam, lib. II, cap. 6; Solin. cap. 26, et Poinsinet de Sivry, Orig. Vrb. Ed. P. — Phoenicum iuprimis expeditionem in Hispaniam eo tempore susceptam, quo romanae urbis fundamenta ponerentur, Mariana censet, Hist. Hisp. lib. I, cap. 15. Haro. — Animadvertit Poinsinet hic pro accusat. graeco *Phoenicas*, quo usus est Varro, poneudum esse Phoenices. — Celtae autem, de quibus hic mentio fit, interiorem Galliae nostrae partem, quae tunc Graecis Κελτική erat, ut lib. IV dicemus, incolebant, nomenque *Celtiberos* acceperunt, occupatis Iberi fluvii ripis. Ed. P.

Lusum enim. Varro nugatur, si a ludo, seu lusione, quae vox latina est, iam tum Bacchi aevo Lusitaniam cognominatam velit: aut a λύσσα, quae vox rabiem sonat. Sic tamen Martianus accepit lib. VI, cap. de Hispania, p. 203: *Lusitania, cui nomen fabula a lusu Liberi Patris, vel cum eo bacchantium, sociavit.* In MSS. *Lusum.* An *Lysum Liberi Patris, aut Lysam cum eo bacchantem* legi satius: ut *Lysus et Lysa* unius hominis, qui Bacchi filius comesve fuerit, nomen geminum esse videatur? Bacchum ipsum Lysium apud Pausaniam dictum accipimus, a λύω, quod curas solvit. Hasd. — Scribebat Pinetus: *Lusum enim Liberi Patris comitem aut Lyssam bacchantem*, etc. — In MSS. *bacchantium* legimus pro *bacchantem*, quod habent editiones vetustae, quas secutus est Harduinus. Ed. P.

Universae. Subintellige, Hispaniae. Verba Sosthenis de Baccho, lib. XII Ibericorum: Νικήσας δὲ καὶ Ἰβηρίαν, Πάνα κατέλιπεν ἐπιμελητὴν τῶν τόπων, ὃς τὴν χώραν ἀπ' αὐτοῦ Πανίαν μετωνόμασεν, ἣν οἱ μεταγενέστεροι Σπανίαν προσηγόρευσαν. Apud Plutarch. lib. de flumin. pag. 1159. Haro. — Scribebat Dalec. *eius. Universa autem quae de Hercule.* Ed. P.

De Hercule, etc. De Herculis expeditione in Hispaniam, Diodor. Sic. Bibl. lib. IV, pag. 226. A Pyrene Bebrycis filia, quam Hercules adamarat, in Pyrenaeo monte sepulta, montis eius appellationem fabulose Silius deducit, lib. III.

Tarraconensis provinc. Emendabat Dalecamp. *Tarraconensi provincia.* Ed. P.

Mentesa. Chifll. *Metesa.* Al. *Mentisa.* Liv. XXVI, 17, *Mentissa.* Quae autem hodie sit urbs illa minime constat: *Iaën* vel *Menteza* est, auct. Clusio et Girolamo Ruscelli; *Cazorla* auct. Morales, qui sibi minime constans, alibi eam *Toia* esse dicit; *Montisou*, auct. Mariana, et *Monteio*, auct. Vasaeo. Nos autem hic Harduin. et

iuxta quem Tader fluvius, qui Carthaginiensem agrum rigat, Ilorci refugit Scipionis rogum: versusque in

d'Anville sequemur, qui illum vicum *san Thome* iuxta *Cazorla* esse dicunt, olim episcopalem sedem, Gienam, hodie *Iaën*, transductam. Rursus de Mentesanis mentio fit apud Nostrum, cap. 4, quos quidem Mentesanos diversos fuisse ab illis, qui hanc, de qua nunc agimus, Mentesam incolnerunt, putat haud immerito, ut videtur, d'Anville, qui in mappa sua Mentesas duas ponit, alteram *Bastitanam* cognominatam, de qua nunc agitur, alteram vero *Oretanam*, XXVI circiter M. pass. a priori, septemtrionem inter et orientem, quae Ptolemaei Μέντισα, inter Oretanorum urbes, est, ut puto; dum altera Itinerarii Antonini *Mentesa Bastia* est XXV M. pass. a Castulone, orientem versus, ut videtur. Mannertus quoque duas fuisse Mentesas existimat, sed de earum situ cum nostro d'Anville non convenit. Mentesam enim Bastitanam inter *Granada* et *Iaën*, Oretanam inter *Granada* et *Murcia* ponit. Ed. P.

Tugiensi saltu. Ab oppido Tugia, cuius Antoninus meminit, et a Castulone Malacam versus, distare ait XXXV M. pass. Nunc iacet in loco *Toia* dicto, auctore d'Anville. Errat autem Harduin. qui saltui Tugiensi nomen esse hodie *Sierra de Alcaraz* dicit, qui montes viginti leucis in septemtrionem a Baetis fonte distant; hoc enim flumen e montibus hod. *Sierra Seca*, sive *de Cazorla* vocatis exoritur, et ad vigesimam circiter a fonte suo leucam, amnem *Guadalimar* recipit, qui quidem ex montibus *Sierra de Alcaraz* dictis defluit: quod sine dubio Harduinum in errorem induxit. Ed. P.

Iuxta quem Tader. Ita MSS. omnes: apud Dalec. autem et Elz. deest vox *iuxta*. Ex iisdem fere montibus, quibus Baetis, et tamen hodie diverso nomine *Sierra la Sagra* vocatis, Tader oritur, qui hodie *Segura* vocatur: sed is in ortum tendit, alius cuiusdam fluvii, qui *Taibilla* vocatur et ex iisdem montibus defluit, aquis auctus, *Carthaginiensemque agrum*, ut noster ait, *rigat*; id est, provinciam, cui praecipua erat urbs Carthago nova, hodie *Cartagena*, in *Reyno de Murcia*. Ed. P.

Ilorci refugit Scipionis rogum. Sic legendum videtur, quamvis tres MSS. pro *Ilorci*, *ille ocior* habeant. Haec autem verba non ad Taderem fluvium referenda sunt, ut quidam existimavere, sed ad Baetim, qui hic quodam modo Taderi opponitur. Dum enim, inquit noster, Tader Carthaginiensem agrum rigat, Scipionis rogum, Ilorci situm, conspicere sustinens, Baetis illum refugit et versus in occasum, Baeticam provinciam irrigat petitque Oceanum. Oppidum Ilorci, de quo hic noster, hodie est *Lorca*, ad amnem *Sangonera avenidas de Lorca* vocatum sita, et XXVII M. pass. a Tadere distans; Scipionisque rogus, etiam nunc *Sepulcro de Scipion* incolis dictus, XX circiter M. pass. ab urbe Lorca, meridiem versus, reperitur. Cneum autem Scipionem, post Publ. fratrem occisum, in turrim quamdam Asdrubalis copiae fugientem compulerant: qua incensa, cum omni comitatu misere concre-

occasum, Oceanum Atlanticum provinciam adoptans petit, modicus primo, sed multorum fluminum capax, quibus ipse famam aquasque aufert. Baeticae primum ab Ossigitania infusus, ameno blandus alveo crebris dextra laevaque accolitur oppidis.

5 Celeberrima inter hunc et Oceani oram in mediterraneo Segeda, quae Augurina cognominatur: Iulia,

matus est, ut auctor est Appianus in Ibericis, p. 263. Ed. P.

Versusque in occasum. Vide notam superiorem. Eo. P.

Provinciam. Baeticae provinciae, quam mediam secat, suum nomen impertiens.

Ab Ossigitania. Dalec. *Ossigitaniae.* Ab Ossigi oppido, de quo mox. Ab ea provincia Baeticae initium duci haud obscure ionuit: citra versus septemtrionem et ortum, Tarraconensem esse: quare ad Castulonem oppidum, quod Baeticae finis paulo post dicetur, Ossigitania pertinuit. Haro.

Inter hunc. Ioter Baetim, ab Ossigitania, ad fretum Gaditanum, et Atlantici oram Oceani, Cordubensis conventus mediterranea oppida ista aunt: Segeda, etc.

Segeda, quae Augurina cognominatur. Alia est ac *Segida*, de qua inferius; quamvis quidem eas urbes plurimi pro una incauti acceperint. Quo autem in loco sita fuerit urbs illa ignoratur; neque enim illis assentiri possum, qui, ut Pinetus, eam *Medina Sidonia* esse volunt, non longe ab Oceano; quum ex uppidorum serie pateat nostrum ab oriente ad occidentem, id est, ab ortu ad ostium Anae fluminis procedere. Fortasse Segeda sita fuit iuxta *Torre que Bradilla* parvum flumen, quod in Baetim octo leucis supra *Andujar* influit. Eo. P.

Iulia, quae Fidentia. Tiberli nnmmus, in Thesauro Goltzii, Col. Iul. Fidentia; sed sunt Goltziaoa latina numismata pleraque adulterina et ficta. Haro. — Hanc urbem diversam contra Harduini opinionem putat Mannertus ab ea quae *Iulia* vocatur a Caesare, Bell. Alex. cap. 64 et 65. Bell. Hispan. incert. auct. cap. 3 et 4. Dio. Cass. lib. xliii, cap. 31. Οὐλία a Ptolem. lib. II, cap. 4. *Vlia*, xviii m. pass. a Corduba in Itiner. Anton. et Ἰουλία, haud procul a Corduba, a Strab. lib. III, pag. 141, et quam hodie *Monte-mayor*, haud scio an recte, esse ait d'Anville. Iuliam Fideotiam longius a Corduba dissitam, ortum inter et meridiem, hodieque vocari *Almodovar*, contendit Mannertus, quocum de situ quidem ego consentio, minime vero de nomine; nullum enim in ea regione locum *Almodovar* dictum reperio praeter urbem *Almodovar del rio*, quae ad flumen *Guadalquivir* sita est, v circiter leucis a *Cordoba*, meridiem inter et occasum, non vero ortum, ut ait Mannertus; anteponenda igitur visa fuit eruditi viri Pineti opinio, qui eam *Fuentes*, id est, ut ego puto, *Fuente del Rey*, inter *Andujar* et *Iaën*, esse dicit. Ed. P.

quae Fidentia: Vrgao, quae Alba: Ebura, quae Cerealis: Iliberi, quod Liberini: Ilipula, quae Laus: Astigi, quod Iulienses: Vesci, quod Faventia: Singili,

Vrgao, quae Alba. Dalec. et Elz. *Virgno.* XLV M. pass. a Corduba Castulonem versus, secundum Auton. Itiner. unde illam *Ariona* esse dicit d'Anville, aut potius, ut mihi videtur, *Arionilla*, leucis duabus ab *Andujar*, meridiem versus, quam opinionem sequi videtur Mannertus. Ibi etiam inventa inscriptio: MVNIC. ALBENSE VAGAVON. Apud Gruter. p. 233, sed ficta et recens. ED. P.

Ebura. In MSS. quibusdam, *Ebora.* Non est haec *Ebora* Pomponii Melae, de qua ille in Baeticae littore, lib. III, cap. 1, nec Strabonis Εβοῦρα, quae eadem cum Ebora Pomponii est, lib. III, pag. 140. — Quinque autem urbes hoc nomine olim in Hispania exstitisse videntur. Hanc *Alcala-la-Réal*, inter *Granada* et *Cordoba* esse retur Hardulous cui ego assentior. Eam Pinetus et Girolamo Ruscelli *Rotta* vocant, quod nomen in mappis non reperi. ED. P.

Iliberi, quod Liberini. Loaysas in Conc. Illib. legit, *Eliberi, quod Eliberini.* Ptolemaeus, loc. cit. Ἰλιβέρις. — Eam Girolamo Ruscelli, Pinetus, multique alii, inconsulte, ut puto, hodie urbem *Granada*, regni cognominis caput esse dicunt; eruditissimos viros Vasaeum, Morales, Harduinum et d'Anville sequimur, qui eam in colle, cui nomen est *Sierra de Elvira*, fuisse contendunt, duobus leucis a *Granada* orientem versus; quam opinionem sequi videtur ipse Mannertus. ED. P.

Ilipula, quae Laus. Ptolemaeo, loc. cit. Ἰλιπούλα μεγάλη. Roder. Carus Antiq. Hispal. lib. III, cap. XI, pag. 100, Pinetus et Hard. illa hodie *Granada* esse contendunt; hanc opinionem refert ipse Mannertus, quam tamen Ptolemaeo contrariam esse ostendit, ex quo Ilipulam iuxta urbem hodie *Montilla* dictam stetisse haud immerito, ut mihi videtur, coniicit. EO. P.

Astigi, quod Iulienses. Dalec. et Elz. *Artigis*, quod et ego mallem; Parmensis editio *Astici.* Ptolem. loc. cit. Αρτιγίς. Si tamen Astigi legendum est, haec urbs certe alia est ac *Astigi*, una e quatuor urbibus iuridicorum conventuum capitibus in Baetica; quod non animadverterunt nonnulli interpretes, quos inter Poinsinet de Sivry qui eas urbes unam eamdemque esse putat, quam *Ecija* vocat, adversam tamen sententiae suae opinionem Martini de Roa, in Hist. Astigit. fol. 13, referens, qui hanc urbem hodie esse *Alhama*, inter *Granada* et *Malaga*, haud immerito, ut ego reor, eum docebat. Hanc opinionem sequitur et Mannertus. ED. P.

Vesci, quod Faventia. Ptolemaeo loc. cit. Οὔεσκις. Girolamo Ruscelli eam etiam nunc *Faventia* vocari, Niger urbem esse *Velez*, non procul ab interno mari et urbe *Motril*, contendunt; ego autem Harduinum sequi mallem, qui eam *Archidona*, inter *Antequera* et *Alcala la Real* esse putat. EO. P.

Singili. Nonnulli, ut mox in Attegua dicemus, *Singilia* legunt, nos autem Ortelium Harduinumque sequi maluimus, illis tamen minime assentientes, quum eamdem hanc urbem *Antiquariam*, sive *Anticariam* Anto-

Attegua, Arialdunum, Aglaminor, Baebro, Castra vi-

nino dictam fuisse volunt. D'Anville, multo rectius, ut opinor, diversas fuisse urbes censet. Anticaria in via romana sita fuit, forsan quo loco hodie est *Antequern*, Siogiljsque ad ripam fluvii cognominia, nunc *Rio Genil* dicti, quo loco nunc est *Puente de Don Gonzalo*. Anticariae reperta inscriptio apud Grut. exstat, p. 437, *Municip. Singiliensium*, cuius auctoritate motus d'Anville, Anticariam Singilis auctoritati submissam fuisse putat, sed, ut iam non semel diximus, falsae recentesque sunt Gruteri inscriptiones, nullaque illis fides adhibenda. Ed. P.

Attegua. Prius legebatur *Singilia*, *Hegua*. Scio in hoc Baeticae tractu Αἴγουαν a Strabone citari, lib. III, pag. 141, sed quum *Singiliattegua* in MSS. scribatur, Reg. 1, 2, etc. *Singili*: *Attegua* haud cunctanter agnosco. Nam de Attegua primum Dio meminit lib. XLIII, pag. 230. Αττεγούα πόλις, haud procul Corduba, non semel autem Hirtius, l. de bello Hisp. pag. 259. et Atteguenses Pompeianarum partium fuisse scribit Valerius Max. lib. IX, cap. 2, 4. Harn. — Mariana quoque lib. III, Histor. Hispan. cap. 21, *Attegua*, inquit, *decimo sexto ab urbe Corduba lapide sita erat, quo nunc loco ruinae tantum exstant Tebae veteris nomine*: addit Harduinus *Teva veja*, sexto fere milliari ab Antiquaria Hispalim euntibus, non animadvertens haec cum Marianae verbis *decimo sexto ab urbe Corduba lapide* pugnare; nam illa de qua loquitur *Teba* LXVI M. pass. a Corduba distat. Forsan haec *Teba*, iuxta quam montes *Sierra de Yeguas* dicti reperiuntur, Strabonis Αἴγουα fuit; *Attegua* autem requirenda est inter *Puente de Don Gonzalo*, quod oppidum, auctore d'Anville, Singilis est, et *Cordoba*, fortasse non longe ab *Aguilar*, in ripa fluvii nunc *Cabra* vocati. Longe alia tamen est Mannerti opinio, qui hanc urbem ad septemtrionem Baetis ponit, et illam inter et Vcubim fluxisse ait flumen Salsum, quod hodie *Guadiato* vocari dicit. Ed. P.

Arialdunum, *Aglaminor*, *Baebro*. MSS. Reg. et Colb. *Arialduuum*, *Aglamin*, *Vrbedo*. Hic aliqui comminiscuntur *Avia* seu *Avi*, a quo oppido festum Avienum dictum esse volunt; *Eldanum*, quod Ptolemaei *Eldana* esset, forsan hodie *Montalvan*, sex leucis ab urbe *Cordoba*, meridiem versus; *Vrbedo* aliis *Vbeda* in veteribus codicibus ab Ambrosio Morales recognitis *Algabro* scribitur, quam lectionem assensu suo comprobare videtur Harduinus, quamvis de Ambrosio Moralea mentionem non faciat, quum dicit *Agabro* legi satius esse, quod, cum Eliberitana et Astigitana ecclesia, meminit etiam Agabrensis concilium Hispalense II, can. 1. — Idem ille Morales hanc urbem hodie *Cabra* esse ad fluvium cognominem, undecim a *Cordoba* leucis putat, eique assentiri non dubito. — *Avia*, si Moletio et Girolamo Ruscelli credimus, hodie est *Villalon*. Illud autem nomen et *Duennas*, quod pro Eldano dat Oropius, et *Zambra* atque *Vbedos*, quae pro Baebrone Pinetus, in mappis non reperiuntur. Ed. P.

Castra Vineria. Forte quae Hirtio Castra Postumiana dicuntur, millibus fere quatuor ab Attegua et Succubi, lib. de bello Hisp. pag. 255, quae Mariana, lib. III, hist. cap. 21, pag.

naria, Episibrium: Hippo nova, Illurco, Osca, Escua, Succubo, Nuditanum, Tuati vetus; omnia Bastitaniae

123, nunc *Castro del Fiume* ait appellari. Harn. — Haec urbs haud dubie eadem est quam *Castro* sive *Castro el Rio* nominatam in mappis reperimus, ad ripam fluvii *Guadajoz*; illam Hermolaus *Veria* vocat, quod nomen in mappis non occurrit. En. P.

Episibrium. MSS. R. 2, *Episimbrium*. Reg. 1, et Colb. 2, *Cisimbrium*. Fortasse hodie *Espeja*, circiter duobus a *Castro* leucis, occidentem versus. En. P.

Hippo. MSS. *Iphonoba*. Hipponem Livius agnoscit, sed in Carpetanis, haud procul Toleto, lib. XXXIX, cap. 30. Quo autem loco haec sita fuerit ignoratur. En. P.

Illurco. Inscriptio apud Gruterum, pag. 406: Ordinis. Illurconensis, ex Ant. Augustini schedis, reperta in pago *Pinos*, Granatensis agri. Falsa et recens. Hard. — D'Anville tamen hanc urbem hodie. *Puente de Pinos*, aut, ut in quibusdam mappis reperi, *Pinos puente*, sex ab urbe *Granada* leucis, septemtrionem versus, esse putat; eam autem Villanovus et Morales *Illora*, tribus leucis ab *Alcala la Real*, meridiem versus, esse contendunt, quod ego mallem. *Illurconem* Plinii et Ptolemaei *Illurgim*, unam eamdemque urbem fuisse fere apud omnes constat. En. P.

Osca. Hanc urbem, quam Vellejus Paterculus *Eyoscam* vocat, hodie *Huesca* in confinio regni Granatensis et Murciae esse putant Io. Franc. Andrez, lib. de Patria S. Laurent. pag. 6, aliique, quos sequitur Hard. Haec tamen urbs mihi a caeteris quae hic nominantur longius abesse videtur. Forsan *Huector* est, ad ripam fluvii hodie dicti *Genil*. En. P.

Escua, quam Ptolemaeus lib. II, pag. 4. Εσκουαν vocat, hodie *Truelo* sive *Eruelo* Pinetus et Girolamo Ruscelli esse contendunt: mihi hoc nomen frustra in mappis requirenti occurrit *Escuzar*, quinque a *Granada* leucis, occidentem inter et meridiem, quam urbem mira nominis similitudine abreptus Plinii Escuam esse libenter credam, etsi affirmare non audeo. En. P.

Succubo, quae Hirtio, lib. de bello Hisp. pag. 254, *Vcubis* vocator prope Atteguam. Capitolinus in M. Antonino pag. 22, Succubitani municipii meminit, quod imperatoris M. Antonini proavus patriam habuit. Hoc Ambr. Morales nunc esse *Sierra la Ronda*, Pinetus vero *Stoponda* esse volunt. Haec nomina in mappis non reperi, nisi *Sierra la Ronda* sit *La Roda*, octo leucis, aut *Ronda*, una et viginti leucis ab *Ecija*, meridiem versus. Hae autem urbes mihi Astigitani conventus fuisse videntur; Succubo autem, ut mox dicet Noster, Cordubensis fuit. Ego vero hoc oppidum et sequentia *Nuditanum* scilicet et *Tuati vetus*, quae pariter ignorantur, inter *Escuzar* et internum mare sita fuisse puto. En. P.

Nuditanum. MSS. *Vnditanum*. Vtrumque ignoratur, ut modo diximus. En. P.

Tuati. Ita MSS. omnes, librique editi ante Frobenium, qui *Tucci vetus* reposuit, in hanc coniecturam inductus nomine coloniae *Tucci*, Augustae Gemellae cognominatae, de

6 vergentis ad mare, conventus vero Cordubensis. Circa flumen ipsum, Ossigi, quod cognominatur Laconicum: Illiturgi, quod Forum Iulium: Ipasturgi, quod Triumphale: Sitia: et XIV M. passuum remotum in mediterraneo Obulco, quod Pontificense appellatur. Mox

qua paulo inferius Noster pag. 27. Vtriusque situs ignoratur. Ed. P.

Omnia Bastitaniae vergentis ad mare, conventus vero Cordubensis, circa, etc. Dalec. et Elz. *Vergentis ad mare. Conventus vero Cordubensis, circa*, etc. Nos vero Harduinum sequi maluimus; nam si recensita hactenus oppida conventus Cordubensis non fuerunt, Carthaginiensi adscribenda erunt; Carthaginem enim, ut modo dicet Noster, conveniebant Bastitani, sic ex urbe Basti, hodie *Baza*, dicti. Hic autem indicat Plinius omnia haec oppida, quamvis Bastitaniae adscripta, Cordubensis tamen conventus fuisse, sive Cordubam convenisse. Ed. P.

Circa flumen ipsum. Circa Baetim. Ed. P.

Ossigi, quod cognominatur Laconicum. In Hispania Laconicos mores et instituta floruisse auctor est Strabo, lib. III, pag. 154, inde illa fortasse cognomina *Laconicum* et *Laconimurgi*, quae nunc occurrunt. In MSS. tamen hoc loco *Latonium* scribitur; Chifll. *Laconium*. Castulonem inter et Illiturgi sita fuisse Mannerto videtur, haud longe ab *Vbeda*; sed quum Castulo non sit *Cazorla*, ut Mannertus putat, sed *Cazlona*, ut ait d'Anville, ad Baetim, quo loco amnem *Guadalimar* recipit, hunc locum inter et Illiturgi, quod XX M. pass. a Castulone Cordubam versus dissitum novimus ex Antonini Itinerario, requirendum est Ossigi, haud longe ab oppido hodie *Espelui* dicto. Ed. P.

Illiturgi. Appiano in Ibericis, pag. 272, Πουργία πολις dicitur, sicuti Ptolemaeo lib. II, cap. 4, Πουργίς. Livius, lib. XXVIII, cap. 20, narrat a Scipione aequatum solo fuisse id oppidum, cuius incolae tanto ardore se defenderunt, *ut domitor ille totius Hispaniae exercitus*, inquit, *ab unius oppidi iuventute saepe repulsus a muris, haud satis decoro praelio trepidaret.... Capta autem urbe, victores et ignem tectis iniiciunt, ac diruunt, quae incendio absumi nequeunt: adeo vestigia quoque urbis extinguere, ac delere memoriam hostium sedis, cordis est.* — Hanc autem urbem XX M. pass. ab Castulone dissitam fuisse nos docet Itiner. Anton., IV, ut puto, M. pass. ab urbe *Baeza*, meridiem versus, ad Baetim; non autem, ut vult Mannertus, in ipso Baezae loco, quae urbs ad dextrum fluvii latus sita est; dum ad laevum fuisse Illiturgi ex Plinii verbis patet. Ed. P.

Ipasturgi, quod Triumphale; Sitia. De priore nemo, praeter Plinium, meminit: *Sitia* Ptolemaeo, loc. cit. Σέτια est. Vtrumque ignoratur. Ed. P.

Obulco. Οβόλκων Stephano: Οβουλκον Ptolem. lib. II, cap. 4. Hanc urbem hodie *Porcuna* esse, oppidum haud ignobile, quatuor fere leucis ab *Audujar*, meridiem inter et occidentem, plurimi volunt, a quibus

Ripepora foederatorum, Sacili, Martialium Onoba. Et dextra, Corduba, colonia Patriciae cognomine: inde primum navigabili Baeti. Oppida: Carbula, Decuma: fluvius Singulis, eodem Baetis latere incedens.

non multum dissentio, Obulconem tamen a fluvio paulo remotiorem putans. Non certe fuit *Vbeda* sive *Vbedos*, quam urbem duobus M. pass. a fluvio dextro latere distantem dant nonnulli, bis in ea errantes, quum ex insequentibus Plinii verbis pateat Obulconem et omnia hic memorata oppida laevo latere sita fuisse. Ed. P.

Ripepora. Rezzonicus et Brot. *Ripa, Epora* legunt ex MS. Reg. 1; priorem que urbem nunc *Castro al Rio* vocari subiungit Brot. *Eporam* autem, quae haud dubio Εβορα Ptolemaei fuit, lib. II, cap. 4, in oppidis Turdulorum mediterraneis, prope Onobam, apud omnes constat hodie esse *Montoro*, ad ripam fluminis, M. passuum XXVIII, leucis circiter novem, supra Cordubam, ut Antoninus prodidit et confirmat Roder. Carus lib. III, cap. 22. Adde quod in oppido *Montoro* repertum lapidem vetustum Hier. Surita ait in Anton. Itiner. pag. 553, cum inscript. Respub. Eporensis. Apud Gruterum inscriptio est: Onoo. Mun. Epor. *Hard.* et *Ed. P.*

Sacili. Σακιλίς Ptolem. lib. II, cap. 4, in oppidis Turdulorum mediterraneis. Nunc *Alcorrucen* iuxta *Perabad.* In Thesauro Goltzii, pag. 214, legitur inscript. Mun. Sacillis. *Hard.* et *Ed. P.*

Martialium Onoba. Vet. ap. Dalec. *Martialium.* Incertum videtur Harduino utrum scribendum sit *Sacili Martialium, Onoba*; an *Sacili, Martialium Onoba.* Nobis autem Onoba cognomen Martialium, quo ab Onoba Aestuaria, de qua superius diximus, discerneretur, haud aliter accepisse videtur ac Narbo Martius, in Gallia Narbonensi, a Martia, ut Harduinus ait, legione, quae eo deducta colonia est. Ignoratur autem huius oppidi locus, qui ad flumen *Guadalquivir*, laevo latere, certe requirendus est. Ed. P.

Et dextra. In ripa fluvii quae septemtrionem spectat. Ed. P.

Corduba, colonia Patriciae cognomine. Dalec. et Elz. *colonia Patricia cognominata.* In nummo Augusti Colonia Patricia. Corduba autem ab Hispanis etiam nunc *Cordoba*, regni cognominis caput, a Gallis *Cordoue* vocatur. Ed. P.

Carbula. Ita MSS. Reg. 1, 2, etc. et in nummo antiquo ex aere, apud P. Ludovicum Iobert e Societate nostra, Carbula, non *Carbulo.* Carulam in Baetica habet Antoninus, sed Ilipam inter et Hispalim: quare non est huius loci, quanquam aliter Suritae visum, in Anton. Itiner. pag. 562, et Roder. Caro, lib. III, Ant. Hispal. c. 49. *Hard.*

Decuma. In MSS. R. 1, 2, etc. *Detuma.* Forte *Detunda*, vel *Detunna.* Nam, ut Barbarus adnotavit, in hoc ipso Baeticae tractu, inter mediterranea Turdulorum oppida Δητοῦνδα a Ptolem. nominatur, haud procul Sacili. Harn. — Vrbes Carbula et Decuma, quas eodem Baetis latere quo fluvius Singulis ponit Noster, inter flumina certe positae fuerunt; situs vero ignoratur. Ed. P.

7 Oppida Hispalensis conventus: Celti, Arua, Canama, Evia, Ilipa cognomine Ilia: Italica. Et a laeva, Hispalis

Fluvius Singulis, eodem Baetis latere incedens. Dalec. et Elz. *incidens.* Hic autem fluvius, qui laevo seu meridionali Baetis latere, ut ait Noster, incedit, hodie *Genil*, seu *Xenil* vocatur. Eo. P.

Celti, Arua, Canama, Evia. Vix ullus est in hoc opere geographico locus in quo atrocius grassata sit interpolatorum libido, et emendandi prurigo, quae eruditos etiam viros interdum tenet. In MSS. Reg. 1, 2, Colb. et Paris. *Celtiarava, Camana, Aeva.* In edit. Romana, Parm. Froben. Gelen. aliisque ante Dalecampium *Celtiaca, Vacamana, Aeria.* Numerum oppidorum auxit, immutavitque deinde Dalecampius: *Celtica, Axatiara, Arruci, Menoba.* Ecquod in his verbis veteris scripturae vestigium? Roder. Carus, lib. III. Antiq. Hispal. cap. 3, 8, et 9 legit, *Celsita, Axati, Arva, Arucci, Menoba, Canama, Aria.* Nostram emendationem potiorem his omnibus esse non modo priscorum codicum vestigia ipsa confirmant, vix ullo fere apice immutato, sed et inscriptiones veteres, quas modo allaturi sumus. *Axati*, certe et *Arucci* expunximus, quod de iis libri omnes conditivi silent: etsi non me praeterit Municipii Flavii Axatitani, et Civitatis Aruccitanae, apud Gruterum In Inscript. fieri mentionem, pag. 432, et pag. 238. Quin et ipsam Celtim ex hoc albo austulissem: nisi meminisset Antoninus in itinere ab Hispali Emeritam: ratus Plinium in his oppidis appellandis, non tam situs cuiusque loci, quam seriei elementorum habuisse rationem: quamobrem *Aliea* priore loco statuissem, quum Alicensis oppidi in Provincia Baetica memoria exstet apud Gruterum, pag. 542. Quod vero ad Arvam attinet, apud eumdem pag. 476, Inscriptio legitur: Ordo. Municipii. Arvensis, reperta Alcolae, medio itinere inter Hispalim, et Cordubam. De Canama, p. 345: Canamenses. Lintrarii. Denique EVIA apud eumdem legitur, p. 550, in inscriptione, procul ab hoc situ, sed in Baetica tamen, reperta. H. — Inutile fere videtur oppidorum, quorum vetera adeo corrupta sunt, recentia requirere nomina. Arua tamen videtur esse *Alcolea*, ubi supradicta reperta inscriptio est; Canama, non, ut ait Hard. *Villanova del Rio*, quod nomen in mappis non reperitur, sed forsan *Cantillana*, dextro, ut *Alcolea*, Baetis latere imposita. Eo. P.

Ilipa cognomine Ilia. In MSS. Reg 1, 2, Colb. 1, 2, et Paris. *Ilipa cognomine Illa Italica.* Parm. edit. *Ilipa cognomine Ila Italica.* Voculam *Ila*, veluti nihili ea foret, Frobenius prior expunxit, legitque, *Ilipa cognomine Italica*, atque ita scribendi caeteris deinde auctor fuit. Atqui Straboni lib III, pag. 141. Ἰτάλικα καὶ Ἰλιπα, et quod idem est, Ptolemaeo Ἀλίπα μεγάλη et Ἰτάλικα, civitates sunt duae dispares. Et fuit *Ila* sive *Ilia* Ilipae cognomen genuinum. Apud Gruterum, 351: Immunes. Ilienses. Iliponenses: unde nosse Reineaius potuit qui Ilienses Iliponenses forent, quod scire se negat, epist. 23. Alias sine cognomine, apud eumdem Gruter. pag. 246, legitur municipium. ilipense. *Hard.* — Addit Hard. hanc urbem hodie *Pegnaflor* vocari, quo loco Singulis in Baetim

colonia, cognomine Romulensis. Ex adverso oppidum Osset, quod cognominatur Iulia Constantia: Vergentum, quod Iulii Genius: Orippo, Caura, Siarum. Fluvius Menobá, et ipse a dextro latere infusus. At inter

influit adverso tamen latere; ab eoque dissentire non videtur d'Anvilie, qui eam iuxta urbem *Lora* pouit, quae vix leucis duobus inferior est. Eo. P.

Italica Omnium consensu hodie est *Sevilla la Vieja* et vulgo *Santiponce*, dextro Baetis latere imposita, unaque circiter leuea Hispali superior. Silii vatis, ut quidem vulgo creditur, necnon imperatorum Traiani, Hadriani et Theodosii natalibus clara. Gruteri inscription. pag 385: COLONIA. ITALICENSIS. IN. PROV. BAET. In nummis Augusti, ITALICA: Tiberii, MVN. ITAL. et MVN. ITALIC. *Municipium Italicense*. Melioris, ut videtur, notae. Eo. P.

Romulensis. Hue pertinet vetus inscriptio, apud Gruter. pag. 257: QVI ILIAE. ROMVLEAE. NEGOTIANTES. Hodie *Sevilla*. Iuliam Romulam a Iulio Caesare nuncupatam ait Isidor. lib. XV, Orig. cap. 1. HARD.

Ex adverso. Dextro igitur Baetis latere, seu septemtrionali, nam laevo sita olim Hispalis fuit. Hodie, ut plurimi volunt, oppidum *Alcala del Rio* dictum. Eo. P.

Vergentum. MSS. *Iurgentium*. LAETIUS.

Iulii Genius: *Orippo*, *Caura*, *Siarum*. Sic locum istum, haud scio an recte, restituit Hard. quum antea in libris omnibus legeretur *Iulii Genitor*, *Hippo Caurasiarum*. Vt Athenienses, inquit, aedem Augusti Genio, Suetonio teste, dedicarunt, sic urbem suam Vergentenses sub Genii Caesaris tutela ac praesidio collocarunt. — Orippo, ab Antonino memoratur, in itinere a Gadibus Cordubam, ab Hispali IX M. pass. De illa etiam, neo non de Caura mentio fit apud poëtam antiquum, A. Holum nomine, ortu Burdegalensem, quem Tamayus iu Martyr. Hispan. *Hic Caura, Sauros ostentat Orippo colonos*. Praeterea in nummo vetere ex aere, apud D. Foucault legitur IRIPPO. — In alio apud P. Iobert, legitur CAVAA. — De Siara denique meminit Gruterus pag. 803, inscriptiones referens in pago, quem *Sarracatim* vocat, erutas, in agro Vtrerensi: ORDO. SIARENSIVM. Apud Roder. Caruu, lib. III, Antiq. Hispal. cap. 20: SIARENSIVM. MVNICIPIVM. legitur. — Harum autem urbium situs ignoratur; neque enim Harduino assentiri possum qui illas sinistro Baetis latere imponit, quum ex ipsis Plinii verbis *ex adverso* etc... *et ipse a dextro latere*... eas dextro sitas fuisse pateat. Dextrum autem latus non meridionale, ut non semel in notis ait Hard. ob id in pluribus errans, sed septemtrionale est. Caura etiam suum nomen servare videtur in *Coria*, ad dextrum Baetis latus, tribus a *Sevilla* leucis. Eo. P.

Fluvius Menoba et ipse a dextro latere infusus Sic locum istum ex editione Romana anni 1470 et Parmensi emendavit Harduinus, quum caeteri omnes libri cum Dalecampio exhiberent: *Fluvius Maenoba*, *Baeti et ipse a dextro latere infusus*, quod ego mallem, quamvis idem Harduinus demonstrare nitatur Plinium hic si-

aestuaria Baetis, oppidum Nebrissa, cognomine Veneria, et Colobona. Coloniae: Asta, quae Regia dicitur: et in mediterraneo Asido, quae Caesariana.

8 Singulis fluvius in Baetin, quo dictum est ordine, irrumpens, Astigitanam coloniam alluit, cognomine

gnificare voluisse fluvium hunc Menobam, quem hodie *Rio Guadelete* esse dicit, non Baeti, sed oppido Siaro vel Siariis agris infundi, ut superius dixit de Baeti: *Baeticae primum ab Ossigitania infusus.* Sed perpetuo errore laborare Harduinum nemo videre non potest, qui hic etiam, ut iam modo diximus, dextrum Baetis latus pro sinistro sumit incautus, quum fluvium Menobam *Rio Guadelete* hodie esse affirmat. Nobis autem fluvius iste videtur eum esse qui dextro latere in Baetim incidit, quo loco Baetis ipse in duo brachia dividitur, insulam quam hodie *Isla Major* Hispani vocant, amplexurus. Eo. P.

Nebrissa hodie *Lebrija*, si Marianam lib. I, Hist. Hisp. cap. 3, et Anton. Nebrissensem audimus; quanquam urbs illa nunc a Baeti M. pass. V et ab eius ostio XX et amplius distet. Quod vero addit Hard. *Altero Baetis ostio nunc obliterato*, minima probabile videtur, quum *Lebrija* montibus a fluvio dividatur. Haec verba *inter aestuaria Baetis* indicare mihi videntur minori ab ostio Baetis intervallo requirendum esse Nebrissae locum, forsan haud longe ab urbe *S. Lucar.* In nummo Claudii imp. teste Ligorio, sed falso plerumque, apud Holstenium, pag. 128, legere est: COLONIA. VENEREA. NABRISSA. AVGVSTA. *Hard.* et *Ed. P.*

Et Colobona. Coloniae. MSS. *Colobana* Dalec. et Elz. *et Colobona, coloniae. Asta*, etc. Quidam etiam *Col. Onoba* hic legi iubent, sed a librorum omnium fide desciscunt et plures colonias invehunt, ut Hard. ait, quam quot Plinius promiserat. Colobonam autem hodie non, ut Rod. Carus lib. III, Antiq. Lusit. cap. 22, ait, *Trebujena*, quae XII M. pass. a Baetis ostio distat, sed *Bonania*, quae ad huius fluminis ripam sita est, et quam nomen ipsum indicare videtur, libenter esse credam. Eo. P.

Asta. Meminit Mela lib. III, cap. 1, Ptolemaeus, lib. II, cap. 4, et Strabo, lib. III, pag. 141, qui eam centum circiter stadiis a littore ponit. Vrbis huius rudera inter *Trebujena* et *Xerez* monstrari ait Rodericus Carus, illam autem Martini de Roa ipsam urbem *Xerez* esse nec sine ratione contendit. Eo. P.

Asido, quae Caesariana. Chiff. *Caesarina.* Postea Asidonia, inquit Hard. demum *Medina Sidonia* appellata, novem circiter leucis a supra dictis oppidis, meridiem versus. Addit Hard. illam Ptolemaei Ασινδον, lib. II, cap. 4, non esse, quae inter Baetim Anamque sita est, iuxta Nertobrigam. Eo. P.

Astigitanam. Hodie *Ecija*, inter Hispalim, et Cordubam. Apud Gruter. pag. 101. COL. AVG. FIR. Astigi reperta inscriptio. Et apud Mart. de Roa, in hist. Astig. COL. JVL. AVG. FIR. In nummo vetere, COL. ASTI. AVGVSTA. — Cave autem colonam hanc confundas cum oppido libero

Augustam Firmam, ab ea navigabilis. Huius conventus sunt reliquae coloniae immunes: Tucci, quae cognominatur Augusta Gemella: Itucci, quae virtus Iulia: Attubi, quae Claritas Iulia: Vrso, quae Genua Vrbanorum: inter quae fuit Munda cum Pompeii fi-

Astigi vetere, de quo mox Noster. Eo. P.

Reliquae coloniae. E coloniis novem, quas promiserat, iam quatuor appellavit: Cordubam, Hispalim, Astam, Asidonem, nunc Astigitanam coloniam nominat, Tucci, Itucci, Attubi et Vrso, quae numerum novem conficiunt. Errat autem Hard. qui in nota 6, pag. 139, coloniarum numerum incautus auget, quum inter illas urbem Gades nominet quam nusquam Noster coloniam appellat, sed lib. IV, cap. 36, *Oppidum civium Romanorum*; in quae ipse Hard. « Gaditanum oppidum civitatis iure donatum a Iulio Caesare, quum Hispaniam subegit, auctor est Dio, etc. » Gades ergo *municipium* non *colonia* fuit. Eo. P.

Tucci, quae cognominatur Augusta Gemella. Strabo. Lib. III, p. 144, Τοῦκκις. Ptolem. Lib. II, cap. 4, Τοῦκκι Γέμελλα vocat Appianus, in Iber. pag. 293. Gruteri inscriptio, pag. 323: Coloniae, Gemellae. Tuccitanae. Huius urbis ignoratur locus, neque eoim illis assentiri possum, qui eam *Martos* esse putaot; quae urbs iuxta oppidum *Iaen* sita, Cordubensis certe conventus fuisset, non autem, ut Noster ait, Astigitani. Illam ad Baetim, laevo Singulis latere in mappa sua posuit Sanson. Vnde autem illi fuerit Gemellae nomen dicemus in nota 6. Eo. P.

Itucci. Eadem forsan quam Ptolemaeus loco cit. Ιτοῦκκι vocat; Ιτύκη Appiano in Iber. pag. 292. Eam ad Siogulim, hodie *Genil*, supra Astigi, haud longe a *Miragenil* ponit Sanson. Eo. P.

Attubi, quae Claritas Iulia. MSS. *Vcubi*. Hirtius, *Vcubis*. In thesauro Goltzii, pag. 238. Neronis nummus Col. Claritas. iulia. Non fuit certe, quamvis id Mariana velit, Hist. lib. III, cap. 21, *Espeja*, quae Cordubensis conventus fuisset; fortasse, ut vult Hard. *Olivera*, haud longe ab *Estepa*; forsan etiam *Teba*, sex leucia, meridiem versus. Eo. P.

Vrso, quae Genua Vrbanorum. Ita libri omnes; tamen erudite suspicatur Anton. Augustinus legi oportere *Gemina Vrbanorum*: deductis eo colonis militibus ex aliqua earum legionum quibus Geminae aut Gemellae cognomen fuit, quales erant VII, X, XIII et XIV, quod ex duabus factae singulae erant, quae iustum legionum numerum non explerent. Auctor ipse Caesar, Bell. Civil. lib. III, cap. 4, et Dio, lib. LV. Vrbanorum autem cognominatur, quod militum forte ex sola urbe Roma conscriptorum esset. *H.* — Vrso, quam Ορσῶνα vocat Appianus in Iber. pag. 291, Hirtius autem in bello Hisp. pag. 264, *Vrsaonem*, hodie annuentibus omnibus, *Ossuna* est, quae latine etiam nunc Vrso vocatur, cuiusque nomen mendose *Offuna* scribit Hardoinus. In Conc. Arelat. I subscribit *Natalis Presbyter de civitate Vrsolensium*. Eo. P.

Fuit Munda. Hac familiari forma loquendi *fuit*, excisum deletumque

lio capta. Oppida libera: Astigi vetus, Ostippo. Stipendiaria: Callet, Calucula, Castra gemina, Ilipula minor, Merucra, Sucrana, Obulcula, Oningis. Ab ora

aevo suo oppidum, cui hanc praefigit voculam, innuit. De Cn. Pompeio Magni F. ad Mundam interfecto, vide Livii Epitomen, Hirtium, de Bello Civ. lib. CXV, pag. 264. Velleium, lib. II, n. 56. Florum, lib. IV, cap. 2. Dionem, lib. XLIII, pag. 233. Hard. — Etiam nunc *Monda* vocatur, tribus circiter leucis a mare. Eam tamen *Carter*. III M. pass. occidentem versus sitam fuisse vult. Ed. P.

Astigi vetus. Nunc, ut Mart. de Roa in Histor. Astig. nonnullique alii volunt, *Alameda*, leucis octo ab *Ecija*, inter hanc urbem et *Antequera*. Ed. P.

Ostippo. Meminit Anton. XIV M. P. ab Ilipa, in itinere a Gadibus Cordubam. Astapa Livio est, lib. XXVIII, cap. 22. Ασταπα Appiano in Iber. p. 273, nunc *Estepa*, sex circiter leucis ab *Ecija*. H. et Ed. P.

Callet, etc. In nummo Hispanico, apud Roder. Carum lib. III, cap. 70, pag. 497: Callet - *Calucula*, Ptolemaeo lib. II, cap. 4, Καλίκουλα. — Pro *Meruera*, *Sucrana* MSS. *Macra Sacruna* dant: at vetustae editiones Romana et Parmensis, ut edidimus. — *Obulcula*, Οβόλκαλα Appiano est in Iber. pag. 293. Οβούκολα Ptolemaeo. *Oningis* Livio est *Oringis*. Quum sint haec oppida extra Baeturiam posita, et conventus Astigitani, in eurumdem assignando situ assentiri viris eruditis non possum. Nam quod *Callet* nunc Cala esse censet Io. Fr. Andrez, lib. de Patria S. Laur. pag. 212, et Rod. Carus, lib. III, cap. 70, et post illum Holstenius, oppidum scilicet in media Baeturia positum, supra Hispalim inter Baetim et Anam; quam oram Plinius nunc describat, quemve conventum, aestimasse satis non videntur. Ilipula vero minor, ai *Niebla* est, ad amnem *Tinto*, fere inter ostia Baetis et Anae, ut visum est Roder. Caro, lib. III, cap. 84, sane non Astigitani conventus ea esse potuit, sed Hispalensis, Celticis Baeturiae populis, in quibus est *Niebla*, ei conventui, ut Plinius mox subiungit, attributis. Denique si Oningis ibi fuit, ubi nunc est *Iaën*, ut censuit Mariana, lib. II, Hist. Hispan. cap. 21, pag. 78, ad Cordubensem conventum pertinuit, non ad Astigitanum. Et Livius sane, lib. XXVIII, cap. 31, haud procul Gadibus et oceano statuere Oringin videtur, quam solo aequatam a Scipione prodit. Hard. — Horum igitur oppidorum omnium situm nobis ignotum esse confitendum est. Obulculam tamen Roder. Carus lib. III, cap 41, hodie *Mancloua* esse dicit, inter *Ecija* et *Carmona*; quod quidem nomen in mappis non reperi. Ed. P.

Ab ora venienti, prope Moenobam. Ab ora scilicet interni maris: Oceani enim ora Astigitani conventus, de quo hic Noster, certe non fuit. Fluvium quoque hunc Maenobam, non eum de quo mox Noster *Fluvius Menoba et ipso a dextro latere infusus*, sed illum de quo superius *Maenoba cum fluvio*, libenter esse credam. Priorem enim, qui dextro Baetis latere infunditur, in Baeturia conventuque Hispalensi fuisse superioribus Harduini argumentis demonstrari potest. Posterior autem Astigitano con-

venienti prope Maenobam amnem et ipsum navigabilem, haud procul accolunt Alontigiceli, Alostigi.

Quae autem regio a Baeti ad fluvium Anam tendit 10
extra praedicta, Baeturia appellatur, in duas divisa partes, totidemque gentes: Celticos qui Lusitaniam attingunt, Hispalensis conventus: Turdulos, qui Lusitaniam et Tarraconensem accolunt, iura Cordubam petunt. Celticos a Celtiberis ex Lusitania advenisse manifestum est, sacris, lingua, oppidorum vocabulis, quae cognominibus in Baetica distinguuntur: Seriae adii-

ventui, de quo nunc Noster, certe assignandus est. Hanc autem opinionem sequi videtur Sanson, qui Alontigicelos et Alostigos, haud longe a Maenoba fluvio ponit. Hic igitur, ut supra, *Maenobam*, non autem, ut dat Harduinus, *Menobam* scribendum putavimus, ut alter ab altero distingueretur; illud autem de quo hic agitur hodie, ut superius diximus, p. 12, not. 27, *Rio verde* vocari vult d'Anville. En. P.

Alontigiceli, *Alostigi*. MSS. Reg. et Colb. *Alontigi*, *Caelilostigi*. Chiffl. *Alastigi*. Alontigicelos iuxta urbem *Frigiliana* ponit Sanson, Alostigos autem iuxta *Almagia*, inter *Malaga* et *Antequera*. Eo. P.

Baeturia. Βαιτουρία Straboni, lib. III, pag. 142. Nunc magna ex parte *Petrocha* dicitur, ob petrarum frequentiam, teste Io. Sepulveda Cordubense, de patria sua sic scribente ad Pintianum, lib. III, Epist. 45, H.

Celticos, qui Lusitaniam attingunt. Eas regiones incoluisse videntur Celtici, quae inter amnes *Guadalquivir* et *Guadiana* iacent, circiter usque *Badajoz* civitatem; scilicet orientalem partem provinciae quam *Alentejo* vocant, Estramadurae australem partem, usque urbem *Badajoz*, septentrionalemque partem regni Hispalensis, *Reyno de Sevilla*. Eo. P.

Turdulos, qui Lusitaniam et Tarraconensem accolunt. Scilicet hanc Lusitaniae et Tarraconensis partem, quae hodie Estramadurae pars est iuxta oppidum quod nunc *Badajoz* vocant, ortum solis versus, septemtrionaliaque pars Hispalensis regni, *Reyno de Sevilla*. Eo. P.

Iura Cordubam. Sunt fori conventusque Cordubensis. Hard. — Scribi malim *Corduba*; perinde namque est atque si Turdulos hosce fori Cordubensia esse disisset aut conventus. Dalec.

A Celtiberis. A Celtiberis quidem, quoniam oppidorum vocabula in Celtiberia quoque sunt paria, in Baetica cognominibus distinguuntur: in Lusitania vero Celtiberos consedisse prius, quam in Baeturiam commigrarent, suadet linguae, sacrorumque similitudo: et nomina etiam nonnulla oppidorum gemina. Hunc locum frustra sollicitant Pintianus, et Salmas. in Solin. pag. 279, contra librorum omnium consensum. Hard.

Seriae adiicitur. Subintellige, cognomen. Prius legebatur, *Seria quae*

citur Fama Iulia: Nertobrigae, Concordia Iulia: Segidae, Restituta Iulia: Contributae Iulia: Vcultuniacum, quae et Turiga nunc est: Laconimurgi, Constantia Iulia: Teresibus Fortunales, et Callensibus Emanici. Praeter haec in Celtica, Acinippo, Arunda; Arunci,

dicitur Fama Iulia: Vertebrige, Concordia... Callensibus Emanici. Quam lectionem vitiosam ostendit dissona a priore parte posterioris structura sermonis. Nos codicum Reg. 1, 2, Colb. 1, 2, et Paris. fidem secuti sumus, ut fere solemus. — Seria Ptolemaeo Σερία est, lib. II, cap. 4, quanquam illam in Turdetanis locat, iuxta Lusitaniam. Haan.

Nertobrigae. Νερτόβριγα Ptolemaeo, loc. cit. prope Contributam, Κοντριβοῦταν. Est et alia Nertobriga Celtiberorum, apud Florum, lib. II, cap. 17, pag. 91. Nertobriga haec Baeticae, nunc *Valera la veja*, prope *Frejenal.* est Rod. Caro, lib. III, cap. 66. H.

Segidae. Dalec. et Elzev. *Segede*, Ed. P. — Huic cognominis alia in Celtiberis agnoscitur a Stephano, Σεγέδη, πόλις Κελτιβήρων. Appiano in Iber. pag. 279. Σεγήδη, πόλις Κελτιβήρων τῶν Βελλῶν λεγομένων, hoc est, Bellitanorum, de quibus cap seq. Haro.

Contributae. Dalec. et Elz. *Contributa.* Ed. P. — Hanc ab Emerita distare xxv m. pass. auctor est Antoninus. In Celtiberis quoque Contrebia seu Contributa fuit, de qua Florus, et Livius. Tamayus in Martyrol. Hispan. die 10 Decemb. erutas ait ad oppidum *Medina de las Torres*, inscriptiones multas, Iuliae Contrib. *Haan.*

Vcultuniacum. In MSS. *Muculturnacum.* Libentius agnoverim, *Muculturni*, *item*: ut sit sententia, adiici ei oppido cognomen idem, nempe *Iulia.* Curicam a Contributa dissitam ait Antoninus, xxiv m. pass. Non est *Carruca* Hirtii, lib. de Bello Hisp. pag. 260, quippe quae iuxta Mundam posita, ultra Baetim. Sed videtur esse Κούργα Ptolemaei, lib. II, cap. 4, in Celticis Baeticis, haud dubie pro Κούριγα, vel Τούριγα. Nam Romana editio anni 1470, et Parmensis anni 1476, habent *Turiga.* H.

Laconimurgi, etc. In MSS. Reg. et Colb. *Lacimurgae.* Et in Vettonibus Lusitaniae populis, unde Celtici profecti sunt, Λακωνίμουργον habet Ptolemaeus, lib. II, cap. 5. Nunc esse *Constantina* videtur, in Andalusia, supra *Penaflor*: nec procul inde Tereses tenuere oppidum, ubi *S. Nicolo del Puerto.* — Tereses a Fortunalibus perperam secernit Pseudo-Maximus in Chronico. Coloniae Constantiae mentio apud Hygen. lib. de limitib. constit. pag. 195, sed ab ista, ut puto, diversae. Haro.

Callensibus. Quorum oppidum *Cazalla*, iuxta *Alanis*, et *S. Nicolo del Puerto.* Rod. Carus, lib. III, cap. 70. Olim Calentum dictum, ex Plinio ipso, lib. XXXV, cap. 49. Haan.

Praeter haec. Ἀκινίππω Ptolemaeo, lib. II, cap. 4, in Baeticis Celticis, et Ἀρούνδα, et Ἀρούκι. In nummo vetere, apud Rod. Carum, lib. III, c. 37. Acinipo. Sed idem Carus et Acinipponem, et Arundam, et Arucci, et caetera quae sequuntur oppida, magno errore extra Baeturiae Celti-

Turobrica, Lastigi, Alpesa, Saepone, Serippo. Altera Baeturia, quam diximus Turdulorum, et conventus Cordubensis, habet oppida non ignobilia: Arsam, Mellariam, Mirobricam: regionis Osintiadis, Sisaponem.

Gaditani conventus: civium Romanorum Regina: 12

cam, quae tota Ana et Baeti amnibus clauditur, fere ad Gaditanum fretum ablegat, prope Mundam; vocum affinitate inductus in fraudem. Hard. — Arunda nunc *Ronda*. Brot. Hanc autem urbem *Ronda*, quae ab illa, quae haud longe ab interno mari sita est, diversa esse debet, in mappis non reperio. Ed. P.

Aruci, quidam cum Ptolemaeo, loc. cit. *Aruci* legunt. Nunc *Aroche*, in septentrionali Hispalensis regni parte, ad ripam fluvii *Chanza*, qui in Anam, sinistro latere, leucis circiter XIV ab ostiis eius, influit. Inscriptio Gruteri pag. 238: Civitas Arucitana. Ed. P.

Lastigi. In nummo vetere, quem exhibet Roder. Carus, lib. III, cap. 61, pag. 186: Lastigi et cap. 62: Ordo Municipi Flavi Salpensani, in inscriptione, quam Vtrere ultra Hispalim, versus fretum, repertam ait: sed non continuo eius loci nomen Salpesam fuisse recte colligit, quam in Celtica Baeturia fuisse, hoc est, inter Baetim et Anam Plinius asseverat. Harum urbium sequentiumque situs ignoratur. Hard. et Ed. P.

Saepone. Dalec. et Elz. *Saepona* Ed. P.

Altera Baeturia. Dalec. et Elz. *altera Beturia*. Proponebat Dalec. *altera Baetulia, ab ea quam*, etc. Ed. P.

Arsam. Ἄρσα Stephano, et Ptolemaeo, lib. II, cap. 4. et Appiano in Iber. pag. 294. Tamayus in Martyr. Hisp. 8 fulii, eam nunc *Argallen* dici ait; leucis duabus a *Zalamea della Serena*, ad montes quos *Sierra Morena* vocant. Hard. et Ed. P.

Mellariam. Hodie *Fuente de la Ovejuna*, a Corduba leucis XIV, versus Emeritam. Repertae ibi inscriptiones, apud Gruter. pag. 391: Ordo. Mellariensis. Nec procul inde pagus est *Villa de Capilla*, veteribus Mirobrica, ut docet eruta ibi inscriptio vetus, apud eumdem Gruter. pag. 357 ex Ant. Augustini schedis: Mirobricensium. Munic. *Hard.*

Regionis Osintiadis, Sisaponem. Hactenus in libris editis post Frobenium, *Regiones Osintigi, Sisaponem*. In MSS. Regiis et Colb. ac Parmens. edit. *Regionis Osintiadis, Sisaponem*. Quam lectionem caeteris anteponimus, ut Sisaponi oppido circumiectus ager suo nomine censeatur: siquidem Osintiadem contineri Baeturia, sicut minores regiones maioribus solent, simile veri est. — Σισάπων Straboni dicitur, lib. III, p. 142; hodieque, ut Hard. ait, *Almaden de la Plata* vocatur, quae urbs ad ripam fluvii *Cala*, qui in Baetim supra *Sevilla* influit, sita est. Hard. et Ed. P.

Gaditani. Codex Chifletii *Tuditani*. Ed. P.

Regina. Ῥήγινα Ptolemaeo, lib. II, cap. 4. Apud Ambr. Moral. lib.

Latinorum, Regia Carissa, cognomine Aurelia: Vrgia, cognominata Castrum Iulium: item Caesaris Salutariensis. Stipendiaria: Besaro, Belippo, Barbesula, Lacippo, Baesippo, Callet, Cappagum, Oleastro, Itucci, Brana, Lacibi, Saguntia, Andorisae.

13 Porro longitudinem universam eius prodidit M. Agrippa CCCCLXV M. passuum, latitudinem CCLVII M. sed quum termini Carthaginem usque procederent: quae causa magnos errores computatione mensurae saepius parit, alibi mutato provinciarum modo, alibi iti-

VII, fol. 101, inscriptionem reperimus: Resp. reginensivm. *Hard.*

Latinorum, Regia Carissa. Sic MSS. Reg. et Colb. vetustique libri omnes ante Dalecampium. Nec *Laepiam* habent, nec *Vliam*, quas ille hoc loco nobis obtrusit. Scio apud Gruterum, pag. 271, legi, Oado. Reip. Vliensivm. Sed reperta ea inscriptio est apud *Montemayor*, prope Cordubam, longe a Gaditano conventu, in quo nunc sumus. Hodie Mootis-Maioris nomen habere Vliam inquit Mariana, Hist. Hisp. lib. III, cap. 20, pag. 122, xx ab urbe Corduba lapide. Haud procul Corduba fuisse etiam Dio significat, lib. XL, pag. 229. — Carissa autem Ptolemaeo lib. II, cap. 4, Κάρισσα est, quae vetus nomen retinere, prope *Bornos* ad ripam amnis *Guadalete*, sit Rod. Carus lib. III, cap. 29. Haro.

Vrgia cognominata Castrum Iulium: item Caesaris Salutariensis. Hoc oppidum Vrgia, inquit, quod Latii quoque iure gaudet, duobus cognominibus dignoscitur, Castri Iulii scilicet, et Caesaris Salutariensis. Ptolemaeo, loc. cit. Οὐγία est: hodieque, ut vult Hard. *Las Cabezas*, haud procul a *Lebrija*. Ed. P.

Besaro, etc. *Besaro*, *et Belippo*, ignota caeteris oppida. De Barbesula, et Baesippone, initio capitis huius diximus. — Λαχίππωνος meminit Ptolemaeus, lib. II, cap. 4, et Mela, lib. II, cap. 6. — Est et Ολέαστρον, et Λαχιβίς, apud Ptolem. et Σαγουντία: cuius ruinera monstrari aiunt *inter Arcos* et *Xerez della Frontera*, ad amnem *Guadalete*, cum vetusto nomine *Cigonza*. Oleastrum Mela, lib. III, cap. 1, lucum ait fuisse prope Gaditanum sinum. Hard.

Brana. Forte Vrbona, Οὐρβώνη, de qua Ptolem. lib. II, cap. 4, inter Oleastrum et Baesipponem. — Mox ubi *Andorisae* scripsimus, et statim subsequente periodo, *Porro longitudinem*: id MSS. codicum fidem secuti fecimus: quum prius legereinr, *Andorisippo. Longitudinem*, etc. Sic ipse Plinius, lib. IV, cap. 16, descriptis quibusdam Graeciae regionibus, *Porro Epiri*, inquit, *Achaiae... longitudo*, etc. Hard.

Sed quum termini. Sed eam longitudinem Agrippa tum prodidit, quum Baethica Carthaginem usque pertineret. Haro.

Computatione mensurae. Vetus apud Dalec. *comparatione mensurae.* Ed. P.

nerum auctis aut diminutis passibus. Incubuere maria tam longo aevo, alibi processere littora, torsere se fluminum aut correxere flexus. Praeterea aliunde aliis exordium mensurae est, et alia meatus: ita fit, ut nulli duo concinant.

(II.) Baeticae longitudo nunc a Castulonis oppidi 14
fine Gades, CCL M. et a Murgi maritima ora XXV M. pass. amplior. Latitudo a Carteiana ora CCXXXVI M. passuum Agrippam quidem in tanta viri diligentia, praeterque in hoc opere cura, quum orbem terrarum orbi spectandum propositurus esset, errasse quis cre-

Passibus. Incubuere, etc. Proponabat Dalec. *passibus. Et dum incubuere*, etc. Eo. P.

Tam longo aevo, alibi. etc. Dalec. et Elz. *tam longo ævo alibi*, etc. E. P.

Praeterea. Non ab eodem termino, inquit, initium mensurae est omnibus, neque eadem via iter, ad eosdem etiam fines illam mensuram ducentibus. Hard.

Exordium mensurae est, et alia meatus. Legebat Dalec. *exordium est, mensura et alia meatus*. Eo. P.

A Castulonis. A Castulone oppido, inquit, qui Baeticae finis ac limes nunc statuitur, usque Gades, CCL. M. quod paulum a vero aberrat. Castulonem Baeticae finem statutum fuisse, auctor est etiam Strabo, lib. III, p. 166. Nunc, ut diximus, *Cazlona*, in confinio Castellae Novae, et regni Granatensis. — Ita MSS. omnes R. 1, 2, Colb. 1, 2, Chiffl. Parm. quoque editio, et Martianus ipse lib. VI, cap. de Hispania, pag. 203, a quo Hermolaus incaute citerioris Hispaniae mensuram mutuatus transtulit in ulteriorem, atque hoc loco Plinii tantum inde corrupit, scribens CCCCLXX. M. H. — Legebat Dalec. *a Castulonis oppidi finibus ad Gades*. Eo. P.

XXVM. Haec lectio e Chiffl. desumpta non cum Dalec. et Elz. consonat, in quibus XXII, quod ego mallem; nam vix CCLXX M. pass. est Gades inter et fluvium *Almanzora*, quem Baeticae limitem fuisse arbitramur, *iuxta Mujacar*, intervallum. Eo. P.

Amplior. Vet. apud Dalec. *amplius*. Eo. P.

CCXXXVI M. pass. Dalec. et Elz. CCXXIV. Chiffl. CCXXVII. Martianus lib. VI, cap. de Hispan. p. 203, CCXXIV. Haec omnia vero proxima sunt; CCXXIV enim M. pass. a promontorio *Punta de Europa* dicto ad maxime septentrionalem Anae fluminis flexum, ubi rivum *Estena* recipit, numerantur in quibusdam mappis, CCXXXVI in aliis. Eo. P.

Viri. Maluisset Dalec. *virium*. E. P.

Orbi spectandum. Orbi reposuimus, admonitu codicum Reg. 1, 2, Colb. 1, 2, et Paris. quum prius *urbi* legeretur in libris impressis: orbi, inquam, hoc est universis terrarum gentibus Romam confluentibus. Periret enim alioqui, cum insigni illo

dat, et cum eo Divum Augustum? Is namque complexam eum porticum ex destinatione et commentariis M. Agrippae a sorore eius inchoatam peregit.

IV. (III.) Citerioris Hispaniae, sicut complurium provinciarum, aliquantum vetus forma mutata est: utpote quum Pompeius Magnus trophaeis suis, quae statuebat in Pyrenaeo, DCCCLXXVI oppida ab Alpibus ad fines Hispaniae ulterioris in ditionem a se redacta testatus sit. Nunc universa provincia dividitur in conventus septem: Carthaginiensem, Tarraconensem, Caesaraugustanum, Cluniensem, Asturum, Lucensem, Bracarum. Accedunt insulae, quarum mentione seposita, praeter civitates contributas aliis CCXCIV, provincia ipsa continet oppida CLXXIX. In iis colonias

Romanae urbis praeconio loci, ipsius etiam ex eiusdem verbi repetitione venustas. Sic paulo post, *Porticum eum complexam* scripsimus, ubi *eam* habent libri editi perperam, quum ad *orbem* id referatur quem porticus ea complectebatur. HARD.

Propositurus esset, *errasse*, etc. Legebat Dalec. *proponeret*, *caece errasse*, etc. ED. P.

Destinatione. Proponebat Dalec. *designatione*. EO. P.

A sorore eius inchoatam. Bene MS. Reg. 4, et editio princeps *a sorore sua inchoatam*. Octavia, soror Augusti. BROT.

IV. *DCCCLXXVI*. Sic MSS. omnes, Reg. Colb. Paris. Chiffl. De Pompeii trophaeis in Pyrenaeo positis, Strabo, lib. III, pag. 156. Tamen vetustae editiones tantum habent DCCCXLVI. HARD.

A se. Vet. ap. Dal. *abs se*. ED. P.

Nunc universa. Haec Martianus iisdem verbis, lib. VI, cap. de Hispania, pag. 203. Horum conventuum mentio fere omnium in Inscript. Gruteri. Lucensis, apud Ambr. Morales, lib. VI, fol. 69. HARD. — Conventus illi sunt Carthaginiensis, *Carthagène*; Tarraconensis, *Tarragone*; Caesaraugustanus, *Sarragose*; Cluniensis, *Corugna*; Asturum, *Astorga*; Lucensis, *Lugo*, Bracarum, *Braga*. BROT.

Lucensem. Cod. Chiffl. *Luerensem*. EO. P.

Seposita, ... *oppida* CLXXIX. Chiffl. *seposita civitatis provincia ipsa, praeter contributas aliis* CCXCIII, *continet oppida* CLXXIX. ED. P.

Oppida CLXXIX. Ita Reg. 2, Tolet. Chiffl. etc. Exactissime certe huic summae respondet, qui subiicitur numerus oppidorum citerioris Hispaniae, seu Tarraconensis. Contributae civitates eae sunt, quae maiorum iurisdictioni ac foro parent. HARD.

XII, oppida civium Romanorum XIII, Latinorum veterum XVIII, foederatorum unum, stipendiaria CXXXV.

Primi in ora Bastuli: post eos, quo dicetur ordine, intus recedentes Mentesani, Oretani, et ad Tagum Carpetani: iuxta eos Vaccaei, Vectones, et Celtiberi Arevaci. Oppida orae proxima: Vrci, adscriptumque Baeticae Barea: regio Mavitania, mox Deitania, dein Contestania: Carthago nova, colonia: cuius a promontorio quod Saturni vocatur, Caesaream, Mauritaniae urbem, CLXXXVII M. pass. traiectus. Reliqua in ora: flumen Tader: colonia immunis Illici, unde Illicitanus sinus. In eam contribuuntur Ico-

Colonias. Vet. ap. Dalec. *coloniae.* Ed. P.

XVIII. Ita ex Chiffl.; ap. Dalec. et Elz. legitur XVII. Ed. P.

CXXXV. Ita ex Chiffl.; ap. Dal. et Elz. legitur CXXXVI. In quibusdam CXXXVII. Ed. P.

Bastuli. Qui et Bastitani Plinio, ut diximus sup. cap. Hard.

Arevaci. Dalec. et Elz. *Arrebaci.* Ed. P.

Vrci. Οὔρκη Ptolemaeo, lib. II, cap. 6, in Bastitanorum ora. De ea iam diximus sup. cap. ad ea verba, *Mox a fine Vrgitano.* Hard.

Barea. Barea etiam oppidum, inquit, Tarraconensis provinciae, adscribitur a nonnullis Baeticae. Nunc *Vera*, prope *Muxacra*, quae Veterum Murgis, ut diximus. Βάρεια in Bastulis ad Ibericum pelagus, Ptolemaeo, lib. II, cap. 6. Ed. P.

Mavitania. Ita libri omnes: non *Mauritania*, ut editi, aut *Batestania*, ut nonnulli volunt. Minor ea regio, ut et Deitania, quae sequitur, Bastitaniae finibus, quae maior fuit multis partibus, continebatur. Hard.

Carthago. Cartagena incolis: quam dux Poenorum Asdrubal condidit, inquit Mela, lib. II, c. 6. Hard.

Saturni, etc. Ptolemaeo, Σκομβραρία ἄκρα. Nunc *Cabo de Palos.* Non autem, CLXXXVII, ut noster ait, sed CLXX M. pass. tantum distat ab hoc promontorio Caesarea, quam portum *Vacur* esse hodie putat d'Anville. Ed. P.

Tader. Segura, ut sup. cap. diximus. Τέρεψ Ptolemaeo dici videtur, lib. II, cap. 6. Hard.

Illici. Mela, loc. cit. *Illicitanus sinus*, inquit, *habet Alonem, et Lucentiam: et unde ei nomen est, Illicen.* Nunc, ut recte Escolanus, Hist. Valent. lib. IV, cap. 19. aliique *Elche:* aut id certe oppidum ex Illicis ruinis, quod propius a mari fuisse videtur, est excitatum. Sinui Illicitano tamen hodie nomen est *Golfo de Alicante*, a vicino, de quo mox dicemus, oppido. Colonia porro immunis quum dicitur, Italico iure donata significatur, et immunitate ab omni censu, non modo capitis, sed et soli. De eo iure multa pererudite

sitani. Mox Latinorum Lucentum, Dianium stipendiarium: Sucro fluvius, et quondam oppidum, Contestaniae finis. Regio Edetania amoeno praetendente se stagno, ad Celtiberos recedens. Valentia, colonia, III M. pass. a mari remota: flumen Turium, et tantumdem a mari Saguntum, civium Romanorum oppidum,
4 fide nobile: flumen Vduba: regio Ilergaonum. Ibe-

Gothofredus, in Cod. Theod. lib. IV, tit. 13, de iure Italico, etc. pag. 221. Hard.

Icositani. Ita libri omnes. Hi, inquit, Illicitanae coloniae foro ac iurisdictioni subduntur. — Ignoratur eorum situs. H. et Ed. P.

Latinorum. Hoc est, Latii iure donatum. Lucentum Arabes praefixo articulo *Alicante* dixere, celeberrimum hodie emporium in *Reyno de Valencia.* Hard.

Dianium. Straboni, lib. III, pag. 159. Διάνιον. Nunc *Denia.* Isidoro, Zanium, ut pro Diaeta, Zaeta dixere antiquitus. Hard.

Sucro. Σούκρωνος, hodie *Xucar*, meminit Strabo, loc. cit. Oppidi, Antoninus. Hic Sucronensis pugna, inter Pompeium et Sertorium: de qua Plutarch. in Sertorio, pag. 578. Amnem hunc Contestaniae finem facit etiam Ptolemaeus, lib. II, cap 6, cuius a Carthagine nova, quod et Plinius fecit, ducit initium. Oppidum hodie *Alcira.* Hard.

Edetania. Ἠδητανῶν regio Ptolemaeo, loc. cit. Ad Iberum usque et Caesaraugustum ea pertinuit. Apud Gruterum, pag. 481; Eoitani. — Stagnum hodie *Albufera* vocatur. Ed. P.

Valentia. Hodie *Valencia* caput regni *de Valencia* dicti. Hanc Turium flumen praeterfluit, quod et Mela Turium appellat, Sallustius autem *Turiam*, quem sequitur vetus apud Dalecamp. hic *Turia* legens: apud quosdam etiam *Durias* reperitur. Vocatur autem hodie *Guadalaviar.* Eo. P.

Fide nobile. Florus, lib. II, cap. 6: *In causam belli Saguntus delecta est ab Hannibale, vetus Hispaniae civitas, et opulenta: fideique erga Romanos magnum quidem, sed triste monumentum . . Iam novem mensibus fessi fame, machinis, ferro, versa denique in rabiem fide, immanem in foro excitant rogum: tum desuper se suosque, cum omnibus opibus suis, ferro et igni corrumpunt.* Vide August. de Civit. Dei, lib. III, cap. 20. Appian. in Iber. pag. 261, et Livium, lib. XXI, cap. 7, seqq. et lib. XXVIII, cap. 39. ubi hoc oppidum iussu senatus restitutum fuisse narrat *fidei socialis utrinque servatae documentum omnibus gentibus.* Indigenae locum esse putant, ubi nunc est *Murviedro*, quarto vel quinto lapide a Valentia ad Boream, ubi veteris Sagunti rudera fuisse ostensa Regi Catholico Philippo V, octava die Maii, anni 1719, nuncii publici typis impressi prodiderunt. *Murviedro* dicunt patria lingua esse *murum veterem.* Hard. — Maluisset Dalec. *civium Romanorum oppidum fide nobile*, deleta post *oppidum* virgula. Eo. P.

Flumen Vduba. Sic. Reg. et Colb. non *Idubeda*, quod montis est nomen Ptolemaeo ac Straboni. Hard. —

rus amnis navigabili commercio dives, ortus in Cantabris, haud procul oppido Iuliobrica, per CCCCL M. pass. fluens: navium per CCLX M. a Varia oppido capax; quem propter universam Hispaniam Graeci appellavere Iberiam. Regio Cossetania, flumen Subi: colonia Tarraco, Scipionum opus, sicut Carthago

Nunc *Murviedro*, quo alluuntur urbs cognominis et Segobriga hodie *Segorbe*, vel *Segorve*, in *Reyno de Valencia*. Ed. P.

Ilergaonum. Ab Vduba ad Iberum Ἰλεργάονας Ptolemaeus, lib. VI, cap. 6, et Livius, lib. XXII, cap. 21. *Ilurgavonenses, qui flumen Iberum attingunt*, Caesar appellat, de Bell. Civ. lib. I, cap. 60. Tamen ultra Iberum Ilergaonas promovet Ptolemaeus: et in nummis Dertosa hodie *Tortosa*, in sinistra fluvii ripa, Ilergaonum genti adscribitur. Haro. Vid. Ind. geogr. nost. edit. tom. IV, pag. 283. Ed. P.

Iberus. Accolis *Ebro*: nobis *l'Ebre*. Hard.

Iuliobrica. Ἰουλιόβριγα Ptolemaeo, loc. cit. quam sub eadem caeli parte locat, ac Iberi fontes, qui hodie in valle reperiuntur cui nomen est *Val de Vieso*: nomen autem oppidi, quod *Fuente de Ivero* esse dicit Hard. in mappis non reperi. Inscriptio apud Ambr. Morales, fol. 67: IVLIOBRIGENSI. EX. GENTE. CANTABRORVM. Ed. P.

Per. Haec vox ap. Dalec. et Elz. deest. Ed. P.

CCCCL M. pass. fluens, navium per CCLX M. a Varia oppido capax. Non per CCCCL M. pass. sed vix per CCCC fluit Iberus: navium nunc per CCXVI M. pass. tantum, ab urbe *Tudela* capax est; non immerito autem noster aetate sua per CCLX M. pass. istud flumen navium capax fuisse contendit, si Varia oppidum, quae Οὐαρία Ptolemaeo est in Beronibus, lib. II, cap. 6, et Straboni, lib. III, p. 162, hodie *Logrono* est, ut d'Anville, nonnullique alii volunt. Qui autem Iberum non superius, Plinii aetate quam nostra, navigabilem fuisse putant, libentius ut opinor, Variam in *Valtierra*, iuxta *Tudela*, CCXVII M. pass. ab Iberi ostiis, agnoscent. Ed. P.

Cossetania. Sic libri omnes. Ptolemaeo, lib. II, cap. 6, Κοσσητανοί, in quibus Tarraconem locat. Apud Gruter, pag. 499: TARRAC. VRBS. COSSITANOR. Ab Ibero ea regio incipit, Tarracone clauditur. Hard.

Subi. Hodie *Francoli*, qui in Tarraconis portum influit. Ed. P.

Colonia, etc. Haec Solinus, cap. 23, pag. 44. et Martianus, lib. VI, pag. 202. Hodie *Tarragona* dicitur, in ora regionis, hodie *Principado de Catalugna* dictae. Hanc a Phaenicibus, ut aiunt, Tarconis nomine conditam, in sequentibusque temporibus bello vastatam, Scipiones reaedificarunt, eamque tandem Romana colonia auxit, ut putant, Iulius Caesar. Gruteri Inscriptio pag. 362: COL. TARRAC. Ed. P.

Sicut Carthago Poenorum. Interpretes omnes hic de veteri Carthagine meminisse nostrum volunt, quam d'Anville hodie *Cantavieja*, in *Reyno de Aragon* leucis circiter XV a mari, esse dicit, Harduinus autem *Villa franca de Panades*, in *principado de*

Poenorum. Regio Ilergetum, oppidum Subur: flu-
5 men Rubricatum, a quo Laletani et Indigetes. Post eos, quo dicetur ordine, intus recedentes radice Pyrenaei, Ausetani, Lacetani: perque Pyrenaeum Cer-

Catalugna, leucis duobus a mari esse contendit: Mannertus tandem haud longe a *Lerida* sitam fuisse ait; unde huius urbis ignorari locum confitendum est. Hanc Carthaginem veterem a Poenis, duce Hamilcare, conditam fuisse addit Harduinus, nescio qua fretus auctoritate. Obscurior autem videtur mihi fuisse haec Carthago, quam ut hic a nostro Tarraconi opponatur, uni inter clarissimas Hispaniae veteris urbes, atque quodam modo totius regionis capiti sub Romanis. Non aliam igitur Carthaginem hic nostrum designasse puto quam Carthaginem novam ab Asdrubale, Amilcaris cognomine Barcae filio, conditam, et totius Hispaniae, quandiu sub Poenorum ditione fuit, praecipuam urbem: quem quidem dignitatis gradum Tarraconi cessit, Romanis imperantibus. Quid autem de ista Carthagine dixerimus vide superius pag. 34, not. 15. Ed. P.

Ilergetum. Regionem omnem tenuisse videntur quae a Subi amne, quem, superiore nota 33, hodie *Francoli* vocari diximus, ad Rubricatum, quod flumen hodie *Llobregat* dici nos modo, insequenti nota 39, docebit Harduinus. De Ilergetibus pluribus locis meminit Livius, nempe lib. XXI, cap. 23, ubi de Hannibale: *Ilergetes inde, Bargusiosque, et Ausetanos, et Lacetaniam, quae subiecta Pyrenaeis montibus est, subegit*; et lib. XXI, cap. 61, ubi huius Ilergetum gentis caput fuisse nos docet Athanagiam urbem, quae in Indibilis defectione a Scipione obsessa est. Gruteri Inscript. pag. 519: CONTAA. ILERGETAA. *Ed. P.*

Subur. Σούβουρ Ptolemaeo, lib. II, cap. 6. Nunc *Villa nova*, ad mare. Gruteri Inscriptio, iuxta Tarraconem eruta, pag. 414: SVBVRITANI. *Hard.*

Rubricatum. Ρουβρίκατος Ptolemaeo, loc. cit. hodie *Llobregat*. Ab hoc amne ait iam Laletanos appellari incolas: et proximos iis deinde, ubi nunc Emporiae sunt, Indigetes, quorum regio Pyrenaeae Veneris promontorio clauderetur. Sic etiam Ptolemaeus loc. cit. HARD.

Laletani. Sic libri omnes. Hinc Laletana vina magis copia quam bonitate laudata Plinio, lib. XIV, cap. 8. Laletana sapa, Martiali lib. VII, epigr. 52. Gruteri Inscript. pag. 490: PRAEFECTO. ORAE. MARITIMAE. LALETANAE. Ptolemaeo, lib. II, cap. 6. Λαιητανοί, Straboni, lib. III, pag. 159, Αιητανοί. HARD.

Indigetes. Ενδιγέται Ptolemaeo, loc. cit. Ινδικηταὶ Straboni, lib. III, pag. 160. HARD.

Post eos. Retro versus occasum Solis aestivum, in mediterraneo. HARD.

Ausetani. Hactenus, *Ausitani*, *Itani*, *Lacetani*. F. Vrsinus, *Iaccetani* legit ex Strabone et Ptolemaeo. Nos *Itani* expunximus, de quibus in hoc tractu nihil usquam compertum, ex quo mutila quaedam praecedentis vocis repetitio possit haberi. Nam quum hos, quos recenset Plinius, redditurum se promittat inferius, Ausetani quidem, aliique, suis locis apparent, Itani nusquam. At ne Lacetas eum Vrsino, Pelicerioque in notis MSS.

retani, dein Vascones. In ora autem colonia Barcino, cognomine Faventia. Oppida civium Romanorum: Baetulo, Iluro: flumen, Larnum: Blandae: flumen

mutem, vetat Livius, qui Lacetanos saepe laudat, lib. XXVIII, cap. 24, lib. XXXIV, cap. 20, multoque expressius situm eorum indicat, lib. XXI, cap. 60: *Cn. Scipio*, inquit, *in Hispaniam cum classe et exercitu missus, quum ab ostio Rhodani profectus, Pyrenaeosque montes circumvectus, Emporiis appulisset classem, exposito ibi exercitu, orsus a Lacetanis omnem oram usque ad Iberum, partim renovandis societatibus, partim novis instituendis, romanae ditionis fecit*, et cap. 61: *Ilergetes, in ius ditionemque recepit. Inde in Ausetanos prope Iberum procedit: atque, urbe eorum obsessa, Lacetanos auxilium finitimis ferentes nocte, haud procul iam urbe, quum intrare vellent, excepit insidiis.* Λακητανίαν Dio, lib. XLV, p. 274: Et Λακητανῶν ἔθνος Plutarchus agnoscit, tum alibi, tum in Catone maiore, pag. 342. Lacetanos denique Caesar Bell. Civ. lib. I, pag. 143, cum Ausetanis et Tarraconensibus iungit. Adeo placuere Iaccetani Cuiacio, ut non modo hoc loco, sed ubi minime omnium oportuit, obtruserit. Nam Dig. lib. L, tit. 15, de censibus, ubi Vlpianus, *ius Italicum Valentinii et Licitani habent*: ipse *Iaccetani* legi censet oportere, Observ. lib. X, cap. 35. alii *Lacetani*: neutri recte. Nos *Illicitani* ab Illici, de quo paulo ante Valentiam egimus, quod oppidum Latinorum seu iuris Latini esse Plinius monet, restituimus. Ausetanorum Livius meminit loc. cit. Αὐθητανοὶ Ptolemaeo lib. II, cap. 6. Oppidum Ausa et Vicus Ausae, *Vic d'Osona* et frequentius *Vich*, inter *Gerona* et *Manresa*. Hard. et Eo. P.

Lacetani. Supra *Gerona*, in Pyrenaei radicibus. Haan.

Cerretani. Κερρόιτανοὶ Ptolemaeo, lib. II, cap. 6; Straboni, lib. III, pag. 162, Κερρῆτανοί. Κερήτανοι ἐν Ἰβηρίᾳ Dioni, lib. XXVIII, p. 382. Vascones, non in Aquitania, sed in Hispania collocat etiam Ptolemaeus loc. cit. Vascones, ea aetate erant, qui hodie Navarri: ut egregie probat Oihenartus, lib. II, cap. 1, pag. 75. Harn.

Barcino. In Lacetanis, seu Laletanis teste Ptolemaeo, loco citato. Nunc *Barcelona* vocatur. Gruteri Inscriptio, pag. 419: Col. F. I. A. P. Barcin. hoc est, *Colonia Flavia Iulia Augusta Pia* (non *Paterna*) *Barcino*. Ibi enim F. Flavia est. Nam eadem pag. legitur, Col. Flav. P. Barc. At in Thes. Goltzii, Galbae nummus, sed fictus, ut Goltziani plerique: Col. Barcino. Faventia. *Hard.*

Baetulo, Iluro Chiffl. *Baetulo, Irulo*. Mela, lib. II, cap. 6, *Eluro, Baetullo*. Baetulam habet Livius, lib. XXVII, cap. 18 et 20. Baetulo, hodie *Badalona*, in ora Catalauniae, leucis duobus a *Barcelona*. — Iluro, Ἰλουρῶν Ptolemaeo (pro Αἰλουρῶν) in Laletanis; nunc *Pineda*, leucis X a *Badalona*, ad mare. Est et alia Iluro in Novempopulania, Galliae veteris provincia, hodieque dicta *Oleron*, Hispanorum commercio dives. Haan. et Eo. P.

Larnum. *Tordera* hodie dictum,

Alba: Emporiae: geminum hoc, veterum incolarum, et Graecorum, qui Phocaeensium fuere soboles. Flumen Tichis. Ab eo Pyrenaea Venus in latere promontorii altero, XL M.

6 Nunc per singulos conventus reddentur insignia praeter supradicta. Tarracone disceptant populi XLIII, quorum celeberrimi, civium Romanorum Dertusani, Bisgargitani: Latinorum, Ausetani, Cerretani, qui

iuxta urbem Blandas, hodie *Blanos*. Ed. P.

Flumen Alba. Hodie *Ter* seu *Tet*. Harduinus illud idem esse ait eum illo quod Mela, lib. II, cap. 6, *Clodianum*, iuxta urbem Emporias; ad hanc autem urbem alius reperitur amnis hodie *Fluvia* vocatus, qui fortasse Melae Clodianum fuit. Eo. P.

Emporiae. Strabo, lib. III, pag. 159, Εμπόριον vocat, et Δίπολιν, hoc est, geminam urbem, Graecos advenas a veteribus incolis medio dirimente muro, dividi testatus cum Plinio. Idem a Massiliensibus conditam, cum Stephano docet, et Scilace in Periplo, pag. 2. Fuere autem Massilienses orti a Phocaeensibus, ut dicetur cap. seq. Nunc *Ampurias* vocant. Ptolemaeo Εμπορίαι in Indigetibus, lib. II, cap. 6. Hard.

Flumen Tichis. *Ticer* vocatus Melae qui loc. cit. *Ticer flumen ad Rhodam;* huius autem fluvii, qui in Rhodanum sinum, hodie *Golfo de Roses*, influit, nomen in mappis non reperi. Errat certe Harduinus qui eum *Ter* accolis vocatum dicit: qui enim fluvius hodie *Ter* vocatur VI leucis a Rhoda urbe, hodie *Roses*, distat, et Nostro ab austro ad septemtrionem procedenti ante urbem Emporias occurrere debuit. Hunc eumdem esse cum illo quem Albam vocat superius diximus. Ed. P.

Pyrenaea Venus. Elzev. *Pyrene Venus*, cuius in locum proponebat Dalec. *Pyrene Veneris*. Mela, lib. II, cap. 5. *Tum inter Pyrenaei promontoria: portus Veneris insignis fano*, etc. Huic promontorio, inquit Mariana, Hist. Hispan. lib. I, cap. 2, olim a Veneris templo, nunc religione mutata, a Cruce facta est appellatio: *Capo de Cruz*. Non autem XL M. pass. ut Noster ait, sed XVIII tantum a fluvio, quem Tichim esse putamus, distat. Eo. P.

Tarraeone. Hoc est, fuere hi Tarraconensis fori: hinc iura petere coacti. Haro.

XLIII. Sic apud Chiffl. legitur; in Dalecamp. et Elzevirian. *populi* XLIV. Eo. P.

Dertusani. Qui civium Romanorum iure potiebantur, ut et Bisgargitani. Oppidum Ptolemaeo, lib. II, cap. 5, Δέρτωσα in Ilergaonum gente. Tiberii nummus apud Suritam, in Anton. Itin. p. 548: Dert. Ilergaonia. Apud Reinesium, pag. 316, vetus inscriptio Dertosae reperta: Ordo. D. C. D. *Ordo Decurionum Coloniae Dertosae*. Nunc est *Tortosa* ad Iberum. Haro.

Bisgargitani. Et hi ab oppido rursum Ilergaonum mediterraneo, quod Βισσαργίς Ptolemaeo loc. cit. Germanici nummus, in Thesauro Golt. p. 242: Mvn. Biscargis. *Hard.*

Iuliani cognominantur, et qui Augustani: Edetani, Gerundenses, Gessorienses: Teari, qui Iulienses. Stipendiariorum: Aquicaldenses, Onenses, Baeculonenses.

Caesaraugusta colonia immunis, amne Ibero affusa, ubi oppidum antea vocabatur Salduba, regionis Edetaniae, recipit populos CLII. Ex his civium Roma- 7

Ausetani. Ab Ausa oppido, de quo supra. Haro.

Cerretani. Gentis huius ait oppida duo fuisse, unde cognomen Incolae tulerunt: Iuliani, ab oppido Iulia Libyca, Ἰούλια Λίβυκα, cuius Ptolemaeus meminit, lib. II, cap. 6, Augustani ab Augusta. Haso.

Iuliani. Elz. *Suliani*. Eo. P.

Edetani. Prius *Sedetani* legebatur. Atqui Sedetanos hic locum habere litterarum series non patitur, quam in populis recensendis Plinius sequitur: *Ausetani*, *Cerretani*, *Edetani*, *Gerundenses*, etc. Ab Εδήτα oppido nomen hi sortiti videntur, quod ubi demum id fuerit, cis Iberum fuit: inter amnem eum et Pyrenaea iuga. Cave enim credas ab Edeta oppido Edetaniae sive Sedetaniae regionis, ubi Saguntum, Valentia et Caesaraugosta fuere, hos Sedetanos fuisse appellatos: quum ii Caesaraugustani fuerint, ut statim Plinius admonet, non Tarraconensis fori. Quid si *Deciani* scribas, a Δεκιανοί Indigetum Mediterraneo oppido apud Ptol. lib. II, cap. 6. Haro.

Gerundenses. Ab oppido Gerunda in Ausetanis, Ptolem. loc. cit. Nunc *Girona* incolis. Haso.

Gessorienses, quos mendose *Cessorienses* Pinetus vocat, nusquam nisi apud Nostrum nominati reperiuntur. Haro.

Teari. Quorum oppidum Tiara Iulia, Τιαρτουλία in Ilergaonum mediterraneis civitatibus apud Ptolem. loc. cit. qui Ilergaonas, ut monuimus, ultra Iberum, in Catalauniamque promovet. Hasp.

Iulienses. Ela. *Sulienses*. Eo. P.

Aquicaldenses. Ab aquis calidis, quas Ὑδατα Θερμὰ Ptolemaeo, lib. II, cap. 6, in Ausetania, nunc *Caldes*, leucis IV a Barcinone. Haro.

Onenses. Ita libri omnes, etsi potius *Aunenses* ex litterarum serie legendum videatur. Ed. P.

Baeculonenses. Ita MSS. Reg. etc. non *Baetulonenses*, a Baetulone oppido superius memorato: Sed a Βαιχούλα Ptolemaei, in Ausetanis inter Ausam et Gerundam. Haro.

Caesaraugusta. Nummos huius coloniae indices multos refert Patinus, pag. 33, seq. Nunc incolis *Zaragoza*, Gallis *Saragosse*, una inter maxime inclitas Hispaniae urbes provinciae *Reyno de Aragon* dictae praecipua. Ed. P.

Salduba. MSS. Reg. et Colb. 1, 2, *Salduvia*. At vetus inscriptio ap. Goltzium, p. 238: Col. Caesarea. Avg. Salovdra. In nummis Sexti Magni Pii: SAL. hoc est, *Salduba*. Haso.

Edetaniae. Ptolemaeus quoque, l. II, cap. 6, Edetanis, sive Hedetanis, seu denique, aspiratione, ut fit, in sibilum versa, Sedetania Caesaraugustam assignat. Σηδητανία Appiano, in Iber. pag. 298. Hard.

norum Belitanos, Celsenses, ex colonia: Calaguritanos, qui Nassici cognominantur: Ilerdenses, Surdaonum gentis; iuxta quos Sicoris fluvius: Oscenses, re-
8 gionis Vescitaniae: Turiasonenses. Latinorum veterum: Cascantenses, Ergavicenses: Graccuritanos,

Belitanos. Ab oppido Βίλιτα, in Edetanis, haud procul Caesaraugusta, apud Ptolem. lib. I, cap. 6. Hodie *Belchite*, leucis VIII a *Zaragoza* meridiem versus. Indulget coniecturae Reinesius, Variar. lect. lib. I, c. 25, contra omnium librorum fidem, quum Bilbilitanos, a Bilbili, quae Martialis patria, scribi iubet. HARD.

Celsenses. Oppidum Κέλσα in Ilergetibus, Ptolem. lib. II, cap. 6. Nunc *Xelsa*, ad Iberum. Nummus Tiberii, in Thesauro Goltzii, pag. 242: COL. VIC. IVL. CELSA. Anton. August. ait esse *Velilla*, quae ad Iberum pariter leucae unius intervallo a Celsa distat. Vide librum, quem de Nummis antiquis Populorum et Vrbium nuper in lucem edidimus. HARD.

Calaguritanos. Ambr. Morales, ex vetere inscript. MVN. CALAGVRIS. IVLIA. NASSICA. Nunc *Loarre*, ab Huesca leucis V dissita. Sic Andrez, pag. 33. HARD.

Ilerdenses. Ἱλέρδα in Ilergetibus a Ptolemaeo collocatur, lib. II, cap. 6. Nunc *Lerida*, iuxta *Rio Segre*, qui Sicoris, etiam Lucano, lib. IV, vers. 14, ubi Ilerdae situm describit: ... *Placidis praelabitur undis Hesperios inter Sicoris non ultimos amnes*, etc. HARD.

Oscenses. Osca eorum oppidum, Floro lib. III, cap. 22, in Ilergetibus quoque statuitur (quorum pars Vescitani, et Surdaones fuere), ap. Ptolemaeum, lib. II, cap. 6, nunc *Huesca*, in *Reyno de Aragon*. Numnius Germanici, in Thes. Goltzii, pag. 242, COL. V. T. T. OSCA. Hic etiam vide librum nuper a nobis de Nummis antiquis Populorum Vrbium que editum. HARD.

Vescitaniae. Vet. ap. Dalec. *Bessetaniae*. ED. P.

Turiasonenses. Τουριαζὼ in Celtiberis, Ptolem. lib. II, cap. 6. In nummis antiquis MVN. TVRIASO et MVN. TVR. Nunc *Tarazona*, urbs Hispaniae, leucis V a *Tudela*, meridiem versus. ED. P.

Cascantenses. Chiffl. *Cascantes*. Nummus Tiberii apud Patin. pag. 616, MVNICIP. CASCANTVM. Κάσκαντον Ptolemaeo, lib. II, cap. 6, in Vasconibus, hoc est, Navarris. Nunc oppidum Navarrae, *Cascante*, leucis tribus a *Tarazona*, septemtrionem versus. In decretis Hilarii Papae, 252: *Tyriassonensium*, *Ascantensium*, *Calaguritanorum*: lege, *Turiasonensium*, *Cascantensium*, etc. H. et ED. P.

Ergavicenses. Εργαούικα in Celtiberis, Ptolemaeo loc. cit. Apud Gr. p. 381: EX. CONVEN. CAESAR. ERGAVIC. Hoc est, ex Conventu Caesaraugustano Ercavicenses. Apud Patinum, pag. 34, nummus antiquus: MVN. ERGAVICA. In Conc. Tolet. X, *Balduigius Arcavicensis episcopus*, pro *Ercavicensis*. Hodie *Fraga*, ad fluvium *Cinca*, qui in Iberum influit, leucis quinque a *Lerida*. ED. P.

Graccuritanos. A Ti. Gracco nomen Graccuris accepit. Vide Livii Epit. lib. XLI. *Gracchus monumen-*

Leonicenses, Ossigerdenses. Foederatos, Tarragenses. Stipendiarios: Arcobricenses, Andologenses, Arocelitanos, Bursaonenses, Calaguritanos qui Fibularenses cognominantur, Complutenses, Carenses,

tum virtutis operumque suorum Graechurin urbem suo nomine insignem esse voluit, quae antea Illureis nominabatur. Nunc *Agreda* in Aragoniae confinio, leucis IV a *Tarazona*. Hinc Martyres Graccuritani in Martyrol. *Martyres de Agreda.* Γρακχουρίς Ptolemaeo, in Vasconibus. H. et En. P.

Leonicenses. Oppidum Λεονίκα in Edetanis, Ptolemaeo, lib. II, cap. 6, in quibus est ipsa Caesaraugusta, cuius foro Leonicenses disceptabant. Nunc est *Alcaniz*, in *Reyno de Aragon*, ad amnem *Guadalope*, qui in Iberum influit. Edetanos a Valentia usque Caesaraugustam pertinuisse iam monuimus. Nummus C. Caesaris, in Thes. Goltzii, pag. 244: Mvn. Leonica. *Hard.*

Ossigerdenses, vel ut vult Brot. *Osicerdenses:* Ptolemaeus enim, loc. cit. Οσιχέρδα scribit, quod etiam in nummis veteribus reperitur. Creditur esse *Xerta*, ad Iberum, leucis tribus supra *Tortosa*. Eo. P.

Tarragenses. Municipium Τάρραγα Ptolemaeo, in Vasconibus. Hodieque *Tarrega*, leucis novem a *Lerida*, orientem versus, in *principado de Catalugna*. En. P.

Arcobricenses. Chiffl. *Arcobrienses.* Αρκόβριγα Ptolem. loc. cit. in gente Celtiberorum. Hodie *Los Arcos*, in *Reyno de Navarra*, leucis quinque ab *Estella*, meridiem versus. En. P.

Andologenses. Ab *Andosilla*, Navarrae oppidulo, leucis XIII a *Pamplona*, meridiem versus, Prud. Sandoval, apud Oihenartum, pag. 90, hos suspicatur nomen habuisse. Haro. et Eo. P.

Arocelitanos. Ita MSS. omnes. Antoninus in Itinere ab Asturica Burdigalam, habet Aracelim, vel Arocelim, a Pompelone XXIV. M. P. Nunc *Huarte Araquil*, sex circiter leucis a *Pamplona*, versus solis occasum, ut recte Oihenartus vidit, in Notit. Vascon. pag. 90. Harn. et En. P.

Bursaonenses. Vel *Bursavolenses*, de quibus Hirtius in Bello Hisp. pag. 158, vel *Bursadenses* ab oppido Βούρσαδα, de quo Ptolem. lib. II, cap. 6, in Celtiberis. Haro.

Calaguritanos. Calaguris Quintiliani rhetoris natalibus clara, hodie *Calahorra* est, ad Iberum, leucis circiter octo supra *Tudela*. In Gaza Regia, nummus Augusti, mvn. calag. ivl. *Hard.* et Eo. P.

Complutenses. Complutum, ut Harduinus et Gibrat. volunt, hodie est *Alcala de Henarez*, ad rivum *Henarez*, sex leucis a *Madrid*, orientem versus. Eo. P.

Carenses. Vetus oppidum nomen retinet *Cares*: novum, *Puente la Reyna*, leucis IV a *Pamplona*, meridiem versus. Inscriptio apud Ambros. Morales, fol. 68: Ex Caesaraug. Karensi. hoc est, ex conventu Caesaraugustano, oppido seu municipio Carensi: non, ut Scaliger interpretatur, in Gruterii indice, *Carenses Caesaraugustani.* Hard.

Cincenses, Cortonenses, Damanitanos, Larnenses, Lursenses, Lumberitanos, Lacetanos, Lubienses, Pompelonenses, Segienses.

Carthaginem conveniunt populi LXV, exceptis insu-
9 larum incolis. Ex colonia Accitana Gemellenses, et Libisosona cognomine Foroaugustana, quibus duabus

Cincenses. Ita libri omnes, praeter Elzev. apud quem *Cicenses*. Forte *Cinnenses* ab oppido Κίννα in Iaccetania Ptolemaei, lib. II, c. 6. Haro. et En. P.

Cortonenses. MSS. omnes *Cotonenses*. Hard.

Damanitanos. In Edetanorum gente, in quibus ipsa Caesaraugusta fuit, Δαμανίτα, Ptolemaeo, loc. cit. fortasse *Mediana*, ad Iberum, sex leucis infra *Zaragoza*. Eo. P.

Larnenses. Ab oppido, Larnu amni, de quo supra, cognomine. Fortasse *Torderas* ad flumen *Tordera*. Haro. et Eo. P.

Lursenses, etc. Quum hoc loco populorum nomina disponi per elementa debeant, mire omnia perturbata, permixtaque sunt in libris ad hunc diem vulgatis: sic enim habent: *Larnenses*, *Iturienses*, *Ispalenses*, *Lumberitanos*. In MSS. Reg. etc. *Larnenses*, *Lursenses*, *Lumberitanos*. De Ispalensibus nihil: unde huc irrepserint, incompertum adhuc. Hermolaus *Ilursenses* ab Ilurone iam antea memorato oppido, neque revocando amplius: *Iturienses* Dalec. ab Ιτούρισα, Vasconum civitate, reposuit. Haro.

Lumberitanos. Dalec. et Elzev. *Ilumberitanos*. Ab oppido quod Galli *Lumbier*, in Navarra: Incolae Vasconice, *Irumberri* vocant, teste Oihenarto, pag. 90, leucis VII a Pompelone. Hard.

Lacetanos. De his egimus in nota superiore 42. Haro.

Lubienses. De Lubiensibus nihil adhuc compertum, nisi ii sunt qui Levienses corrupte forsan nominantur, cum Cascantensibus et Calaguritanis proxime hoc tractu appellatis, in decretis Hilarii Papae, pag. 252. Male Dalecamp et Elzev. *Vibienses*, Chiffl. *Subienses*, legere volunt, neglecto elementorum ordine. H. et Eo. P.

Pompelonenses. Ita Gruteri quoque inscriptio, pag. 325 et 455. Hodie *Pamplona*, Gallis *Pampelune* vocatur. Eo. P.

Segienses. Segienses, vel Segisenses (ut recte Parm. edit), a Σέγισα in Bastinis oppido, apud Ptolem. lib. II, cap. 6. Haro.

Carthaginem. Carthaginem novam, quae hodie in Murciae regno, *Cartagena*. *Carthagine nova conventum agebat Galba*, inquit Suetonius in eius vita, cap. 9. Haro.

Populi LXV. Sic in Chiffl. Dalec. autem et Elzevir. *populi* LXII. Eo. P.

Gemellenses. Sic Accitaniae coloniae cives vocabantur: ipsa, *Colonia Iulia Gemella Accitana*, Col. Gem. Accitana, apud Gruter. pag. 271. Accis hodie *Guadix*, in Granatensi regno. De Gemellae cognomine superius diximus. In nummis antiquis: C. I. G. Acci. et Col. Gem. Acci. *Hard.*

Libisosona. Et haec colonia fuit, apud Grut. pag. 260, ex Ant. Augu-

ius Italiae datum: ex colonia Salariense oppidani Latii veteris Castulonenses, qui Caesari Venales appellantur: Setabitani, qui Augustani: Valerienses. Stipendiariorum autem celeberrimi: Alabanenses, Bastitani, Consaburenses, Dianenses, Egelestani, Ilorcitani,

stino, Colonia Lisisosanoavm. Estque Plinii calculo, qui xii colonias in citeriore Hispania recenset. Vide librum de Nummis antiquis, verbo Celsa. Antonino, Libisosa est: Λιβισόκα Ptolemaeo in Oretanis, lib. II, cap. 6. Vnde *Libisoca*, quod in vetustis codicibus reperitur, legere vult Dalecampius, quem secutus est Elz. Aiunt exstare huius oppidi rudera ad *Lebazuza*, sive *Lezuza* in *Provincia de Cuença*, haud procul ab ipso oppido *Cuença*. Haro. et Eo. P.

Salariense. Nunc *Cazorla* dicitur in regno Granatensi: aevo sequiore *Saliotis*, ut auctor est Iulian. Archipresb. Adversar. numm. 356. Salatiam et Castulonem diversa duo Oretanorum oppida, perperam, ut saepe solet, Ptolem. facit. Vetus inscriptio in Thes. Goltzii, p. 40: Col. Ivl. Avg. Salariensis *Caesaris Venales* dicuntur, quod agros eorum Caesar emit. Sic Triumpilini inferius, cap. 24, *venalis cum agris suis populus* appellatur. In concil. Tolet. X, *Marcus Castellonensis episcopus*, pro *Castulonensis*. Haso.

Setabitani. Σαιταβίς Ptolemaeo, in Contestania, de qua supra. Straboni Σαταβίς, lib. III, p. 160. Nunc *Xativa*, rerens dicta *S. Felipe*, in *Reyno de Valencia*, ad amnem *Xativa*, qui in flumen *Xucar* fluit. Hinc sudaria Setaba de quibus diximus in Praefat. ad Titum, p. 2. In Conc. Tolet. X, *Athanasius Setabitanus*. Haro. et Eo. P.

Valerienses. Vasaeus ipsam Concham, *Cuença*, Coloniam olim Iuliam Valeriam appellatam esse: Ambrosius Morales, non Concham ipsam, sed pagum leucis octo a *Cuença* dissitum, meridiem versus putat, cui nomen hodie *Valera la veja*, antiquam Valeriam esse contendit. In Conc. Tolet. X, *Stephanus Valeriensis episcopus*. Hard.

Alabanenses. Sic MSS. omnes: non, ut editi hactenus, *Babanenses*, aut ut Vet. apud Daleramp. *Labanenses*. Ab Αλαβα, ut Valerienses ab Οὐαλερία, Celtiberorum oppidis, apud Ptolem. lib. II, cap. 6, haud procul Ergavica, meridiem inter et ortum solis, ut vult Mannertus. H. et Eo. P.

Bastitani. Veteres apud Dalec. *Bastiani*. A Basti oppido, hodie *Baza*, in *Reyno de Granada*, ad *Rio Guadalentin*. Dedit id Bastitaniae regioni nomen. H. et Eo. P.

Consaburenses. Apud Grut. p. 402, Mvnic. Consaburon. Apud Ambros. Morales, fol. 49, Consasvrensis. Nunc ut videtur, *Consuegra*, in *Provincia de Toleda*, duodecim leucis ab hac urbe. Eo. P.

Dianenses. A Diano, de quo supra. Sic Ilorcitani, et Laminitani, ab Ilorci, et Laminio, de quibus hoc capite diximus. Hard.

Egelestani. Chiffl. *Gelestani*. Εγελάστα Straboni, l. III, p. 160. Nunc *Yniesta*. Egelastae Plinius rursum meminit, l. XXXI, cap. 39. Apud Ptolem. l. II, c. 6, Ετήλαστα in Carpetanis, pro Εγήλαστα. Non potest esse *Medina Celi*, ut quibusdam vi-

Laminitani, Mentesani qui et Oritani, Mentesani qui et Bastuli, Oretani qui et Germani cognominantur: caputque Celtiberiae Segobrigenses: Carpetaniae, Toletani Tago flumini impositi: dein Viatienses, et Virgilienses.

10 In conventum Cluniensem Varduli ducunt populos XIV. ex quibus Albanenses tantum nominare libeat: Turmodigi quatuor, in quibus Segisamonenses, et

sum: nam Medina in Celtiberis fuit. H. et Eo. P.

Mentesani. Gemina fuit olim Mentesa: altera in Oritanis, Ptolemaeo teste, libro II, cap. 6, unde cives Oritani cognominati: in Bastitanis Bastulisve altera, de qua iam diximus, cap. 3. Mentesam Bastiam vocat Antoninus; Bastuli incolae eam ob rem cognominati. Vtriusque vestigium, ut videtur, exstat in Conc. Tolet. X. Prioris quidem, sive Mentesae Oritanae, quod subscripsisse ibi legitur *Daniel Diaconi Marcelli Episcopi Ecclesiae Vritanae.* Posterioris item: *Martianus Abbas Valdefredi Episcopo Ecclesiae Mentesanae.* Hard. et Eo. P.

Mentesani. Chiffl. *Metesani.* Eo. P.

Oretani qui et Germani cognominantur. In Oretanis oppidum fuit Ορητὸν Γερμανῶν apud Ptolem. lib. II, cap. 6. Lud. Nonius in sua Hisp. cap. 62, putat esse *Calatrava*, ad flumen Anam, leucis quinque a *Ciudad-Real.* Hard. et Eo. P.

Segobrigenses. Procul hi a Segobriga Valentini regni. Numantiae proximos in Celtiberia facit Ptolemaeus lib. II, cap. 6; Bilbili, quae ibi fuit, ubi fere nunc *Calatajud*, Strabo, lib. III, pag. 162, in Celtiberis pariter cum Numantinis. Hard.

Carpetaniae Chifflet. *Carpetani.* Subintellige, caput Toletum, ut Segobriga Celtiberiae. Καρπητανοὶ Appiano in Iber. pag. 283. Καρακιτανοὺς ὑπὲρ τὸν Τάγον, apud Plutarchum in Sertorio, pag. 576, malè, pro Καρπητανούς. Toletum hodie *Toledo* vocatur. Hard. et Eo. P.

Viatienses. Dalec. et Elzev. *Viaciensis.* Oppidum Βιατία in Oretanis, apud Ptolemaeum, lib. II, cap. 6. Et Virgilienses ab Οὐεργιλία in Bastitanis iuxta Oretanos. Apud Gruter. pag. 324: Vergiliensis. Haec hodie *Murcia*, regni cognominis caput existimatur. Hard. et Eo. P.

In conventum. Ambr. Morales, fol. 70: ex Cluniensi. Subintellige, conventu. De Clunia mox dicemus. H.

Albanenses. Album urbem etiam in Vardulis habet Ptolemaeus, lib. II, cap. 6. *Alava* regio hodieque appellatur, ad Iberum, infra *Guipuzcoa*: eius regionis primaria civitas *Vittoria* appellatur. Ibi oppidulum hodie *Alvagua.* Hard.

Libeat. Maluisset Dalecamp. *libet.* Eo. P.

Turmodigi. Aut ut dat Broterius ex MS. Reg. 1, *Turmogidi.* Nusquam autem auditae voces illae. Quid si Murbogi potius, ex Ptolemaeo, loc. cit. Μούρβογοι, Pelendonibus, Vaccaeisque finitimi? Vardulorum pars ii Turmodigi fuere. Hard. et Eo. P.

Segisameiulienses. In eumdem conventum Carietes et Vennenses quinque civitatibus vadunt, quarum sunt Velienses. Eodem Pelendones Celtiberorum, quatuor populis: quorum Numantini fuere clari: sicut in Vaccaeorum XVIII civitatibus, Intercatienses, Pallantini,

Segisamonenses. A Segisama, de qua Florus, l. IV, c. 12, p. 198. Σέγισα Ptolem. loc. cit. in Bastitanorum oppidis Mediterraneis. Itiner. Anton. *Segesamon*. illam Mariana, Hist. Hisp. lib. III, cap. 25, pag. 130. *Veyzama*, in *Guipuzcoa* provincia, esse dixit: sed rectius fortasse Mannertus *Sosamon* leucis VIII a *Burgos*, septemtrionem inter et occidentem. Eo. P.

Segisameiulienses. Legunt alii *Segisemeiuliensæ*: Broter. ex MS. Reg. 1, *Segisamaiulienses*, quod confirmare videtur Ptolemaeus, apud quem l. II, cap. 6, Σεγίσαμα Ιουλία reperitur, in Vaccaeis quidem, dum a Nostro Turmodigis tribuitur. Ed. P.

Carietes. Hos Ptolemaeus Καρτείους vocat, quorum oppidum Οὐέλια Velia fuit: cives Plinio Velienses. H.

Quarum sunt. Quarum e numero praecipue insignis Velia, de qua plane modo diximus. Haro.

Eodem Pelendones. Vet. apud Dalec. *iidem*. Chiffl. *Pelentones*. — In eumdem conventum, inquit Noster, disceptaturi vadunt Pelendones, quorum populi quatuor, e Celtiberorum gente universi. Nam Celtiberia Pelendones, Arevacosque complectitur. Gruteri Inscriptio pag. 111: Pellendones. Arevacon. In Pelendonibus oriri Durium amnem auctor est Plinius, lib. IV, cap. 34. Haro. et Eo. P.

Celtiberorum. Volebat Pint. *Celtiberi*. Ed. P.

Numantini. Fuit urbs Numantia haud procul a fontibus Durii amnis, ut testatur Florus, l. II, cap. 18, pag. 92, et Plinius, l. IV, cap. 34. Rudera etiamnum visuntur, quibus nomen est *Puente Garray*, prope urbem *Sorio*. Haro.

Vaccaeorum... Intercatienses. Οὐακκαῖοι Ptolemaeo, lib. II, c. 6, et Polybio in Fragm. l. III, p. 1503, qui eorum urbem ἐνεργαστίαν laudant, et apud Gruter. p. 324: Moestvs. Intercatiensis. ex. Gente. Vaccaeorvm. Vaccaei autem, qui a L. Lucullo et Cl. Marcello, anno V. C. ocn, domiti sunt, hanc regionem tenuisse videntur, quam interfluit amnis Pisoraca, nunc *Pisuerga*, in Durium influens et quae hodie *Provincia de Valladolid* vocatur, cum exigua vicinarum provinciarum parte. — Intercatiae autem meminerunt, ut modo diximus, Ptolemaeus, Polybiusque, et Antoninus, qui eam inter Asturicam hodie *Astorgo*, et Caesaraugustam, *Zaragoza* ponit, LX M. pass. ab Asturica. Quo autem loco sita fuerit non satis constat; quamvis eam ob flumen *Esla* ponat d'Anville, loco hodie dicto *Villanueva de Azuague*, XL M. pass. ab *Astorga*, non vero LX, ut vult Antoninus. Eo. P.

Pallantini. Pallantiam in Vaccaeis quoque locat Ptolem. l. II, cap. 6, et Appianus in Iber. p. 300. Nunc *Palencia*, in *provincia de Palencio*,

Lacobricenses, Caucenses. Nam in Cantabricis VII po-
11 pulis, Iuliobrica sola memoratur. In Autrigonum decem civitatibus, Tritium, et Virovesca. Arevacis nomen dedit fluvius Areva. Horum sex oppida: Saguntia, et Vxama, quae nomina crebro aliis in locis usurpantur: praeterea Segovia, et nova Augusta;

ad amnem *Carion*, qui in Pisoracam influit. Ed. P.

Lacobricenses. Lacobrigae in hoc tractu meminit Antoninus, XLVI M. pass. a Pallantia in itinere ab Asturica Tarraconem, et Burdigalam. Λαγγοβρίτας vocat Plutarchus in Sertorio, pag. 574. *Lacobrigae nomen*, inquit Festus, *a lacu et briga, Hispaniae oppido.* Vox *briga* oppidum sonat. Haro.

Caucenses. Καῦκα in Vaccaeis quoque Ptolemaeo, loco citato, et Appiano in Iber. pag. 283. Vbi nunc *Coca* oppidum, ut recte Mariana, Hist. Hisp. lib. III, cap. 2, pag. 93, inter *Segovia* et *Valladolid*, ad fluvium *Eresma*. Haro. et Eo. P.

VII Populis. Sic in Chifll. Dalec. et Elz. *quatuor populis.* Ed. P.

Iuliobrica. Diximus de ea superius, hoc cap. Haro.

Autrigonum. Αὐτρίγονες sunt Ptolemaeo, loc. cit. oppida, Τρίττον et Οὐιρούεσκα. In decretis Hilarii Papae, pag. 252: *Verovisceensium et Tritensium civitas*, pro *Triticusium.* Vetus inscr. apud Ambr. Morales, fol. 65: Tritiensi. Antoninus in itinere ab Asturica Tarraconem, Tritium a Virovesca distare ait XI M. pass. Quod si itaque Virovesca *Briviesca* est, inter *Burgos*, et Iberum, Tritium, quod XI M. pass. Asturicae vicinius esse debuit, ubi nunc *Najara* est, prope *Logrono* et Iberum amnem, esse certe non potuit; quam tamen sententiam placuisse video Suritae in Anton. pag. 544, aliisque. Haro. et Eo. P.

Arevacis. Ptolemaeo, lib. II, cap. 6. Αρεουάκαι. Straboni, lib. III, pag. 162. Αρεουάκοι. Arevam amnem nunc *Arlanzon* vocant, qui in Pisoracam influit, supra *Valladolid.* Hard. et Eo. P.

Saguntia. Vel Seguntia. Seguntiae Celtiberorum Livius meminit, lib. XXXIV, cap. 19. Antoninus item Segontiam vocat, quae nunc *Sigueuza* dicitur, decem leucis a fontibus amnis *Henarez*, in *provincia de Guadalaxara.* Haro. et Eo. P.

Vxama. Vxama quoque Antonino, in itinere ab Asturica Caesaraugustam: a Numantia L M. pass. Nunc *el Burgo d'Osma*, ad Durium amnem, in *provincia de Soria*, viginti circiter leucis a *Sigueuza*, septentrionem versus. Hard. et Eo. P.

Aliis in locis. Nam et Segontiam alteram a Caesaraugusta XIV M. pass. habet Antoninus, nunc *Epila* dicitur, ut recte vidit Io. Francisc. Andrez, cap. 2, pag. 39. Et alteram Vxamam prope Corugnam in Gallaeciae littore agnoscit Mariana, Hist. lib. III, cap. 18, pag. 118. Sunt et aliae, quas referre non est otii nostri. Haro.

Segovia. Σεγουβία in Arevacis quoque Ptolemaeo, lib. II, c. 6. Non ea est quae inter *Valladolid* et *Madrid* hodie *Segovia* dicitur: sed altera

Termes, ipsaque Clunia Celtiberiae finis. Ad Oceanum reliqua vergunt, Vardulique ex praedictis, et Cantabri.

Iunguntur his Asturum XXII populi, divisi in Augustanos, et Transmontanos, Asturica urbe magnifica. In his sunt Cigurri, Paesici, Lancienses, Zoelae. Numerus omnis multitudinis ad CCXL M. liberorum capitum. 12

eiusdem nominis urbecula, quae sub eadem fere caeli parte, atque ipsa Numantia, eodemque situ a Ptolemaeo collocatur. HARD. et ED. P.

Nova Augusta. Et in Arevacis Ptolemaeo Νοουδαυγούστα, prope Segobiam. HARD.

Termes. Τέρμης In Arevacis Ptolemaeo. Τερμισὸν πόλιν vocat Appianus in Iber. pag. 311. Hinc Termestini populi, apud Livium in Epitome, lib. LIV, et natio Termestina apud Tacit. Annal. l. IV, cap. 45. Nunc *Lerma*, ad amnem *Arlanza*, qui in fluvium *Arlanzou*, de quo supra diximus, influit. HARD. et ED. P.

Clunia. Et haec in Arevacis Ptolemaeo. Dioni quoque Κλουνία, lib. XXXIX, pag. 115. Inter Raudam ad Durium, *Aranda de Duero*, et Vxamam, *Osma*, medio fere intervallo ab Antonino collocatur. Nunc pagus *Corugna del Conde*, septem leucis ab utraque. Ibi conventus Cluniensis repertum esse sigillum aiunt, et a loci domino asservari. Celtiberiae finis is dicitur, quoniam ad occasum aequinoctialem sunt Vettones, ad aestivum Astures, quos a Vettonibus Durius amnis disterminat: Arevacae denique ad Boream. HARD.

Reliqua vergunt. Reliqua, inquit, quae pertinent ad conventum Cluniensem: ut Vardulorum regio iam superius dicta: et mox Cantabrorum, dicenda, l. IV, cap. 34. HARD.

Iunguntur his. Cantabris. Inscriptio Gruteri, pag. 110: CONVENTVS ASTVRICENSIS. *Hard.*

Augustanos. Ab urbe metropoli, quae in Augusti nummo apud Goltzium, pag. 237, COL. ASTVRICA. AVGVSTA scribitur, Αστούρικα Αὐγούστα Ptolemaeo, lib. II, cap. 6. Hodie *Astorga*, in *provincia de Leon.* HARD. et ED. P.

Cigurri. Ita MSS. omnes. Dalec. et Elz. *Giguri.* Egurri forte scribendum ex Ptolemaeo, non longe ab Asturica Augusta Forum Egurrorum locante. De Paesicis, dicemus lib. IV, cap. 34. HARD. et ED. P.

Lancienses. Αγγιξ maximum Asturum oppidum a Dione dicitur, lib. LV, pag. 514. a Mariana, Hist. Hisp. lib. III, cap. 25, pag. 132, iis locis situm, ubi nunc Ovetum cernitur, *Oviedo.* Plumbum Ovetanum laudatur a Plinio, l. XXXIV, cap. 49. HARD.

Zoelae. Chiffl. *Zoeli.* A quibus Zoelicum linum nomen traxit. Plinius, lib. XIX, cap. 2: *Non dudum ex Hispania Zoelicum venit in Italiam, plagis utilissimum. Civitas ea Gallaeciae, et Oceano propinqua.* HARD. et ED. P.

43 Lucensis conventus populorum est XVI praeter Celticos, et Lebunos, ignobilium, ac barbarae appellationis, sed liberorum capitum ferme CLXVI M.

44 Simili modo Bracarum XXIV civitates CLXXV M. capitum: ex quibus praeter ipsos Bracaros, Bibali Coelerini, Gallaeci, Hequaesi, Limici, Querquerni, citra fastidium nominentur.

45 Longitudo citerioris Hispaniae est, ad finem Castulonis a Pyrenaeo, sexcenta septem M. pass., et ora paulo amplius. Latitudo a Tarracone ad littus Olarsonis, CCCVII. E radicibus Pyrenaei, ubi cuneatur an-

Lucensis. Lucensis conventus mentio apud Ambros. Morales, fol. 69. Vrbs primaria Lucus Asturum, Λοῦκος Αστουρῶν, Ptolemaeo, Dioni Αστύρων: hodie *Lugo* in *Reyno de Galicia.* HARD. et ED. P.

Celticos. Cognominibus Nerias et Praesamarcos, de quibus lib. IV, c. 34. Lebuni simili modo ii esse videntur Hermolao, qui Leuni rursum eodem libro appellantur: at ii Bracarensis conventus esse ibi dicuntur, hi nunc Lucensis. In MSS. legitur *Levanios.* HARD.

Ignobilium. Vet. apud Dalec. *ignominiosae.* ED. P.

Bracarum. Subintellige, conventus, ut prius Asturum. Gruter. p. 411: CONVENTVS BRACARI. Horum caput Bracara Augusta, hodie *Braga*, in *Reyno de Portugal.* ED. P.

CLXXV M. capitum. Sic in Chiffl. — Dalec. et Elzev. *CCLXXV M. capitum.* ED. P.

Bibali, etc. Βιβαλοί, quorum oppidum Φόρον Βιβαλῶν Ptolemaeo, lib. II, cap. 6. Κοιλερνοί, eidem. Gallaeci omnibus noti. Hequaesi, in inscript. mox citanda. Λιμικοί Ptolemaeo rursum appellati, cum oppido quod Φόρον Λιμικῶν vocat. Inscriptio vetus apud Grulerum pag. 245: BIBALI COELERNI. EQVAESI. INTERAMICI. LIMICI. AERISOC. QVARQVERNI. Prius legebatur in Plinio, *Vibali*, et voce unica e duabus conflata *Aequesilici.* Nos litterarum ordine admoniti, et vetustorum monumentorum fide, locum correximus. Aquas Querquennas a Bracara distare ait Antoninus, LIII M. pass. Κουακερνοὶ sunt Ptolemaeo, et Ὕδατα Κουακερνῶν. HARD.

Longitudo.... sexcenta septem M. pass. Martianus, lib. VI, cap. de Hispania, pag. 203. HARD. — Hic autem multum a vero aberrat Noster; maximum enim inter Castulonis fines et Pyrenaei iuga intervallum vix CCCCLXX M. pass. est. Recte autem addit *et ora paulo amplius*, nam a finibus Murgis ad Pyrenaeum promontorium numeranturcirciter DCXX M. pass. EO. P.

Latitudo... CCCVII. Hic etiam errat Noster: recto enim cursu Tarraco, hodie *Tarragona*, a littore Olarsonis, hodie *Oyarzun*, de qua urbe lib. IV, cap. 34, dicturi sumus, vix CCX M. pass. distat. EO. P.

E radicibus. Sic in Chiffl. Dalec. et Elz. *Et radicibus.* ED. P.

gustiis inter duo maria, paulatim deinde se pandens, qua contingit ulteriorem Hispaniam, tantumdem et amplius latitudini adiicit. Metallis plumbi, ferri, aeris, argenti, auri, tota ferme Hispania scatet: Citerior et specularibus lapidibus: Baetica et minio. Sunt et marmorum lapicidinae. Vniversae Hispaniae Vespasianus Imperator Augustus iactatus procellis Reipublicae Latii ius tribuit. Pyrenaei montes Hispanias Galliasque disterminant, promontoriis in duo diversa maria proiectis.

V. (IV.) Narbonensis provincia appellatur pars Galliarum, quae interno mari alluitur, Braccata ante dicta, amne Varo ab Italia discreta, Alpiumque vel

Tantumdem et amplius. Haec rectius Noster: nam a Dianio promontorio ad Minii ostia circiter DLX M. pass. numerantur. Eo. P.

Specularibus lapidibus. Vet. apud Dalec. *Specularis lapidis: Baetica et minio et marmorum lapidicinis* — De his dicemus opportunius, lib. XXXV, cap. 45. Ed. P.

Iactatus. Vi ac necessitate quadam expressam esse eam liberalitatem innuit, ut Hispanos sibi devinciret: quum iactaretur ipse Reipublicae procellis, hoc est, civili bello Vitellii, ut levamen id quoddam eorum damnorum fuerit, quae ob civilia imperatorum bella perpessa esset Hispania. Immunitatem a tributis, sive Claudius imp. sive anteriorum aliquis iisdem concesserat, uti ex Seneca colligimus, de Benef. lib. VI, cap. 19. Hard.

V. *Quae interno.* Illa scilicet Interni maris, hodie *Méditerranée*, parte quae nunc *Golfe du Lion*, aut ut quidam volunt *Golfe de Lyon* dicitur. Haec Martianus a Plinio, lib. VI, cap. de monte Pyrenaeo. Hard. et Eo. P.

Braccata, A braccis, sive femoralibus lineis, *des brayes ou hauts de chausses:* quod vestimenti genus Romanis veteribus inusitatum, ab iis in Gallia Narbonensis primo deprehensum est: quae inde ab iis Braccata est cognominata, inquit Alcuinus, lib. de Divinis Offic. Hard.

Amne Varo) Finis et Hesperiae promoto limite Varus. Luc. Phars. I, 404. Hodie *le Var*, qui etiam nunc Galliam a Nicaeensi comitatu, *Comté de Nice*, provincia Sardiniae regi subiecta, discernit. D'Anville tamen Nicaeam, cuius possessionem, auctore Strabone, retinuerant Massilienses, Galliae assignat, Alpesque naturales Galliam inter et Italiam limites agnoscit; quam opinionem et nos amplecti non dubitamus. Ed. P.

Vel. Haec vox quae in Chiffl. legitur, ap. Dalecamp. et Elzevir. deest. Ed. P.

saluberrimis romano imperio iugis. A reliqua vero Gallia latere septemtrionali, montibus Gebenna et Iura: agrorum cultu, virorum, morumque dignatione, amplitudine opum, nulli provinciarum postferenda, breviterque Italia verius quam provincia. In ora regio Sardonum, intusque Consuaranorum. Flumina: Te-

Saluberrimis romano imperio iugis. Vt pote quae diu barbarorum in imperium romanum irruentium impetum morata sunt. Eo. P.

Latere septentrionali. Haec minus recte, ut mihi videtur; nam Gebenna mons, hodie *les Cévennes*, occidentali non minus latere quam septentrionali Narbonensem provinciam a reliqua Gallia discernit, et inter haec iuga et Iuram montem, hodie *le Iura*, Narbonensis provincia limites habuisse videtur rivum qui hodie *Rive de Gier* vocatur et in Rhodanum influit, tum Rhodanum ipsum usque ad urbem nunc *St. Sorlin* vocatam, et inde vergebat ad eam Iurae montis partem, cui hodie nomen est *le grand Credo*, tum rursum Rhodanum, atque, ut nos docet Mela lib. II, cap. 5, Lemannum lacum limitem habuit. His autem terminis includuntur provinciae, quae Gallis, ante anoum 1789, *Comté de Foix*, *Roussillon*, *Languedoc*, *Dauphiné*, *Comtat Venaissin et Provence* vocabantur; nunc autem *Départemens de l' Arriege, part. orient., des Pyrénées-Orientales, de la Haute-Garonne, part. orient., de Tarn, part. mérid., de l' Aude, de l' Hérault, du Gard, de l' Ardèche, de l' Ain, part. orient., de l' Isère, de la Drome, des Hautes-Alpes, de Vaucluse, des Basses-Alpes, des Bouches-du-Rhône et du Var*, et insuper provinciae nunc dictae *la Savoie*, Sardiniae regi subiecta, *le canton de Genève et le Valais*, Helveticae reipublicae partes. Eo. P.

Agrorum cultu. Non minus eleganter Salvianus patriam suam, hoc est, Provinciam describens, lib. VII: *Illic omnis admodum regio*, inquit, *aut intertexta vineis, aut florulenta pratis, aut distincta culturis, aut consita pomis, aut amoenata lucis, aut irrigata fontibus, aut interfusa fluminibus, aut crinita messibus, etc.* H.

Nulli provinciarum postferenda. Vet. ap. Dalec. *Nulla provinciarum ei praeferenda.* Eo. P.

In ora regio Sardonum. Post Pyreneae Veneris promontorium, in quo haesimus cap. sup. incipit Sardonum regio, quos Avienus *Sordos* appellat; in MSS. reperitur *Sordonum*. Dalec. autem *Surdaonum*, ut cap. sup. *Ilerdenses*, *Surdaonum gentis*, legere iubebat. Cum Nostro convenit Mela, lib. II, cap. 5. *Inde est ora Sardonum*, etc. Fuit autem regio haec *le comté de Roussillon*; nunc *le département des Pyrénées-Orientales*. Eo. P.

Intusque Consuaranorum. Sardones, inquit, littus maris, Consuarani interiorem regionis partem incolunt. Hos diversos esse a Consorannis, quos in Aquitania Noster infra, lib. IV, cap. 19, nominat, nonnulli putaverunt; sed minime isti opinioni assentiunt Valesius praesertimque d' Anville, *Notice de la Gaule*, pag. 211, qui

cum, Vernodubrum. Oppida: Illiberis, magnae quondam urbis tenue vestigium: Ruscino, Latinorum. Flumen Atax e Pyrenaeo Rubrensem permeans lacum:

Consuaranos Consorannosque eumdem fuisse populum censet, nunc Narbonensi, nunc Aquitaniae addictum. Quamobrem illos in sua Galliae veteris mappa in utriusque provinciae limitibus ponit. Haud dubium est quin regionem ex eorum nomine *Conserans* dictam, et quae hodie provinciae Aurigerae, *Département de l'Arriège*, pars est occidentalis, tenuerint. Ed. P.

Flumina: *Tecum*, *Vernodubrum*. Tecum Flumen, quod Mela lib. II, cap. 5, *Tichis* vocat, hodie est *le Tech*, quod iuxta urbem *Elne* fluit: Vernodubrum nominis similitudine ductus nostrum esse fluvium *Verdouble* puto, qui in alium influens, cui nomen est *la Gly*, amittit nomen proprium, quod antea usque ad mare servabat. Quod autem flumen *Telis* vocatur a Mela loc. cit. id mihi videtur esse *la Tet*, quod urbem *Perpignan*, antiquamque Ruscinonem praefluit. Ed. P.

Illiberis. Chiffl. et Vet. ap. Dalec. *Illiliberae*, alii *Illybyrtis*. Mela, lib. II, cap. 5: *Vicus Eliberri*, *magnae quondam urbis et magnarum opum tenue vestigium*. Hard. pluresque alii hanc urbem nunc esse *Colioure*; d'Anville et Gibrat eam a Constantino magno sub Helenae matris nomine restitutam, hodie *Elne*, rectius, ut opinor, contendunt. Ed. P.

Ruscino Latinorum. Non modo iure Latii donatum, sed et coloniam vocat Mela, lib. II, cap. 5. Nomen provinciae dedit *le Roussillon*, ut sup. diximus. Nunc castellum est ab oppido *Perpignan*, quod Ruscinonem vicinitate sua exhausit, una circiter leuca dissitum, et cui nomen est *Castel Roussillon*. Ed. P.

Flumen Atax e Pyrenaeo. Hodie *l'Aude*, quod non e Cemeno, seu Gebenua monte defluit, ut docet, lib. IV, pag. 182, Strabo, qui, ut ait Harduinus, haud satis peritum se locorum eorum fuisse prodit. Rectius Mela, a quo non ineleganter describitur, lib. II, cap. 5: *Atax ex Pyrenaeo monte digressus, qua sui fontis aquis venit exiguus, vadusque est, et ingentis alioquin alvei tenens, nisi ubi Narbonem attigit, nusquam navigabilis: sed quum hibernis intumuit imbribus, usque eo solitus assurgere, ut se ipsum non capiat*. Ab eo amne Narbonenses olim Atacini dicti fuisse videntur. Ed. P.

Rubrensem permeans lacum. Vet. *Rubrosum*. Strab. lib. IV, *Narbonensem*, *Rubresum* Mela vocat, lib. III, cap. 5: *qua Atacem accipit, ore spatioso admodum: qua mare admittit, aditu tenuem*. Tribus autem ostiis nunc Atax in mare influit, quorum primum, de quo hic Noster, non naturale videtur fuisse, sed fossa a Romanis manu facta, et cuius ripae lapidibus magnis inducebantur: fossa haec, cui nomen hodie est *Robine de Narbonne*, Rubrensem lacum, hodie *Etangs de Bages et de Sigean*, ingreditur loco, cui nomen *le Pli de l'ardillon*, mox e lacu egreditur, nomenque *canal de St. Lucie* accipit et in mare, iuxta castellum dictum *fort de la Nouvelle*, influit. Per hanc fossam naves a mari Narbonem pervenire poterant, quae urbs sic portus

Narbo Martius, Decumanorum colonia, XII M. pass. a mari distans; Flumina: Arauris, Liria. Oppida de caetero rara, praeiacentibus stagnis: Agatha quondam Massiliensium, et regio Volcarum Tectosagum: atque

celebratissimus commercioque dives facta est. Caetera duo ostia sunt: *le Grau de Vendres*, inter stagna *Etangs de Vendres et de Pleury* vocata, et postremum, quod naturale videtur fuisse, per stagnum quondam *Helice palus*, hodie *Etang de Vendres* dictum, in mare influit. Ed. P.

Narbo. Atacinorum, Decumanorumque colonia, Melae, loc. cit. Martius, a Marte, ut Sirmondus noster putat in Notis ad Sidon. vel a Martia legione: Decumanorum a militibus decimae. Hard. — Astruc, *Mémoires pour l'Histoire Naturelle du Languedoc* dicit Narbonem Celticum fuisse urbis nomen, illamque cognomen Martium duxisse a Quinto Martio, quo Galliarum proconsule, romana colonia Narbonem occupavit anno V. C. 636. Hodie *Narbonne*, quae XII M. pass., ut ait Noster, a mari distat, si Atacis brachium, quod *Robine de Narbonne* vocatur, ut modo diximus, sequaris; breviori autem intervallo IX tantum M. passuum. Ed. P.

Arauris. Ita recte, non vero *Araris*, ut Dalec. et Elz. aut *Rauraris*, ut Strabo. Mela, lib. II, cap. 5: *Tum ex Gebennis demissus Arauris iuxta Agatham fluit.* Ptolem. lib. II, cap. 10. Ἀραύριος. Gallis, *Hérault*, quod nomen provinciae dedit. Ed. P.

Lira. MSS. omnes, *Libria.* Nunc *Lez* accolae vocant; iuxta urbem *Montpellier*; non autem mediam secat, ut ait Hard. Ed. P.

Praeiacentibus Stagnis. Nunc *Étangs de Leucate*, *de Sigean*, *de Gruissan*, *de Vendres*, *de Thau*, *de Maguelonne*, *de Perols*, *de Mauguio*, *du Repausset*; *Marais d'Escamandre*, *de Lermitane et de la Souteyrane*; *Etangs de Valcares*, *de Journelé*, *de Beauduc et de Giraud*, inter Rhodani ostia; *de Berre*, *de Marignane*, multaque alia minora, quorum nomina referre supervacuum est. Ed. P.

Agatha, iuxta quam Arauris fluit, ut Mela admonet loco cit. nunc *Agde*: non, ut subtilioribus quibusdam visum est, *Maguelone*, quae procul est ab Arauri dissita. A Massiliensibus conditum esse oppidum Strabo auctor est, lib. IV, pag. 182. Hard.

Volcarum Tectosagum. Volcarum gens romanorum ditioni, anno V. C. 633, a Q. Fabio Maximo et C. Domitio Ahenobardo subiecta universam fere provinciam, quae postea Narbonensis Prima dicta est, occupavit. Hoc autem nomen duobus populis commune fuit, quorum alter, *Tectosages*, occidentalem, alter vero, *Arecomici*, orientalem provinciae partem tenuisse videntur. Quibus autem limitibus inter se distinguerentur apud veteres minime constat. Tectosages si Plinium, et Ptolemaeum sequamur, hanc regionem occuparunt, quae gallico sermone vocatur *l'Est des départemens de l'Arriége et de la Haute-Garonne*, *celui de l'Aude*, *le Sud de celui du Tarn et celui de l'Hérault*, *moins l'arrondissement de Montpellier*. Arecomici, de quibus nullo modo meminit Plinius, reliquam obtinuisse videntur Narbonen-

ubi Rhoda Rhodiorum fuit: unde dictus multo Galliarum fertilissimus Rhodanus amnis, ex Alpibus se rapiens per Lemannum lacum segnemque deferens Ararim, nec minus seipso torrentes Isaram, et Druentiam. Libyca appellantur duo eius ora modica: ex his 3

sis Primae partem, quam a Viennensi Rhodanus disterminabat. En. P.

Vbi Rhoda ... fuit. Familiari ea loquendi formula *fuit*, excidisse id oppidum, cui vox ea adnectitur, iam aevo suo innuit. Haec Rhodanusia a Scymno Chio, sive, ut alii vocant, a Marciano Heracleota, pag. 6, dicitur: alteramque Rhoden, quae in Hispania est, (nunc *Roses* incolae Catalani vocant) a Rhodiis quoque conditam scribit. Hieronymus, in prolog. epist. ad Galat. *Oppidum Rhoda*, inquit, *coloni Rhodiorum locaverunt, unde amnis Rhodanus nomen accepit.* Haro. — Minime probanda mihi videtur Dalecampii opinio, qui illud loco hodie dicto *Fos les Martigues* situm fuisse credit; quum non naturale sed manu factum sit Rhodani ostium, quod hunc locum attingit. In omni autem ora, quae inter fluvii ostia iacet, unus tantum vicus hodie habitatus reperitur, qui *les Saintes-Maries*, seu *les trois Maries* vocatur, iuxta ostium Hispaniense, de quo mox, nota 27. An vero ibi Rhoda, aut de qua fusius dicturi sumus, nota 28, *Heraclea* ponenda sit, dubium esse potest; neutra fortasse. Eo. P.

Ex Alpibus, ex imo monte qui hodie dicitur *le mont de la Fourche*. Eo. P.

Segnemque deferens Ararim. Vnde Claudiano dicitur, *Lentus Arar*, Sauconam posterior aetas appellavit, teste Ammiano, lib. XV, pag. 55, hodieque *la Saone*. Hard. — Quidam ap. Dalec. *Aurarim*. Ed. P.

Torrentes. Non *torrentem*, ut prius, sed *torrentes* multitudinis numero reposuimus, tum codicum omnium MSS. fide, Reg. 1, 2, Colb. 1, 2, Chiffl. et Paris. etc. tum ex re ipsa: namque ea vis torrenti similis etiam Druentiae propria est, communisque cum Isara et Rhodano. Vnde Silius Ital. lib. III, 467 et sqq. *Turbidus hic truncis, saxisque Druentia laetum Ductoris vastavit iter: namque Alpibus ortus Avulsas ornos, et ardesi fragmina montis Cum sonitu volvens fertur latrantibus undis: Ac vada translato mutat fallacia cursu.* Livius quoque lib. XXI, cap 31: *Is (Druentia) et ipse Alpinus amnis longe omnium Galliae fluminum difficillimus transitu est: nam quum aquae vim vehat ingentem, non tamen navium patiens est: quia nullis coercitus ripis*, etc. Hodie *l'Isère et la Durance*, in latus uterque Rhodani orientale influit. Haro. et Eo. P.

Libyca. Vniversam autem oram illam a Rhodano Emporium usque, Hispaniae oppidum, Λιγυστικὴν Veteres appellarunt, quod eam Ligures tenuere. Scylax. pag. 2: Παράπλους Λιγύων ἀπὸ Εμπορίου μέχρι Ροδανοῦ. etc. Haro. — Bene editio princeps *libica*. Ora illa Rhodani appellantur Libica, ob Libem, seu Africum ventum, *le Sud-Ouest*, cui erant obversa. Brot.

Ex his, etc. Quatuor nunc sunt

alterum Hispaniense, alterum Metapinum: tertium, idemque amplissimum, Massalioticum. Sunt auctores, et Heracleam oppidum in ostio Rhodani fuisse.

4 Vltra, fossae ex Rhodano C. Marii opere, et nomine

Rhodani ostia, ex quibus minimum, quod et maxime occidentale, vocatur *le Rhône mort*, Rhodanus mortuus; secundum, *le Petit Rhône*, Rhodanus minor; tertium *le vieux Rhône*, Rhodanus vetus; quartum tandem *le Rhône*, quod et ipsum tribus ostiis in mare irruit. Saepe saepius etiam diebus nostris immutavit ostiorum statum aquarum violentia, ita ut omnino impossibile dictu sit, quae fuerint pro certo tria Rhodani ostia hic a Plinio memorata; d'Anville tamen haud immerito, ut mihi videtur, Hispaniense ostium id, quod hodie vocatur *le Petit Rhône*, Metapinum, quod Cassini *le Vieux Rhône*, appellat, et Massalioticum id, quod tribus ostiis dictis *Gras du Midi*, *Gras de Sainte-Anne* et *Gras de Sansé*, in mare incurrit. Variant autem antiqui de Rhodani ostiorum numero, ut ait idem d'Anville, qui rem fusius tractat. Vid. *Notice de la Gaule*, *pag.* 550. Eo. P.

Et Heracleam. Haec Ἡράκλεια Κελτικῆς Stephano. In agro san-Remigiano, prope oppidum *S. Remy*, ostiumque Rhodani Hispaniense, reperta inscriptio, principatu Caroli V, Francorum regis, electam docet ab Ataulpho principe *Heracleam in Regiae maiestatis sedem.* Ibi igitur fuisse olim Heracleam putat, qui recitat inscriptionem eam totam Honor. Bouche, Hist. Prov. lib. II, lc. 5, p. 158. Verum distat ager ille San-Remigianus ab *ostio Rhodani*, in quo fuisse Heracleam auctores, teste Plinio, prodidere. H.

Vltra, fossae ex Rhodano, etc. Vet. ap. Dalec. *ultra fossam ex Rhodano.* Ptolem. lib. II, cap. 10. Φόσσαι Μαρτάνας, quas quidem male ad Rhodani occidentem ponit, quum certe ad orientem ponendae sint. Solinus, cap. II, pag. 17: *C. Marius, bello Cimbrico, factis manu fossis invitavit mare: perniciosamque ferventis Rhodani navigationem temperavit.* Maxime variae de Marianis fossis doctorum fuere opiniones, quibus referendis locus deest; Harduinum tamen non reprehendere non possum, qui eas duo orientalia fuisse Rhodani ostia contendit, posteaque ei, quod magis orientale est, impositum fuisse Arelate Sextanorum; sed, si haec ostia a Mario manu facta fuerunt, quid antea, ut ait d'Anville, Rhodanus fuit? Cuilibet autem doctissimi viri Cassini Galliae mappam consideranti agnoscere fossas Marianas facile erit in fossa cui nomen est *Caual de navigation d'Arles au port de Boue*, quae quidem fossa a Rhodano, iuxta Arelate, profecta flumini vicina primum, deinde paulum ab eo recedens, per stagnum, cui nomen est *Etang de Galéjon*, producitur, ex eoque egressa maris littus ambit, tandemque in sinum pervenit gallice *Port de Boue* vocatum et cum stagno Mastramela, hodie *Etang de Berre et de Martigues*, per stagnum aliud, cui *Etang de Caronte* nomen est, coniunctum. Quod autem stagnum *Etang de Galéjon* vocatum superius diximus, ipsum cum mari meridiem versus iungitur, et septemtrionem

insignes: Stagnum Mastramela: oppidum Maritima Avaticorum: superque campi lapidei, Herculis praeliorum memoria: Regio Anatiliorum: et intus Desu-

versus cum stagno alio, cui nomen *Etang des Landes*. Hoc autem stagnum *des Landes* duplicem fossam, quae ipsa cum Rhodano coniungitur iuxta oppidum Arelate recipit. Haud dubium esse mihi videtur quin sint fossae omnes istae, si non ipsae Marianae, at saltem Marianarum vestigia. Nomen ipsum *Port de Boue* fossae ostium indicare videtur; verbum enim gallicum *Boue* seu *Bouche* latine *ostium* est. Ex supra dictis etiam cur plurali numero *fossae Marianae*, non autem *fossa Mariana*, a Nostro vocatae sint, agnosci facile potest. En. P.

Nomine insignes: Stagnum Mastramela: oppidum. Sic legebat Ortelius; apud Dalec. vero et Elz. *Nomine insigne stagnum; Astromela oppidum*, etc. Efflagitabat Dalec. ut reponeretur, *Nomine Latera insigne stagnum*, etc. Male, ut opinor, nam hoc Latera stagnum a Nostro in agro Nemausiensi ponitur, qui in occidentali Rhodani ora situs erat, hodieque, ut infra lib. IX, cap. 8, dicetur, *Etang de Maguelone*, vel *de Pérols*. Eo. P.

Stagnum Mastramela: oppidum Maritima. Prius *Astromela* legebatur. At Stephanus, pag. 448, Μαστραμέλλη, inquit, πόλις καὶ λίμνη τῆς Κελτικῆς. Vnde et illud effici videtur geminum oppido adiacenti fuisse nomen, alterum cum stagno commune, proprium alterum. At dum Geographorum vulgus id oppidum putat esse *Martigues*, merito reprehenditur ab Honor. Bouche, Hist. Provinc. lib. III, cap. 6, pag. 172, quod recentissime conditum id esse constat, hoc est non ante annos quingentos, loco antea inculto ac deserto. Veri multo similius statuit esse *Marignane*, ad stagni latus orientale. *Maritima Avaticorum*, inquit Mela lib. II, cap. 5, *stagnum obstinet*. Hard. — Harduino tamen et Honorato Bouche minime assentitur doctissimus d'Anville, Maritimamque hodie *Martigues* esse contendit. Broterius illam in loco hodie dicto *le cap d' Oeil*, iuxta urbem *Saint-Chamas*, situm fuisse dicit; stagnum autem Mastramela haud dubie est *l'étang de Berre*, vel *de Martigues*. Ad haec vide d'Anville, *Notice de la Gaule*, pag. 434 et 441. Eo. P.

Avaticorum. Sic Mela, lib. II, cap. 5, et MSS. Id nomen agro ei fuit, qui Maritimae circumiectus erat, et contributus, in Anatiliorum regione, quae latius multo patuit: quare eadem Maritima in Anatiliorum agro posita dicitur a Ptolemaeo, lib. II, cap. 10. Haro.

Campi. Vulgo, *la Crau*. Mela, lib. II, cap. 5: *Lapideus*, inquit, *ut vocant, campus, in quo Herculem contra Albionem et Geryona Neptuni liberos, dimicantem, quum tela defecissent, ab invocato Iove adiutum imbre lapidum ferunt. Credas pluisse, adeo multi passim et late iacent.* Vide Hygin. in Poët. Astronom. lib. II, cap. Engonasin. fol. 61. Haro.

Anatiliorum. Male Vet. ap. Dalec. *Natiliorum*. In inscriptione San-Remigiana proxime laudata, Anatilii. Hi Arelatensem agrum tenuere: Desuviates, quorum interior regio fuit,

viatium, Cavarumque. Rursus a mari Tricorium: et intus Tricollorum, Vocontiorum, et Segovellaunorum: mox Allobrogum. At in ora Massilia Graecorum Pho-
5 caeensium, foederata. Promontorium Zao: Citharista

Tarasconensem: Cavares denique, a confluente Isarae in Rhodanum, ubi fere Avenio est, ad Druentiam usque, quam late patet, oram omnem, quae Rhodano alluitur. Hard. et Ed. P.

Desuviatium. Chiffl. *Desuviaticum.* Eo. P.

Rursus a mari. Rursus, inquit, in ora est Tricoriorum regio: Τρικορίους appellat Strabo, lib. IV, p. 185; ubi nunc Massiliensis ager, Aquisextiensis, et supra Druentiam Aptensis. In Aptensi fuere saltus Tricorii, quos Hannibal, dum peteret Italiam, superavit. Vide Ammian. lib. XV, p. 53, et Livium, lib. XXI, cap. 31. Haro. — Fusius autem de istius populi situ disputat d'Anville, *Notice de la Gaule*, ostenditque eum non maris littus occupasse, sed interiorem regionem, ad orientem Vocontiorum, de quibus mox noster, idque etiam ex Hannibalis itinere constare. Quem vide pag. 657 seqq. Eo. P.

Et intus. Istius recedunt a mari longius Tricolli, qui nunc Sisteronenses: quorum caput fuisse olim creditur *Alarante*, de quo Tabula Peutingeri. Hodie *Talard* in provincia Alpium superiorum, *Département des Hautes-Alpes*, via quae Sisterone Vapincum ducit. Ita Nic. Bouche, Hist. Prov. lib. III, cap. 7, pag. 178. Haro.

Vocontiorum. Hi orientalem provinciarum partem nunc dictarum *Départemens de la Drôme et de Vaucluse*, ut Cavares occiduam partem tenuere. Oppida eis fuere Dea, *Die*, et Vasio, *Vaison*, ut mox dicemus. Haro. et Eo. P.

Segovellaunorum. Chiffl. *Segovellaronum* legit. *Segalauni* Ptolemaeo, lib. II, cap. 8, dicuntur, qui illis urbem Valentiam adiudicat, quam Cavaribus dat Plinius. Vnde Segovellaunos, aut Segalaunos Cavarum partem fuisse putat Hard. cui ego assentior. Ed. P.

Allobrogum. Inter Isaram, Rhodanumque, ut recte Polybius, lib. III, pag. 282, et qui Polybium sequitur Livius, lib. XXI, cap. 31, apud quem pro *Arar* qui *Isara* reponunt, sincerum vas incrustant, nec scriptoris mentem assequuntur. Haro. — Allobroges etiam terras trans Rhodanum ad septemtrionem habuisse ex Caesare patet, lib. I, cap. 2. Hodie *Partie sud du département de l'Ain*, cui addenda sunt: *le département de l'Isère, le canton de Genève et une partie de la Savoie.* Eo. P.

Phocaeensium. Strabo, lib. IV, p. 179, κτίσμα δ' ἐστὶ Φωκαιέων ἡ Μασσαλία, a Phocaea urbe Asiae, de qua dicemus in Ionia, lib. V. A Phocide Graeciae regione profectos Massiliae conditores non semel affirmat Lucanus, lib. III, magno, ut puto, errore. Haro. — Quem quidem errorem secutus videtur Dalec. qui *Phocensium* mavult. Eo. P.

Foederata. Foederis causam docet Iustinus, lib. XLIII, cap. 5, 8: *Massiliensium legati*, inquit, *a Delphis revertentes, audierunt urbem Romanam a Gallis captam, incensamque. Quam*

portus. Regio Camatullicorum. Dein Suelteri, supraque Verrucini. In ora autem Anthenopolis Massiliensium, Forum Iulii Octavanorum colonia, quae Pacensis

rem domi nuntiatam publico funere Massilienses prosecuti sunt: aurumque, et argentum publicum, privatumque contulerunt, ad explendum pondus Gallis, a quibus redemptam pacem cognoverant. Ob quod meritum, et immunitas illis decreta, et locus spectaculorum in senatu datus, et foedus aequo iure percussum. Haro.

Promontorium Zao: Citharista portus. Ita MSS. omnes. Promontorium tamen eodem nomine fuisse nos docet Ptolem. lib. II, cap. 6, ὁ Κιθαριστός τὸ ἄκρον, quem secuti videntur Dalec. et Elz. qui *Promontorium Citharista, portus, regio Camatullicorum* scribunt. Chiffl. *Zaozita: ista portus*; alii *Zaoportus* dant; nos autem Hard. secuti sumus, Zao promontorium diversum esse a Citharista putantes. Citharistam portum hodie esse *Le port de la Ciotat* putat d'Anville, cui libenter assentimur; unde promontorium Zao idem esse, quod nunc vocatur *Cap de l'Aigle*, coniicere possumus, quamvis Mannertus illud hodie *Cap de la Croisette* vocari dicat. Citharistes autem promontorium esse *Le cap Cicier* haud longe ab urbe *Toulon* ait idem d'Anville. Vid. *Notice de la Gaule*, pag. 227 et 228. Eo. P.

Regio Camatullicorum. Hodie, ut nobis videtur, *La partie sud-est du département du Var*, qua in provincia haud longe a Samblacitano sinu, *Golfe de Grimaud*, vicus est nomine *Ramatuelle*, qui ut ait Harduinus, vetusti nominis vestigium servat haud obscurum. Eo. P.

Suelteri. Nunc est Foroiuliensis ager, citra amnem Argenteum: *Brignole*, et *Draguignan*, *Département du Var*, in medio. Sic Honor. Bouche, lib. VII, cap. 7, pag. 182. Favet situs quem in Tab. Peuting. *Selteri* obtinent. Hard. et Eo. P.

Verrucini. Vet. ap. Dalec. *Verticini.* Suelteris ad Boream adsiti: ubi nunc *Verignon*, et *Barjols*, *Département du Var, partie septentrionale.* Ed. P.

Athenopolis. Quum in ora positum id oppidum dicatur, inter portum Citharistam, et Forum Iulii, ipsum esse Telonem Martium non temere suspicamur. Hard. — Illum autem hodie loco dicto *Agai*, inter *Frejus* et *la Napoule* situm fuisse putat d'Anville, qui ordini a Plinio dato minime adhaerendum censet. Vid. *Notice de la Gaule*, pag. 109. Ed. P.

Forum Iulii Octavanorum. Frejus. Octavanorum colonia dicitur, quoniam octavae legionis militibus ea constaret. in Thesauro Golzii, p. 240, nummus Augusti: Col. Iulia. Octavianorum. Et alter Neronis, p. 241: Col. Pacens. Class. Pacensis a Pace dicta est: Classica, ab Augusti classe fortassis, cuius ea navale fuit. Vnde Strabo, lib. IV, pag. 184: Τὸ ναυσταθμὸν τὸ Καίσαρος τοῦ Σεβαστοῦ, ὃ καλοῦσι Φόρον Ιούλιον. Vide Tacitum, lib. III. Snessam tamen, quae mediterranea civitas est, coloniam pariter Classicam dicemus appellatam, cap. 9, a militibus forte classiariis eo deductis. Inscriptio apud Io. Poldo, lib. de Antiq. Nemaus. p. 165: Militvm. Leg. viii. Avg. Civitas. Fo-

appellatur, et Classica: amnis in ea Argenteus. Regio, Oxubiorum, Ligaunorumque: super quos Suetri, Quariates, Adunicates. At in ora oppidum Latinum Antipolis. Regio Deciatium: amnis Varus, ex Alpium monte Cema profusus.

6 In mediterraneo coloniae: Arelate Sextanorum, Be-

ROIVLIENSIVM. *Hard.* —Vet. ap. Dalec. *Octavianorum.* Ed. P.

Argenteus. Accolis dictus hodieque *Argens*, a colore aquae argenteo. Arenam devehit, qua portum iam illum opplevit, Augusti navium receptorem, de quo modo diximus. Hard.

Oxubiorum. Quorum caput non Forum Iulii, ut ait Hard. sed *Aegitna* videtur fuisse, auctore d'Anville. Hic λιμὴν Οξύβιος apud Strab. lib. IV, p. 185. Ed. P.

Ligaunorumque. Sic libri omnes. Ingaunos, qui ultra Varum sedes habent, frustra Dalecampius inculcare hic nititur pro Ligaunis, qui ante Varum Antipolimque ipsam a Plinio appellantur, et iunguntur Oxubiis. Grassensem, ut aiunt, tenuisse agrum videntur. *Partie sud-est du département du Var.* Hard. et Ed. P.

Suetri. Ptolemaeus, lib. III, cap. 1, meminit Σουητρίων in maritimis Alpibus, quorum oppidum Σαλλυα; vocat. Id esse *Seillans* Holstenius putat vicum provinciae Alpium inferiorum, *Département des Basses-Alpes*, quatuor leucis a *Draguignan*; quam opiniomem sequitur d'Anville, quamvis Harduino anteponenda videatur, male, ut opinor, Honor. Bouche, Histor. Prov. lib. III, c. 2, p. 119, sententia, qui Salinas urbem, *Castellane*, Verdoni amni, qui in Druentiam labitur, impositam fuisse dicit. Errant autem certe geographi, qui eam *Salucces* esse putant. Ed. P.

Quariates, Adunicates. Quariatum nomen reperit d'Anville in valle quadam dicta *vallée de Queyras*, *département des Hautes-Alpes*, cum vico cognomine, leucis quinque a *Briançon*, meridiem inter et orientem. — Adunicates autem, si Harduino credimus, in provincia dicta *Département des Basses-Alpes*, inter urbes *Senez* et *Digne*, habitaverunt. Minus certa autem nobis videtur haec opinio quam ut eorum nomen in mappis recte positum putemus. Ed. P.

Latinum. Hoc est, Latii iure donatum, ut superius diximus. Nunc *Antibes*. Ptolemaeo, lib. II, cap. 10, Αντίπολις in agro Δεκιατίων, quem Varus amnis claudit, *le Var*. Melae, lib. II, cap. 5, *Oppidum Deciatum Antipolis*: sic enim legendum. Hard.

Cema. Dalec. et Elz. *Acema*, hodie *Monte-Cemelinne*. Ed. P.

Arelate. Arles. Sextanorum dicta, quod esset colonia militum sextae legionis. Sic Primanos primae, Vnaetvicesimanos vigesimae primae, Tacitus vocat, Ann. lib. I, c. 37, Tertianos tertiae, Hist. lib. III, c. 24, Quintanos, Ann. lib. I, cap. 37, etc. Nummus Caii Caesaris in Thes. Goltzii, Col. Arelat. Sextan; et apud Gruter., pag. 257, Sextani. Arelatenses. Sed ficta illa: genuinus, inter caeteros Arelate percussos, nummus

terrae Septimanorum, Arausio Secundanorum. In agro Cavarum Valentia; Vienna Allobrogum. Oppida Latina: Aquae Sextiae Salluviorum, Avenio Cavarum,

ista insignis est, in Cimelio Mediceo, et Gaza Reginae Christinae, ex aere maximo. Caput laureatum exhibet Fl. Iulii Constantii Aug. qui frater Fl. Iulii Constantis. O. N. CONSTANTIVS. AVG. .)(. LAROITIN. Sedet Augustus; hinc Vrbe Arelatensi turrita porrigente dextram Constantio, instar afferentis aliquid: inde hastato milite Imperatorem complectente. Delineatur hic nummus a Spanhemio, in editione priore, p. 823. HARD.

Beterrae. Sic. MSS. omnes, Reg. Colb. et Thuan. lib. XIV, non *Bliterae*: etsi ita id Melae ac Straboni nomen scribitur. Vet. apud Dalec. *Bilterae*. Septimanorum nomen habet a septima legione. Hinc circumiecta regio Septimania appellata, a Sidonio, qui aliis Beterrensis ager. Mox Septimaniae nomen a Gothis ad universum Languedocium translatum. Nunc est oppidum *Bezirs* (*Département de l'Hérault*.). Inscriptio apud Gruterum, pag. 270, SEP. BAETER. hoc est, *Septimani Baeterrenses*. Stephano Βαιτερροῦς dicitur. In Gaza Regia nummus est inscriptus, BHTHPPATΩN: at ex oppido Syriae aliquo, ut videtur, nunc situs ignoti: non ex Beterris certe provinciae Narbonensis. HARD. et EO. P.

Arausio Secundanorum. Nummus Neronis, in Thes. Goltzii, p. 237: COL. ARAVSIO. SECVNDANOR. COH. XXXIII. VOLVNT. Deducti nempe eo milites ex cohorte XXXIII secundae legionis. Hodie *Orange*, in provincia, *Département de Vaucluse* dicta. HARD. et EO. P.

In agro, etc. Et hae quoque in coloniarum numerum reponendae. Οὐαλεντία κολωνία Ptolamaeo, lib. II, c. 10. Etiamnunc *Valence* (*Dép. de la Drôme*.). Et in Thes. Goltzii, pag. 242, nummus Neronis: COL. VIENNA. LEG. VII. CLAVDIANA. PIA. Etiamnunc *Vienne* (*Dép. de l'Isère*). Cavarum, Allobrogumque situs antea descripsimus. HARD.

Oppida Latina. Latii iure donata a senatu, vel a principe. HARD.

Aquae Sextiae. *Aix* (*Dép. des Bouches du Rhône*.). Coloniam Ptolemaeus vocat, et inscriptio apud Gruter. pag. 413. Vnde Aquis Sextiis nomen, vide in Epitom. Livii, lib. LXI. HARD. et EO. P.

Salluviorum. Ita MSS. omnes Reg. 1, 2, Colb. 1, 2, Paris. Chiffl. non *Salyorum*. Inscriptio Gruteri, pag. 298: DE LIGVRIB. VOCONTICIS SALLVVICISQ. Σάλυας vocat Ptolem. prm Σάλυας, lib. 2, cap. 10. Hi sunt Falami Galli (lege *Salluvii Galli*) de quibus Fulvius triumphasse dicitur in Epitome Liv. lib. LX, ut docet inscriptio vetus in Fastis Triumphorum: M. FVLVIVS. M. F. Q. N. FLACCVS. PROCOS. DE LIGVRIBVS. VOCONTICIS. ET. SALLVVICIS. *Hard.*

Avenio, etc. In Cavaris quoque Ptolemaeo, lib. II, cap. 10, sed colonia est. Sic Apta Iulia in Inscr. P. Sirmondi, in notis ad ep. 9, lib. IX, Sidonii, COL. APT. IVL. Nunc *Avignon* et *Apt*. (*Dép. de Vaucluse*). Vulgientes Tricoriorum pars fuere, ut superius monuimus. Gruteri inscriptio, p. 296, VVLCIENTES, sed hos Italiae populos habet. HARD.

Apta Iulia Vulgientium, Alebece Reiorum Apollinarium, Alba Helvorum, Augusta Tricastinorum: Anatilia, Aeria, Bormanni, Comacina, Cabellio, Carca-

Alebece Reiorum. Hactenus legebatur *Alebeceriorum Apollinarium.* At MSS. Reg. Colb. et Paris. totidem apicibus id nomen exhibent, quot repraesentamus. Accedit et vetus inscriptio apud Gruter. p. 468: Col. Reior. Apollinar. et Tabula Peuting. Reis. Apollinaris, Reiis Apollinaribus, a cultu, ut videtur, Apollinis. Quid quod nec Alebece satisfacit ipsa, libentiusque *Albiaece* agnoverim, si MS. ullus codex suffragetur. Nam Albioeeos Αλβιοίκους Salyibus, sive Salluviis, Voeontiisque confines Strabo facit, lib. IV, pag. 203, plane ut ipsius oppidi Αλβίοικοι nomen esse potuerit, qua forma, et Σόλοι Soloe Cilicii appellantur. Vrbs autem hodie est *Riez*, in Alpium inferiorum provincia, *Département des Basses-Alpes.* Haro. et Eo. P.

Alba Helvorum. Maluisset Dalec. *Alba Helucocuorum*; ego autem cur immutaretur aliquid minime video, quum Pliuius iterum de hac meminerit, l. XIV, c. 4, *Narbonensis provinciae Alba Helvia.* Non vero, ut quidam putaverunt, hodie *Albi* est, quae urbs *Albiga*, non *Alba*, semper appellata est. Supersunt innumera illius urbis, ut videtur, rudera, iuxta vicum *Alps*, ad amnem *Scoutay*, leucis duobus ab urbe *Viviers*, ad Rhodaoum, in quam translata est Albae sedes episcopalis. Hinc Albenses promiscue et Vivarienses episcopi cognominati. Ptolemaeo Αλβαυγούστα. Caesar, de Bello Gallic. lib. VII, cap. 56, *Mons Cebenna, qui Arvernos ab Helviis discludit.* Helvorum ager prius *Vivarais* dictus, hodie est *le sud de l'arrondissement de Privas, département de l'Ardèche.* Eo. P.

Augusta Tricastinorum. Chiffl. *Tricastemorum.* Hodie *Saint-Paul-Trois-Chateaux* (*département de la Drôme*). Ptolemaeus, lib. II, c. 10, Tricastinis *Nacomagum* urbem assignat, quam nonnulli hodie *Nions* volunt esse; d'Anville autem illam suam esse demque esse cum Augusta contendit. Eo. P.

Anatilia. In MSS. *Avatilia.* Hanc urbem ab Anatiliis, de quibus supra, nomen duxisse plerique voluot; d'Anville, qui illos sequitur, falsam tamen eorum esse opinionem ait, qui eam hodie esse *Mornas* ad Rhodanum credunt; qui locus haud dubie Cavarum fuit, non vero Anatiliorum qui mari vicinores fuere. Incertior est situs quam ut ulla in mappa vere inscriptum fuisse putemus. Eo. P.

Aeria. Huius urbis, in medio Cavarum agro, meminit Strabo, l. IV, pag. 185: Εἰσὶ δὲ ἐν τῷ μεταξὺ πόλεις Αὐενιών, καὶ Αραυσιών, καὶ Αερία· τῷ ὄντι, φησὶν Αρτεμίδωρος, αερία, διὰ τὸ ἐφ' ὕψους ἱδρύσθαι μεγάλου. Η μὲν οὖν ἄλλη πᾶσα, ἐστὶ πεδιὰς καὶ εὔβοτος· ἡ δ' ἐκ τῆς Αερίας εἰς τὴν Δουρίωνα, ὑπερθέσεις ἔχει στενὰς καὶ ὑλώδεις. Quibus ex verbis conficit d'Anville Aeriae locum hodie esse *le mont Ventoux*, iuxta limites provinciarum nunc dictarum *Départemens de la Drôme et de Vaucluse.* Locus enim editissimus, regio campestris et pascuis idonea, nisi quod ab Aeria ad Druentiam, quam Strabo

sum Volcarum Tectosagum : Cessero, Carpentoracte Meminorum : Cenicenses, Cambolectri, qui Atlantici

Δουρίωνα vocat, transitus per excelsa est angustus atque silvestris, omnia denique cum Strabonis verbis concordare videntur; quidam tamen Aeria loco dicto *La Croix haute*, haud procul ab urbe *Avignon*, sitam fuisse volunt. Eo. P.

Bormanni, Comacina. Ita legendum esse, non *Bormannico*, *Marcina*, neque, ut Chifll. pro Aeria, Bormanni, Comacina, *Arearbonia*, *Nocomannia*; tum MSS. tum series ipsa elementorum admonet, quam in Latinis hisce urbibus recensendis Plinius sequitur. Hic quidem ordo nos earum situm requirentes minime adiuvat, nominum tamen similitudine ductus d'Anville, Bormannos in provincia, quae nunc vocatur *Département du Var*, habitasse credit, ubi reperitur vicus nomine *Bormes*, sex leucis ab oppido *Toulon* dissitus, orientem versus. — Comacina autem ignoratur. Fictitia sunt, nec usquam terrarum audita nomina quae Dalecampius hoc loco affert. Eo. P.

Cabellio. Inter oppida Cavarum a Ptolemaeo, lib. II, cap. 10, Καβελλιῶν Κολωνία, et a Strabone, lib. IV, pag. 185, qui eam Καβαλιῶνα πόλιν vocat, quod nomen plane idem est cum praesenti *Cavaillon* (*Département de Vaucluse*), ad Druentiam. Eo. P.

Carcasum. Καρκασὼ in Volcis quoque Tectosagibus, Ptolemaeo, loco citato. Nunc est *Carcassone* (*Département de l'Aude*), ad fluvium Atacem. Eo. P.

Cessero. Non *Cisteron*, aut *Castres*, ut quibusdam eruditis visum, sed S. Tiberii pagus, *Saint-Tubery* (*Département de l'Hérault*), ad Araurim qui Agathbam praefluit, leucis fere quatuor a Beterris. Κεσσερὼ est Ptolemaeo, lib. II, cap. 10, in Volcis Tectosagibus. Antonino in Itiner. *Cesero*, a Beterris M. P. XII. Ado in Martyrol. 10 Novembr. *In territorio Agathensi in Cessorione, SS. Martyrum Tiberii, Modesti, et Florentiae, qui tempore Diocletiani martyrium compleverunt.* Et in vita S. Tiberii: *Et subito apparuerunt iuxta fluvium qui dicitur Araur, in vico qui vocatur Ceseri*, etc. Haro.

Carpentoracte. Carpentras, cuius incolae, caeterique ex agro circumiecto contributi, Memini appellati sunt, Cavarum regionis; Μιμηνοὶ Ptolemaeo, lib. II, cap. 10, sub Tricastinis. Notitia Civitatum Galliae: *Civitas Carpentoratensium, nunc Vindausca.* In Concil. Cabilonensi, anno 650, *Licerius Vindausceusis*, id est, Carpentoratensis, ab oppido vicino Vindausca. Haro.

Cenicenses. Forte *Coenienses*, inquit Harduinus, amnis Coeni accolae, cuius inter Maritimam Massiliamque meminit Ptolemaeus, loco citato. Poinsinet *Cercinenses* legere iubet quos fuisse dicit in loco quem vocat *Cencerni*, VII M. pass. a Carpentoracte. Minus autem certus est istius populi sequentiumque situs quam ut in mappa ulla recte describi possit. Eo. P.

Cambolectri. Dalec. et Elzev. *Cambolecti.* Eo. P.

Qui Atlantici. Eo cognomine a Cambolectris Agesinatibus discriminantur, quos iunctos esse Pictonibus dicemus, lib. IV, capit. 33. Hard. —

cognominantur: Forum Voconii, Glanum Livii, Lutevani, qui et Foroneronienses: Nemausum Arecomicorum, Piscenae, Ruteni, Sanagenses, Tolosani Tectosagum, Aquitaniae contermini: Tasconi, Tarusconien-

Ignoratur autem eorum situs; in mappis igitur eorum nomen inscriptum non sine dubitationem legas. Ed. P.

Forum. Forum, inquit Festus, negotiationis locus est; ut Forum Flaminium, Forum Iulium ab eorum nominibus, qui ea fora constituenda curarunt. Quod Voconii modo dicitur, vicus nunc esse *le Canet*, ad amnem Argenteum, dioecesi Foroiuliensi, contendit Honor. Bouche, Histor. Prov. lib. III, cap. 4, p. 450. Antoninus in Itiner. distare a Foro Iulii dicit, XII M. pass. pro XXII. Plancus ad Ciceronem, Epist. Fam. lib. X, 17, XXIV M. pass. d'Anville autem *Voconii Forum* in loco dicto *Gonfaron* pro *Voconfaron* agnoscere vult. Harn. et Ed. P.

Glanum. A Cabellione XVI M. pass. in Itiner. Antonin. vel potius VII M. pass. ut in tabula provinc. invenitur. Γλάνον in Salyibus, apud Ptolemaeum, lib. I, cap. 10. Nunc S. Remigii oppidum, *S. Remy*, inter Arelate et Cabellionem: ut egregie probat idem auctor Hist. Prov. lib. III, cap. 3, pag. 136. Hard.

Lutevani. Oppidum Luteva, *Lodève* (*département de l'Hérault*): quibus et Foroneroniensium cognomen additum, quod alterius oppidi sub Tricastinis peculiare est apud Ptolem. loc. cit. Hard.

Nemausum. Colonia dicitur Volcarum Arecomicorum Ptolem. loc. cit. et nummi frequentes occurrunt, Col. Nem. *Nismes* (*département du Gard*). Multa servat veteris magnificentiae vestigia. Harn. et Ed. P.

Piscenae. Nunc *Pézenas* (*département de l'Hérault*), prope Araurim amnem. Harn.

Ruteni. Non ei sunt quos infra, l. IV, c. 33, Noster *provinciae conterminos* ait, ut vult Harduinus, sed illi quos Caesar, de Bell. Gall. lib. VII, cap. 7, *Provinciales* vocat, et quibus oppidum fuit Albiga, hodie *Albi* (*département du Tarn*), auctore d'Anville, quem videas, *Notice de la Gaule*, pag. 562. Ed. P.

Sanagenses. Qui Sanicienses aevo posteriore appellati, a Sanicio Alpinae orae oppido, cuius meminit Ptolemaeus, lib. III, cap. 1. Nunc *Senez* (*dép. des Basses-Alpes*). Harn.

Tolosani Tectosagum. Mendose apud quosdam *Tolosani*, *Tectosagii*, hodie *Toulouse*, provinciae caput, cui nomen *Département de la Haute-Garonne*. Ed. P.

Tasconi, *Tarusconienses*. Priores incolae sunt, ut arbitramur, Montis Aureoli, cui nunc Monti Albano factum nomen est, *Montauban*, oppido celebri, provinciae dictae *Département de Tarn et Garonne*, praecipuo; quod amnis alluit *Tesco* appellatus: inde *Tesconi* accolae nuncupati, sive *Tasconi*. Auctor vitae S. Theodardi Archiepiscopi Narbonensis, die 1 Maii, cap. 6: *In Caturcensi territorio, in monte qui Aureolus nuncupatur, ad cuius montis radicem fluvius quidam decurrit, quem indigenae regionis ipsius* Tesconem

ses, Vmbranici: Vocontiorum civitatis foederatae duo capita, Vasio, et Lucus Augusti. Oppida vero ignobilia XIX; sicut XXIV Nemausiensibus attributa. Adiecit formulae Galba imperator ex Inalpinis Avanticos, atque

vocant. Hic suo decursu confinia Tolosani Caturcensis ruris liquido dirimit patenter influxu: qui a praedicto monte recedens post modicum terrae spatium Tarno immergitur flumini. Nondum erat Mons Albanus Episcopatus titulo insignitus; postea Caturcensi dioecesi est avulsus. — Posteriores a Taruscone Salyum oppido nomen habuere, Ταρουσκών Ptolemaeo, lib. II, cap. 10; nunc *Tarascon*, ad Rhodanum. In MSS. Reg. 1, 2, Colbert. 1, 2, et Paris. *Taseoni*, *Taracunonienses*. Libri vulgati, *Tascodunitari*, *Cononienses*, omnino mendose, ut vel ex ipsa serie elementorum liquet. Adeo non placet coniectura eruditi viri, scribi ita iubentis: *Tarascoduni*, *Tarni*, *Tononienses*: ut si Tasconos ipsos expungere cuipiam libuerit, ceu ineptam vocis subsequentis repetitionem, ac solos retinere Tarusconienses, haud gravate sim assensurus. Nam Tarnos ab amne Tarne comminisci, otiosorum hominum videtur esse: Tononienses a Sabaudia in provinciam Narbonensem, accersere, quam solam Plinius modo perlustrat, ἀγεωγραφήτων. Harn.

Vmbranici. In tab. Peuting. Segm. 1, *Vmbranicia* legitur prope Volcas Tectosagas et Nemausum. Vnde putat Poinsinet illos provinciae, nunc *Département de l'Aveyron* vocatae, australem tenuisse partem, quo loco situm est oppidum *Vabres*.

Civitatis. Hoc est, regionis, sive gentis, non oppidi. Hard.

Vasio. Sic in Ptolemaeo: apud Dalec. et Elz. *Vasco*. Hodie *Vaison*, *département de Vaucluse*, leucis quatuor ab *Orange*. Ed. P.

Lucus Augusti. Oppidum olim submersum lacu, quem Druma fluvius effecerat, quum vicini montis ruina aquarum cursus impeditus esset. Etiamnunc oppidi reliquiae visuntur intra Lucensem lacum, prope quem posterius exstructus fuit pagus, hodie *Le Luc* dictus, teste N. Crorier in Histor. Delphinatus. Luci Vocontiorum municipii meminit Tacit. Hist. I, 66. Vid. tom. III, pag. 97 edit. nostrae. Ed. P.

Formulae. Hoc est, Tabulae et indici, sive syllabo provinciarum Galliae, adiecit Galba ex gentibus Inalpinis, Avanticos atque Bodionticos. Haro.

Avanticos atque Bodionticos: quorum oppidum Dinia. Sic libri omnes tum editi, tum manu exarati ante Hermolaum, qui pro *Bodionticis*, *Ebrodunticis* fidenter inculcavit, quemque secuti sunt Dalec. et Elzev. Nos autem Harduinum qui priorem lectionem restituit, sequi non dubitavimus. — Ebroduni enim, quod Caturigum est oppidum, cap. 21 meminit Noster, qui certe bis eamdem gentem sub diversis nominibus signare sic non potuit. At non levior eiusdem Hermolai lapsus, et Guillimanni, qui Hermolaum secutus est, quum Avanticis oppidum fuisse Aventicum, hodie *Avenche*, credit; quod quidem oppidum situm est longe

Bodionticos, quorum oppidum Dinia. Longitudinem provinciae Narbonensis CCLXX M. pass. Agrippa tradit, latitudinem CCXLVIII.

1 VI. (V.) Italia dehinc, primique eius Ligures: mox Etruria, Vmbria, Latium, ubi Tiberina ostia, et Roma terrarum caput, XVI M. pass. intervallo a mari. Volscorum postea littus, et Campaniae: Picentinum inde, ac Lucanum, Brutiumque, quo longissime in meridiem, ab Alpium fine, lunatis iugis in maria excurrit Italia. Ab eo Graeciae ora, mox Salentini, Pediculi, Apuli, Peligni, Frentani, Marrucini, Vestini, Sabini, Picentes, Galli, Vmbri, Etrusci, Veneti, Carni, Iapides,
2 Istri, Liburni. Nec ignoro, ingrati ac segnis animi

supra Lemannum lacum, quo tamen lacu claudi provinciam Narbonensem superius monuimus. Avanticorum locum reperire credit Honor. Bouche in pago dicto *Avançou*, inter *Chorges* et *Gap*, *département des Hautes-Alpes*; d'Anville autem illos eiusdem provinciae partem tenuisse putat, quae trans Druentiam est, meridiem versus. HARD. Dinia hodie est *Digne*, oppidum haud ignobile, provinciae caput, cui nomen est *Département des Basses-Alpes*. ED. P.

CCLXX. Martianus, l. VI, p. 203, CCCLXX. De latitudine ambo concinunt. Missi Theodosii: *Iuxta Plinium Secundum, longitudinem Provinciae Narbonensis CCCLXX M. passuum Agrippa tradidit: latitudinem, CCCXLVIII*. H. — Nihil certi habere possunt istae mensurae, quum ignorentur loci ex quibus sumantur. Longitudinem CCLXX M. passuum invenies, si eam a Pyrenaeis Lugdunum sumas; latitudinem autem CCCXLVIII nusquam reperi. Mihi rectius videtur longitudinem maximam CCCLXX M. pass. a Pyrenaeis finibusque Consuaranorum ad Genevam sumere; latitudinemque CCCXLVIII a finibus Tolosatum ad Varum, ut volunt haud immerito Missi Theodosii. ED. P.

VI. *Italia dehinc*. Transcripsit hunc locum Martianus, lib. VI, de Italia, pag. 203, iisdem plane verbis. H.

Tiberina ostia. Hoc est, littus illud maris in quod Tiberis effunditur: non urbs ipsa Ostia, quanquam et ipsa Tiberina Ostia appellata est. HARD.

Ab Alpium fine. Dalec. et Elz. *Ab Alpium pene lunatis iugis*. ED. P. — A primis Alpibus, inquit Martianus, loc. citat. Plinius ipse paulo inferius hoc cap. *Patet longitudine Italia ab Alpium fine*. Lunata autem iuga Apenuini montis intellige, cuius dextrum cornu, ut ait Mela, lib. II, cap. 4 Siculum pelagus: alterum, Ionium respicit. HARD.

Pediculi. Chiffl. *Peduculi*. ED. P.

Frentani. Vet. ap. Dalecamp. *Ferentani*. ED. P.

Etrusci. Dalecamp. et Elzev. *Thusci*. ED. P.

existimari posse merito, si breviter atque in transcursu ad hunc modum dicatur terra, omnium terrarum alumna, eadem et parens: numine Deum electa, quae caelum ipsum clarius faceret, sparsa congregaret imperia, ritusque molliret, et tot populorum discordes ferasque linguas, sermonis commercio contraheret: colloquia, et humanitatem homini daret: breviterque, una cunctarum gentium in toto orbe patria fieret. Sed quid agam? Tanta nobilitas omnium locorum (quos 3 quis attigerit?) tanta rerum singularum populorumque claritas tenet. Vrbs Roma, vel sola in ea, et digna tam festa cervice facies, quo tandem narrari debet opere? Qualiter Campaniae ora per se, felixque illa ac beata amoenitas? ut palam sit, uno in loco gaudentis opus esse naturae. Iam vero tanta ea vitalis ac perennis salubritatis caeli temperies, tam fertiles

Ad hunc. Vet. ap. Dalec. *in hunc.* Eo. P.

Quae caelum ipsum, etc. Imperatoribus suis ornaret, divis factis scilicet. Sic ad Plinii marginem interpretabatur Menagius. Ed. P.

Contraheret: colloquia et humanitatem. Dalec. et Elz. *Contraheret ad colloquia, et humanitatem.* Eo. P.

Sed quid agam? Vet. apud Dalec. *Sed ne id agam.* Ed. P.

Quos quis attigerit? Quod non copiose, inquit, pro meritis nunc de Italia agam, retineor impediorque multiplici nobilitate locorum (quos quidem nemo attingere, nedum satis prosequi valeat), ingentique singularum rerum eius, ac gentium claritate. Haao. — Dalecamp. et Elz. *quos quis attigerit.* Sine ullo interrogationis signo. Pro τῷ *quos* volebat Dalec. *quae.* Eo. P.

Tam festa cervice. Hoc est, laeta, eximia, ut dictum est lib. II, cap. 46, diceturque iterum lib. IV, cap. 1. Roma, inquit, quae veluti pro facie est Italiae, quae ipsa totius imperii cervix, seu caput est, eam habet dignitatem, vix ut possit diffuso opere explicari. Haao.

Campaniae ora per se felixque illa, etc. Vet. apud Dalecamp. *Campaniae ora per se felix, illa,* etc. Proponebat Menagius, *Campaniae ora, felixque illa per se ac beata amoenitas.* Eo. P.

Per se. Vel si sola ea spectetur. H.

Vno in loco. Volebat Dalec. *uno hoc in loco.* Ed. P.

Tanta. Dalec. et Elz. *tota.* Ed. P.

Caeli. Chiffl. *talis caeli.* Eo. P.

Temperies. Dalec. et Elzev. *temperies est,* contra Toletan. fidem in quo deest vox *est.* Ed. P.

campi, tam aprici colles, tam innoxii saltus, tam opaca nemora, tam munifica silvarum genera, tot montium afflatus, tanta frugum et vitium, olearumque fertilitas, tam nobilia pecori vellera, tot opima tauris colla, tot lacus, tot amnium fontiumque ubertas, totam eam perfundens, tot maria, portus, gremiumque terrarum commercio patens undique: et tanquam ad iuvandos mortales, ipsa avide in maria procurrens.

4 Neque ingenia, ritusque, ac viros, et lingua manuque superatas commemoro gentes. Ipsi de ea iudicavere Graeci, genus in gloriam suam effusissimum, quotam partem ex ea appellando Graeciam magnam. Nimirum id, quod in mentione caeli fecimus, hac quoque in parte faciendum est, ut quasdam notas ac pauca sidera attingamus. Legentes tantum, quaeso, meminerint, ad singula toto orbe edisserenda festinari.

5 Est ergo folio maxime querno assimilata, multo proceritate amplior, quam latitudine: in laeva se

Montium afflatus. Venti, spirationesque emissae e montibus, aura illa odorata, quae per montium latera, ex omni frugum florumque genere descendens, totum inficit ac perfundit aërem. Sic Pliuius noster de Polypo, lib. IX, cap. 48, 4: *Afflatu terribili canes agebat.* Et Iunior, lib. V, Ep. 6: *Triclinium saluberrimum afflatum ex Apenninis vallibus.* Salmasius tamen, *marium afflatus* emendat: perinde ac si maris afflatus aut salubris semper, aut iucundus sit. H.

Pecori. Chiffl. *pecudi.* Eo. P.

Tot opima. Vet. apud Dalec. *tam opima.* Ed. P.

Commercio patens undique. Solini paraphrasis, cap. II, pag. 12: *Latera portuosa, orasque habet patentibus gremiis, commercio orbis accommodatas.* Haro.

Ac viros. Rectius forsan *vires* agnoscas, ex sequentibus illis, *et lingua manuque superatas gentes.* Haro.

Suam. Chiffl. *sui.* Ed. P.

Notas ac pauca. Vet. apud Dalec. *Notas stellas ac pauca sidera.* Ed. P.

Ac pauca. Chiffl. *et pauca.* Eo. P.

Est ergo. Solinus haec a Plinio mutuatus, cap. II, pag. 13. Hard.

In laeva. Vet. apud Dalecamp. *in laevo.* Ed. P. — Qua tendit ad promontorium Iapyginm, et Hydrunticum agrum, nunc *Terra d' Otranto*, Italiae, versus Ionium mare, et Epirum, ultimum cacumen. Capella quoque, lib. VI, pag. 205, haec ipsa

flectens cacumine, et Amazonicae figura desinens parmae, ubi a medio excursu Cocinthos vocatur, per sinus lunatos duo cornua emittens, Leucopetram dextera, Lacininm sinistra. Patet longitudine ab Alpino fine Praetoriae Augustae, per Vrbem Capuamque cursu meante, Rhegium oppidum in humero eius situm, a quo veluti cervicis incipit flexus, decies centena et viginti millia passuum: multoque amplior mensura fieret Lacinium usque, ni talis obliquitas in 6
latus digredi videretur. Latitudo eius varia est: ccccx millium inter duo maria, inferum et superum, amnesque Varum atque Arsiam: mediae, atque ferme

Plinii repetens, *Laevorsum se flectit*, inquit. Haro.

Amazonicae. Martianus, loco citato: *Duobus promontoriis peltae Amazonicae formam reddit: dextro cornu Leucopetram tendens, laevo Lacinium.* Pelta, auctore Servio in Aeneid. I, v. 494, scutum est brevissimum in modum Lunae iam mediae. Confer. ad lib. XII, cap. 11. Haro.

Cocinthos. Tria, inquit, promontoria duos sinus lunatos efficiunt: ex iis duo extrema, seu cornua quaedam porrectiora, emittuntur in mare: Leucopetra dextrum, ad fretum Siculum, *Capo dell' Armi*: sinistrum Lacinium appellatur in Crotoniensi agro, *Capo delle Colonne.* Medium inter haec Cocinthos, *Capo di Stilo.* Harn.

Patet, etc. Haec iisdem fere verbis Solinus et Capella, locis cit. et Missi Theodosii. De Augusta Praetoria, dicemus cap. 21. H. — Multum autem a vero discrepat haec mensura; nam Italia non, ut ait Noster, decies centena et viginti millia passum patet ab Alpino fine Rhegium, sed tantum octies centena millia passuum, per Vrbem Capuamque cursu meante, recto quidem, quantum fieri potest. Ed. P.

Lacinium usque. Ducta rursum eo usque a Rhegio oppido mensura. H. — Certe, si quo modo vult Harduinus, intelligatur locus iste, mensura centum et quindecim M. pass. amplior fieret; si autem ab Alpino fine Lacinium usque sumatur, quinquaginta M. pass. brevior. Ed. P.

CCCCX mill. Ita Solinus, cap. II, pag. 14. Missi Theodosii: *Latitudo Italiae*, CCCXX. . . . . *Iuxta Plinium Secundum.* H. — Vet. CCXII. Paulum autem a vero aberrat CCCCX M. pass. mensura, inter Varum et Arsiam. Ed. P.

Inferum, et superum. Tuscum illud, istud Adriaticum vulgo nuncupatur. Haro.

Varum, etc. Varus Narbonensis Galliae, ut dictum est cap. sup. finis; Arsia finis Italiae, ut dicetur cap. 23, in Istria. Harn.

Mediae. Dicta proxime est Italiae summae, qua cingitur Alpibus, lati-

circa urbem Romam, ab ostio Aterni amnis in Adriaticum mare influentis, ad Tiberina ostia, CXXXVI et paulo minus a Castro novo Adriatici maris Alsium ad Tuscum aequor, haud ullo inde loco CCC in latitudinem excedens. Vniversae autem ambitus a Varo ad Arsiam $\overline{XXX}$ pass. LVIIII efficit.

tudo: nunc eiusdem medice, ubi fere Roma est, latitudo signatur: postremo, reliquae. H. — Scrib. *media autem ferme*, ut mediam latitudinem intelligas, non mediam Italiam. Chiffl. *mediam autem ferme*. D.

Ab ostio Aterni. Hunc locum Plinii accuratissimis recentissimisque observationibus eximie congruere, et errare Geographos recentes, qui mensuram Italiae secus definiunt, docet D. Delisle, in Commentariis Academiae Regiae Scientiarum, anni 1714, pag. 181. H. — Ex probatissimis tamen Italiae mappis apparet, non, ut ait Noster CXXXVI, sed vix CXXV M. pass. esse Italiae latitudinem inter Tiberina ostia et ostium Aterni amnis, hodie *Pescara*. Ed. P.

Haud ullo inde loco CCC. Reliqua, inquit, Italia ab Alsio Tiberinisque ostiis ad Rhegium usque, nusquam excedit CCC millia pass. — In MSS. Reg. Colb. Paris., etc. *haud ullo in loco*. Parm. edit. *haud ullo in loco* CC. Nos *haud ullo inde loco*, ex coniectura, et Martiano, lib. VI, cap. de Italia, pag. 205. CCC. rescripsimus: *Nusquam*, inquit, *trecenta latitudo eius excedit*. Sed Plinii mentem idem Martianus haud assecutus sane videtur, quae nostra interpretatione, feliciter, ut quidem opinamur, illustrata est. H. — Bene MSS. Reg. 2, 5, et editio princeps CC. Perperam eruditus Harduinus e MSS. et Martiano emendavit, CCC. Patet enim cuivis Italiam inspicienti ab Alsio, usque ad Rhegium, *Reggio*, eam CC. millia passuum in latitudinem non excedere. Bsor. — Sic quidem isti, et quamvis haud absurda videatur Broterii sententia, nihil tamen in Harduino immutandum putavi, quum inter promontorium Leucopetra et Brundisium CCL circiter millia pass. sit intervallum. Ed. P.

XXX pass. LVIIII. Hoc est, tricies centena, et quinquaginta novem millia passuum. Sic MSS. omnes. In Solino, cap. II, pag. 11, et Capella, lib. VI, cap. de Italia, pag. 205, male nunc hic idem universae Italiae ambitus colligit vicies centena et XLIX millia pass. hoc est, $\overline{XX}$ XLVIIII, quum utrobique, ut in Plinio, scribendum sit, $\overline{XXX}$ LVIII nullis additis detractisve: sed tertia tantum denarii nota, quam prava librarii distinctio sequenti summae tribuit, reddita restitutaque priori. Quamobrem immerito Salmasius in Solin. pag. 83, ex eodem Solino Martianoque Plinium emendandum pronuntiat, quum e contrario ii sint ex auctore suo Plinio refingendi. Nam si decies centena et XX millia passuum apud eosdem colligit longitudo Italiae, haud sane pauciora tricies centenis passuum millibus patere eius ambitum res ipsa pervincit. Superposita numeralibus nortis lineula, centena toties signari admonet. H. — Vera autem mensura, a qua omnes

Abest a circumdatis terris, Istria ac Liburnia qui- 7
busdam locis centena M. pass. Ab Epiro et Illyrico quinquaginta. Ab Africa minus CC, ut auctor est M. Varro. Ab Sardinia CXX M. Ab Sicilia M. CCCCC. A Corsica minus LXX. Ab Issa quinquaginta. Incedit per maria caeli regione ad meridiem quidem: sed si quis id diligenti subtilitate exigat, inter sextam horam primamque brumalem. Nunc ambitum eius, urbesque 8
enumerabimus. Qua in re praefari necessarium est, auctorem nos Divum Augustum secuturos, descriptionemque ab eo factam Italiae totius in regiones XI sed

pariter aberraverunt, circiter XX o M. pass esse videtur. Ed. P.

Abest. Haec Martianus iisdem verbis, lib. VI, pag. 205. Hard.

Quibusdam locis. Nempe a Pola ad Ravennam et ab Iadera ad Anconam. Ed. P.

Centena. Dalec. et Elz. *centum.* Ed. P.

Minus CC. Libri scripti et editi sic habent; emendandum est *minus ccc.* Nec in distantia Italiae ab Africa tantum errare potuerunt aut Varro, aut Plinius. Brot.

Vt auctor est. Dalec. et Elz. *ut auctor affirmat.* Eo. P.

CXX M. Sic libri omnes: nullo tamen loco brevius est quam CXL millia passuum Sardiniam inter et proximum Italiae littus intervallum. Ed. P.

A Corsica minus LXX. Reg. 2, *A Corcyra minus* LXX. Parm. edit. *A Corsica.* Martianus, lib. VI, cap. de Italia, pag. 105, ex optimis exemplaribus, *A Corsica, minus* LXX: id quod libentius amplexi sumus. Omitti sane non debuit maior insula, aut longe minor anteponi. Deinde longiusculum est Italiae a Corcyra intervallum, ut minimum C. M. P. At Corsicam a Vadis Volaterranis LXII. M. P. abesse Plinius diserte testatus, ut quidem prae se ferunt exemplaria omnia, lectionem quam defendimus, egregie tuetur. H. — Reg. cod. 2 lectionem secuti sunt Dalec. et Elz. sed male, ut demonstrat Harduinus. Eo. P.

Ab Issa quinquaginta. Proximo intervallo Issa, Dalmatiae insula, LXXX M. pass. a quolibet Italiae littore distat. Ed. P.

Per maria. Inter Adriaticum et Tyrrhenum, quibus latera Italiae gemina alluuntur. Hard.

Coeli . . . . quidem. Volebat Dalec. *Ad coeli quidem meridionalem regionem.* Eo. P.

Si quis id . . . . . exigat. Codex Chifflet. *Si quis hoc exigat diligenti subtilitate.* Ed. P.

Inter sextam. Hoc est inter meridiem, quae hora sexta veteribus dicta est, et exortum solis brumalem, quae prima. Quod Galli vocant *Sud-Est.* Vide etiam quae dicturi sumus in notis ad librum VI, cap. 37. Harn.

ordine eo, qui littorum tractu fiet: urbium quidem vicinitates oratione utique praepropera servari non posse: itaque interiori in parte digestionem in litteras eiusdem nos secuturos, coloniarum mentione signata, quas ille in eo prodidit numero. Nec situs originesque persequi facile est, Ingaunis Liguribus, ut caeteri omittantur, agro tricies dato.

1 VII. Igitur ab amne Varo Nicaea oppidum a Massiliensibus conditum: fluvius Palo: Alpes, populique Inalpini multis nominibus, sed maxime Capillati: oppidum Vediantiorum civitatis Cemelion: portus Herculis Monoeci, Ligustica ora. Ligurum celeberrimi

Qui littorum tractu. Chiffl. *qui in littorum tractu.* Eo. P.

Oratione. Toletan. codex *ordinatione.* Eo. P.

Ingaunis. Quorum oppidum Albium Ingauoum, de quo mox. H.— Super. cap. legitur *Ligaunis.* Dalec.

VII. *Ab amne Varo.* Hic nona incipit Italiae regio, a Narbonensi, ut diximus, Varo omne discreta. Sic Italiae adscribitur Nicaea, quae tamen Massiliensium colonia fuit. Stephano, Νίκαια Κελτικῆς Μασσαλιωτῶν ἄποικος. Et nunc *Nizza* vocatur incolis, Gallis *Nice*, in Pedemontii regno. Ed. P.

Fluvius Palo. Sic MSS. quos vidit Vossius, ut quidem ait in Melam, pag. 170. Melae ipsi, lib. II, cap. 4 *Paulon flumen*; Hard. in MSS. suis *Pado* legit, quod Chiffl. admisit Dalec. et Elz. *Padus.* Cl. Rezzonicus et Brot. *Paulo.* Hodie *Paglione* vocatur; iuxta Nicaeam in mare influit. Eo. P.

Multis nominibus. A Livio haec Ligurum oomina produntur. Celelates, et Cerdiciates, lib. XXXII, cap. 29. Apuaoi, et Friniates, lib. XXXIX, cap. 28, etc. Hard.

Capillati. Qui Liguriam tenuere. Λιγύων τῶν Κομητῶν καλουμένων meminit Dio, lib. LIV, pag. 538. De his Lucanus, Phars. lib. I, 442. *Et nunc tonse Ligur, quondam per colla decora Crinibus effusis toti praelate Comatae.* Hard.

Oppidum Vediantiorum civitatis Cemelion. Hoc est Cemelion oppidum geotis Vediantiorum, qui Capillatorum Ligurum pars fuere. *Cemenelion* leguot Cl. Rezzonicus et Broterius a MSS. Palmerii, et ex inscriptionibus; apud Ptolemaeum quoque Κεμενέλιον Οὐεδιαντίων legitur, lib. III, cap. 1, in maritimis Alpibus. Videntur eius rudera templumque sub invoc. Mariae Virg. in loco dicto *Cimiez*, haud procul a Nicaea.— Vet. ap. Dalec. *Vendiatiorum civitas Cemelion.* Eo. P.

Herculis. Hodieque *Monaco.* Fallitur Ptolemaeus, qui Herculis et Monoeci portus diversos putat. Ammianus, lib. XV, pag. 53, de Hercule Thebaeo, qui Geryonem exstinxit:

ultra Alpes Salluvii, Deciates; Oxybii: citra, Veneni, et Caturigibus orti Vagienni, Statyelli, Vibelli, Magelli, Euburiates, Casmonates, Veliates, et quorum

Monoeci similiter, inquit, *arcem et portum ad perennem sui memoriam consecravit*. Tacito quoque, Hist. lib. III, cap. 42. *Portus Herculis Monoeci*. H. — Vet. ap. Dalec. qui supra, citati Ptolomaei mentem amplecti videtur: *Portus Herculis et Monaechus*. Ed. P.

Ultra Alpes. In Narbonensi provincia. Salluviorum ibi oppidum, ut diximus sup. cap. Aquae Sextiae: Deciatum, Antipolis: Oxubiorum denique, Aegitna. Hard. et Ed. P.

Salluvii. Dalec. et Elzev. *Sallyi*. De his vide quid superiore cap. 5, not. 61 et 62, dixerimus. Ed. P.

Deciates. Dalec. et Elz. *Deocates*: in Chiffl. vero *Deciates*. De his superiorem vide, cap. 5, notam 51. Ed. P.

Oxybii. Dalecamp. et Elzevir. *Oxubii*.

Citra. Qui Cisalpini Ligures Romanis appellati sunt, nobis iidem sunt Transalpini. Horum fere omnium obscura nomina, situs omnino inexploratus. Hard.

Veneni. Quo loco hodie est *Vinadio*, leucis novem ab oppido quod *Coni* vocant, in Pedemontio provincia; non autem, ut scribit Broterius, *Vinay*, vico provinciae Isarae (*département de l'Isère*), quod ultra fuisset. Ed. P.

Et Caturigibus. Ita quidem reposuit Hermolaus: at MSS. omnes, *et Turris*, forte pro *et Thurris*: vel *ex Tungris*. Caturiges autem oppidum *Chorges*, ut supra diximus, tenuisse videntur. Hard. et Ed. P.

Vagienni. *Bagienni* sunt Varroni de Re rust. lib. I, cap, 51. In Tab. Peuting. *Bagitenni*, supra Cemenellum et Albintemelium, segm. 2. Noster, quum hoc eodem libro, cap. 20, 3, Padum illorum finibus profluit dicit, eos provinciae, quum nunc *Marquisat de Saluces* Galli vocant, occidentalem partem tenuisse indicat. De eorum oppido notata in fine huius capitis nonnulla reperies. Ed. P.

Statyelli. Haud longe a Vagiennis habitasse videntur, orientem versus, in australi provinciae parte, quam Galli vocant *le Monferrat*. De eorum oppido vide in fine huius cap. Ed. P.

Vibelli. MSS. Reg. Vat. Riccardius et Cl. Rezzonicus *Simbelli* legunt. Quidam illos in ea provinciae Pedemontii parte habitasse volunt, qua reperitur oppidum *Biela*, octo leucis a Vercellis, *Vercell*, septentrionem inter et occidentem; cui quidem opinionem minime assentiri possum, quum istos omnes populos cispadanam Galliam incoluisse e Nostri verbis pateat. Ed. P.

Magelli. Eos ponit Poinsinet de Sivry in ea provincia Ticini parte quae *Val Maggia* vocatur, in Helvetica republica; sed minus recte; sic enim in transpadana Gallia transferrentur, dum certe singulos cispadanae populos hic perlustrat Noster, ut iam modo superiori nota diximus. Ed. P.

Euburiates. Horum meminit Florus, lib. II, cap. 3: *Salyi*, *Deocates*, *Oxybii*, *Euburiates*, *Ingauni*. Eos

2 oppida in ora proxima dicemus. Flumen Rutuba, oppidum Albium Intemelium: flumen Merula, oppidum Albium Ingaunum: portus Vadum Sabatium: flumen Porcifera, oppidum Genua, fluvius Feritor, portus Delphini: Tigullia intus: Segesta Tigulliorum: flumen Macra, Liguriae finis. A tergo autem supradictorum

Poinsinet cum Magellis in valle, quae *Val Maggia* dicitur, incousulto, ut diximus, ponit, iuxta pagum *Vegurio*. Certe iuxta Alpes maritimas quaerendi sunt, sed minus certum est eorum situs, quam ut locum quem tenueruot certiore modo designare possimus. Ed. P.

Casmonates, Veliates. Omninoignorantur; oihil eoim confirmat eorum coniecturam, qui Casmonates iuxta urbem *Casale*, provinciae Montisferrati, *le Montferrat*, caput, Incoluisse dicunt et Veliates, iuxta *Cortemiglia*, quinque ab oppido *Alba* leucis. Eo. P.

Dicenus. Chiffl. *edicenus*. Igitur de quibus dictum est hactenus, intus in montibus, non in ora sedes habuere. Hardo. et Eo. P.

Rutuba. Rutubamque cavum appellat Lucanus, lib. II, v. 422. Vibus Seq. p. 337, *Rutuba ex Apennino fluit*. Nunc *la Roja*. Eo. P.

Albium Intemelium, etc. Chiffl. *Album Intemelium.... Album Ingaunum*. Ed. P. — *Albintemelio* in Tab. Peuting. Straboni, lib. IV, pag. 202, Αλβιον ιντεμέλιον. Ligurum enim alii, inquit, Intemelii, Ingauoi alii appellati. Inde gemino oppido nomen. Intemelium hodie *Vintimiglia*; Ingaunum, *Albenga*: Merula flumen, quo Ingaunum alluitur, *Aroscia*. Albingaunos appellat Livius l. XXIX, c. 5. Hard.

Vadum. Hoc est, portus Vadorum Sabatiorum, nunc *Vai*, et *Ve*. Ipsa Vada Sabatia *Savona* nunc appellantur. Eo. P.

Porcifera. Nunc *Bisagna* Genuam, hodie *Genova*, Gallis *Gênes* latere orientali alluit: Feritor, *Lavagna*, in partem pariter exortivam influit eius sinus, qui portum Delphino efficit, *Porto Fino*: etsi aliter alii statuunt. Hardo. et Ed. P.

Tigullia intus: Segesta Tigulliorum. Male Broterius *Tigullia: intus et Segesta Tigulliorum*, quum ex Itinerario maritimo patest portum fuisse Segestam. Tigullia autem *intus*, ut ait Noster, id est longius a mari sita fuit, in via Aurelia, ut ex Itinerario Antonini discimus, in quo *Tegulata* vocatur. Eius etiam meminerunt Mela, lib. II, cap. 4, et Ptolemaeus, lib. III, cap. 1, qui eam Τιγουλλίαν, *Tigulliam* vocat, unde nos quoque, pro *Tigulia, Tigullia* cum Cl. Rezzonico et Broterio restitnimus. Segesta hodie, annuentibus omnibus, *Sestri di Levante* vocatur, a quo, trium fere M. passuum intervallo, rudera multa inveniuntur quae *Tregesa*, sive *Trigoso* nominantur et quae Tigulliae locum occupare putant Harduinus et Mannertus. Eo. P.

Macra. Vibius Sequest. pag. 225, edit. Bip. *Macra Liguriae, secundum Lunam urbem*. Straboni, lib. V, pag. 222: Μεταξὺ δὲ Λούνης καὶ Πίσης ὁ Μάκρης.... Ptolem. lib. III, cap. 1: Μακρόλλα. Vide quoque Livium lib.

omnium Apenninus, mons Italiae amplissimus, perpetuis iugis ab Alpibus tendens ad Siculum fretum. Ab altero eius latere ad Padum amnem Italiae ditissimum, omnia nobilibus oppidis nitent: Libarna, Dertona colonia, Iria, Barderate, Industria, Pollentia, Carrea quod Potentia cognominatur: Forofulvi, quod Valentinum: Augusta Vagiennorum, Alba Pompeia,

X. XIX, cap. 32, et lib. XL, cap. 41. Etruriam a Liguria, ut ait Noster, Gallianique Cisalpinam ab Italia proprie dicta occidentem versus disterminabat flumen illud, et in capacissimum Lunae portum influebat. Incolis hodie *la Magra* vocatur. E. P.

Ab altero. Orientali Apennini latere, qua Padum prospectat. Hard.

Libarna. Λεβάρνα Ptolem. lib. III, cap. 1. In Itiner. Anton. *Libanum* mendose, a Dertona, M. P. XXXV. In Tab. Peuting. *Libarnum*, a Genua XXXVI. Hodie, ut vult d'Anville, *Castel Arqua.* Ed. P.

Dertona. In Thes. Goltzii, vetus inscript. Col. Iulia Dertona. Nunc *Tortona.* Harn.

Iria. Vet. ap. Dalec. *Trita.* Ptolem. lib. III, cap. 1. Εἰρία. In Itin. Anton. via Clodia, a Dertona X M. P. Iriatum meminisse Livium l. XXXI, cap. 10, nonnulli volunt, plures tamen hic, pro *Iriatibus*, *Ilvatibus* legunt; quam opinionem nos in editione nostra secuti sumus. Hodie dicitur *Voghera*, ad amnem *Staffora.* Ed. P.

Barderate. Hodie, ut ait Mannertus, *Verrua*, ad confluentes Duriae maioris, et Padi; quo quidem loco Bodincomagum, de quo mox dicemus, ponere videtur d'Anville, quod hic detecta fuerint antiquae urbis rudera quae, ut opinor, Barderate oppidi, non Bodinconiagi, sunt vestigia. Ed. P.

Industria. Ita Romanis cognominatum oppidum, qui Liguribus incolis Bodiucomagus fuit, ut dicetur cap. 20, ad Padum, qui ab incolis Bodinens vocabatur. Eam d'Anville, loco, quo situm fuisse Barderate oppidum diximus, ponit; Harduinus eam *Casale* esse dicit; Mannertus diversas fuisse urbes Industriam et Bodincomagum putat, prioremque iuxta *Casale*, posteriorenque ad Sessitis et Padi confluentes sitas fuisse opinatur. Ed. P.

Pollentia. Lego *Pollentia*, *Carrea.* Bene distinxit Cl. Rezzonicus. Pollentia, nunc *Pollenza.* Carrea, nunc *Carrava*; ab indigenis dicitur *Carru.* Brot. — Has ne confundas cum Pollentia seu Potentia, Piceni oppido, de quo Livium vide, lib. XXXIX, cap. 41, et lib. XLI, cap. 27. Ed. P.

Valentinum. Et nunc *Valenza*, haud procul Tanari Padique confluentibus. Ab Aata Forum Fulvii distat M. P. XXII. in Tab. Peuting. Hard.

Augusta Vagiennorum. Ptolemaeo lib. III, cap. 1: Αὐγούστα Βαγιεννῶν. Illam hodie esse *Carmagnola* putat Cluverius, lib. I, Antiq. Ital. cap. 10; Alii *Saluzzo.* D'Anville autem, quem sequimur, illius locum hodie *Vico* appellari dicit, haud longe a *Mondovì.* Vagiennorum autem nomen etiam

Asta, Aquis Statyellorum. Haec regio ex descriptione Augusti nona est. Patet ora Liguriae inter amnes Varum et Macram, CCXI M. passuum.

VIII. Adnectitur septimae, in qua Etruria est, ab amne Macra, ipsa mutatis saepe nominibus. Vmbros inde exegere antiquitus Pelasgi: hos Lydi, a quorum rege Tyrrheni, mox a sacrifico ritu, lingua Graecorum Thusci sunt cognominati. Primum Etruriae oppidum Luna portu nobile. Colonia Luca a mari recedens, propiorque Pisae inter amnes Auserem et Ar-

nunc exstare addit in *Viozenna*, obscuro quodam loco eiusdem regionis. Ed. P.

Alba. Meminere Ptolemaeus, lib. III, cap. 1, Tabula Peutiog. aliique. Nomen etiamnum retinet, ad Tanarum, infra Pollentiam. Apud Gruter. pag. 484: R. P. ALB. POMPEIANORVM Albenses Pompeiani dicti lib. XVII, cap. 3. HARD.

Asta, etc. Illam *Asti* Itali: istam *Acqui* vocant, quae Straboni, lib. V, pag. 217. Ἀκουαιστατέλλαι. Hos Ligures Statiellates appellat Livius, l. XLII, cap. 7 seqq. HARD. —De Pedemontana regione, opuscula nostratis Iacobi Durandi inprimis sunt inspicienda. Ed. T.

Nona. Vet. ap. Dalec. *undecima*. Ed. P.

CCCXI M. passuum. Paulum a vero aberrat haec mensura. Ed. P.

Septimae. MSS. plerique, *septima*. HARD.

Vmbros inde. Haec omnia graeco carmine Scymnus Chius expressit, p. 95 prolixa oratione Dionys. Halic. lib. I Antiq. Rom. pag. 21 et 22. H.

A quorum rege. Rex Lydorum in Asia Atys colonos ablegavit in Italiam duce Tyrrheno filio; Herod. lib. I. Cito, n. 94, pag. 41; Tertull. lib. de spectac. cap. 6, ex Timaeo; Tacitus, Annal. lib. IV, cap. 55; Velleius, lib. I, pag. 3. HARD.

Graecorum. Ἀπὸ τοῦ θύειν, hoc est, a frequenti sacrificio, inquit Servius, in lib. X Aeneid. Quare et olim exactiore vocabulo Θυόσκοοι appellati, inquit Dionys. Halic. lib. I Antiq. Rom. pag. 24. HARD.

Luna. Iogentes visuntur ruinae huius civitatis a Normannis deletae ad ripam Macrae fluvii: circumiacenti agro nomen est, *il Lunegiano*: Portui, seu verius sinui, *Golfo della Spezzia*, ab oppido quod intimo eius recessui appositum est. HARD.

Luca. Hodie *Lucca*, quam Auser alluit, Straboni lib. V, pag. 222. Αἴσερ, accolis *Serchio* appellatus. Deductos eo colonos anno fere V. C. 572 Velleius est auctor, lib. II. H.

Propiorque. Subintellige, colonia. Anno Vrbis 574, postulantibus Pisanis, agrosque pollicentibus, quo Latina colonia deduceretur, ad eam rem Triumviros creatos Livius prodidit, lib. XL. In Cenotaphio Lucii Caesaris Augusti F. *Coloni Iulienses* appellantur, *Coloniae Obsequentis Iuliae Pisanae*. HARD.

num, ortae a Pelope Pisisque, sive a Teutanis, graeca gente. Vada Volaterrana: fluvius Cecinna, Populonium Etruscorum quondam hoc tantum in littore. Hinc amnes Prille, mox Vmbro navigiorum capax, et ab eo tractus Vmbriae, portusque Telamon: Cossa Volcientium a populo romano deducta: Gravisce,

Auserem. Vet. ap. Dalec. *Auxerem*. Strab. *Exarem*. Eo. P.

Arnum. Αρνον Strabo, Itali *l'Arno* vocant. Pisam Florentiamque praefluit. Harn.

Pisisque. Elidis oppido, in Peloponneso, de quo l. IV, c. 6. Rutilius in Itiner. lib. I, vs. 573 sq. vid. Poët. Lat. M. nost. ed T. IV, p. 155: *Elide deductas suscepit Etruria Pisas, Nominis indicio testificata genus*. Consentit et Strabo, loc. cit. et Solinus, cap. II, pag. 12. Ante hos ipse Maro, Aeneid. lib. X. v. 179: *Hos parere iubent Alpheae ab origine Pisae, Vrbs Etrusca solo*. Harn.

A Teutanis. Ita libri probatiores, non *Atintanis*; sive, ut Vet. ap. Dalec. *Teucanis*. Sicyoniae regionis in Peloponneso Teutanion ager fuit. Stephanus: Τίτανα χωρίον τῆς Σικυωνίας· νῦν δὲ Τευτάνιον καλεῖται. Sive igitur Teutani, sive Pisatae, Pisas condiderunt, a Pelope ortae recte dicuntur. Ατιντανία iuxta Apolloniam Epiri, Molossosque est, Thucyd. l. II, pag. 153, et auctori libri de Mirab. Auscult. pag. 1153. Macedoniae adscripta a Stephano. Sed si hos Plinius spectasset, Atintanibus dicere debuisset, vel Atintaniis. H. et En. P.

Vada. Nunc *Vadi*, vicus cum portu, in agro Pisano, a Volaterris xx m. p. Hic amnis Cecinna decurrit in mare, et nomen antiquum retinet. Harn.

Populonium. Ptolem. lib. III, cap. 1: Ποπλώνιον πόλις. Ex eius ruinis iuxta crevit Plumbinum, *Piombino*. En. P.

Hoc tantum. Id Strabo explicat, lib. V, pag. 223, solum hoc ex priscis Etruscorum oppidis situm fuisse in littore asseverans: quoniam ora importuosa esset. Harn. — Supervacua igitur est coniectura Dalecampii qui pro *tantum*, proponebat *situm*. En. P.

Prille. Lacum Aprilem vocat Anton. in Itiner. Marit. Qui nunc ab oppido, *Lago di Castiglione* Delabitur in eum lacum amnis, quem lacui cognominem Plinius facit: incolae *Bruno* vocitant. Harn.

Vmbro. Et nunc *Ombrone*: mediam fere, Arnum inter Tiberimque, secat Etruriam. Inde ad Tiberim Vmbria proprie appellata, quae patuit quondam latius. Harn.

Telamon. Meminit eius Mela, lib. II, cap. 4. Hodie *Telamone Vecchio*, haud procul a novo. En. P.

Cossa. Ex eius ruinis crevit *Ansedonia*: ipsa postmodum in vicum redacta. *Et desolatae moenia foeda Cosae*, cecinit Rutil. in Itiner. 286 (ubi vid. not. Poët. Lat. Min. nost. edit. T. IV, pag. 119. En. P.), Erat urbs Etruriae Volci, cuius incolae Volcientes. Harn. — Cosa nomen retinet prope lacum *Orbitello*. Brot.

Gravisene, etc. Mela, lib. II, cap. 4. *Pyrgi*, *Castrum novum*, *Graviscae*, *Cosa*. Ptolem. lib. III, cap. 1: Κόσσαι, Γραυῖσκαι, Κάστρον νέον,

Castrum novum, Pyrgi. Caeretanus amnis, et ipsum Caere intus M. pass. quatuor, Agylla a Pelasgis conditoribus dictum: Alsium, Fregenae. Tiberis amnis a Macra CCLXXXIV M. pass. Intus coloniae: Falisca Argis orta, ut auctor est Cato, quae cognominatur Etruscorum, Lucus Feroniae, Rusellana, Senensis, Sutrina.

Πύργοι. Fuere igitur oppida quatuor. Graviscis excisis successit, auctore d'Anville, *Eremo di Sant-Agostino*; Castro novo, *Torre Chiaruccia*; Pyrgis vero, *Torre di santa Severa*. Ed. P.

Caeretanus. Nunc *Eri*, ut recte Leander, et Holsten. contra Cluverium. Caere, nunc *Cer-vetere*, oppidum Patrimonii S. Petri. Agyllam primum a Pelasgis dictum prodidere etiam Dionys. Halic. lib. I, pag. 16, et lib. III, pag. 193, et Stephanus. Cato in Excerptis Orig. pag. 139, etc. Καίρητα Dionysio dicitur. Καῖρε Straboni, lib. V, pag. 220. Hard.

Alsium. Ἄλσιον, καὶ Φρεγηνία Straboni, lib. V, pag. 225. Illud nunc *Palo* est, castrum gentis Vrsinae, in Ducatu Bracciani, ab urbe Roma XVIII M. P. si Harduinus audiatur; *Statua*, si Gibrat; *Palo*, si Mannertus. Istud *la Macarese*, seu *Macarresi*, villa Ducis Mathei, haud procul ostiis Tiberinis, si audiantur Harduinus et Gibrat. Fregenas ab Alsio IX M. pass. distare ait Antoninus. Ed. P.

CCLXXXIV M. passuum. Haec longe a vero distat mensura, nam CCXXX circiter M. pass. est Macram inter et Tiberim intervallum. Ed. P.

Falisca. Colonia Iunonia, quae appellatur Faliscos, inquit Frontinus, lib. de Coloniis, pag. 95. Ab Haleso Argivo condita, ut ait Solinus, cap. II, pag. 13. Nunc est civitas *Castellana* ad Tiberim, *Orta* inter et Romam; aut haec certe ex illius ruinis crevit, quae prope visuntur, nomenque retinet *Falari*. Hard.

Cato. In libris Originum, qui interierunt. Hard.

Cognominatur, etc. Vt ab altera Falisca, quae Aequorum dicitur, eo cognomine dirimatur. *Aequosque Faliscos* Virgilius appellat, Aeneid. VII. 695. Hard.

Etruscorum, lucus Feroniae, Rusellana. Vet. apud Dalec. *Hetruscorum lucus, Feroniae, colonia Russellana*. Ed. P.

Feroniae. Cui Deae a ferendis fructibus nomen fuit, lucum hunc et locum sacravere in Capenate agro, iuxta Viterbium. Vnde *Lucosque Capenos*, Maro cecinit. Sub oppido *s. Oreste* etiamnum visuntur Feroniarum vestigia, loco quem d'Anville *Petra santa* vocat. Silius XIII, 84: *Dives ubi ante omnes colitur Feronia luco, Et sacer humectat fluvialia rura Capenas*. H. et Ed. P.

Rusellana. Sive *Rusellae*. Apud Gregor. VII, lib. III, Epist. *Ecclesia Rosellana*. Liv. I XXVIII, cap. 45, incolae Russeliani, Inscriptio vetus apud Holsten. in Ital. antiq. pag. 39, Col. Rvs. *Hard.*

Senensis. In MSS. *Senienses*. Scribit Brot. ex editione principe *Seniensis*; vocabatur quoque Sena Iulia. Hodie *Siena*, in *Toscana*. Ed. P.

Sutrina. Colonia Sutrium, Frontino, lib. de Colon. pag. 95. Vetus inscript. in Thes. Goltzii, Col. Iulia

De caetero Aretini veteres, Aretini Fidentes, Aretini Iulienses, Amitinenses, Aquenses cognomine Taurini, Blerani, Cortonenses, Capenates, Clusini novi, Clusini veteres, Fluentini praefluenti Arno appositi, Fe-

Svtrina. Nunc *Sutri*, ad amnem *Pozollo*: Deductam coloniam post annos septem, quam Galli Vrbem ceperunt, auctor est Vell. lib. I, pag. 5. Hard.

De caetero. Hoc est, reliqui generis oppida, nec iam coloniae, sed municipia, oppidave Latina. Haro.

Aretini veteres. Inscriptio ab Hermolao iam citata: DecvrionES. arretinorvm. vetervm. Oppidum *Arezzo*, Florentiam inter Perusiamque. Haro.

Aretini Fidentes, *Aretini Iulienses.* Chiffl. *Arutini Fidentiores*; alii *Aretini Fidenates.* Eorum urbem loco dicto hodie *Castiglione Aretino*, Iuliensium autem loco *Giovi* vocato sitam fuisse putat d'Anville. Mannertus autem Aretium vetus bis romanis coloniis auctum fuisse ait et inde incolis triplex nomen Veteres, Fidentes, Iulienses datum fuisse. Ed. P.

Amitinenses. Forte *Anicienses*: unde lapicidinae Anicianae, de quibus Plinius, lib. XXXVI, cap. 49. Ignorantur. Hard.

Aquenses. Vet. ap. Dalec. *Aqualeutes.* Ab Aquis, Thermisve Taurinis. Aquenses dicti sunt. Hariolantur, qui *Aquapendente* in Etruria oppidum signari hoc loco putant. A Centumcellis, hoc est, *Civita Vecchia*, prope hac Aquensium Thermae abfuerunt. Testis Rutilius in Itiner. I, 237 et sq. *Ad Centumcellas forti defleximus Austro: Tranquilla puppes in statione sedent.* Et mox, ibid. 249 et sq. *Nosse iuvat Tauri dictas de nomine Thermas, Nec mora difficilis millibus ire tribus*, etc. H. et Ed. P.

Blerani. Oppidum Βλήρα Ptolemaeo, lib. III, cap. 1. Nunc *Bieda*, in Patrimonio S. Petri. Hard.

Cortonenses. Vet. ap. Dalec. *Cortonienses.* Oppidum Cortona Livio, lib. IX, cap. 37, nunc retinet nomen in Etruria. Haro. et Ed. P.

Capenates. Ibi fuere, ubi nunc est *Morluppo*; iuxta Feroniae lucum, de quo supra. Sic Holstenius in Ital. Antiq. pag. 52, post Ligorium. H. — Capenam iuxta urbem *Siano* sitam fuisse aiunt d'Anville et Mannertus; additque prior loco dicto *Civitella.* Ed. P.

Clusini. Novorum oppidum *Chiusi*, prope Tiberis fontes. Veterum, nunc fere desertum, ob insalubritatem aëris, In regione cui nomen est *Val de Chiana*, a Clani palude proxima. Hos non re ac loco, sed nomine solum invicem discrepare censet Holstenius in Notis ad Ital. Antiq. p. 75. At non ita sane Veteres censuerunt: nam in fragmento Itinerarii Antonini, itinere Tiberino, legitur, *Clusio vetere olim Comersolo: Clusio novo, a quo dictus Clusentinus transitus Hannibalis.* De vetere Livius, lib. X, 25, *Clusium, quod Camars olim appellabant.* De novo, lib. V, cap. 33. H. et Ed. P.

Fluentini. Ita MSS. plerique, librique editi. At Chiffl. et Paris. *Florentini*, ut in codicibus quos vidit, legisse se, si credimus, testatur Gelenius. Frontinus l. de Colon. pag. 93, Coloniam Florentinam deductam a Triumviris prodidit: et Tacitus, Annal. lib. I, cap. 79, orasse ait Florentinos, ne Clanis solito alveo de-

sulae, Ferentinum, Fescennia, Hortanum, Herbanum, Nepet, Novem pagi, Praefectura Claudia Foroclodii, Pistorium, Perusia, Suanenses, Saturnini qui antea Aurinini vocabantur, Subertani, Statones, Tarquinienses, Tuscanienses, Vetulonienses, Veientani,

motus, in amnem Arnum transferretur, idque ipsis perniciem afferret. Tamen in decreto Desiderii Regis Italiae, apud Gruter. p. 220: *Palantes Fluentinos collegimus:* quod de Florentinis accipiendum est. Hodie incolis *Firenze* vocata, Gallis *Florence.* Hard. et Eo. P.

Fesulae, etc. *Fiesoli.* Ferentini oppidi ruinae iacent inter Viterbium et *Monte Fiascone:* nomen superest, *Ferenti.* Fescennia nunc *Galese*, ad Tiberim, in Patrimonio S. Petri: nec procul inde Hortanum *Orta.* Haro

Herbanum. Idem Vrbis veteris nomine insignitum, *Orvieto.* Haro.

Nepet. Nepi, iuxta amnem *Pozzolo*, inter Romam et Viterbium. Νέπετα Ptolemaeo, lib. III, cap. 1. In decretis Hilarii Papae, *Proiectus Nepesinus episcopus.* Haro.

Novem pagi. Supra Centumcellas, hoc est, *Civita Vecchia*, ad fontes Minionis amnis, *il Mignone*, positi: praefecturae Claudiae attributi. Haro.

Praefectura Claudia Foroclodii in quibusdam *Praefectura Claudia*, *Forum Claudii*; ap. alios *Forum Cassii.* Eo. P. — Nunc est *Oriolo*, in Ducatu Bracciani. Apud Optatum, *Domitianus a Foro Claudii*, inter Episcopos qui sederunt iudices in causa Donati. Caeterum praefecturae a coloniis municipiisque omnino diversae. Ex pluribus constare videntur vicis oppidisque minoribus, eodem ad petenda iura convenientibus. Sic novem pagi Claudiae adscribuntur. In Aegypto Praefecturas oppidorum Nomos vocabant, ut dicemus lib. V. *Praefecturae*, inquit Festus, *hae appellantur in Italia, in quibus et ius dicebatur, et nundinae agebantur*, etc. Haro.

Pistorium, etc. Nunc *Pistoia*, *Perugia*, *Sovana*, *et Saturnia distrutta.* Ptolemaeo, lib. III, cap. 1, Πιστωρία, Περουσία, Σουάνα, Σατουρνιάνα κολωνία. Haro.

Antea. Sic Chiffl. codex; legitur *ante* ap. Dalec. et Elz. Eo. P.

Subertani. Sic. MSS. omnes, impressique libri ante Hermolaum, qui a Suderno Ptolemaei lib. III, cap. 1, *Sudertani* scripsit. Nos *Subertani* antepoimus, quoniam id ei oppido, quod *Sovretto* hodie appellatur, peraccommodatum nomen est a subere, quo circumiectus ager abundat. Situm est autem oppidum *Sovretto*, prope *Sovana*, haud procul amne *Flore.* Haro. et Eo. P.

Statones. Oppidum Στατωνία, Statoniensis lacus accolae, de quo Plinius, lib. II, cap. 96, in Ducatu Castrensi, *le duché de Castro.* Ex eo lacu Olpita fluvius manat. Haro.

Tarquinienses. La Tarquinin, et corrupte *la Turchina.* Ptolemaeo, lib. III, cap. 3, Ταρκουΐνα. In Patrimonio S. Petri, infra Viterbium. In decretis Hilarii Papae, *Apuleius Tarquiniensis.* Hard.

Tuscanienses. Hodie *Toscanella*, in Ducatu Castrensi. In Conc. Pontigonensi, in Gallia, *Ioannes Toscanen.*

Vesentini, Volaterrani, Volcentini cognomine Etrusci, Volsinienses. In eadem parte oppidorum veterum nomina retinent agri, Crustuminus, Caletranus.

IX. Tiberis, antea Tybris appellatus, et prius Albula, e media fere longitudine Apennini, finibus Aretinorum profluit: tenuis primo, nec nisi piscinis corrivatus emissusque, navigabilis, sicuti Tinia et Glanis influentes in eum, novenorum ita conceptu

sis, tom. VII Conc. anno 876, pag. 281. Hard.

Vetulonienses. Horum oppidi rudera nomen priscum retinent, *Vetulia*, supra Plumbinum. Οὐετυλωνιᾶται Dionysio Halic. lib. III Antiq. Rom. pag. 189. Haao.

Veientani. A Verento oppido, nunc *Varentano* et *Valentano*, in Ducatu Castrensi. Frobenius, aliique post eum, *Veientani* pro Veretanis scripsere. Hard.

Vesentini. Vet. apud Dalec. *Vasentini*. Eo. P. — Haud procul a Veientanis. Oppidum hodie *Bisontia*, ad ripam Volsiniensis lacus, *Lago di Bolsena*. Hard. et Eo. P.

Volaterrani. Oppido nomen *Volterra*: olim Volaterrae, in Etruria. — In libris editis, *Volaterrani cognomine Etrusci*, Volcentinis praetermissis: at eosdem ex Chiffl. codicis fide restituimus, probe gnari, praeter Etruscos Volaterranos esse nullos uspiam: neque eo proinde cognomine discerni ab aliis necesse fuisse. Volcentinos autem, seu Volcentanos, et in Lucanis Plinius commemorat, cap. 15. Iidem haud dubie sunt Volcentini isti, quorum urbi apud Ptolem. lib. III, nomen est Οὐόλκοι, quod quidem ad lacum Aprilem situm fuisse putant, hodieque *Grosseto* vocatur. Hard.

Volsinienses. Flor. libro I, cap. 21, *Volsini*. Valer. Max. lib. IX, cap. 1, 2, *Volsinenses*. Dalec.

Retinent agri. Ambo nunc incerti situs. Haro. — Cave autem ne Crustuminum istum Etruriae agrum cum alio cognomine agro confundas in Latio sito Crustumerioque urbi circumiecto, et de quo mox insequenti capite dicemus, nota 9. Eo. P.

IX. *Albula*. Varro, lib. IV, de Ling. Lat. pag. 13: *Sunt qui Tiberis priscum nomen Latinum Albulam vocitatum litteris tradant: posterius propter Tiberinum regem Latinorum mutatum, quod ibi interierit: nam hoc eius, ut aiunt, sepulcrum*. Idem prodidit et Livius, lib. I, cap. 3; Ovid. lib. III Fastor. etc. Haao.

Tinia et Glanis. Vet. ap. Dalec. *Tinia et Glanius*. Eo. P. — Tinia Τινίας Strabon, lib. V, pag. 227. H. —Male editio princeps, *Tirma*; aliae, *Tinia*. Recte emendavit Cl. Rezzonicus, *Timia*. Servat nomen, et dicitur *Timia*. In fluvium *Topino* influit prope oppidum *Cannara*. Glanis, *La Chiana*. Baor.

Novenorum. Postquam diebus novem cohibitae fuerint eorum omnium aquae in piscinis, in quas deducti et corrivati fuerunt, ut inde emissi largius fluant. Hard. — Unde patet, ut animadvertit Broterius, an-

2 dierum, si non adiuvent imbres. Sed Tiberis propter aspera et confragosa, ne sic quidem, praeterquam trabibus verius quam ratibus, longe meatibus fertur, per centum quinquaginta millia passuum non procul Tiferno, Perusiaque, et Ocriculo, Etruriam, ab Vmbris ac Sabinis: mox citra tredecim millia passuum Vrbis, Veientem agrum a Crustumino, dein Fidenatem Latinumque a Vaticano dirimens: sed infra Aretinum Glanim duobus et quadraginta fluviis auctus, praecipuis autem Nare et Aniene, qui et ipse navigabilis Latium includit a tergo: nec minus tamen aquis ac tot fontibus in Vr-

tiquis notam fuisse artem aliquam molium, gallice, *les écluses*. Ed. P.

Ne sic quidem. Subintellige, navigabilis. Hard.

Longe meatibus. Scrib. *longe meabilis*, ex MS. Reg. 2, editione principe, et Cl. Rezzonico. Brot. — Vet. apud Dalecamp. *longis meatibus*. Ed. P.

Ocriculo. Vet. ap. Dalec. *Otriculo*. Item Chiff. Ed. P.

Mox citra. Antequam Tiberis ad sextum decimum lapidem ab Vrbe perveniat. Hard. — In MS. Reg. et editione principe, *citra XVI millia*, quod mallem. Brot.

Veientem. Elz. *Veientum agrum*. Ed. P. — Is ager in Etruria fuit, cis Tiberim, in ea regione, in qua nunc insula, *Isola*, est, Farnesiarum pagus: ut recte vidit Holstenius, in Ital. Antiquit. pag. 53 et 55. A Veiis nomen Veiens ager accepit. Hard.

A Crustumino. Fuit hic ager ultra Tiberim, a Crustumino Etruriae agro, qui cis Tiberim fuit, de quo in fine sup. cap. diversus. Nomen habet a Crustumerio, de quo mox. H. — Huic enim urbi circumiectus fuit ager ille, ad flumen Allium, hodie *Alia* vocatum, et imperio tam funesta Gallorum victoria clarum. Ed. P.

A Vaticano. Qui cis Tiberim fuit, ab Roma versus septemtrionem, et in vetere Etruria. Liv. lib. X, cap. 26. Hard.

Sed infra Aretinum, etc. Vet. *Iutra Tiniam et Glanim*. Lego, *ultra Tiniam item Glanim* e *duobus quadraginta*, etc. Dalec. — Sed a confluente Glanis, qui in finibus Aretinorum oritur, ad mare usque, Tiberis duo et XL excipit flumina: quorum praecipui sunt Nar, ipseque Anio, qui item navigabilis includit a tergo Latium. Quin nec minora increments Tiberis adeptus ex tot aquis ac fontibus Romam deductis: ideoque mercator rerum toto orbe nascentium placidissimus, ut qui quamlibet magnarum navium sit capax, pluribus prope solus accolitur aspiciturque villis. Hard.

Aquis ac tot fontibus. Emendabat Menagius, *tot aquis ac fontibus*. E. P.

bem perductis: et ideo quamlibet magnarum navium ex Italo mari capax, rerum in toto orbe nascentium mercator placidissimus, pluribus prope solus, quam caeteri in omnibus terris amnes, accolitur, aspiciturque villis. Nullique fluviorum minus licet, inclusis 3
utrimque lateribus: nec tamen ipse pugnat, quanquam creber ac subitus incrementis, et nusquam magis aquis quam in ipsa Vrbe stagnantibus. Quin immo vates intelligitur potius ac monitor, auctu semper religiosus verius, quam saevus.

Latium antiquum a Tiberi Circeios servatum est, 4
mille passuum quinquaginta longitudine. Tam tenues primordio imperii fuere radices. Colonis saepe mutatis, tenuere alii aliis temporibus, Aborigines, Pelasgi,

Et ideo. Scribendum censebat Menagius *est ideo.* Ed. P.

Ac subitus. Legimus cum eruditissimo viro Broterio *subitus incrementis* ex MS. Reg. 5, et edit. principe. Male emendatum in recentioribus, *subitis.* Malebat etiam *subitus* Harduinus; illud autem reponere non ausus fuerat; legebat autem Dalec. *crebris ac subitis.* Ed. P.

In ipsa urbe. Anno V. C. 565, duodecies Campum Martium, et plana urbis inundavit. Liv. lib. XXXVIII, cap. 28. Haro.

Religiosus. Quoniam non tam mala inferi per se, quam ea praesagit, quae sacris averti, ac religionibus expiari oporteat. Haro.

Latium antiquum. Nunc primam Italiae regionem describere instituit. Latium fuit et antiquum, et novum. Antiquuos, ad Circeios: ad Sinuessam usque pertinuit novum. Ita cum Plinio Strabo, lib. V, pag. 231. H.

Circeios. Chiff. *Cereeios.* Ed. P.

Servatum. Vet. apud Dalec. *usque observatum.* Ed. P.

Mille passuum quinquaginta longitudine. Scribo *L. M. pass. longitudine.* Male MS. Reg. 2, *M. P. L. longitudine:* unde in editione principe *mille p.* et in recentioribus, *mille passuum quinquaginta longitudine.* Emendandum fuit *L. M. passuum.* Immo malleni, *sexaginta millia passuum longitudine.* Tot enim sunt locorum millia; si loca ipsa inspicias, tabulamque geographicam Cl. Boscovich accuratissimam dimetiaris inter Tiberis ostia et Circeios, nunc *S. Felice*, ad radices Circeii montis, *monte Circello.* Brot.

Aborigines, etc. Et haec Solinus, cap. 11, pag. 12. De ea porro voce, Sex. Aurel. Victor. in Orig. Gentis Rom. pag. 26: *Aborigines appellati*, inquit, *Graeca scilicet appellatione, a cacuminibus montium, quae illi ὄρη vocant: alii volunt eos, quod errantes illo venerint, primo Aberrigines:*

Arcades, Siculi, Aurunci, Rutuli. Et ultra Circeios Volsci, Osci, Ausones, unde nomen Latii processit ad Lirim amnem. In principio est Ostia, colonia a romano rege deducta. Oppidum Laurentum, lucus
5 Iovis Indigetis, amnis Numicius, Ardea a Danae Persei matre condita. Dein quondam Aphrodisium, Antium colonia, Astura flumen et insula. Fluvius Nymphaeus, Clostra Romana. Circeii quondam insula immenso quidem mari circumdata (ut creditur Homero), at nunc planitie. Mirum est, quod hac de re

post mutata littera, altera adempta, Aborigines cognominatos. Hausit hoc a Dionys. Halic. lib. I, Antiq. Rom. pag. 9. Hard.

Circeios. Chiffl. *Cerceios.* Ed. P.

Nomen Latii. Sic in Chiffl. Legitur ap. Dalec. et Elz. *nomen modo Latii.* Pro voce *modo* proponebat Menagius *demum.* Ed. P.

A Romano Rege. Anco Marcio, ut Livius docet, lib. I, cap. 33. Festus item, verbo *Ostia.* Hard.

Laurentum. Λωρεντὸν Dionys. Halic. lib. I, pag. 51. *S. Lorenzo*, medio inter Ostiam Antiumque intervallo. Holsten. Haec *Laurentia* Maronis *arva.* Hard.

Lucus Iovis. Vbi sacellum fuit, cuius inscriptio, *Patri Deo Indigeti, qui Numicii amnis undas temperat*: Πατρὸς Θεοῦ χθονίου ὃς ποταμοῦ Νομικίου ῥεῦμα ὀιέπει. Auctor Dionys. Halic. lib. I, pag. 52. Ardeam is amnis alluit, quod nunc Castrum Caesarinae gentis, cum vetere appellatione *Ardea.* Virgilius, Aeneid. lib. VII, vs. 410, Plinio praeivit, et Solino, cap. 11, pag. 12. Hard.

Aphrodisium. Hoc est, Veneris templum olim, nunc vestigia tantum. Hard.

Antium. Nunc quoniam sola supersunt rudera, *Anzio rovinato* Itali accolae vocant. Hard.

Astura. Et insulae nomen hodie, et amni manet. Festus: *Stura flumen in agro Laurenti est, quod quidam Asturam vocant.* Hard. — Sic quidem Hardninus; ego autem in mappis probatissimis flumen hodie *Canal di Conca* dictum reperiri, insulamque inter eius brachia sitam nullo nomine designatam. Ed. P.

Nymphaeus. Nunc *La Ninfa* dicitur: cuius verum ostium inter Circeios et Terracinam; altero quod Plinii aetate fuit, ad fauces lacus *Fogliani*, arena oppleto. Holsten. H.

Clostra. Latii veteris limes, et claustra antiqui Imperii, ad coërcendos Volscos. Vel claustra forsan ostio Nymphaei amnis opposita, ut Holstenius coniicit, contra vim Oceani, ne oppleretur arena: quod postea nihilominus effectum est. Hard.

Circeii, Oppidum Volscorum fuit, Κιρκαία πόλις Dionysio Halic. lib. VIII, pag. 490, cuius in ruderibus nunc pagus est *S. Felicita*, in radicibus Circeii montis, *Monte Circello.* Hic Circe Solis filia creditur habitasse. Dionys. lib. IV, pag. 260. Hard.

Homero. Odyss. κ, v. 194. Non intellexit Homerum hoc loco Plinius.

tradere hominum notitiae possumus. Theophrastus, qui primus externorum aliqua de Romanis diligentius scripsit (nam Theopompus, ante quem nemo mentionem habuit, Vrbem dumtaxat a Gallis captam dixit: Clitarchus ab eo proximus, legationem tantum ad Alexandrum missam): hic iam plusquam et fama, Circeiorum insulae mensuram posuit stadia octoginta, in eo volumine, quod scripsit Nicodoro Atheniensium magistratu; qui fuit Vrbis nostrae CCCCXL anno. Quidquid est ergo terrarum, praeter decem millia passuum prope ambitus, adnexum insulae, post eum annum accessit Italiae.

Circes insula, ipsa Tellus est, Oceano magno circumdata quam Αἰαίαν vocat, versu 135, et λ, 70. Ipsa est, inquam, quae φυτίζοος Αἶα ab eodem vocatur, λ, versu 300, quoniam gignit quidquid opus est alendis mortalibus. Fratrem Circae dedit Homerus. μ, versu 137, quem *Aeeten*, Αἰήτην hoc est, terrestrem, vocat. Ambos fingit ex Sole genitos, et Nympha Persa, Oceani filia. Hic Circes, sive Telluris frater, vigor est telluri in situs, ex Sole inprimis, quem ali finxere aquis Oceani. Hard.

Theophrastus. Libro V, Hist. plant. cap. 9. Hard.

Hic iam plusquam. Theophrastus, inquit, Circeiorum insulae mensuram tradendo, certius quam e fama incertoque rumore, prodidit de ea. Hard.

Et fama. Vulehal Menagius ad auctoris marginem, *ex fama*. Eo. P.

Circeiorum. Chiffl. *Cerceiorum.* Eo. P.

Mensuram posuit stadia octoginta. Hoc est, X. M. P. Nam vulgo VIII stadia in milliario romano computantur. Eo. P.

Magistratu. Magistratum gerente. Tres simul fuisse Atheniensium Magistratus annuos, nisi quis eorum intra annum e vita decederet, nummi antiqui testari videntur, in quibus plerumque tres appellant. Eiusmodi est ille, quem Goltzius in Graecia referi, Tab. XIV, in quo hic ipse *Nicodorus* videtur notari. Sic enim habet: A ΘΕ. hoc est, *ἀθηναίων Θεὰ*, *Atheniensium Dea*; Minerva scilicet. Deinde magistratuum nomina: ΔΩΡΟΘΕ. ΝΙΚΟΔΩ. ΔΙΟ. *Dorotheus*, *Nicodoros*, *Diogenes*. Hard.

CCCCXL. anno. Ita MSS. omnes, Reg. Coll. Paris. et Chiffl. Quin ipse Plinius, lib. XIII, cap. 30. et lib. XV, cap. 1, hunc ipsum annum signat. Hoc uno in loco permutatis numeris libri impressi, quos inter Dalec. et Ez. habent CCCC. LX. Quin et illud paulo ante, *quod scripsit Nicodoro Magistratui* mutare ausi non sumus, quum sic habeant libri omnes manuscripti, et editi: tametsi neque inscripsisse cuiquam librum suum de plantarum historia Theophrastus videtur. H. et Eo. P.

Prope ambitus. Vet. ap. Dalec. *propinqui ambitus.* Hard.

6 Aliud miraculum: A Circeiis palus Pomptina est, quem locum XXXIII urbium fuisse Mucianus ter Consul prodidit. Dein flumen Vfens, supra quod Terracina oppidum, lingua Volscorum Anxur dictum: et ubi fuere Amyclae, a serpentibus deletae. Dein locus speluncae, lacus Fundanus, Caieta portus. Oppidum Formiae, Hormiae prius olim dictum: ut existimavere, antiqua Laestrygonum sedes. Vltra fuit

Aliud miraculum. Glossema hae voces sapiunt: videntur que ex ora libri in textum irrepsisse. Nisi quis referri haec malit ad illa priora, *Mirum est quod de re*, etc. quibus ista modo respondeant, *Aliud miraculum.* Nam quod *accessisse Italiae* proxime ante haec verba dicitur, spatium illud terrarum intelligendum est, quod retrogresso mari eo, quo Circeii olim circumdabantur, accessit Italiae, sive continenti: quum mox, vice versa, locum XXXIII Vrbium Pomptina palus obtineat. H. — In Dalec. et Elz. sequuntur superiorem periodum, nullo interiacente intervallo, verba haec *aliud miraculum*: ita ut legatur: *Accessit Italiae aliud miraculum* Eo. P.

Circeiis. Chiffl. *Cereciis.* Eo. P.

Pomptina. Vel, ut alibi, Ipsique Festo, *Pontino.* Nomen suum servat. In agro Pometino; ἐν τῷ Πομεντίνων πόλιῳ fuit, inquit Dionys. loc. cit. cui nomen a Suessa Pometia, Volscorum urbe mediterranea. De hac palude dicemus iterum, lib. XXVI, cap. 9. Hann.

XXXIII. Sic in Chiffl. Apud Dalec. et Elz. *viginti trium.* Eo. P.

Vfens. Vibius Seq. pag. 338, *Vfens Terrocinae proximus.* Sil. Ital. VIII, v. 381: *Liventes cano per squalida turbidus arva Cogit aquas Vfens, atque inficit aequora limo.* In MSS. *flumen Vfentum.* Amni nomen *il Portatore*; Terracina suum retinet. De vetusta Anxuris appellatione Festus Livinsque. Hinc Iupiter Anxurus, apud Maronem, Aeneid. lib. VII, versu 799. Hann.

Vbi. Volebat Dalec. *ibi*, e margine Variorum. Eo. P.

Amyclae. Haec rursum Plinius, l. VIII, cap. 43. Vide Servium in illud Maronis, *Tacitis regnavit Amyclis*: Aeneid. lib. X, vs. 564. H.

Speluncae. Amyclaeae, in littore positae, hodie *Sperlonga*: unde sinui Amyclano nomen, *More di Sperlonga.* Hann.

Fundanus. Il Lago di Fondi, ab oppido cognomine, quod V. M. P. a mari distat. Hann.

Formis. Vbi nunc oppidum *Mola*, in intimo Caietani, seu Formiani sinus recessu. Caieta, hodie *Gaeta.* H.

Hormiae prius olim dictum. Desunt in Dalec. et Elz. verba *prius et olim.* Eo. P.

Vt existimavere. Homerus Odyss. x; Ovid. lib. XIV. Metam Solinus cap. II, pag. 14, Plinium secutus. Laestrygonas ab Homero ex Sicilia, in qua tantum fuere, translatos fuisse ait Harduinus, ut Vlyssem doceat tam ab his qui continentem incolerent, quam ab his qui degerent in

oppidum Pyrae: colonia Minturnae, Liri amne divisa, Glani appellato. Oppidum Sinuessa, extremum in adiecto Latio, quam quidam Sinopen dixere vocitatam.

Hinc felix illa Campania est. Ab hoc sinu incipiunt 7
vitiferi colles, et temulentia nobilis succo per omnes terras inclyto, atque (ut veteres dixere) summum Liberi Patris cum Cerere certamen. Hinc Setini et Cae-

insulis, aspera multa pertulisse. Parum arridet mihi ista interpretatio et praeferenda videtur coniectura quam proponit Poinsinet de Sivry, Laestrygonas nempe qui postea Siciliam incoluerunt, in eam venisse ex Italia, quam antiquitus tenuerant. Sic enim Siculos ex Italia transisse in Siciliam, quam a Sicanis, Hispanica gente, habitatam invenerunt, nos docet Dionys. Halicarnass. Ed. P.

Vltra fuit oppidum Pyrae. Chifletii codex, *Vltra fuit oppidum Pylo.* Dirutum iam tum aevo suo innuit: et de eo sane ceteri scriptores silent. Vnde ignoratur omnino situs eius. Ed. P.

Minturnae. Vbi nunc Liris scapha traiicitur, fere in eius ostiis: unde loco nomen, *la barca del Garigliano.* Idem Glanis sive Clanis olim appellatus. Strabo, lib. V, pag. 233. Λειρὶς ποταμός, Κλάνις δ' ἐκαλεῖτο πρότερον. Vnde hic *Clani* legere vult Broterius. Alius ab amne Glani, quem propterea Aretinum Plinius cognominavit paulo superius; hoc cap. ut ea nota ab isto Clani, qui Liris est, seiungeret. Minturnas deductam coloniam auctor est etiam Livius, lib. X, cap. 21, et Ptolem. lib. III, cap. 1. Velleius, lib. I: *Q. Fabio quintum: Decio Mure quartum Cos. quo anno Pyrrhus regnare coepit, Sinuessam Minturnasque missi coloni.* Hard.

Liri amne divisa, Glani appellato. Dalec et Elz. *Glanico appellato.* Alias *Clanio.* Ed. P.

Sinuessa. Supersunt ingentis oppidi rudera, prope castellum *Rocca di Mondragone:* medio ferme intervallo inter ostia Liris, et Savonis. Livius loc. cit. *Placuit, ut duae coloniae deducerentur; una ad ostium Liris fluvii, quae Minturnae appellata: altera in saltu Vestino Falernum contingente agrum, ubi Sinope dicitur Graeca urbs fuisse, Sinuessa deinde ab colonis Romanis appellat.* Ed. P.

In adiecto. In novo Latio, quod veteri adiunctum est. Sinuessa alioqui in confinio Latii Campaniaeque posita, alterutri ut fit, adiudicatur: nunc quidem Latio; Campaniae, lib. XXXI, cap. 4. H.

Ab hoc sinu. Ab hoc terrarum tractu, quo Latium novum diximus contineri. Hunc locum non intellexit Camillus Peregr. qui mox legendum censuit, *Hinc Vescini*, et *Caeditii*, pro *Setini*, et *Caecubi*, pag. 429 et 413. Hard.

Nobilis succo. Elz. *nobiles*, *succo.* Ed. P.

Setini, et *Caecubi.* Ab oppido Latii novi, quod Σητία Ptolemaeo lib. III,

cubi protenduntur agri. His iunguntur Falerni, Caleni. Dein consurgunt Massici, Gaurani, Surrentinique montes. Ibi Laborini campi sternuntur, et in
8 delicias alicae populatur messis. Haec littora fontibus calidis rigantur: praeterque caetera in toto mari conchylio et pisce nobili adnotantur. Nusquam generosior oleae liquor: Et hoc quoque certamen hu-

cap. 1, dicitur, nunc *Sezza*, Setinus ager: Caecubus, a Caecubo oppido, quod τὸ Καικοῦβον Straboni, lib. V, p. 233, inter Caietanum sinum, oppidumque Fundanum. Hinc vina Setina et Caecuba, de quibus lib. XIV, cap. 8. Setiae situm Martialis edocet, lib. XIII, Epigr. 109. *Pendula Pomptinos quae spectat Setia campos.* Hard.

Protenduntur. Sic in Chiffl. codice; apud Dalecamp. et Elzev. *obtenduntur.* Ed. P.

Falerni, Caleni. Falernus ager a Massici montis radicibus, de quo mox, in latam planitiem: Calenus a Caleno oppido, nunc *Calvi*, citra Capuam, versus septemtrionem protendebatur. Hard.

Massici. Nunc *Monte Marsico*, vino suo nobilis; quod *Muscatellam* incolae vocant. Pars illius montis extrema, *Rocca di Mondragone*, de qua paulo antea. H. — Haec loca et Falernus ager, nunc maxima ex parte sterilia sunt, ibi tamen fit adhuc vinum non insuave, si sit vetus. Ed. P.

Gaurani. Vibius Seq. pag. 343: *Gaurus mons Campaniae.* Sic etiam Liv. libro VII, capite 32. Nunc *Monte Barbaro*, inter Puteolos, et Lucrinum lacum. Camill. Peregr. pag. 231. Hardo.

Surrentini. Qui Surrento oppido imminent, de quo mox. Hinc vina Surrentina, de quibus Plin. lib. XIV, cap. 8, ubi et de Gauranis. Hard.

Laborini. MSS. *Leburini.* — Chiffl. *Leborini.* De his dicemus uberius, lib. XVIII, cap. 29. Ed. P.

Alicae populatur. Sic MSS. Chiffl. In Reg. *populitur.* Dalec. et Elz. *politur.* Vet. ap. Dalec. *politura.* Herm. *poliuntur messes*; proponebat Dalec. *colligitur messis*; maluisset Menagius *colitur*, qui caeterum affirmat apud Ennium reperiri *arva polire*; id est *arva colere.* Quid alica sit, dicemus lib. XVII, cap. 29. Ad alicam faciendam messis populatur, hoc est, avide rapitur ob eius existimationem, a Laborinorum camporum incolis. Ed. P.

Fontibus. Baianas aquas intelligit, et Puteolanas, et Stabianas. Hardo.

Pisce nobili. Scaru. Vide quae dicturi sumus lib. IX, cap. 29. Ostrea quoque, credo, Baiana et Lucrina intelligit, de quibus lib. IX, cap. 79. Hardo.

Adnotantur. Celebrantur, nobilitantur. Sic libri omnes: nec coniectura placet eruditi viri, legentis *adnatantur*: qua forma dictum ab Ovidio est, *Novit quae multo pisce natantur aquae.* Adnatari enim conchylio littora dure admodum dici nobis videtur. Hardo.

Et hoc quoque. Felicem hunc soli tractum, in quo humanae voluptati

manae voluptatis tenuere Osci, Graeci, Vmbri, Thusci, Campani.

In ora Savo fluvius: Vulturnum oppidum cum amne, Liternum, Cumae Chalcidensium, Misenum, portus Baiarum, Bauli, lacus Lucrinus et Avernus, iuxta quem Cimmerium oppidum quondam. Dein Puteoli, colonia Dicaearchia dicti: postque Phlegraei 9

explendae Liber pater cum Cerere certat et Pallade, tenuere varii subinde populi: primum Opici Ausonesque, inquit Strabo ex Polybio, lib. V, pag. 242. Deinde Osci, etc. Hard.

Savo. Latium hic a Campania disterminat. Hodie *Saone.* Camill. Peregr. pag. 151. Hard.

Vulturnum. Amnis Campaniae maximus, *Voltorno*, dedit oppido nomen, quod nunc castellum tenue est in ora, *Castel del Voltorno.* H.

Liternum. Nunc vicus, *Torre di Patria*, ab amne cognomine, quem Virg. Georg. lib. II, Clanium vocat, ut recte Camill. Peregr. pag. 189. In Synodo Palmari, sub Symmacho, *Aprilis Liternensis.* Hard.

Chalcidensium. Hoc est, a Chalcidensibus conditae, sive ut Solinus ait, cap. 11, ab Euboeensibus. Est enim oppidum Euboeae Chalcis. Livius, lib. VIII, cap. 22: *Cumani ab Chalcide Euboica originem trahunt.* Sic et Eustath. in Iliad. β, pag. 279. Nunc solum superest nomen, *Cuma.* Hard.

Missenum. Capo di Miseno: ubi oppidi rudera. Sic Baiis solum restat castellum, *Castel di Baia* Bauli retinet nomen: *Bauli* et *Bagola.* Hortensii villa quae est ad Baulos, inquit Cicero, lib. IV, Acad. pag. 28. Hard.

Lucrinus. Fuit prope recessum intimum sinus Puteolani. Nunc est palus lutosa, cum arundineto. Olim Averno coniunctus, tunc quum portus esset, qualis a Virgilio describitur, Georg. lib. II, versu 361: *An memorem portus, Lucrinoque addita claustra, Atque indignatum magnis stridoribus aequor; Iulia qua ponto longe sonat unda refuso, Tyrrhenusque fretis immittitur aestus Avernis?* Hard.

Avernus. Antro Sibyllae celebratissimus: hodie *Lago d'Averno*, et *Lago di Tripergola.* Quae de Cimmeriis hoc terrarum tractu sunt olim prodita, fabulis accenset Strabo, lib. V, pag. 245. Nihil praeter verum Festus: *Cimmerii dicuntur homines, qui frigoribus occupatas terras incolunt, quales fuerunt inter Baias et Cumas, in ea regione, in qua convallis satis eminenti iugo circumdata est, quae neque matutino, neque vespertino tempore Sole contegitur.* Et populi pariter et oppidi huius Cimmerii meminit Homerus Odyss. λ: Ἔνθα δὲ Κιμμερίων ἀνδρῶν δῆμός τε, πόλις τε. Harn.

Puteoli. Italis *Pozzuolo*: nostris, *Pouzzol.* Prius Δικαίαρχία Straboni, loc. cit. ubi de Puteolorum nominis origine disputat. Tacitus, lib. XIV, Annal. *Vetus oppidum Puteoli ius coloniae, et cognomentum a Nerone adipiscuntur.* Frontinus tamen, lib. de Colon, pag. 87: *Puteolis colonia Au-*

campi, Acherusia palus Cumis vicina. Littore autem Neapolis Chalcidensium et ipsa, Parthenope a tumulo Sirenis appellata: Herculanium: Pompeii, haud procul spectante monte Vesuvio, alluente vero Sarno amne: ager Nucerinus: et novem millia passuum a
10 mari, ipsa Naceria. Surrentum cum promontorio

gusta. Augustus *deduxit*. Vide quae dicturi sumus, lib. XXXI, cap. 2. Hard.

Phlegraei. Idem et Leborini seu Laburini dicti: nunc *campo Quarto*, ut egregie adversus Cluverium disputat. Camill. Peregr. pag. 261. H. — Hi sunt *Phlegraei campi* quos egregio opere nuper illustravit Cl. Hamilton. Bror.

Acherusia. Αχερουσία λίμνη, Straboni loc. citt. *Lago della Colluccia*. Hard.

Chalcidensium et ipsa. Perinde atque Cumae. Livius enim, l. VIII, cap. 22: *Palaepolis fuit haud procul inde, ubi nunc Neapolis sita est; duabus urbibus populus idem habitabat. Cumis erant oriundi: Cumani ab Chalcide Euboica originem trahunt Classe quae advecti ab domo fuerant, multum in ore maris eius, quod accolunt, potuere: primo in insulas Aenariam et Pithecusas egressi, deinde in continentem ausi sedes transferre*. Vide quoque Velleium, lib. I. Ed. P.

A tumulo Sirenis. Cui Parthenope nomen fuit. Strabo, lib. V, pag. 246. Stephanus: Martianus, lib. VI, cap. de conditoribus urb. pag. 206. Solinus, cap. 11, pag. 13. Sirenum trium haec nomina apud Tzetz. Chiliad. VI, vers. 719: Λευκοσία, Αἴγεια, Παρθενόπη. Hard.

Herculanium. Ηράκλειον Straboni, loc. cit. Anno 79, Vesuvii eruptione destructa atque sepulta, annoque 1711 reperta, iuxta urbem *Portici*, ab agricola puteum fodiente. Ed. P.

Pompeii. Vrbs illa cum Herculanio Vesuvii eruptione sepulta hodie magna ex parte luci reddita est, innumeraque eius etiam nunc statua admirantur aedificia. Romanorum quoque domesticos usus multos nos docuerunt omnia, quae ex ea et superiore urbe extrahuntur quotidie. Leucis quinque a *Napoli* distat, meridiem inter et orientem. Sarno amne, qui nomen suum servat, alluebatur, ut auctores sunt, praeter Plinium, Strabo, pag. 247, et Stat. Sylv. lib. II, carm. 2, v. 265: *Nec* Pompeiani *placerant magis otia Sarni*. Ed. P.

Haud procul aspectante monte Vesuvio. Hoc et Mela Pomponius lib. II, cap. 4: *Herculaneum, Vesuvii montis aspectus, Pompeii*. Hic animadvertit Poinsinet de Sivry, erravisse multos viros caeteroquin doctos, qui eruptionem, qua sepultae sunt supra dictae civitates et suffocatus Plinius noster, ut diximus, primam fuisse putaverunt, quum Diodorus Siculus, qui imperante Augusto scripsit, lib. V. Antiq. Hist. dicat: *Campus quoque ipse dictus Phlegraeus, a colle, qui olim plurimum ignis, instar Aetnae siculi, evomens, nunc Vesuvius vocatur, multa servans ignis antiqui vestigia*. Ed. P.

Ager Nucerinus. Vet. apud Dalec. *ager Nucerinus est*. Ed. P.

Naceria. *Nocera*. Cognomen huic.

Minervae, Sirenum quondam sede. Navigatio a Circeiis duodeoctoginta millia passuum patet. Regio ea a Tiberi prima Italiae servatur, ex descriptione Augusti.

Intus coloniae: Capua ab campo dicta, Aquinum, 11
Suessa, Venafrum, Sora, Teanum Sidicinum cogno-

Alfaterna fuit, ad discrimen Nuceriae Vmbricae, quae Camellaria dicebatur. Auctor Diodorus. Sic. lib. XIX, pag. 707. Haen. — non autem IX M. pass. ut ait Noster, a mari distat, sed tantum VII, ut dant mappae probatissimae. En. P.

Surrentum. Sorrento. Ibi ἀκρωτήριον Αθήναιον Straboni, lib. V, pag. 247, nunc quoque *Capo della Minerva:* Sirenianos montes Frontinus vocat, lib. de Colon. pag. 125. Ab ea regione Sirenum nomen accepit Homerus, Odyss. μ, versu 44. Sed eas virgines facit, quae cantando permulcerent aures. Haen. — Pro *Sirenum.... sede* legit Chifll. *Sirenum .... sedes*, quod Cl. Salmas. placebat. En. P.

Navigatio a Circeis duodeoctoginta, etc. Paulo longior est nevigatio ista, quam Noster eam facit: nam LXXXV M. pass. in probatissimis mappis, recto quidem cursu, reperitur. En. P.

Capua ab Campo. Livius, lib. IV, cap. 37: *Capua ab duce eorum Capye, vel (quod propius vero est) a campestri agro appellata.* Livium Festus exscripsit. Sic Diodorus a circumiacentium camporum plenitie dictam esse vult. Strabo a capite, quod caput esset duodecim urbium, inditum nomen putavit, pag. 248. Nunc vicus est, *S. Maria di Capua*: a nova Capua millia passuum dissitus, Camillo Peregr. pag. 381, idemque recte admonet, pag. 347, in MSS. legi, *Capua ab* XI *campo*, hoc est, *ab undecimo campo*, sic enim et nostri habent, et favere Strabo proxime laudatus videtur, perinde ac si e duodecim urbibus, ipsa reliquis undecim praestaret. Plinius, lib. XVIII, cap. 29: *Capua colonia ab Augusto deducta.* Haen.

Aquinum. Volscorum oppidum olim vino suo nobile, Livio quoque lib. XXVI, cap. 9, memoratum. Haud procul amne Liri, situm fuit, atque etiam nunc *Aquino* vocatur, in provincia *Terra di Lavoro* dicta. En. P.

Suessa. Apud Gruteri. pag. 1093: Colonia. Iulia. Classica. Haec Aurunca olim cognominata, ed discrimen Suessae Pometiae, quae in Volscis fuit. Saepe etiam sine cognomine, quod Suessa Pometia eversa iam inde a Tarquinii temporibus foret. Haec nunc *Sessa* dicitur, inter Lirim et Teanum, de quo mox. H.

Venafrum. Cuius oleum Noster, lib. XV, cap. 2, celebrat his verbis: *Principatum in hoc quoque bono (oleo scilicet) obtinuit Italia toto orbe, maxime agro Venafrano*, etc. Venafri meminit Livius, lib. LXXIII, cap. 21. Ad Vulturnum amnem situm fuit, quo loco ad orientem flectitur, une circiter leuca ab urbe hodie *Venafro* dicta, quae illi successit. En. P.

Sora. Gruter. pag. 409: Colonia Sorana. Ad Lirim amnem, Arpino proxima, *Sora.* Ptolemaeo, Σόρα,

mine, Nola. Oppida: Abellinum, Aricia, Alba longa, Acerrani, Allifani, Atinates, Aletrinates, Anagnini, Atellani, Affilani, Arpinates, Auximates, Avellani,

lib. III, cap. 4. Illam montibus scopulisque munitam fuisse nos docet, lib. IX, cap. 24, Livius, qui Sorae pluribus aliis locis meminit, v. g. lib. VII, cap. 28; X, 1, et XXIX, 15. Ed. P.

Teanum. Τέανον Σιδικηνόν Straboni, lib. V, pag. 249, ad fontes fluvii Savonis. Hodie *Teano.* Sidicinum autem cognominatum est ad discrimen Teani Apuli, hodie *Civita in Capitanata.* Eo P.

Nola. Gruterus ex Sirmondo, pag. 1085: Col. Fel. Avg. Nol. Frontinus, lib. de Coloniis, pag. 87: *Nola Colonia Augusta.* Nomen suum servat. Haan. et Ed. P.

Abellinum. Ab hoc Campaniae Abellino diversum illud quod in Hirpinis fuisse videbimus, cap. 16. Huius meminit Frontinus, pag. 82. Haao.

Aricia. Nunc *l'Ariccia*, ubi lucus Aricinus Dianae sacer, prope Velitras. Αρικία, Ptolemaeo, lib. III, cap. 1. Frontino, lib. de Colon. p. 82, *Arina*, pro *Aricia.* Hard.

Alba longa. Solo aequata a Romanis, Tulli Hostilii principatu. Dionys. lib. I, pag. 53. Ex eius ruderibus oppidum excitatum cui nomen vetus *Albano* est, XII fere M. pass. ab urbe Roma. Haan.

Acerrani. Ab Acerris, oppido ad Liternum amnem, seu Clanium, hodie *Acerra.* Da his Virg Georg. lib. II, vers. 225: *Talem dives arat Capua, et vicina Vesuvo Ora iugo, et vacuis Clanius non aequat Acerris.* Vide Servium in eum locum. Sunt et Acerrae aliae, de quibus dicemus cap. 19. H.

Allifani. Oppidum Straboni, lib. V, pag. 238, Αλιφαί. Livio, lib. IX, cap. 42, *Allifae*: incolae, eodem cap. *Allifates.* Frontino, lib. de Colon. p. 83, *Allife.* Nunc ruderibus nomen est *Alifi*, prope Vulturni ripam. H.

Atinates. Ατινα Ptolemaeo, l. III, cap. 1, prope Fidenas, in oppidis Latinorum mediterraneis: nunc vicus *Atino*, a Cassino IV M. pass. in radicibus Apennini montis. Haan.

Aletrinates. Alatrinates Hernici nominis populos vocat Livius, lib. IX, cap. 43. Nunc *Alatri*, inter Anagniam, et Soram. Frontino, lib. de Colon. pag. 82, *Alatrum.* Haan.

Anagnini. Dives Anagnia Maroni dicitur, nunc *Anagni*, in Campania, ut vocant, Romana. Haao.

Atellani. Ατελλα Straboni, lib. V, pag. 249. In eius ruinis nunc est *s. Arpino*, sive *s. Alpidio*, duobus mill. pass. ab Aversa. Aversanus Episcopus, etiam et Atellanus olim, et Cumanus dicebatur. Holsten. Harn.

Affilani. Ab oppido, *Affile.* — In MSS. *Afulani.* In edit. Parm. *Vefulani*, perperam: exigente elementorum serie, ut ab *a* gentis eius nomen incipiat. Frobenius, et alii post eum, *Asulani.* Nos *Affilani*: quod apud Frontinum legitur, lib. LXXXIII, *Affile oppidum lege Sempronia.* Haan. — Vet. ap. Dalec. *Asulani.* Vt nomen, ita situs incertus est. Eo. P.

Arpinates. Arpinum, natale Ciceronis solum. *Arpino*, mill. pass. IX a monte Cassino. Hard.

Auximates. Vet. apud Dalec. *Auximares.* Horum situs adhuc obscurus. Cave enim cum Auximatibus aliis confundas, de quibus in quinta Ita-

Alfaterni: et qui ex agro Latino, item Hernico, item Labicano cognominati: Bovillae, Calatiae, Casinum, Calenum, Capitulum Hernicum, Cereatini qui Mariani cognominantur: Corani a Dardano Troiano or-

liae regione dicemus inferius, c. 18. Eo. P.

Avellani. Vet. apud. Dalec. *Auxellani.* Αβέλλα Straboni, lib. V, p. 249, et nunc *Avella*, haud longe a Nola. Eo. P.

Alfaterni. A Nuceria Alfaterna, de qua superius, hi nomen habent. Νουκερίαν τὴν Αλφατέρνη vocat Diodorus, lib. XIX, Bibl. pag. 707; situs igooratur. Haan.

Et qui ex agro. Alfaterni, ut servetur locorum per litterarum seriem digestio, in Latinis, Hernicis, Labicanisque sunt repetendi. Λαβικανοὶ Dionys. Halic. lib. V, p. 326, Livius Labicos, seu Lavicos et Lavicum urbem nominat, lib. II, cap. 39, et IV, 47, incolas Labicanos, sive Lavicanos lib. IV, cap. 45 et 46, et VI, 21, agrum Labicanum, seu Lavicanum, lib. III, cap. 25, IV, 49, et XXVI, 9, et viam quae inde Romam ducebat viam Lavicanam lib. IV, c. 41. Hanc urbem a dictatore Q. Servilio Prisco captam dirutamque Romani deducta colonia recreaverunt. Nunc esse oppidum *Colonna*, Holstenio credit Fabrettus, dissert. 4, de Aquaed. pag. 43. Eo. P.

Bovillae. Bovilla oppidum Frontino, lib. de Colon. p. 83, tab. Peut. *Bobellae*, decem M. pass. a Roma, in via Appia inter vicos hodie dictos *ostium Fratocchio* et *capo di Leva*, ut vult Mannertus. Eo. P.

Calatiae. Livio, *Calatia*, lib. IX, cap. 2. Nunc vicus ignobilis, in Appia via, *Caiazzo*, inter Capuam et Beneventum. Holsten. Hard.

Casinum. Nunc *Monte Cassino.* H.

Calenum. Non est *Carinola*, prope Massicum montem, ut visum est eruditis: sed *Calvi*, citra Capuam fere IV mill. pass. Cales et Calenum idem oppidum est. Calenum municipium Cicero vocat, orat. II, in Rull. Horat. lib. I, Ode 20: *Caecubum, et praelo domitam Caleno Tu bibes uvam.* Et lib. IV, Ode 12: *Sed pressum Calibus ducere Liberum Si gestis.* Plura de eo argumento Camill. Peregr. pag 436. Haan.

Capitulum. Frontino, lib. de Colon. pag. 123: *Capitolum oppidum lege Syllana est deductum.* In edit. Parm. *Capitulum Hernetum, Cernetani.* Frobenius, aliique deinceps, *Capitulum, Cernetum, Cernetani.* Emendationis nostrae auctor fuit partim Strabo, lib. V, pag. 238, partim Frontinus: sic enim ille: Εν τοῖς ὄρεσι ταῖς ὑπὲρ Πραίνεστον, ἥ τε τῶν Ερνίκων πολίχνη Καπίτουλον, καὶ Αναγνία πόλις ἀξιάλογος, καὶ Κερεαταί, etc. *In montibus supra Praeneste urbs Hernicorum sita est, Capitulum, et Anagnia urbs insignis, et Cereatae.* Itaque erit *Hernicum* pro *Hernicorum*, et a Cereate Cereatini. Frontinus vero, lib. de Colon. pag. 85: *Cereate Mariana* (*non* Marina) *municipium familia C. Marii obsidebat.* Et p. 118: *Ceretium* (*lege* Cereatium) *municipium familia Marii obsidebant.* Haro. — Capitulum forte hodie *Paliano*, ut vult Mannertus, qui Cereatinos ignorari fatetur. Eo. P.

Qui Mariani. Ob familiam C. Marii. Haan.

ti: Cubulterini, Castrimonienses, Cingulani: Fabienses, in monte Albano: Foropopulienses, ex Falerno: Frusinates, Ferentinates, Freginates, Fabraterni veteres, Fabraterni novi, Ficolenses, Foroappii, Foren-

Corani) *Coram Dardanus condidit*, inquit Martianus, lib. VI, pag. 206, et Solin. cap. II, pag. 43. Lucan. lib. VII, vers. 393, vere admodum, ... *Gabios, Veiosque, Coramque Pulvere vix tectae poterunt monstrare ruinae*. Etiamnunc *Core*. Hard.

Castrimonienses. Frontino, lib. de Colon. pag. 85: *Castrimonium oppidum lege Syllana est municipium*. H. — Ignoratur situs eius, nec non Cubulterinorum urbis. Ed. P.

Cingulani. Cave eos confundas cum Cingulanis Piceni, de quibus cap. 48 dicemus. Hi et alii populi ante illos memorati, multique de insequentibus omnino ignorantur. Eo. P.

Fabienses. Chiffl. *Gabicuses*. Eo. P. — Fabiae gentis oppidulum in Albano monte prope Albam longam, de qua antea dictum est. Hard.

Foropopul. Legunt Dalec. et Elz. *Foropopulienses*. *Ex Falerno Frusinates: Ferentinates*, etc. Ed. P. Camill. Peregr. p. 460: Foropopiliensium. Forum populi, vel Popilii, Φόρος Ποπλίου apud Ptolemaeum, l. III, cap. 1, iuxta Capuam, cui finitimus ager Falernus fuit. Ex male distincto hoc Plinii loco, Foropopulienses Cluverius e Falerno agro transtulit in Albanum montem. Ibi Forum Populi fuit, ubi nunc *Rocca di Papa*. Ex Frontino, pag. 85, *Forum Populi* dicitur: at rectius, pag. 119, *Popilii*. Αγορὰ Πόπλιά, Dionys. Halic. lib. I, pag. 47. Hard.

Frusinates. Vet. ap. Dalec. *Fuscinates*. Eo. P. — A Frusinone oppido, cuius Frontinus meminit, lib. de Colon. pag. 85, cum Ferentino, a quo Ferentinates, et Fabrateria, unde Fabraterni. Fabrsteria hodie *Falvatera*, prope Lirim amnem. Ferentinates Hernici nominis populos appellat Livius, lib. IX, cap. 43. Frusinatum idem meminit, lib. X, c. 1. Φρουσίνωνος oppidi Diod. Sic. lib. XX Bibl. pag. 809, quod hodieque nomen durat, haud procul a fontibus Liris amnis. Iuvenalis quoque, Satyr. 3, vers. 224: *Aut Fabrateriae domus, aut Frusinone paratur*. Gruter. pag. 1095: Fabaterni. Novani, et alibi, Fabaterni. Novi. praeve. Tab. Peuting. segm. IV, *Anagnino* VIII, *Ferentinum* VII, *Febrateriae* IV. Haso.

Freginates. Ab alio, quam Fregegenis, septimae regionis, et Etruriae oppido, de quo diximus cap. sup. H.

Ficolenses. *Ficulnea* est vetus oppidum, apud Liv. lib. I, cap. 38, prope Corniculum. Incolae Φικόλνιοι Dionys. lib. I, pag. 43. Nunc fanum *s. Vasile*, tribus pass. mill. a Fidenis. Hard. — Post *Ficolenses* legitur in Elz. *Fregellani*. Eo. P.

Foroappii. Dalec. et Elzev. *Foroappi*. Vet. apud Dalecamp. *Foro Appiani*. Ed. P. — Mira nominis conformatio Foro Appii: saltem *Foroappienses* diceret, ut Foropopulienses. Nunc est *Casarillo di s. Maria*, infra Setiam, ad Pomptinam paludem, ut ait Vibius Seq. pag. 341; a Terracina, M. P. XVIII, ut Antoninus, sive, ut volunt, Aethicus. Hard.

tani, Gabini; Interamnates Succasini, qui et Lirinates vocantur: Ilionenses, Lavinii, Norbani, Nomentani, Praenestini, urbe quondam Stephane dicta, Privernates, Setini, Signini, Suessulani, Telini, Tre-

Gabini. Γάβιοι oppidum in Praenestina via, inquit Strabo, lib. V, p. 258, a Praeneste Romam euntibus. Hodie dirutum omnino. Eu. P.

Interamnates Succasini. Succasini, et Lirinates, non nomina sunt, sed horum Interamnatium cognomina. Sunt enim alii rursus Interamnates in quarta sextaque regione nominandi. Hanc Interamnam, quae ab amne Liri in Latio nomen habet, Holstenius ibi sitam esse putat, ubi nunc est *Torre di Termine:* alii ubi Castrum *l'Isoletta.* Haec coniunctim ut legerentur, effecimus: non uti prius, *Interamnates, Succasani, qui et Lirinates.* Nam praeter elementorum seriem, quae nunc alioqui abrumperetur, docet id vetus inscriptio apud Gruterum, pag. 434, quae Casino in monte reperta est: in qua REIP. INTERAMNAT. LIRIN. mentio habetur. Sic porro appellati sunt, quod ad Lirim amnem sedes haberent: Succasini autem (sic enim emendo, pro *Succasani*), quod sub Casino monte. Auctor emendandi Livius, lib. XXVI, cap. 9: *Sub Casinum biduo stativa habita: Inde praeter Interamnam, Aquinumque, in Fregellanum agrum ad Lirim fluvium ventum.* Haad.

Ilionenses, Lavinii. Forte haec coniunctim legenda, ut Ilionenses dicti sint, quod ab Ilio primi eius oppidi incolae cum Aenea venerunt, cui oppido nomen Lavinio fuerit. In eo colle situm fuisse videtur, qui nunc vulgo *Monte di Levano*, M. n. pass. supra Patricam. Holsten. *Lanuvii* reposuit Hermolaus ex Ptolemaeo, ob vetus municipium Lanuvium, qui pagus est hodie *Indovina*, haud procul Velitris. At maior longe dignitas Lavinii fuit, ut vetustas maior: nam ut Varro ait de Ling. Lat. lib. IV, p. 35: *Oppidum, quod primum conditum in Latio stirpis Romanae Lavinium fuit: hoc a Latini filia, quae coniuncta Aeneae, Lavinia oppellata,* etc. Frontino, pag. 86, et 124, *Lauro-Lavinium* dicitur. Dionysius Halic. Antiquit. lib. V, pag. 287: Λαουίνιον μητρόπολις τοῦ Λατίνων γένους. Incolae Λαβινιαταὶ, pag. 326. Haad. — Legendum *Ilionenses Lavinii*, sine commate; et ita habet editio princeps. Livius lib. I, c. 1: *Troiani oppidum condunt. Aeneas ab nomine uxoris Lavinium appellat.* Brot.

Norbani. Norba olim Volscorum oppidum, hodie *Norma rovinata*, Signiam inter, palmidesque Pomptinas. Liv. lib. XXXII, cap. 2. Haad.

Nomentani. Nomentum oppidum Livio, lib. I, c. 28. Hodie *La Mentana.* Baccius, lib. V, p. 271, in Terra Sabina. Haad.

Praenestini. Vrbs Praeneste, Πραίνεστος Straboni, lib. V p. 238, ubi et Πολυστέφανον quondam appellatam scribit, quo nomine coronarum multitudo esprimitur. Hodie *Pilastrina*, et *Palestrina* dicta. Olim summo montis attollebatur iugo. A Bonifacio VIII diruta, in vallem deinda deiecta est. Haad.

Privernates. Πριουέρνιον Ptolemaeo in Latio, lib. III, cap. 1. Privernum oppidum Frontino dictum, p. 125.

bulani, cognomine Balinienses, Trebani, Tusculani, Verulani, Veliterni, Vlubrenses, Vlvernates: superque Roma ipsa, cuius nomen alterum dicere, arcanis caerimoniarum nefas habetur, optimaque et salutari fide abolitum enunciavit Valerius Soranus, luit-
12 que mox poenas. Non alienum videtur inserere hoc loco exemplum religionis antiquae, ob hoc maxime silentium institutae. Namque Diva Angerona, cui sacrificatur, a. d. XII Calend. Ianuarii, ore obligato obsignatoque simulacrum habet.

Nunc *Piperno vecchio*, ad Amasenum fluvium et Pomptinas paludes. Haro.

Setini, etc. Setini a Setia, de qua supra. Hodie *Sezze*. *Signini* a Sigoia colonia (adhuc *Segni*), Livio, libro II, capite 21. *Segni*, in Campania, ut vocant, Romana. *Suessulani* ab oppido Σουέσσουλα, cuius meminit Strabo, lib. V, pag. 249, nunc *Castel di Sessola*, prope diruptum: olim colonia Suessula Frontino, pag. 88. H.

Telini. Forte *Telesini*, a Telesia colonia, apud Front. pag. 89. Τελεσία Ptolem. lib. III, cap. 1, prope Beneventum; etiam nunc *Telese*, leucis septem a *Capua*. Eo. P.

Cognomine. Ad discrimen Trebulanorum in Samnio, de quibus cap. 17. Horum oppidum ἡ Τρεβόλα, Dionys. Halic. lib. I, pag. xi. Illud haud longe a *Maddaloni* situm fuisse probat Mannertus. Eo. P.

Trebani. Τρήβα urbs Ptolemaeo dicta, lib. III, cap. 1. Latii oppidum, nunc Trevi in Campania Romana. H.

Tusculani. Tusculum ibi fuit, ubi nunc *Frascati*. Haro.

Verulani. Oppidum *Verulae* Frontino, lib. de Colon. pag. 90 et 127. Nunc *Veroli*, infra Alatrium, in Hernicis, auctore Livio, lib. IX, c. 42. Hard.

Veliterni. Sub monte Algido hodie *monte Artemisio*, Velitrae oppidum Livio lib. II, cap. 30, hodie *Velletri*. Eo. P.

Vlubrenses. Ab Vlubris, oppido ad Pomptinas paludes sito, ut ex Cicer. epist. 18, lib. VII, apparet: *Vlubris, honoris mei causa, vim maximam ranunculorum se commosse constabat*. Descritum videtur fuisse tempore Invenalis, qui de illo sic, sat. 10, v. 102: *pannosus vacuis aedilis Vlubris*. Eo. P.

Vlvernates. MSS. Reg. etc. *Vruanates*, ab urbe fortassis extorta appellatione, ut alt Hard. *Vrbinates* autem, quorum nomen legit Chiff. habere hic locum nequeunt, quum in regione sexta appellandi sint. Porro supervacuum videtur recens nomen quaerere, quum vetus non satis constet. Eo. P.

Cuius nomen. Haec deinceps totidem verbis Solinus, cap. 1, pag. 31: Nomen id alterum fuisse Valentiam tradunt. Vide quae in eam rem dicturi sumus, lib. XXVIII, cap. 4. Hard.

Luique mox. Necem ei allatam ait Solinus. Vide etiam Plutarch. in Quaest. Rom. p. 278. Haro.

A. d. XII. Hoc est, ante diem duodecimum Calendas, seu ipso die

Vrbem tres portas habentem Romulus reliquit, aut 31
(ut plurimas tradentibus credamus) quatuor. Moenia eius collegere ambitu imperatoribus censoribusque Vespasianis anno conditae DCCCXXVI pass. XIII. M. CC. Complexa montes septem, ipsa dividitur in regiones quatuordecim, compita Larium CCLXV. Eiusdem

duodecimo ante Calendas. Solinus, loc. cit. Vide quae de hac forma loquendi dicturi sumus, lib. VIII, cap. 70. HARD. — Dalec. et Elz. *ad diem*, etc. Eo. P.

Simulacrum habet. In ara Volupiae collocatum, ut docet Macrobius, Saturn. lib. I, cap. 10, pag. 229, qui quamvis eo loco dissidere a Plinio videatur, affert tamen auctores alios, qui eidem suffragentur, Saturn. lib. III, cap. 9, pag. 405. HARD.

Tres portas. Carmentalem, Romanam, et Pandanam, quae dicta olim Saturnina est, teste Varrone: mox Pandana, auctore Festo, quod pateret omnibus. Hallucinantur porro, qui Quadratam Romam apud vetustos scriptores Rerum Romanarum, de ipsa Vrbe accipiunt, Solinum secuti scilicet, quadratamque urbem, et suam cuique lateri angulove portam fuisse somniant: quum Quadrata Roma locus in Palatio fuerit, structus a Romulo, priusquam Vrbi condendae sulcum duceret, qui locus Romae fuit, etiam P. Victoris aevo, a quo in regione Vrbis decima locatur, hoc est in Palatio. Vide et Plutarchum in Romulo: et Festum, verbo *Quadrata Roma*. HARD.

Plurimas. Vet. apud Dalec. *plurimis*. Eo. P.

DCCCXXVI. Dalecamp. et Elz. DCCCXVVIII., Chiffl. DCCCCXX. De anno huius Censurae dicemus, lib. VII, cap. 50. Porro Imperatores Vespasianos, patrem et filium ex aequo vocat, quod sane est animadversione dignum. Vide lib. II, cap. 10. HARD. et Eo. P.

XIII. M. CC. Minore tum aliquanto, quam nunc est passuum mensura: emensisque extrinsecus moenibus, et castris Praetoriis, turribusque circuitis. Hodiernam murorum amplitudinem vetere illa decem stadiia, hoc est, MCCL pass. contractiorem esse, auctor est Marlianus, lib. I, cap. 1, Topogr. Vrbis. Non credimus. HARD.

Montes septem. Palatinum, Capitolinum, Caelium, seu Querquetulanum, ubi nunc aedes Lateranensia, Exquilinum, cum Viminali, nunc S. Mariae ad Nives: Quirinalem, nunc *Monte Cavallo*, ab equis duobus marmoreis, quos gigantes tenent, Phidiae opere, et Praxitelis: Aventinum, nunc S. Sabinae: et trans Tiberim, Ianiculum, quod Vrbi Ancus addidit, et fuit, ut mox dicetur a Plinio, in parte Romae: nunc est *Montorio*, ubi regio quarta decima fuit. HARD.

Compita Larium. Vetus apud Dal. *compita earum*. Eo. P. — Non quaevis compita Vrbis, sive quoslibet exitus vicorum, sed quadrivia tantummodo, ubi Lares, sive aedea, ex quatuor angulis sibi opponuntur: ubi quatuor viae concurrunt, eo numero colligi intelligimus. In compitis Lares olim coli solitos Festus testatur,

spatium, mensura currente a milliario, in capite Romani fori statuto, ad singulas portas, quae sunt hodie numero triginta septem, ita ut duodecim semel numerentur, praetereanturque ex veteribus septem, quae esse desierunt, efficit passuum per directum
14 XXX M. DCCLXV. Ad extrema vero tectorum cum ca-

et praeter Festum nonnulli ex Veteribus, quos inter Ovidius, Fastor. lib. II, vers. 615: .... *qui compita servant, Et vigilant nostra semper in urbe, Larea.* Et de Augusto Tranquillus XXXI: *Compitales Lares*, inquit, *ornare bis in anno instituit, veruis floribus, et aestivis.* Hiuc Tertulliani locum obiter emendamus, lib. de Spectaculis, lib. V, ubi vetus haec arae inscriptio legitur: CONSVS. CONSILIO. MARS. DVELLO. LARES. COMITIO. POTENTES. Rigaltius edidit, *Coillo potentes.* Grammaticus nescio quis COLIO, idque pro aede iubet accipi: domicoliumque quondam dictum esse pro domicilio, hoc uno ductua argumento, auspicatur. Ego libentius, LARES. COMPITO. POTENTES. agnoverim. Laribus dicata compita, et aub Larium tutela praesidioque ea esse: ludos idcirco compitalitios appellatos, ex compitis in quibus agitabantur, docet Macrobius, Saturn. lib. II, cap. 7, pag. 221: *Compitalia*, inquit Varro, lib. V, de Ling. Lat. pag. 45, *dies attributus Laribus ... ideo ubi viae competunt, tum in compitis sacrificatur. Quotannis is dies concipitur.* Apud Servium non semel: Lares viales. HARD.

Eiusdem... currente a milliario. Dal. et Elz. *Eiusdem spatii mensura currente a milliario.* Eo. P.

A milliario. Columna fuit aurea, χρυσοῦν μίλιον, inquit Dio, lib. LIV, pag. 526, ab Augusto in fori capite constituta, octava regione Vrbis, in quam omnes Italiae viae desinebant. Id ei nomen inditum, quod ab ea milliariorum numerus, quibus itinera metiebantur, duci primum solebat. Constituta ea ab Augusto est, anno V. C. DCCXXXIV, nempe M. Aguleio, P. Silio Nerva coss. HARD.

Triginta septem. Totidem pariter numerat Vrbis portas Auctor Descriptionis urbis Romae sub finem, pag. 147, sed Plinio scilicet praeeunte. H.

Ita ut duodecim semel. Dalec. et Elz. *d. portae s.* Eo. P. — Ad duodecim ex illis, inquit, itur via duplici; per directum, et per obliquum. At hae semel a nobis numerantur, quia ad eas itur per directum. Sunt etiam aliae septem, quaesunt ex veteribus; omnino autem a nobis non numerantur, quia pervias esse desierunt. Significat aetate sua legitimas fuisse Romae portas triginta. HARD. — Vrbis Romae duodecim portae erant geminae: sed semel numeraotur, quum triginta septem a Plinio recensentur. Aliter quadraginta novem forent numerandae. Portarum geminarum vestigia adhuc manent in Portis Maiore et Sancti Pauli. De urbia Romae magnitudine et Populi multitudine dixi in Notis ad Tacitum, Annal. XII, 23. BROT.

XXX M. DCCLXV. Igitura milliario ad portas singulas, si omnes adaequentur mensurae, passus fuere omnino DCCCXXXI, cum semisse. Sic enim ab eodem milliario ad universas tri-

stris Praetoriis ab eodem milliario per vicos omnium viarum mensura colligit paulo amplius septuaginta millia passuum. Quo si quis altitudinem tectorum addat, dignam profecto aestimationem concipiat, fateaturque nullius urbis magnitudinem in toto orbe potuisse ei comparari. Clauditur ab oriente aggere 15
Tarquinii Superbi, inter prima opere mirabili. Namque eum muris aequavit, qua maxime patebat aditu plano. Caetero munita erat praecelsis muris, aut

ginta septem, mensura colliget XXX M. DCCLXV pass. A milliario, si ita mavis, ad portas singulas mille passuum plus minus spatium erat; ad omnes, XXX millia, DCC LXV. *Hard.*

Ad extrema vero tectorum. Eorum scilicet quae moenium ipsorum ambitu continentur, non quae extra moenia posita in suburbio forent; nam de his postea. Miror sensisse aliter eruditos, ut olim Lipsium, in Admirandis lib. III, cap. 2, ac plane nuper Raph. Fabrettum, lib. de Aquis et Aquaeduct. Dissert. III, pag. 158. H.

Castris Praetoriis. Castra Vrbi Tiberius Caesar adiecit, Seiani monitu, Praetoriis cohortibus Praefecti. Nam de eo Tacit. Annal. lib. IV: *Vim Praefecturae modicam intendit: dispersas per Vrbem cohortes una in Castra conducendo.... Praetendebat lasciviire militem diductum: si quid subitum ingruat, maiore auxilio pariter subveniri*, etc. Quadrata fuere ea, muris, propugnaculis, turribusque munita: instructa templo, armamentario, balneis, fontibusque, ad portam Viminalem: ut fuse demonstrat Alexand. Donatus, lib. I de Vrbe Romana, cap. 15, pag. 42. HARD.

Per vicos. Non iam per directum, inquit, currente mensura, ut prius, per vias quasque maiores, a milliario ad singulas portas: sed ab eodem milliario per omnes omnium viarum maiorum vicos et angiportus, castris etiam Praetoriis, et vicis qui inibi erant, emensis. Viae omnino in urbe fuerunt novem et triginta, quod fere portae: vici quadringenti et viginti quatuor, ut quidem proditum est in descriptione Vrbis Romae. Sed quotcumque Romae vici essent, qui eos omnes, inquit Plinius, facto profectionis initio a milliario in capite fori Romani statuto, percurreret, is septuaginta millia passuum, et eo amplius, ambularet. Eo sensu in prophetia Ionae, c. 113, 3. *Ninive erat civitas magna itinere trium dierum*; quoniam eius vicos omnes pererrare nemo posset, nisi itinere trium dierum: ut iterum dicemus ad librum VI, c. 16. HARD.

Septuaginta. In Descriptione Vrbis modo laudata, regiones Vrbis XIV pedes dicuntur continere CCCCXIX M. DCCCCXXIV. Passus ea mensura efficit, si pedem unum adieceris, LXXXIII M. DCCCCLXXV. Sed multo certior auctor ac testis Plinius. HARD.

Dignam. Debitam, convenientem. H. — Volebat Dalec. *dignationis.* ED. P.

Tarquinii. Vide quae dicturi sumus libro XXXVI, capite 24, num. 2. H.

abruptis montibus, nisi quod exspatiantia tecta multas addidere urbes.

16 In prima regione praeterea fuere: in Latio clara oppida, Satricum, Pometia, Scaptia, Pitulum, Politorium, Tellene, Tifata, Caenina, Ficana, Crustumerium, Ameriola, Medullia, Corniculum, Saturnia,

Patebat. Vrbs nimirum. Hard.

Montibus. Aventino, Caelio, Quirinali. Hard.

Nisi quod. Maluisset Dalec. *Nisi qua.* Ed. P.

Addidere urbes. Suburbia scilicet, quae producta longius, ad vicinas fere urbes pertinebant, Ocriculum, Tibur, Ariciam, etc. Haao.

Fuere in Latio. Defecerunt, inquit, in prima regione praeterea, primumque in Latio oppida, etc. Infra enim, *In Campano autem agro*, etc. Ex his nec situs plerorumque, nec nomina ipsa constant. Haao.

Satricum, etc. Ad viam Appiam, laevo latere Romam euntibus. Locus hodie ignoratur. De Satrico, Livius pluribus locis, scilicet lib. VI, cap. 33, ubi illud a Latinis concrematum narrat: nec aliud tectum eius superfuisse urbis, quam Matris Matutae templum. Illam, anno V. C. 407, ab Antiatibus deducta colonia restitutam, tertioque post anno, iterum a Romanis dirutam atque incensam addit lib. VII, cap. 27. Non tamen ex hoc tempore omnino nulla facit, quum non semel postbac illius meminerit Livius, qui lib. IX, c. 16, a Papirio consule, anno V. C. 435, Satricanis, qui cives romani post Caudinam cladem ad Samnites defecerant, arma adempta nos docet. Incolae Σατρικανοί Dionysio Halic. lib. V, pag. 326. Pometia Suessa, de qua nos superius egimus. A Scaptia Σαπτήνιοι apud Dionys. loc. cit. Hard. et Ed. P.

Politorium, etc. Πολιτώριον Dionysio Halic. lib. III, pag. 179, et Livio, lib. I, cap. 13; Τελλήνη Dionysio, Livio Tellenae, l. c. Hard.

Tifata. Tifata imminentes Capuae colles vocat Livius, lib. VII, pag. 150, sed hi extra fines antiqui Latii, Καινίνη et Κρουστομέριον Dionysio, lib. II, pag. 101, et 104. Livio, lib. I, pag. 14. *Corniculum*, *Cameria*, *Crustumerium*, *Ameriola*, *Medullia*, *Nomentum*, in Latio. Medulliam ab Albanis conditam ait Dionys. lib. III, pag. 136. Ficanae denique Livius meminit, lib. I, pag. 13. Harum omnium situs hodie ignoratur. Coeninam tamen nunc *Sant'Angelo*, seu *Monticelli* esse putat Holstenius. Ed. P.

Medullia. Chifletii cod. *Medullum.* Ed. P.

Corniculum. Tarquinio prisco regnante deletum, postea restitutum fuisse constat, quo autem loco situm fuerit ignoratur. Ed. P.

Saturnia. Ovidius, Fastor. lib. VI: *A patre dicta meo quondam Saturnia Roma est.* Virgilius, lib. VIII Aeneid. *Hanc Ianus pater, hanc Saturnus condidit urbem: Ianiculum huic, illi fuerat Saturnia nomen.* Vide et Aug. de Civit. lib. VII, cap. 4; Dionys. Halic. Antiq. Rom. lib. I, pag. 36, et Varron. de Lat. Ling. lib. IV, pag. 13. Hard.

ubi nunc Roma est: Antipolis, quod nunc Ianiculum in parte Romae: Antemnae, Camerium, Collatia, Amitinum, Norbe, Sulmo: et cum his carnem in monte Albano soliti accipere populi Albenses, Albani, Aesolani, Acienses, Abolani, Bubetani, Bolani, Cusvetani, Coriolani, Fidenates, Foretii, Hortenses, Lati-

Antipolis. Quod ex adverso Saturniae urbis, quae ultra Tiberim erat, ubi nunc Roma est, condita esset in Ianiculo, a Iano, ut diximus: ab Aenea, ut Hermolaus credidit. H. — Vnde vetus cod. apud Dalec. *Aeneipolis*, hoc loco pro vulgata exhibet. En. P.

Antemnae, etc. Vetus apud Dalec. *Antenna.* Vnde Antemnas Liv. lib. I, capite 9, et Dionys. lib. I, pag. 13. Ad Tiberis et Anienis confluentem sitae fuerunt, sed nullum earum exstat vestigium. — *Camerium.* Dionys. lib. V, pag. 307, Καμερία dictum. *Collatia* Livio, loc. cit. Κολλατία Dionys. lib. III, pag. 187; Festo *Conlatia*, a conlatis eo opibus: et porta Vrbis inde dicta Conlatina; ad sinistram Anienis ripam sita fuit. — *Amitinum*, sic ap. Chiffl. Dalec. et Elzev. *Amiternum* non confundendo cum Amiterno Sabinorum; huius vestigia exstare ait d'Anville iuxta *San-Vittorino.* Nonnulli putant *Aquila.* — A *Norbe* Norbani sunt supradicti. H. et En. P.

Sulmo. Haec non confundenda est cum Sulmone Piceni, Ovidii natalibus clara; ista hodie ut d'Anville et Mannertus volunt, *Sermoneta* vocatur, lencis quinque a *Velletri*, ad meridiem. En. P.

Carnem....accipere. Meminit moris huiusce Livius, lib. XXXII, cap. 1: *Legati ab Ardea*, inquit, *questi in Senatu, ubi in monte Albano Latinis carnem, ut assolet, datam non esse.* Hard.

Albenses. Albani dicuntur ab Albano, inquit Charisius, lib. I, p. 81, *Albenses autem ab Alba Fucente.* Sed ab his diversi sunt Albenses, qui nunc a Plinio appellantur. Hard.

Aesolani. Vet. apud Dalec. *Solani.* Recte autem ait Hard. eos Aesolanos ab Aesola sive Aesula dictos fuisse, de qua Horat. lib. III, Oda 29: *Ne semper udum Tibur, et Aesulae Declive contempleris arvum.* Aesulam iuxta urbem nunc *Poli* dictam sitam fuisse vult Mannertus. En. P.

Abolani, quorum urbs Abola; hod. *Aula Antica* esse ait d'Anville. Nonnulli *Vola* ducunt. En. P.

Bubetani. Chiffl. *Nubetani.* Dionysio Halic. lib. V, pag. 326, Βουβεντανοί. Qui Plinio Bolani, hos Livius Volanos, lib. IV, cap. 49, oppidum *Bolas* vocat, lib. IV, cap. 5. Κορτολανῶν πόλιν habet Dionys. lib. VIII, pag. 495. Coriolos Livius, lib. II, c. 33. Hinc Marcio Coriolano nomen. Haro. et En. P.

Fidenates. Fidenae oppidum, Livio, lib. I, cap. 27, XVIII milliario ab urbe Roma, inquit Eutropius, l. I, pag. 728. Fidenas, a Mamerco Dictatore direptas narrat Livius, lib. IV, cap. 17. Nunc *Castello Giubileo*, sex ab urbe mill. passuum, ut ait Holstenius in Ital. pag. 127. Haru.

Foretii. Vetus apud Dalec. *Foresi.* Strab. apud eumdem *Foruli.* En. P.

nienses, Longulani, Manates, Macrales, Mutucumenses, Munienses, Numinienses, Olliculani, Octulani, Pedani, Pollustini, Querquetulani, Sicani, Sisolenses, Tolerienses, Tutienses, Vimitellarii, Velienses, Venetulani, Vitellenses. Ita ex antiquo Latio
47 LIII populi interiere sine vestigiis. In Campano autem agro Stabiae oppidum fuere usque ad Cn. Pompeium et L. Catonem Consules, pridie Kalend. Maii, quo die L. Sylla legatus bello sociali id delevit, quod nunc in villam abiit. Intercidit ibi et Taurania. Sunt

— Forte iidem sunt ac Forienses, de quibus Festus verbo *Novae Curiae*. HARD.

Longulani, etc. Chiffl. *Longani*. Horum oppidum Longulam Livius, lib. II, cap. 33, appellat: Λογγόλαν πόλιν Dionys. lib. VIII, p. 551. Caeteri deinceps fere incogniti. HARD. et ED. P.

Pedani. Pedanos quoque vocat Livius, lib. VIII, cap. 14, oppidumque Pedum, lib. II, cap. 39. Πέδα, πόλις Αὐσονική Stephano. Romam inter et Labicum Pedum situm fuisse ait Mannertus, II M. pass. ab Vrbe. De regione Pedana vide Horatium lib. I, epistol. 4. HARD. et ED. P.

Pollustini. Chifflet. *Poletaurini*. Oppidum Poluscam Livius appellat, lib. II, cap. 33 et 34. Κερκετουλανούς, Dionys. lib. V, pag. 326. Τολεριανούς, Plutarchus, in Coriolano, pag. 227. HARD.

Vimitellarii. Vetus apud Dalecamp. *Vimiterali*. Chifflet. *Vinuc tellarii*. ED. P.

Vitellenses. Dalec. et Elzev. *Vicellenses*. Velienses a Velia, Livius, l. II, cap. 7. Vitellenses (sic enim reposui, pro *Vicellenses*), a Vitellia, de qua idem Livius, lib. II, c. 39, quam Stephanus Βιτέλλαν vocat. H. et ED. P.

Interiere sine vestigiis. Minime mirum ergo lectori videbitur quod de istis populis, qui iam Plinii tempore sine vestigiis interierant, nos tam pauca retulerimus. ED. P.

Stabiae. Etiamnum inter ostia Sarni amnis, et Surrentum, loco nomen est *Castell' a mare di Stabia*. De Stabiano lacte, Galenus, Meth. med. l. V. Symmachus, lib. VI, epistol. 17: *Stabias ire desiderant, ut reliquias longae aegritudinis armentali lacte depellant*. HARD.

Fuere usque, etc. Vet apud Dalec. *fuit*. ED. P.

Ad Cn. Pompeium, et L. Catonem. Ita libri omnes tum impressi, tum manu exarati, ante Hermolaum, qui *L. Carbonem* importune obtrusit, quem bello Marsico, sive Sociali nullum fuisse consulem scimus. Fuit vero L. Porcius Cato anno secundo eius belli, V.C. 665, cum Cn. Pompeio Strabone, Cn. Pompeii Magni patre. HARD.

Villam. Sic in Chiffl. op. Dalec. et Elz. *villas*. ED. P.

Taurania. Forte quae est Stephano Ταυρανία, πόλις Ιταλίας. Apud Me-

et morientis Casilini reliquiae. Praeterea auctor est Antias, oppidum Latinorum Apiolas captum a L. Tarquinio rege, ex cnius praeda Capitolium is inchoaverit: a Surrento ad Silarum amnem triginta millia passuum ager Picentinus fuit Tuscorum, templo Iunonis Argivae ab Iasone condito insignis. Intus oppidum Salerni, Picentia.

X. A Silaro regio tertia, et ager Lucanus Brutiusque incipit: nec ibi rara incolarum mutatione. Tenuerunt eam Pelasgi, Oenotrii, Itali, Morgetes, Si- 1

lam, lib. II, cap. 4, Taurinum est: apud Strabonem, lib. VI, pag. 254, regio Tauriana: sed ad Plinii Taurianam nihil ista pertinent, etsi pertinere Casaubonus existimavit, in notis ad Strabonem, quum ista sint in Brutio, Plinii vero Taurania in Campano agro. Hard.

Casilini. Fuit illud oppidum, ubi nunc est Capua nova, et quidem ad utramque ripam Vulturni amnis, qui et Casilinus inde dictus. De Casilino multa Livius, l. XXII, XXIII, XXIV, XXV et CXXVII. Hard.

Auctor est Antias. Etiam et Dionys. Halicarn. Rom. Antiq. lib III, pag. 186, Απιολάνων πόλιν a Tarquinio Prisco captam prodit. Hard.

Capitolium. Lego *Capitolinum.* D.

Inchoaverit. Livius, lib. I, c. 35. Hard. — De Capitolio vide quae in nostra Taciti editione, tom. V, pag, 37, ex Broterio. Ed. P.

Ad Silarum. Σίλαρις Straboni, lib. V, in fine: nunc *Sele*, in sinum Salernitanum influit. Hard.

Picent ... Tuscorum. Cl. Salm. *Oscorum.* Lary. — Dal. *Tuscorum templo.* Ed. P. — Tuscos hanc oram olim tenuisse auctor est etiam Strabo loc. cit. Idem, lib. VI, pag. 252, templum ibi conditum ab Iasone tradit: Diodorus Sic. Bibl. lib. IV, pag. 859, portum de navis suae nomine Αργῶον appellatum: unde *Argoae* forte potius quam *Argivae*, legendum hic fuerit. Habet haec quoque Solinus, cap. II, pag. 12. Nunc *Gisoni* vocant, quasi Iunonis fanum: templum hodieque durat Assumptae Virgini sacrum. Confer. Holsten. Hard.

Intus oppidum Salerni, Picentia. Ita Colb. 3, librique omnes editi. In mediterraneo procul a mari fuisse tum Picentiam innuit, Picentini agri metropolim. Salernum autem, quod in ora fuit, uti nunc est, non oppidi tum nomen obtinuisse, sed praesidii tantum a Romanis ibi constituti: quod et Strabo diserte docet lib. V, pag. 251. Hard.

Lucanus. Nunc Principatum vocant: Brutium agrum, Calabriam. Hard.

Mutatianc. Proponebat Dalec. *mutatio.* Ed. P.

Pelasgi, etc. Haec totidem verbis Antiochus Siracus., apud Dionys. lib. I, Antiq. Rom. pag. 10. A Pelasgo primum, mox ab Oenotro Pelasgi F, tum ab Italo: mox a Morgete, deinde a Siculo Morgetis, hospite, populis nomina subinde commutata.

culi, Graeciae maxime populi: novissime Lucani a Samnitibus orti duce Lucio. Oppidum Paestum, Graecis Posidonia appellatum: sinus Paestanus: oppidum Helia, quae nunc Velia. Promontorium Palinurum: a quo sinu recedente traiectus ad columnam Rhegiam centum M. pass. Proximum autem huic flumen Melpes: oppidum Buxentum, graece Pyxus: Laus amnis: fuit et oppidum eodem nomine. Ab eo Brutium
2 littus: oppidum Blanda, flumen Batum: portus Par-

Strabo pariter, lib. VI, 257. Idem, p. 254, ortos a Samnitibus Lucanos docet. Hard.

Maxime. ap. Dal. *maxima.* En. P.

Poestum. Chiffl. *Proestum.* En. P. — Παῖστον Ptolemaeo, lib. III, cap. 1, in Lucanis. Eadem Ποσειδωνία Straboni, lib. V, pag. 251, a Ποσειδῶν, hoc est, a Neptuno, Neptunia Velleio dicitur. Nunc vicus in oro, *Pesti*: Sioui Paestano nunc a Salerno, vicino oppido: nomen est. Hard. — Ibi manent egregia antiquitatis monumenta, quae optime descripsit Cl. Maior, *les Ruines de Paestum ou de Posidonie dans la Grande-Grèce.* Ba. Alias quoque sub eodem titulo ea edidit C. M. de la Gardette, in-f. ann. 11 Gallie Rep. En. P.

Paestanus Ch. *Proestanus.* Eo. P.

Velia. Ἐλία, ἡ νῦν Βελία Stephano, et Straboni, lib. VI, pag. 252, od amnem cognominem, quam aceolae vocant *Halente*: vicum *Castell'o mare della Brucca.* Ptolem. lib, III cap. 1. Οὐέλια, Ὑέλην dictam esse aliquando Strabo loc. cit. admonet, et nummus Cimelii nostri Parisiensis, ΥΕΛΗΤΩΝ, et argento, et alter ex aere. II. — Brot. legit *Elea*, ut in MS. Reg. 1, et editione principe. Eo. P.

Palinurum. Nomen servat, *Capo di Palinuro.* Mela, lib. II, 4: *Palinurus olim Phrygii gubernatoris, nunc loci nomen.* Vide Virgilium, lib. VI, vers. 381. Hard.

Sinu recedente. Quem nunc sinum vocant *Golfo di Policastro*, ab oppido Buxento. De qua mox. Hard.

Ad columnam. MS. vet. *coloniam*: sed Plinius repetit paulo post *columna Rhegia.* Laetius. — Haec in ipso freto Rhegio constituta erat, unde τὴν Ῥηγίνων στηλίδα τοῦ πορθμοῦ appellat Strabo, lib. VI, pag. 256, et 268. Ad columnam Rhegiam, Antoninus, Mela, lib II, cap. 4, aliique. Hard. — Non autem centum, ut Noster ait, sed CXLV M. pass. est traiectus. En. P.

Proximum autem huic. Palinuro. H.

Melpes. Dalec. et Elz. *Melphes*, hodie *Faroone.* En. P.

Pyxus. Πυξοῦς Straboni, lib. VI, pag. 253, nunc *Policastro.* Hard.

Laus. Ποταμὸς Λάος, καὶ πόλις Straboni loc. et Stephano pariter, in Lucanis. Amnis meminit etiam Ptolem. lib. III, cap. 1, in eodem tractu. Nunc oppido nomen *Laino*, amni autem *Lao*, Luconiae finis: Brutii inde agri initium. Hard. et Eo. P.

Blanda. Blandae in Lucanis, Livio lib. XXIV, cap 20. Hodie *Marateo*, ut vult d'Anville, aut, ut Mannertus ait, *S. Biasio*, qui vicus a *Maratea*

thenius Phocensium: sinus Vibonensis, locus Clampetiae: oppidum Temsa, a Graecis Temese dictum: et Crotoniensium Terina, sinusque ingens Terinaeus. Oppidum Consentia intus. In peninsula fluvius Acheron, a quo oppidani Acherontini. Hippo, quod nunc Vibonem Valentiam appellamus: Portus Herculis, Metaurus amnis, Tauroentum oppidum, Portus Ore-

vix o passibus distat, a *Policastro* autem leucis circiter quinque, meridiem inter et ortum. Fatendum tamen est hunc aitum pugnare cum ordine quem sequitur Noster, qui Blandam post flumen Laum nominat; verum, ut modo rursus videbimus, de ea Italiae parte in pluribus errat Plinius. Ed. P.

Batum. In MSS. *Baletum*. H. — Vet. ap. Dal. et Chiffl. *Balcetum*. Hodie, ut ait d'Anville, *Bato*. Ed. P.

Phocensium. Chiffl. *et Phocensium*. Eo. P. — A Phocensibus conditur, inquit Solin. cap. 11, pag. 12. Hard.

Vibonensis. Straboni, lib. VI, pag. 353, a vicino fluvio oppidoque, κόλπος Λάος. Hard.

Locus. Maluissent Dalec. et Menagius *Lucus*. Ed. P.

Clampetiae. Livio, lib. XXX, cap. 19, *Lampetia*. Dum Plinius locum appellat, excisum aevo suo innuit. Rursum deinde excitatum est: hodie *Amantea*, in ora Calabriae citerioris. Hard.

Temsa. Τεμέση et Τεμψα in Brutiis, Straboni, lib. VI, pag. 255. Rudera visuntur, ubi *Torre di Lupo* in Calabriae citerioris, ulteriorisque confinio. Hard.

Cortoniensium. Hoc est, a Crotoniensibus condita, ut ait Solinus, cap. 11, pag. 13. Terinaeo sinui nomen, *Golfo di S. Eufemia*, a vico S. Eufemia dicto et iuxta quem videntur rudera, quae haud dubie Terinae locum occupant, quamvis eum *Nocera* esse dicat Harduinus, qui vicus ad septemtrionem remotior est, ad flumen *Savuto*. Ed. P.

Consentia. Hodieque *Cosenza*, in citeriore Calabria. H.

Intus. *In peninsula*. Dalec. et Elz. *Intus in peninsula*. Eo. P.

In peninsula. Peninsulam vocat Brutiorum partem eam, quae maxime tendit in Siculum fretum, instar longae cervicis: nunc Calabriam ulteriorem vocant. Dicemus de ea cap. 15. Hard.

Acherontini. Exstat huius oppidi memoria in nummis, ΑΧΕΡΩΝΤΑΝ. Non est *Cirenza*, in Basilicata: etsi hanc quoque Acherontiam vocant. H.

Hippo. Iisdem verbis Stephanus: Ἱππώνιον, πόλις Βρεττίων, ἣ μετωνομάσθη ὑπὸ Ρωμαίων Οὐίβων καὶ Οὐαλεντία. Hausit a Strabone, lib. VI, pag. 256. Nunc *Bivona*, quod oppidi navale est, cui nomen *Monte Leone*. Hard.

Herculis. Ἡρακλέους λιμὴν Straboni loc. cit. Nunc *Tropea*. H.

Metaurus. Μέταυρος Straboni loc. cit. Nunc *Marro*. H.

Tauroentum. Melae, lib. II, cap. 4. Taurianum: cuius exstant rudera, prope vicum *Palmi*: ubi et Orestis portus, qui quidem mihi videtur agnosci posse in parvo sinu qui infra vicum *Bagnara* reperitur. Ed. P.

stis et Medma. Oppidum Scyllaeum, Cratais fluvius, mater, ut dixere, Scyllae. Dein columna Rhegia: Siculum fretum, ac duo adversa promontoria: ex Italia Caenys, ex Sicilia Pelorum, duodecim stadiorum intervallo. Vnde Rhegium duodecim M. D. pass. Inde Apennini silva Sila, promontorium Leucopetra, XII M. pass. Ab ea Locri cognominati a promontorio Zephyrio, absunt a Silaro CCCIII M. pass.

4 Et includitur Europae sinus primus, in eoque

Medma. Dalec. et Elz. *Medua.* Vet. ap. Dalec. *Medina.* Eo. P.

Μέδμα et Μίαμα. Stephano: Melae, lib. II, cap. 4, *Medama*, et Strabooi Μέδαμα, lib. V, pag. 25. H. — Fortasse hodie *Melia*, una circiter leuca a *Seicha*, meridiem inter et ortum Eo. P.

Scyllaeum. Το Σκύλλαιον Strab: l. c. Scyllaeum, nunc *Sciglio*, in ipso Siculo freto, contra Pelorum promontorium, hod. *cap. Faro.* Eo. P.

Cratais. Vet. apud Dalec. *Cratis.* Elz. *Cratais.* Nunc *Conide* vocatur, qui in mare influit iuxta vicum *Catona*, leucis duabus a *Regio*, septemtrionem versus. Eo. P.

Mater. Sic libri omnes. Alii *puter.* Sit penes fabulas fidea. Hard.

Columna. Nunc vicus *Catona*: cuius superiori nota 10 modo meminimus. Eo. P.

Caenys. Elz. *Caenis.* Eo. P. — *Capo di Cavallo*, duobus pass. mill. a Scyllaeo. Καινύς Straboni, p. 257. Proxima abest a Peloro: utriusque promontorii speculae campana invicem sibi dant signum. Haro.

Vnde Rhegium duodecim M. D. pass. Chiffl. *unde Rhegium XX. M. pass.* Non a Columna scilicet, ut vult Harduinus, quum Columnam Rhegiam inter et Rhegium VI M. pass. tantum sit intervallum, sed a Caeni promontorio quae distantia revera XII M. D. pass. est, si aequantur littoris anfractus. Oppido nomen hodie *Reggio.* Eo. P.

Apennini silva. Vet. ap. Dal. *Insula.* Ed. P.

Sila. Inde pix Brutia. Vibius Seq. pag. 341. *Sila Brutiorum nemus.* Σίλαν Strabo vocat, lib. VI, pag. 261. Hard.

Leucopetra. Capo dell' Armi, in quo desinit alterum montis Apennini cornu. Haro.

XII. Chiffl. *XXV.* Eo. P.

Locri cogn. Epizephyrii, a Zephyrio promontorio, quod obsidebant, nunc *Capo di Bruzzano.* Vrbem autem sitam fuisse ait d'Anville loco hodie *Motta* vel *Motticella di Bruzzano* vocato; nonnulli tamen, quos inter Bacler d'Albe, in probatissima sua Italiae mappa, eius ruinas monstrari dicunt quinque aut sex leucis inde septemtrionem versus, haud longe a *Gierace.* Ed. P.

Et includitur. Hoc est, finitur, Sic lib. IV, cap. 18: *Tertius Europae sinus ad luno modum clauditur.* — Chiffl. *His includitur Europae sinus primus, in coque maria diversa nuncupantur.* Ed. P.

maria nuncupantur : unde irrumpit, Atlanticum, ab aliis magnum : qua intrat, Porthmos a Graecia, a nobis Gaditanum fretum : quum intravit, Hispanum, quatenus Hispanias illuit: ab aliis Ibericum, aut Balearicum : mox Gallicum ante Narbonensem provinciam : hinc Ligusticum. Ab eo ad Siciliam insulam Tuscum : quod ex Graecis alii Notium, alii Tyrrhenum, e nostris plurimi Inferum vocant. Vltra Siciliam ad Salentinos, Ausonium Polybius appellat. Eratosthenes autem inter ostium Oceani et Sardiniam quidquid est, Sardoum. Inde ad Siciliam Tyrrhenum. Ab hac Cretam usque Siculum : ab ea Creticum.

Irrumpit. Alii apud Dalec. *irrumpunt.* Alii *unde Oceanus irrumpit.* Eo.P.

Porthmos, Chiffl. *Astmos.* — Πορθμὸς fretum sonat. H. — Hodie, ut iam diximus, *détroit de Gibraltar.* Ed. P.

Hispanum, etc. Haec deinceps Solinus iisdem verbis, cap. 23, pag. 44. Haro.

Hispanias illuit. Vet. apud Dalec. *alluit.* Eo. P.

Balearicum. Hodie *Canal des Baléares.* Ed. P.

Gallicum. Quatenus Galliae Narbonensis oras alluit, a Pyrenaeo scilicet promontorio, de quo supra, ad Staechades insulas. Illa est maris mediterranei pars quam hodie vocant pessime *golfe de Lyon*, sive, ut nonnulli volunt optime, *golfe de Lion.* Eo. P.

Ligusticum. A Stoechadibus insulis ad portum Veneris; quam quidem oram Galli Ligures tenuere. Etiam nunc *Mer de Ligurie*, vel *Golfe de Gênes.* Ed. P.

Tuscum. Huius maris partem, quae inter Corsicam insulam est et Tusciae oram, nunc plerique *Canal de Corse* vocant; quidquid autem infra est ad Siciliam insulam, *Mer de Sicile*, quo quidem nomine Strabo, lib. II, pag. 123, hanc aevo suo designatam fuisse maris mediterranei partem nos docet quae Siciliam inter et Africae oram iacet, et illam quae olim Ausonium mare vocatum fuerat. Ed. P.

Notium. Solinus, cap. XXIII, pag. 41, *Ionium*, male. Νότιον hoc mare dixere, quod Romanis spectare ad austrum videretur, ut Adriaticum e contrario, ad septentrionem. H. — Inferum autem saepius a Romanis vocabatur, quod infra Italiam iacere eis videbatur; contraque Adriaticum superum mare vocabant, quasi supra Italiam positum. Ed. P.

Siciliam ad Salentinos. Chiffl. *Siciliam quod est ad Salentinos.* Eo.P.

Aus. Hodie *golfe de Tarente.*

Sardoum. Etiam nunc, ut plurimi volunt, *mer de Sardaigne*, sed inter Baleares insulas tantum et Sardiniam. Eo. P.

Siculum. Hodie, ut modo diximus,

XI. Insulae per haec maria primae omnium Pityusae a Graecis dictae, a frutice pineo: nunc Ebusus vocatur utraque, civitate foederata, angusto freto interfluente; patent XLVI M. pass. Absunt a Dianio septingentis stadiis: totidem Dianium per continentem a Carthagine nova. Tantumdem a Pityusis in altum, Baleares duae, et Sucronem versus Colubraria.

golfe de Tarente, et ab eo *mer Ionienne*. Ed. P.

Creticum. Etiam nunc *mer de Crète*, circa Cretam insulam. Ed. P.

Insulae. Martianus hic Plinium de more transcribit, lib. VI, cap. de insulis, etc. pag. 206. Hard.

A f. pineo. Graecis πίτυς, pinus.

Nunc Eb. v. utraque, civitate foederata, etc. Dalec. *Nunc Ebusus vocatur, utraque civitate*, etc. — Hodie *Iviza* et *Formentera*, duarum minus leucarum freto separatae, quod etiam plurimis insulis coarctatur. Ed. P.

Patent XLVI. Ebuso uni, quae gemina, a Plinio proditur, tantam amplitudinem, atque adeo maiorem, Strabo adiudicat, lib. III, pag. 167; nempe stadiorum CCCC hoc est, L. M. pass. Agathemerus, Geograph. lib. I, cap. 5, geminam, ut Plinius, Ebusum novit: maiorem trecentis, minorem stadiis centum porrectam: id quod eodem recidit. H. — Re autem vera XXXIV M. pass. sive CCLXXII stadiis, patent insulae istae, a promontorio septemtrionali Ebusi, *Punta de Serra* dicto, ad australe Formenterae promontorium, *Punta de la Anguila* vocato; nempe Ebusus XXII M. pass. seu CLXXVI stadiis; fretum V M. pass. seu XL stadiis, et Formentera VII M. pass. seu LVI stadiis. Ed. P.

XLVI. Sic apud Chiffl. Dalec. et Elz. *XLIII*. Ed. P.

Absunt a Dianio septingentis stadiis. Dalec. et Elz. *Dianeo*. Hodie *Denio*, Hispaniae oppidum, in ora quae Pityusis opponitur, septingentorum stadiorum, ut Noster ait, seu unius gradus intervallo, sive XXV leucis gallicis. Errat autem Plinius, quum addit *totidem Dianium per continentem a Carthagine novo*; nam XIII leucis non amplius est intervallum istud. Ed. P.

Tantumdem a Pityusis in altum. Errat etiam hic Noster; nam XIX leucis, sive DXXII stadiis tantum, Baleares a Pityusis distant, proximo quidem intervallo. Ed. P.

Baleares. Eam vocem Carthaginensium lingua, fundas bellicosas significare, auctor est Agathemerus loc. cit. Diod. Sic. 5, Bibl. p. 297, Baleares dictas putat ἀπὸ τοῦ Βάλλειν, a iaculando: Γυμνησίαι, quod corpore nudo incolae incederent per aestatem. Livius, in Epit. libri LX, vel a teli missu, vel a Baleo Herculis comite ibi relicto, quum Hercules ad Geryonem navigaret. Vide etiam Tzetzen, in Lycophronem, pag. 94. Hard.

Sucronem versus Colubraria. Colubraria hodie, ut diximus, non una tantum, sed plures insulae eodem nomine, quod paulum a veteri diversum hodie *Columbrete* est. Non autem, ut ait Noster, Sucronem versus; ab ostio enim Sucronis fluminis, de qua Noster cap. 4 meminit, XXII cir-

Baleares funda bellicosas, Graeci Gymnasias dixere. Maior centum M. pass. longitudine, circuitu vero CCCLXXV M. Oppida habet civium romanorum Palmam et Pollentiam: Latina, Cinium, et Cunici: et foederatum, Bocchorum fuit. Ab ea XXX M. pass. distat minor: longitudine, XL M. circuitu CL M. pass. Civitates habet, Iamnonem, Saniseram, Magonem. A ma-

citer leucis distat Colubraria, parique intervallo ab Ebuso. Eo. P.

Maior centum M. pass. longitudine. Lego *C. M. pass. est longitudine*, ex MS. Reg. 1, editione principe et Cl. Rezzonico. Baor. — Artemidorus apud Agathem. loco citato, stadia mille et ducenta ait continere, quae sunt passuum CL millia; quae quidem mensurae verom excedunt: non enim amplior LXX M. pass. est Balearis maioris, quam recentiores Hispani vocant *Mallorca*, longitudo. Eo. P.

CCCLXXV. Dalecamp. et Elz. *CCCLXXX.* Chiffl. *CCCCLXXV.* Verum autem et istae excedunt mensurae; nam via CCL M. pass. est totius insulae circuitus. Eo. P.

Palmam. Πάλμαν, καὶ Πολλεντίαν Straboni, lib. III, pag. 167, utramque civitatis Romanae iure donatam. Colonias appellat Mela, lib. II, cap. 7. Hard. — Etiam nunc *Palma* ad sinum cognominem, meridiem inter et occidentem, et *Pollenza*, ad sinum etiam cognominem, septemtrionem versus. Eo. P.

Latina. Quae Latii ius haberent. In MSS. Reg. etc. *Latina, civium, et Tucim.* Hard. — Vet. apud Dalecamp. *Latinorum civium et Tuscium quod foederatum Bocchorum fuit.* Chiffl. *Latina Cinium et foederatum Bocchorum. Cinium* fortasse hodie, ut ait Mannertus, est *Sineu* vel *Sinen*, in interiori insula; alia ignorantur omnino, nisi tamen Bocchorum ad flumen situm fuerit, quod etiam nunc *Borga* vocatur, et in mare septemtrionem inter et orientem influit. Eo. P.

Cunici. Leg. *Tucim*: ita MS. Reg. 1 et 2. Sine auctoritate emendatum in recentioribus editionibus, *Cunici.* Baor.

Bocchorum. Dalec. *Bochri.* Bocchori nomen ei oppido erat, quod iam tum intercidisse innuit, olim foedere iunctum Romanis. Cave enim existimes Bocchos Mauritaniae reges hic imperitasse: quod fere sensit Solinus, cap. XXIII, pag. 44. Hard.

Ab ea XXX M. Strabo, loco citato, LXX tantum stad. hoc est, VIII M. DCCI pass. Hard. — Non multum autem a vero abest Noster; nam IX saltem leucarum intervallo, seu XXVII M. pass. distat *Menorca a Mallorca.* Eo. P.

Longitudine XL M. circuitu CL. M. pass. Sic MSS. omnes et Chiffl. Dalec. et Elz. Longitudine LX. Agathemerus hanc patere ait stadiis trecentis, hoc est, XXXVII M. D. quod paulum a vero distat: circuitus vero circiter CX M. pass. est. Eo. P.

Iamnonem, Saniseram, Magonem. Vet. apud Dalec. *Lamnonem.* Chiffl. *Labonem.* Proponebat Dalec. *Hannonem.* Mela, lib. II, cap. 7, *Castella*

iore XII M. pass. in altum abest Capraria: insidiosa naufragiis: et e regione Palmae urbis, Maenariae, ac Tiquadra, et parva Hannibalis. Ebusi terra serpentes fugat, Colubrariae parit. Ideo infesta omnibus, nisi Ebusitanam terram inferentibus. Graeci Ophiusam dixere. Cuniculos Ebusus gignit, populantes Balearium messes. Sunt aliae XX ferme parvae mari vadoso.

3 Galliae autem ora, in Rhodani ostio, Metina: mox quae Blascon vocatur: tres Stoechades a vicinis

sunt in Minoribus, Lamno et Mago. Iamno hodie est, auctore Mannerto, *Ciudadela.* — Mago, ut fert nomen, *Puerto-Mahon.* — Ignoratur Sanisera, quae fortasse in regione promontorii *Cabateria* sita fuit. Ed. P.

Capraria, etc. Martian. l. VI, pag. 206. Nunc *Caprara*, vel *Cabrera.* Maiori Balearium subest, ad austrum, non XII, ut Noster ait, sed IX mill. passuum intervallo. Hard. et Ed. P.

Maenariae, ac Tiquadra et parva Hannibalis. Pro *Tiquadra*, vet. apud Dalec. *Tiquetra* legit; pro *et parva Hannibalis, et patria Hannibalis*, perperam, ut vix dici necesse est. Errat, ut puto, Mannertus, qui eas in Palmae sinu sitas ait, multoque magis etiam Harduin. qui eas mari demersas putat; ad occidentem enim sinus Palmensis reperiuntur, Maenariae nempe, hodie *Malgrates* dictae, Tiquadra, *Dragonera*, supra Maenarias septemtrionem inter et occidentem, et Parva Hannibalis, hodie *El Torre* vocata, infra Maenarias, austrum inter et orientem. Eo. P.

Ebusi terra. Solin. cap. XXIII, pag. 44. Hard.

Cuniculos. Dalec. et Elz. *Nec cuniculos*, addita vocula *nec*, quae in vett. deest. Ed. P.

Populantes. Vide quae dicturi sumus, lib. VIII, cap. 84. Hard.

Balearium. Vet. apud Dalec. *Brassocorum.* Eo. P.

Gallia autem ora. Vet. apud Dalec. *Galliae hinc ora.* Martianus, loco citato, *in Galliae quoque ora, in Rhodani ostio*, etc. Ed. P.

Metina. In MSS. *Metania.* Forte ab ostio Rhodani, in quo olim fuit *Metapina.* Hard. — Harduino assentiri videtur d'Anville, *Notice de l'ancienne Gaule*, aliam tamen opinionem referens, quam edidit Astruc, *Hist. nat. de Languedoc*, pag. 48, qui depressas quasdam insulas, in Massiliensi Rhodani ostio sitas, hodieque dictas *Les Tignes*, Metinae nomen repraesentare credit. Eo. P.

Blascon. Festo Avieno, in Ora marit. v. 599: *Blascó propter insula est, teretique forma caespes editur salo.* Huius insulae meminere etiam Strabo, qui eam ad montem Sigiam, aut potius Sitium, hodie *Cette*, ponit, et Ptolemaeus qui ei praeponit insulam quamdam Agatham, cuius non exstant vestigia; Blascon autem

Massiliensibus dictae propter ordinem, quas item nominant singulis vocabulis Proten, et Mesen, quae et Pomponiana vocatur: tertia Hypaea. Ab his Stu-

hodie *Brescon* vocari ait d'Anville. Eo. P.

Stoechades. Les iles d'Hières, a vicino in continente oppido appellatae, quod Massiliensium olim ditionis fuit: quare Massiliensibus hae vicinae dicuntur. Hard.

Dictae propter ordinem, quas item nominant singulis. In MSS. *quas iterum.* Forte ita rectius, cum Toletano Pintiani: *Propter ordinem quo Sitae: a quo iterum nomina singulis, Rote et Mese.* Ab ordine, inquit, quem certis intervallis dispositae hae servant insulae, in universum Stoechades dictae sunt: rursusque ab eodem ordine singulatim sibi quaeque nomen adscivit: priore earum Prima, altera mox, Media, demumque tertia, Vltima appellata. Porro vernarula Stoechadum nomina Pinetus et Dalecampius ea comminiscuntur, quae nec exteris, nec indigenis nota sint. Honor. Bouche, Hist. Prov. lib. I, cap. 7, a Pomponiana Mesen perperam distinguit, alii aliter peccant. Hard. — Ordinem Graeci dixere στοῖχον. Inde Stoechades appellatae. B.

Proten. Πρώτην, hoc est, Primam: hodie *Porqueroles*: Μέσην, Mediam, nunc *Port-croz*, quae anno 1200 Mediana vocabatur, ut docet Hon. Bouche, Hist. Prov. lib. I, cap. 7, pag. 43. Ὑπαιαν denique, hoc est, Postremam, nunc *l'ile du Levant, ou du Titan*, quae maxime omnium in ortum vergit. Hard.

Quae et Pomponiana vocatur. Hic errare Plinium et cum eo Marcianum Capellam ait d'Anville, Pomponianamque non insulam, sed Chersonesum fuisse contendit ex Itiner. Maritim. in quo reperitur Pomponiana, aut, ut in nonnullis MSS. legitur, *Pompeiana*, inter Telonem Martium, *Toulon*, et Heracleam Caccabariam, *St.-Tropez*, XVI M. pass. a priore. Pomponianam istam firmissimis argumentis probat d'Anville in hunc locum sitam fuisse, qui hodie *Calle de Giens* vocatur, quae terra, Stoechadum primae opposita, ita in mare procedit, ut undique fluctibus cincta videatur, quod Plinium in errorem induxit. Eo. P.

Ab his Sturium, etc. Nunc sunt *Ribaudas*, *Langoustier*, *Baqueou*, ut recte vidit idem auctor historiae Provinciae, loc. citat. Sunt eae inter Stoechadas minimae, in quibus exstructae arces Ludovici XIII principatu. Hard. — D'Anville, qui in opere suo *Notice de l'ancienne Gaule*, Harduini sequitur opinionem de Stoechadibus, tres insulas, quarum hic meminit Noster, obscuriores esse ait, quam ut distingui possint. A communi auctorum fere omnium opinione, qui Stoechades hodie *les îles d'Hyères* esse contendunt, recedere non audeam; hic tamen doctissimi viri Valesii opinionem, in Notitia Galliae veteris, non referre non possum, qui insulas Stoechades hodie esse *Ratoneau*, *Pomègne* et *If* arbitratur; unde coniici posset Sturium esse hodie *Porqueroles*, Phoenicen, *Port-Croz*, et Philam, *l'île du Levant* seu *du Titan*. Haec videat lector sagax et eruditus. Ed. P.

rium, Phoenice, Phila: Lero, et Lerina adversum Antipolim, in qua Vergoani oppidi memoria.

XII. (VI.) In Ligustico mari est Corsica, quam Graeci Cyrnon appellavere, sed Tusco propior: a septemtrione in meridiem proiecta, longa passuum CL millia: lata maiore ex parte quinquaginta: circuitu CCCXXV M. Abest a vadis Volaterranis LXII M. pass. Civitates habet XXXIII, et colonias, Marianam, a C. Mario deductam: Aleriam,

Lero. Haec Antipoli propior, quam Lerina, est. Nunc a sacello ei Divae sacro, *l'île Ste-Marguerite de Lérins.* HARD.

Lerina. A Lerone freto passuum DC dispescitur. Strabo, lib. IV, pag. 485, Πλανασίαν vocat, a planitie. Vnde Sidonius in Enchar. ad Faustum: *Quantos illa insula plana, Miserit in caelum montes*: viros sanctos intelligit, seu Monachos Lerinenses. Nunc *St.-Honorat de Lérins.* Antoninus in Itiner. Maritim. *Ab Antipoli Lero et Lerina insulae*, M. P. XI. HARD.

XII. *Cyrnon.* A Graecis Κύρνος, a Poenis Κορσικὴ, inquit Pausanias in Phoc. lib. X, pag. 639. HARD.

Proiecta. Maluisset Dalecamp. *porrecta.* EO. P.

CL millia. Strabo, lib. V, pag. 224, ex Chorographo nescio quo, CLX millia longitudine, latitudine LXX, porrigi ait. Plinium, ut solet, sequitur Martianus, lib. VI, pag. 207. HARD.

CCCXXV. Sic libri omnes MSS. cum Martiano. HARD. — Dalec. et Elzev. *CCCXXII*, contra Tolet. et Chiffl. fidem. EO. P.

Abest a vadis Volaterranis, LXII M. Corruptus haud dubie numerus, quum XC circiter M. pass. inter utraque loca nunc supputentur. Nota fortassis centenarii in quingenarium deflexa ab amanuensibus est, scriptumque *LXII* pro *CXII.* Quin si Artemidoro credimus, apud Agathemer. Geogr. lib. I, cap. 5, gemina centenarii nota librariis excidit, scribique necesse est CCLXXV. Traiectum enim ait esse stadiorum bis mille ducentorum. Sed coarguit Artemidorum Strabo, lib. V. EO. P.

Habet XXXIII. Sic Martianus, loc. cit. HARD.

Marianam, etc. Vtriusque coloniae, et a Maria, et a Sylla deductae Seneca meminit, lib. de Consol. ad Helv. cap. 8, pag. 808; Aleriae Mela lib. II, cap. 7; Florus, lib. II, cap. 2, et Antoninus. Vtriusque rudera hodieque visuntur, latere insulae eo, quod Italiam spectat. HARD. — Mariana quidem ad stagnum cui nomen *Stagno di Bigaglia*, auctore Mannerto; non autem ad ostium Tavolae fluminis, hodie *Golo*, ubi etiam veteris cuiusdam oppidi monstrari a quibusdam vestigia ait: Aleria autem iuxta ostium Rhotani fluminis, hodie *Sarignano*, ad Austrum; quantum, ut ait idem Mannertus, ex Ptolemaeo situs eius coniici potest. In Conc. Lateranensi sub Martino *Donatus Marianensis episc.* EO. P.

Aleriam. Vet. cod. apud Dalec. *alteram.* ED. P.

a dictatore Sylla. Citra est Oglasa: intra vero sexaginta millia passuum a Corsica, Planaria a specie dicta; aequalis freto, ideoque navigiis fallax. Amplior Vrgo, 2
et Capraria, quam Graeci Aegilon dixere: item Aegilium: et Dianium, quam Artemisiam: ambae contra Cosanum littus: et Barpana, Maenaria, Columbaria,

Citra est Oglasa. Martianus: *Scipa autem citra est, Oglosa infra.* Ed. P.

Citra est, etc. *Oglasa.* Alii, *Oglosa.* Apparet ex situ esse *Monte Cristo*: ubi Monachi olim degebant, ad quos litteras scribit S. Gregor. lib. I, epistol. 9. Haan.

Intra vero sexaginta millia pass. a Corsica Planaria. Errat haud dubio Hard. qui eamdem insulam esse arbitratur Planariam istam et Planasiam, cuius paulo infra meminit Plinius. Planasia, ut mea dicam, hodie *Pianosa* est; Planaria vero ad austrum eius sita, v circiter leucis, a Corsica vero XI, sive XXXIII M. pass. non autem LX, ut noster ait, hodie vocatur *Formicole*, non una tantum insula, sed plures maxime exiguae aequales freto, ut ait, et sicut Formicae ut ita dicam, coacervatae. Cave tamen eas confundas cum aliis eodem nomine *Formiche*, seu *Formicole di Grossetto*, quae multo magis ad orientem iacent, ad Tuscum littus, contra urbem *Grossetto*. Proponebat Dalec. *Planataria.* Ed. P.

Vrgo. Sic MSS. omnes, sic etiam Mela, lib. II, cap. 7, et Martianus loc. citat. Rutilio in Itiner. pag. 315, *Gorgon: Assurgit ponti medio circumflua Gorgon, Inter Pisanum, Cyrnaicumque latus.* Greg. M. lib. I, ep. 50: *Gorgonis insulae monasteria* laudat. Steph. Ὀργών, νῆσος Τυῤῥηνίας. Hodie *la Gorgona.* Hard.

Capraria. Αἴγιλον Graeci dixere, ἀπὸ αἰγῶν, hoc est, a capris silvestribus, ut ait Varro, de Re Rust. l. II, cap. 3, qui Caprasiam vocat. Hodie *Capraia* nomen retinet. Haan.

Aegilon. Vet. apud Dalec. *Aegilium.* Ed. P.

Item Aegilium. Diversa haec insula a superiore: Antoninus in Itiner. Maritim. *Insula Aegilium a Cosa stadia XC.* Melae, lib. II, c. 7, et Martiano, lib. VI, pag. 207, *Igilium.* Laudat hanc Rutilius eaimie in Itiner. l. I, p 308: *Eminus Igilii silvosa cacumina miror*, etc. Nunc *Giglio.* H.

Artemisiam. Subintellige, dixere Graeci: est enim Αρτεμις graece Diana. Αρτέμιταν hanc insulam Stephanus vocat. Nunc *Gianuto*, contra *Monte Argentaro*, quod promontorium in continente Italiae est. Hard.

Cosanum. De Cosa diximus cap. 8. Hard.

Barpana, Maenaria, Columbaria, Venaria. Sic MSS. omnes. Dalec. et Elzev. *et parvae Maenaria*, etc. Pro *Barpana*, Mannertus dicit se etiam reperisse *Harponae.* Eadem haud dubie est, auct. Hard. quae Melae, lib. II, cap. 7, Carbania dicitur. Columbariam ab avium genere dictam Solinus autumat. Veneriam, non Venariam habet Martianus, loc. cit. Sunt autem hodie, ut vult Mannertus, Barpana, sive, ut ait, Harponae, *Formiche di Grossetto*, de quibus nos iam supra. Maenaria, *Troia*, contra promontorium eiusdem nominis ad

Venaria. Ilva cum ferri metallis, circuitu centum mill. a Populonio decem, a Graecis Aethalia dicta. Ab ea Planasia, XXXVIII M. Ab his ultra Tiberina ostia in Antiano Astura, mox Palmaria, Sinonia, et adversum
3 Formias Pontiae. In Puteolano autem sinu Pandataria, Prochyta: non ab Aeneae nutrice, sed quia profusa

septemtrionem Harponarum. Denique Columbaria et Venaria, *Palmaiola* et *Cervoli* insulae parvae, Ilvam inter et *Piombino*. Harduinus Maenariam nominis quadam similitudine ductus *Meloria* esse credit, quae portui Liburno obiacet; sed, ut ait Mannertus, haec tantum rupes est, cui nullum nomen certe fuit, ante exstructam satis recentem in ea turrim, quae nocturno navium Liburnum portum petentium cursui ignes ostendit. Ed. P.

Ilva. Rutilius in Itiner. lib. I, pag. 309: *Occurrit Chalybum memorabilis Ilva metallis*. Nunc *Elba* dicitur, contra Plumbinum. Eadem Αἰθαλία cur nuncupata sit, disce ex Stephano. Ilvam ab Aethalia perperam seiungit Ptolemaeus, et mox Aenariam rursum a Pithecusa. Hard.

Planasia. Non autem C M. pass. ut ait noster, sed circiter LXX circuitu. Insula M. Pisonis Planasia a Varrone dicitur, de Re Rust. lib. III, cap. 6. Hodie ut diximus, *Pianosa*. Ed P.

XXXVIII. Sic apud. Chiffl Dalec. et Elz. *XXXIX*. Hic autem graviter errare videtur noster, *Pianosa* enim vix VII M. pass. ab *Elba* distat. Ed. P.

In Antiano Astura. Vbi colonia Antium, Astura flumen et insula, ut diximus, cap. 9. Hard. — Insula maxime exigua vetus nomen, ut videtur, servat. Ed. P.

Palmaria, etc. Palmaria hodie *Palmarola*. Sinonia, *Sennone*, Caietam versus. Caeteris maior Pontia, *Isola di Ponza*: universae fere communi vocabulo Pontiae appellatae. Vnica Strabonis Πονπία, lib. II, pag. 123. Pontiae multitudinis numero, Livio, lib. IX, cap. 28: *Volsci Pontias, insulam sitam in conspectu littoris sui, incoluerant*. Fortasse Pontiae, quod uno nomine appellantur cum Pontia ipsa, tum exiguae insulae, nunc *la Botte*, *Vendotena*, etc. dicuntur. Ed. P.

Pandataria. Chifflet. *Pandateria*, quod legitur etiam in plerisque Taciti editionibus, Annal. lib. I, c. 53; quamvis lib. XIV, cap. 63, *Pandataria* legatur. Straboni lib. V, p. 233, Πανδαταρία. Melae lib. II, cap. 7, et Dioni, LV, 10, *Pantaderia*. Nunc *Ventotiene*. Ed. P.

Prochyta. Προχύτη Stephano, hodie *Procida*, contra promontorium Misenum. Hard.

Non ab Aeneae nutrice. Vt existimavit Dionys. Antiq. Rom. lib. I, p. 43. Haao.

Quia profusa ab Aenaria erat. Quia motu terrae avulsa, ac veluti in altum proiecta ab Aenaria, seu Pithecusa, foret. Strabo, lib. V, pag. 247. Ex his Plinii verbis Martianus ridicule Ahaenariam insulam finxit. Hard. — Quidam *Aenearia* ubique hic scribunt. Dalec.

ab Aenaria erat. Aenaria ipsa a statione navium Aeneae, Homero Inarime dicta, Graecis Pithecusa, non a simiarum multitudine (ut aliqui existimavere), sed a figlinis doliorum. Inter Pausilypum et Neapolim Megaris: mox a Surrento octo millibus passuum distan-

A statione. Festus: *Aenaria appellavere locum, ubi Aeneas classem a Troianis veniens appulit.* Plinius non Aeneam cum navibus, sed Aeneae naves dumtaxat, quas ille Tithono in Italiam proficiscenti ad transvehendos colonos locaverat vel commodarat, usque ad hanc insulam pervenisse refert, nec ultra progressas ibi substitisse in tutissima statione, donec in Troadem ante Graecorum adventum remigrarent; Tithono interim (qui missus, non a Laomedonte, ut suspicati nuper in Apologia Homeri sumus, sed a Priamo fratre fuerat, ad transvehendos, quos diximus, colonos, scilicet valetudine, aetate, vel sexu inutiles bello Troiano sustinendo, quod imminebat a Graecis), ad Lirim amnem usque ad Circeios naves suas peragente. Naves enim Aeneas, quibuscum in Italiam venire ipse potuisset, easdem agnato suo Tithono potuit in publicam patriae utilitatem commodare: aut si venit ipse ductor navium suarum, id quod minus esse verisimile arbitramur, ante Troianam certe obsidionem, Homero teste idoneo ac locuplete, Troiam rediit, Tithono in Italia remanente. Fortasse etiam ab aheno aerisque metallis, Aenaria dicta est, quasi Ahenaria. Αἰναρίαν scripsere cum diphthongo antiqui omnes: unus instar sit omnium Appianus, Bell. Civil. lib. V, pag. 711, qui νῆσον τὰς Πιθηκούσσας vocat, ἣ νῦν ἐστιν Αἰναρία. Nam quod suadere Salmasius nititur, in Solin. pag. 97 et 321, et Bochartus, de Animal. lib. III, cap. 31, pag. 994, scribi *Enaria* oportere, ut ab Enaribus, hoc est, sine naribus, simiis videlicet, nomen insulae deflexum videatur, valde vereor ut quisquam vir naris emunctae probet. Hodie appellatur *Ischia.* H.

Homero. In Catalogo Navium, v. 290: *εἰν Ἀρίμοις*: unde Virgilius, Aeneid. IX; Ovidius, Metam. lib. XIV, vers. 89, aliique *Inarimen* finxere. Harn.

Non a simiarum. Volebat Dalecamp. *non a simiarum multitudine.* Eo. P. — Quas Graeci πιθήκους vocant. Ita nihilominus visum Ovidio, Metam. lib. IV, vers. 90. Xenagorae et Aeschini apud Harpocrat. p. 168, atque e recentioribus, Salmasio, et Bocharto, de Animal. lib. III, cap. 31, p. 994. Sane ἄριμος Hesychio πίθηκος est, hoc est, simia. Harn.

A figlinis doliorum. Officinis, in quibus dolia fiunt figlina: ἀπὸ τῶν πιθήκων, hoc est, κεραμέων πίθων. A πίθος fit πίθακον, πίθηκον, πιθηκόεις, πιθηκόσσαι, et πιθηκοῦσαι, id est, figlinae. Harn.

Pausilypum. Hodieque *Posilipo*, in Campania, prisca incolarum Graecorum appellatione, ab abigendis curis, tristitiaeve cessatione, Παυσίλυπον. Mons enim mare prospectans, consitus arboribus, villisque refertus, omnium eius orae amoenissimus est: Virgilii quoque cineribus inclytus. Harn.

Megaris. Μεγαρίς, nunc *Castel dell' Ovo.* Harn.

tes, Tiberii principis arce nobiles Capreae, circuitu XI millium passuum.

XIII. Mox Leucothea: extraque conspectum, pelagus Africum attingens, Sardinia, minus octo millibus passuum a Corsicae extremis, etiamnum angustias eas arctantibus insulis parvis, quae Cunicularíae appellantur: itemque Phintonis, et Fossae: a quibus fretum ipsum Taphros nominatur. (VII.) Sardinia ab oriente patens, CLXXXVIII millia passuum: ab occidente, CLXXV millia: a meridie, LXXVII millia: a septemtrione, CXXV,

Capreae. Elegaoter describuntur a Tacito Annal. lib. IV, cap. 67, qui quidem rectius quam noster, hanc iosulam *trium millium freto ab extremis Surrentini promontorii disiunctam* ait. Vide etiam Sueton. io Tiberio, cap. XL, et Dionem, lib. LII, p. 495. Nunc *Capri* vocatur. Ed. P.

XI millium, etc. Male MSS. Reg. et editio princeps aliaeque, atque etiam Harduinus, *LX M.* Optime emendavit Cl. Rezzonico, *XI M.* errorem monstrante Iosepho Maria Secundo, Caprearum praefecto, in erudita insulae descriptione. Brot.

XIII. *Mox.* Sunt qui hanc vocem non legant. Dal.

Leucothea. Meminit huius Mala, lib. II, cap. 7; sed in mappis non reperitur. Ed. P.

Extraque conspectum. Vet. ap. Dalecamp. et Chiffl. *extra quem.* Ed. P. — Sic in altum recedens, ut a continente prospici non possit, nisi aegre admodum. Strabo, lib. V, pag. 223: Κατοπτεύεται δ' ἀπὸ τῆς πόλεως πόρρωθεν μὲν καὶ μόλις ἡ Σαρδὼν, ἐγγυτέρα δὲ ἡ Κύρνος, etc. Hard.

Minus octo. Apud Chiffl. *minus novem.* Ed. P. — *In octavo milliario a Corsica Sardinia est*, inquit Martianus, lib. VI, pag. 207. Stadiorum fere LX intervallum esse ait Strabo, lib. V, pag. 223, hoc est, VII M. n. pass. Hard. — Vix V M. pass. est verum intervallum. Ed. P.

Cunicularíae. Hodie sine nomine, scopulis, quam insulis, propiores. H.

Itemque. Id est: Angustiae illae arctantur, non modo Conicularíis insulis, sed illa etiam iosula, quae Phintonis (Ptolemaeo, lib. III, cap. 3, Φίντωνος νῆσος), et his quae Τάφρος, seu Fossae vocantur. Illa nunc *Isola di Figo*: altera *Isola Rossa*, Cluverio, lib. de Corsica aotiqua, pag. 502. Hard. — Aut potius, ut vult Manoertus, *Caprera* et *Santa Maddalena*, extra fretum, orientem inter et austrum. Vet. apud Dalec. *Phitonis.* Tolet. *Pintonis.* Ed. P.

Ab oriente. Latere orientali. Haec Martiaous iisdem verbis, lib. VI, c. de Sardin. pag. 207. Hard.

CLXXV. Sic apud Chiffl. et Tolet. Dalecamp. et Elzev. *CLXX.* Alii ap. Dalec. *CLXXII.* Ed. P.

LXXVII. Sic ap. Chiffl. Dal. et Elz. *LXXIV.* Ed. P.

CXXV. Sic ap. Chiffl. Dalec. et Elz. *CXXII.* Ed. P.

circuitu DLXV millia: abest ab Africa Caralitano promontorio ducenta millia, a Gadibus quatuordecies centena. Habet et a Gorditano promontorio duas in- [2]
sulas, quae vocantur Herculis: a Sulcensi, Enosin: a Caralitano, Ficariam. Quidam haud procul ab ea etiam Berelidas ponunt, et Collodem, et quam vocant Heras lutra. Celeberrimi in ea populorum, Ilienses, Balari, Corsi. Oppidorum XVIII Sulcitani, Valentini,

DLXV. Sic ap. Chiffl. Dalec. et Elz. *DLX*. Omnes istae mensurae non multum a vero aberrant. Ed. P.

Caralitano. Vet. apud Dalec. *Calaritano*. Hodie, ut omnes aiunt, *Carbonara*, a quo quidem promontorio non CC M. ut Noster ait, sed CXXI tantum M. pass. distat proximum Africae littus; Gadesque non quatuordecies centena, sed circiter DCCCCLXXX M. pass. Ed. P.

Et a Gorditano. Γορδίτανον ἄκρον Ptolemaeo, lib. III, cap. 3, ab occidentali insulae latere: Nunc *Capo Falcone*. Habet haec quoque Martianus iisdem verbis, loc. supra citat. Hard.

Herculis. Ἡρακλέους νῆσον unicam Ptolemaeus agnoscit, lib. III, cap. 3. Sunt tamen geminae: maior, *Asinara*, sive *Zavara*: minor, *Isola piana* dicitur. Hard.

A Sulcensi. Quod meridionali insulae latere, vulgo *la Punta dell' Ulga*, nomen olim habuit a Sulcensi oppido, de quo mox. Hard. — Vet. apud Dal. *Solcensi*. Ed. P.

Enosin. Ενοσιν. Hodie a *S. Antiocho* nomen habet. Hard.

Ficariam. Φικαρία νῆσος Ptolemaeo, lib. III, cap. 3. Cluverio, *Coltelazo*. Hard.

Berelidas. An *Balaridas* ex Martiano rectius? scilicet a Balaris Sardinia gente, de quo mox Plinius. An potius *Boaridas*, ex Tab. Peuting. ut scopuli intelligantur duo, qui S. Antiochi insulam obsident, *il Toro* et *la Vacca*? an denique *Banauridas* ex Stephano, Tyrrhenicas insulas sic nominante? Et Beleridas, et Κολλώδη, et Ἡρας λοῦτρα, seu Iunonis thermas, inter insulas, quae Sardiniae adiaceant, ab auctoribus haud satis probatae fidei afferri, haud obscure prodit ea loquendi formula, *Quidam ponunt*, etc. Hard.

Heras lutra. Vet. ap. Dalec. *Hieraea*. Chiffl. *Heralytra*. Ed. P.

Ilienses. Ἰλιεῖς, qui Ilio everso huc confugere, Iolao duce, ut Pausanias refert, Phocic. lib. X, p. 639, et Ἰολάειοι a Diodoro appellati, Bibl. lib. V, p. 296. Ilienses quoque et Mela, lib. II, cap. 7, et Livius vocat, lib. XLI, cap. 6, quibus iste, adiuncta Balarorum ausilia scribit. Quare Plinium haud merito Salmas. arguit, in Sol. pag. 29 et 99, quasi *Ilienses* pro *Iolenses* dixerit. Βαλαρῶν et Κορσῶν appellatio unde sit deducta, Pausanias aperit loc. cit. Hard.

Oppidorum XVIII. Ita MSS. omnes. Dalec. tamen et Elz. *XIV* egunt. Subintellige celeberrima. Ed. P.

Sulcitani. Strabo, lib. VI, p. 224: Πόλεις ἀξιόλογοι Κάραλις καὶ Σουλχοί. Ptolem. loc. cit. μεσημβρινώτατοι Σολκηταν οἱ et Σόλκοι λιμήν. Mela, lib.

Neapolitani, Bosenses, Caralitani civium romanorum, et Norenses. Colonia autem una, quae vocatur ad turrim Libysonis. Sardiniam ipsam Timaeus Sandaliotim appellavit ab effigie soleae, Myrsilus Ichnusam a

II, cap. 7: *Vrbium antiquissimae Caralis et Sulci*. Steph. Byz. Σύλκοι πόλις ἐν Σαρδοῖ, Καρχηδονίων κτίσμα. Anton. *Sulci*. Vide quoque Pausaniam lib. X, cap. 17. Huius urbis situm indicari ait Mannertus ruderibus exiguoque vico, cui nomen etiam nunc est *Sulci*, haud longe a portu, cui nomen *Palma di Solo*, contra insulam hodie *S. Antioco* vocatam. E. P.

Valentini· Οὐαλεντῖνοι Ptolemaeo, lib. III, cap. 3, ab oppido cognomine, quod perperam in libris editis Οὐαλερία pro Οὐαλεντία scribitur. Haro. — Illam hodie *Iglesias* esse ait Mannertus. Ed. P.

Neapolitani. Ptolemaeo, loc. cit. Νεαπολῖται et ὕδατα Νεαπολιτάνα. Oppidum hoc Aquae Neapolitanae, cuius meminit etiam Antoninus, sive Aethicus, unum fuisse huic populo innuit Harduinus: nonnulli tamen duo agnoscunt, quorum unum in littore fuit, quondam Neapolis, hodieque etiam *Napoli* dicta, aliud autem in Mediterraneo, Aquae Neapolitanae quondam, hodieque, si Mannerto credimus, *Acqua di Corsari* vocata. Ed. P.

Bosenses. Bosam urbem nomen suum retinere aiunt d'Anville, nonnullique alii; Ptolemaeus tamen loc. cit. illam inter oppida Sardiniae mediterranea nominat; unde diversa ab hodierna urbe *Bosa*, ad ostium fluminis *Tyrsix*, contra insulam cognominem sita, esse videtur. Anteponenda igitur fortasse est Mannerti opinio, qui antiquae Bosae rudera ad antiquum fluminis, hodie *Gavino* dictum, al-venum monstrari ait, unde fortasse in hodiernam urbem migrarunt incolae, quum Bosa episcopalis sedes facta est. Ed. P.

Caralitani. Quibus ius civium Roman. concessum. Sive Caralim, seu Calarim legas, nihil interest. Variant enim libri vetusti. Livius *urbem Carales* vocat, lib. XXIII, cap. 40 et 41, et lib. XXX, cap. 39; Florus lib. II, cap. 6, urbem urbium Caralin, quia iam tum, ut hodieque, metropolis insulae fuit: incolis *Cagliari*. Hard.

Norenses. Antonino *Nora*; Ptolemaeo Νῶρα, meridionali insulae latere. Hanc Pausanias, lib. X, cap. 17, antiquissimam fuisse Sardiniae urbem nos docet, ab Iberis, duce quodam Norace, Mercurii filio, conditam. Domorum usum Libycis caeterisque antiquis insulae incolis monstrarunt. Noram locum, ubi hodie est *Torre Forcadizo*, tenuisse probat Mannertus. Ed. P.

Ad Turrim. Nunc *Porto di Torre*. In Notitia Episcop. apud Victorem Vitens. inter Episcopos Sardiniae, *Felix de Turribus*. Antonino, *Ad Turrem*, oppidum Sardiniae est. Ptolemaeo, libro III, cap. 3: Πύργος Βίσσωνος πόλις, pro Αἰβύσσωνος. Hard.

Sardiniam. Haec totidem verbis Solinus, cap. IV, pag. 18, et Martianus, lib. VI, cap. de Sardinia, p. 207. Praeivit auctor libri Mirab. Auscult. p. 1159. Haro.

Sandaliotin. Σανδαλιῶτιν, et Ἰχνοῦσαν. Claudianus, de bello Gildon. *Humanae speciem plantae sinuosa figurat Insula*: *Sardiniam veteres di-*

similitudine vestigii. Contra Paestanum sinum Leucasia est, a Sirene ibi sepulta appellata. Contra Veliam, Pontia, et Iscia, utraeque uno nomine Oenotrides, argumentum possessae ab Oenotriis Italiae. Contra Vibonem parvae, quae vocantur Ithacesiae, ab Vlyssis specula.

XIV. (VIII.) Verum ante omnes claritate Sicilia, Sicania Thucydidi dicta, Trinacria pluribus, aut Triquetra, a triangula specie: circuitu patens, ut auctor est Agrippa, DCXVIII M. pass. quondam Brutio agro

xere coloni. Vide etiam Pausaniam in Phocic. lib. X, pag. 638. HARD.

Leucasia. Apud Strabonem, lib. II, pag. 123, Λευκασία: at saepius Λευκωσία, ut Stephanus habet: et auctor libri Mirab. Auscult. pag. 1190, quo nomine Sirenen etiam esse vocitatam diximus, cap. 9. Hodie *la Licosa*, petra verius quam insula. Ab Aeneae consobrina ibi defuncta, Λευκασίαν nominatam scribit Dionys. Halic. lib. I, pag. 43. HARD.

Iscia. Proponebat Dalecamp. *Isacia*. Ed. P.

Vtraeque. Vet. ap. Dalec. *utraque*. Ed. P.

Oenotrides. Οἰνωτρίδες νῆσοι Straboni, lib. VI, pag. 252. De Velia diximus cap. 10, et de Paestano sinu, et de Vibone. HARD.

Ab Oenotriis. Quos in Italia rerum potitos olim Strabo etiam prodidit, pag. 253. HARD.

Contra. Dalec. et Elz. *et contra*. Ed. P.

Ithacesiae. Ἰθακησίαι. Meminere Solinus, et Martianus. Nunc *Torricella*, *Praca*, *Brace*: scopulique alii sine nomine. HARD.

Vlyssis. Vet. ap. Dalec. et Chiffl. *ob Vlyssis*. Ed. P.

Specula. Vet. ap. Dalec. Tolet. et Chiffl. *spectacula*. Ed. P.

XIV. *Thucydidi*. Edit. princeps *a Thucydide*. BAOT. — Libro VI, pag. 411. HARD.

Trinacria. Thucyd. loc. cit. Diodoro, Bibl. lib. V, pag 286, et aliis. Homero, Odyss. A, 106, et M, 127. Τρινακίη νῆσος, alia longe a Trinacria est. Haec partim latina vox est ab adiectivo *trinus*, partim graeca, ex voce ἄκρα, *promontorium*. Illa ad quamdam prioris similitudinem ficta est, et Solis insula appellatur, quoniam in ea sol perpetuo lucet. Est enim ea insula in Odyssea, ipsum hoc terrae hemisphaerium, quod certe semper lucet a sole. HARD.

Triquetra. *Praedia Triquetra*, hac est, Sicula, dixit Horatius, lib. II, Sat. VI. *Hard*.

Agrippa. At Posidonius apud Strabonem, lib. VI, pag. 266, habet tantum stadia quater mille et CCCC, hoc est, DL mill. pass. Timosthenes vero apud Agathemerum I. lib., cap. 5, stadiis 4745 ambitum Siciliae definit, hoc est, DXCIII mill. CCC pass. HARD.

Quondam. Vide quae diximus, lib. II, cap. 90. HARD.

cohaerens, mox interfuso mari avulsa XV M. in longitudinem freto, in latitudinem autem M. D. pass. iuxta columnam Rhegiam. Ab hoc dehiscendi argumento, Rhegium Graeci nomen dedere oppido, in margine
2 Italiae sito. In eo freto est scopulus Scylla: item Charybdis mare vorticosum: ambo clara saevitia. Ipsius Triquetrae, ut diximus, promontorium Pelorus vocatur, adversus Scyllam vergens in Italiam: Pachynum in Graeciam, CCCCXL M. ab eo distante Peloponneso:

XV. Sic apud Chiffl. Dalec. et Elz. *XII*. Ed. P.

M. D pass. iuxta. Ita Timosthenes apud Agathem. duodecim stadia patera hoc fretum latitudine prodidit, lib. I, cap. 3. Hard.

Ab hoc dehiscendi. Ita Solinus, c. v, pag. 19. Ἀπὸ τοῦ ῥαγῆναι Rhegium dictum volunt, quod ibi terre dehiscat interfuso tenui maris euripo. Alii Regium sine aspiratione scripsere, quasi Regiam, hoc est, Βασίλειον. Cf. Strabonem lib. VI, p. 258. Hard.

Charybdis mare vorticosum. Vel summa fuit olim navigandi imperitia, vel valde mutata est locorum facies. Charybdis enim, antiquis adeo formidata, adhuc videtur prope arcem Messanae, *Messine*, et ab incolis dicitur *Garofalo*. Vel minimae cymbae eam sine periculo traiiciunt. Nec ibi aliud est quam vortex ortus a variis aquarum intercursationibus, quae colliduntur in iis angustiis Phari Messanae. Altitudo aquae ibi est tantum palmorum 30. Vide *Voyage en Sicile et dans la grande Grèce, adressé à M. Winkelmann, page* 161. Beot.

Ambo clara. De his satis apposite Ovidius, Metam. lib. VII, vers. 62: *Quid quod nescio qui mediis concurrere in undis Dicuntur montes? ratibusque inimica Charybdis Nunc sorbere fretum, nunc reddere: cinctaque saevis Scylla rapax canibus Siculo latrare profundo?* At apud Homerum, Odyss. M, 64, Scylla et Charybdis petrae sunt duae fabulosae, cum scopulis totidem; quibus imaginibus poëtice describit adulteriorum, discordiae, et luxuriae mala. Hard.

Ut diximus. Cap. 10, Πέλωρος ἄκρα Ptolemaeo, lib. III, cap. 4. Nunc *Capo di Faro*. Hard.

Pachynum. Malebat Dalec. *Pachynus*. Ed. P. — Παχύνος ἄκρα Ptolemaeo, nunc *Capo di Passaro*. Hard.

CCCCXL M. ab eo distante Peloponneso. Ita rescripsimus, admonitu codicum Reg. 1, 2, Colb. 1, 2, Paris. etc. quum in editis perperam legatur CXLIV, hoc est, centene quadraginta quatuor, pro *quater centena et quadraginta*. Suffragatur praeter Capellam, qui hunc plane numerum habet, lib. VI, cap. de Sicilia, p. 208, etiam Strabo, dum Alphei fluminis ostium quatuor millia stadium, hoc est, D millia passuum a Pachyno abesse testatur, lib. VI, pag. 266. H. — Proxima vero reipsa est haec Pachynum inter et Tenarium promontorium CCCCXL. M. pass. distantia. Ed. P.

Lilybaeum in Africam CLXXX M. intervallo a Mercurii promontorio, et a Caralitano Sardiniae CXC M. Inter se autem haec promontoria ac latera distant his spatiis. Terreno itinere a Peloro Pachynum CLXXXXI M. pass. Inde Lilybaeum, CC M. inde Pelorum, CLXX. Coloniae ibi quinque: urbes ac civitates LXIII. A Peloro mare Ionium ora spectante, oppidum Messana civium romanorum, qui Mamertini vocantur. Promontorium 3 Drepanum: colonia Tauromenium, quae antea Naxos,

Lilybaeum. Λιλυβαίων ἄκρα Ptolem. *Capo di Boco, Marsala.* Harn.

A Mercurii. Hodie *cap Bon*, in Africa. De eo lib. V, cap. 3. Hoc intervallum Timosthenes loc. citat. ait esse fere CC M. pass. sed graviter errat, nam vix LXXVIII M. pass. est; unde etiam non CLXXX, sed tantum LXXX hic legendum puto. Ed. P.

CXC. Sic ap. Chiffl. Dalec. et Elz. *CXX.* Ego autem *CCX* legere mallem, quod vero multo vicinius esset. Ed. P.

Pachynum CLXXXVI. Ita MSS. omnes, Dalec. et Elz. *CLXVI.* Capella, pag. 208, *CLXXVI.* Terreno itinere haec mensura instituitur, atque adeo brevior insulae circuitus ex triplici hoc intervallo colligetur, quam quem Agrippa efficit, ora sinubusque lustratis. H. — Haec Harduinus: ego autem corruptos quoque numeros insequentes arbitror: nam ex probatissimis mappis intervalla terreno itinere desumpta mihi dederunt circiter CL M. pass. inter Pelorum et Pachynum; CCX, inter Pachynum et Lilybaeum et CCXXX, inter Lilybaeum et Pelorum. Ed. P.

Coloniae ibi quinque: urbes ac civitates LXIII. Locum hunc restituimus, tum ex Martiano Capella, lib. VI, cap. de Sicilia, pag. 208, tum ex eorundem codicum fide, in quibus *civitates LXIII*, nullis adiectis aut detractis leguntur. Coloniarum numerum, quem nos etiam reposuimus, ex Martiano, subsequentis voculae *urbes* littera prior absorbuerat. Porro totidem infra coloniae redduntur: Tauromenium, Catina, Syracusae, Thermae, Tyndaris. In Excerptis Legationum e Diodori libro XXIII, urbes in Sicilia LXVIII omnino numerantur: qui numerus e quinque coloniis, urbibusque tribus et sexaginta recte conflatur. H. — Dalec. et Elz. *LXXII.* Ed. P.

Civium Rom. Iure civitatis a senatu donatum. *Messine.* Incolis, *Messina città nobile.* Nummi Veteres sub Augusto cusi, MESSENION, latinis scripti characteribus, ut se cives romanos incolae testarentur; seque a Messeniis Peloponnesi discriminarent. Cuniculus in ea nummi parte sculptus, cuniculosam eam fuisse, vel esse regionem docet. Fuit hic nummus argenteus apud D. de Boze. Harn.

Drepanum. Nunc, ut vult Harduinus, et confirmat Mannertus, *capo di S. Alessio* a proximo S. Alexii castello. Non vero, ut Harduinus addit, idem quod Ptolemaeo Αργεννον ἄκρον, hodie, ut ait Mannertus, *capo Grosso* dictum. Ed. P.

flumen Asines: mons Aetna nocturnis mirus incendiis. Crater eius patet ambitu stad. xx. Favilla Tauromenium et Catinam usque pervenit fervens: fragor vero ad Maronem et Gemellos colles. Scopuli tres Cyclo-

Colonia Tauromenium. Nunc *Taormini*. Ibi adhuc visitur antiquum eius theatrum, in quo scena, quae in caeteris omnibus deest, exstat integra. Inde patet quam curiosum sit huius antiquitatis monumentum. Baor.

Antea Naxos. Solin. cap. v, pag. 19. Etiam Antoninus in Itiner. Tauromenium Naxon vocat. Nempe Naxo excisa, Tauromenium successit, quo deducti sunt Naxii, ut auctor est Diod. Sic. Bibl. lib. XIV, pag. 282, et lib. XVI, pag. 411: Graecis Ταυρομένιον. Nummus Graecus e Museo nostro Parisiensi, ΤΑΥΡΟΜΕΝΙΤΑΝ. H.

Asines. Fluvius ille, quem Tauromenium inter et Aetnam ponit Noster, idem esse videtur, qui ab aliis Onobala, hodie *Alcantara* vocatur; nisi tamen illum confundat Noster cum flumine Aci, quod Catanae multo vicinius fuit. Certe longe alius fluvius hic Asines ac ille, quem Ασίναρον ποταμὸν vocant Thucyd. lib. VII, pag. 554, et Plut. in Nicia, pag. 541. et quocum male confunditur ab Harduino: hic enim Asinarus flumen hodie *fiume di Noto* est, haud longe ab urbe *Noto*, auctore Mannerto. Ed. P.

Aetna. Mont Gibel. H. — Cl. Hamilton die 26 mensis iunii, anno 1769, Aetnam conscendit, craterem eius diligenter inspexit, eiusque ambitum aestimavit quoque duobus millibus et quingentis passibus. Conus est concavus inversus, intus crusta salina et sulphurea vestitus, qui sensim decrescit, at ferme in punctum desinit. Audivit a Cl. Rempro, qui Aetnae historiam scribebat, montis altitudinem per pendiculum esse trium millium Italicorum. Die illa 26 iunii in summo cratere barometrum notabat gradus 27, lineas 10; in imo monte gradus 18, lineas 4. Thermometrum vero, in summo cratere gradus 26, in imo monte gradus 24. Vidit ibi ortum solis et patentissimum prospectum. Vidit maximam partem Calabriae, totam insulam Siciliae, insulas *Lipari* et *Stromboli*, licet amplius septuaginta millibus distent. In accuratissima tabula geographica dimensus spatium, quod suis oculis tum obversabatur, reperit huius prospectus ambitum esse nongentorum millium passuum, 900 *milles*. Pyramidalis umbra montis totam insulam percurrebat, et mare attingebat. Quadraginta quatuor montes numeravit in latere Aetnae, quod Catanam spectat, et multos alios in adverso latere. Singuli illi montes sunt, conica forma, et craterem habent, qui in multis intra et extra magnis arboribus est tectus. C. Hamilton, *Voyage du mont Etna*, pag. 354. Baor.

Crater. Qui in summo vertice aperit se hiatus. Haao.

Favilla. Ita etiam Strabo, lib. VI, pag. 269; August. de Civit. lib. III, cap. 31, aliique. H.

Catinam. Dalec et Elz. *Catanam*, de qua infra. Ed. P.

Ad Maronem. etc. Chifflet. *Maroneum*. In martyrologio Maurolyci,

pum, portus Vlyssis, colonia Catina. Flumina: Symaethum, Terias. Intus Laestrygonii campi. Oppida: Leontini, Megaris: amnis Pantagies. Colonia Siracusae,

Maronis pariter montis fit mentio, Gemellorumque collium. Maro nunc *Madonio* dicitur: Gemelli, *monte di Mele*: utrique uno nomine Mons Nebrodes Solino, c. v, p. 19, et aliis. Harn.

Scopuli tres. In ora, citra Catinam i *Fariglioni*. Qua parte Sicilia spectat Eurum, Cyclopas Plinius collocat, cum portu Vlyssis, recte. At Homerus ad septemtrionem fere; quoniam sic poscit descriptio itinerum Vlyssis in ea fabula. Venisse constabat Vlyssem in Siciliam ex fama publica; atque ibi tunc Cyclopas exstitisse. Caetera invenit, immutavit, disposuit vates, ex artis licentia et legibus. Cyclops, graece Κύκλωψ, non hominem significat, cui lumen sit unicum; sed qui rotundos oculos habet, sive orbiculares. Vnoculum Cyclopa finxit Homerus, tum ut monstrosior esset: tum quia si oculos duos haberet, uno effosso satis ei alter esset ad animadvertendos percussores: id quod fabula prohibebat. Docet enim illa, iuste poenas ab eo exigi, qui sacrosancta hospitii iura violet: quod Cyclopis facinus fuisse finxit Homerus. Harn.

Portus Vlyssis. Idem de quo meminit Virgilius, Aen. III, vers. 570: *Portus ob occessu ventorum immotus et ingens*; auctore Mannerto. Nunc *Loguina statione* vocari, prope Catinam, ait Harduinus. En. P.

Catina. Sic omnes MSS. Dalec. et Elzev. ut supra, *Catanam*. Quam Graeci Κάταναν, Catinam Latini dicere: ut illi Μασσαλίαν, Massiliam isti. Catanam tamen legimus in nostra T. Livii editione, lib. XXVII, cap. 8. Nummus in Museo nostro, ΚΑΤΑΝΑΙΩΝ. Nobis *Catane*: incolis, *Catania*. In vetere instrumento apud Parutam, pag. 14, *Catana città clorissima*. Catana Naxiorum colonia fuit, auctore Strabone, libro VI, pag. 268; illam Aetnam nominari voluit Hiero Syracusarum tyrannus; quo quidem mortuo, antiquum nomen recuperavit. Colonos postea Romanos accepit. Vrbi superne imminet mons Aetna, ita ut ignis, qui ex eo evomitur, saepe in Catanaeum agrum devolvatur. Harn. Eo. P.

Symaethum. Σύμαιθος Straboni, lib. VI, pag. 272. Hodie *Zaretta*, ultra Catinam. Τηρίας Diodoro in Eclog. pag. 868, et Hesychio. Illum nunc *fiume di S. Leonardo*. Harduinus, *Lentini* Mannertus vocari volunt: fortasse idem fuit, qui hodie *Guarno Lunga* dicitur. Eo. P.

Laestrygonii. Λαιστρυγόνες appellati, qui Leontinos campos incoluere, οἱ τὸ Λεοντίνων πεδίον οἰκήσαντες, inquit Polybius in Excerptis, pag. 22. Silius, lib. XIV: *Prima Leontinos vastarunt praelio campos, Regnatam duro quondam Laestrygone terram*. Harn.

Leontini. In nummis Musei nostri, ΛΕΟΝΤΙΝΩΝ. Melae quoque, lib. II, cap. 7, *Leontini*, Λεόντιον Ptolemaeo, lib. III, cap. 4. Leontini Livio, lib. XIII, cap. 50. XIV, 3, et XXIV, 7, 23 et 30. Nunc *Lentini*. In vetere instrumento, apud Parutam, pag. 14, *Lentini città fecondissimo*. Harn.

Megaris. In nummis apud Paru-

cum fonte Arethusa. Quamquam et Temenitis, et Archidemia, et Magaea, et Cyane, et Milichie fontes in
4 Syracuso potantur agro. Portus Naustathmus, flumen Elorum, promontorium Pachynum: a qua fronte Siciliae flumen Hirminium, oppidum Camarina, fluvius

tam, ΜΕΓΑΡΑ. Et apud Ptolem. Μέγαρα. Stephano Μεγαρὶς ἐν Σικελίᾳ, ἡ πρότερον Υβλα. H. — Cic. in Verrem, V, 25: *Megaris, qui locus est non longe a Syracusis.* Illam a consule Marcello M. dirutam nos docet Livius, lib. XXIV, cap. 35. Monstrari eius rudera ait Mannertus. Ed. P.

Pantagies. Vet. ap. Dalec. *Pantagia.* Ed. P. — Vibio Seq. *Pantagias*: Silio quoque, libro XIV, Παντάκιος Thucydidi, lib. VI, pag. 413. Ptolemaeo, Παντάχας. Nunc *Porcaro.* H.

Syracusae. Incolis *Siracosa città fedelissima*: nobis *Syracuse.* Coloniam eo deductam ab Augusto, anno V. C. 733, M. Lollio, Q. Lepido coss. auctor est Dio, lib. LIV, pag. 527, et Strabo, lib. VI, pag. 270. H.

Arethusa. Cic. in Verrem, orat. VI, num. 18: *In hac insula extrema est fons aquae dulcis, cui nomen Arethusa est, incredibili magnitudine, plenissimus piscium: qui fluctu totus operiretur, nisi munimine ac mole lapidum a mari disiunctus esset.* Nunc fons est sine nomine. Falcandus, in hist. Sic. motu terrae lutulentum hunc fontem ait effectum, multa maria admixtione saporem salsum contraxisse. Vide quae de eo fonte et Alpheo amne dicturi sumus libro XXXI, cap. 30. Hard.

Temenitis, etc. Vinc. Mirabella, Syracusanus, in erudito opere de patria sua, ait hos hodieque fontes exstare. Temenitum, quae *Pismotta* hodie est auctore Cluverio, nunc dici, *Fonte di Canali.* Archidemiam, *Cefalino.* Magaeam, *Fontana della Maddalena.* Cyanen, *Fonte Ciane.* Milichien Μειλιχίην, cuius aqua suavissima, et nomini suo maxime conveniens, *Lampismotta.* De Cyane in primis Ovidius, Fastor. lib. IV, vers. 469, et Metam. lib. V, vers. 412. Vibius Seq. pag. 340, lacum vocat. H.

Archidemia et Magaea. Vet. ap. Dal. *Archidemisa et Margaea.* Ed. P.

Milichie. Vet. ap. Dalec. *Milinoe.* Ed. P.

Potantur. Vet. ap. Dalecamp. *ponantur*; alii *putantur.* Ed. P.

Naustathmus. Ναύσταθμος, quae vox navium stationem sonat. Ptolemaeo, lib. III, cap. 4: Φοινικοῦς λιμήν. Nunc *Fontane bianche*, inter Syracusas, et Elorum amnem, cui nomen hodie *Acellaro* auctore Harduino, *Abisso* Mannerto: quondam Ελωρος, apud Stephan. et Vibium Seq. Ed. P.

A qua fronte. Meridionali. Hdo.

Hirminium. Nunc *Maulo*, et *Mauli*, et *fiume di Ragusa.* Hard.

Camarina. Καμαρῖνα Stephano. Virgil. Aeneid. libro III: *Et fatis numquam concessa moveri Apparet Camarina procul.* Hodie *Camarana* dicitur, latere Siciliae meridionali: in nummis apud Parutam, ΚΑΜΑΡΙΝΑΙΩΝ. Hard. — Vet. apud Dalecamp. *Camerina.* Ed. P.

Gelas, oppidum Acragas, quod Agrigentum nostri dixere. Thermae colonia: amnes Achates, Mazara, Hypsa. Selinus oppidum. Lilybaeum ab eo promontorium, Drepana, mons Eryx. Oppida: Panhormum,

Gelas. Gela Vibio. In nummis apud eumdem Parutam, ΓΕΛΑΣ. Caput virile, cum auribus et dimidio corpore bubulo, docet agricolas, qui flumen illud accolunt, esse perferentes laboris: in aversa autem parte equus, vel eques, vel bigae pictae generosos in eo tractu equos esse. Hard. — Hunc hodie accolis esse *fiume Salso* ait Hardoinus, d'Anville autem, Mannertusque, multique alii Gelam fluvium et urbem cognominem hodie esse *fiume Ghiozzo* et urbem *Terra Nova*, quae tamen antiqua paulo inferior reperitur ad ostium fluminis. Eo. P.

Acragas. In nummis Musei nostri, et apud Parutam, ΑΚΡΑΓΑΝΤΙΝΩΝ. Hodie *Girgenti*; incolis, *Agrigento città magnifica*. Hard.

Thermae. Antonino Aquae Lagodae, ab Agrigento, XL M. P. Nunc sunt eae prope urbem *Sciacca*, vel *Xacca*, ut recte Fazellus, cuius opinionem sequitur et Mannertus. H. et Eo. P.

Amnes Achates, Mazara, Hypsa. Αχάτης, nunc *Belice*, qui primus post Thermas occurrit: Μαζάρας, *Mazara*, ad oppidum eiusdem nominis: latere uterque meridionali. Ὑψας, *Marsala*, prope Lilybaeum. Hard. — In edit. Parm. *amnes Agathe, Mathelypsa.* In Reg. et Colb. *Agathe mater Hypsa*, pro qua lectione, Barbarus *Acis* et *Hypsa* reposuit: pluribus sane quam par fuerat, extritis litteris. Sed Acin quoque, de quo Sohol. Theocriti, ad vers. 69, idyll. 1, et Vibius Seq. pag. 329, ab Aetna, Solino quoque auctore, fluentem, e cuius ripis saxa in Vlyssem Polyphemum iecisse quidam dixere, ad oram quam nunc percurrit Plinius, non pertinere, docebit subiecta oculis descriptio insulae. Quapropter priscis litterarum vestigiis insistendo, locum nos ita legimus: *amnes: Achates, Mazara, Hypsa.* De Achate Siciliae fluvio, Vibius Seq. pag. 328: *Achates Siciliae, ubi pari nomine lapillos generat, unde gemmae fiunt.* Plinius ipse, libro XXXVII, c. 54. Eiusdem meminit etiam Ptolemaeus, lib. III, cap. 4, ubi corrupta voce Αχίθων vocat: ac Selinuntis ab eo, et Mazarae fluminum ostia refert. De Mazara Antoninus quoque, XII M. P. a Lilybaeo. Stephano quoque castellum est et propugnaculum Selinuntiorum Mazara, a praefluente, ut credimus, amne dictum. Servat adhuc in hoc ipso tractu oppidum Mazarae nomen: a quo tertia Siciliae pars *val di Mazara* nuncupatur. Hard. — Vet. ap. Dalec. *Atya* et *Hypsa.* Eo. P.

Selinus. Σελινοῦς Graecis, ab apii, quod σέλινον vocant, ubertate dictum. Hard. — Vrbis huius a Poenis anno V. C. 504, ante Christum 249, dirutae etiamnunc exstant vestigia *Selenti* vocata, in latere insulae meridionali. Eo. P.

Drepana. Incolis, *Trapani città invitta.* Stephano, Δρέπανα, Δρέπανον Ptolemaeo. Hard.

Mons. Vet. ap. Dalec. *mox.* Eo. P.

Eryx. Vibius Seq. pag. 343: *Eryx mons Siciliae.* Solinus, cap. V, pag.

Solus, Himera cum fluvio, Cephaloedis, Aluntium, Agathyrnum, Tyndaris colonia, oppidum Mylae, et unde coepimus, Pelorus.

19: *Eminet* Sicilia *montibus Aetna et Eryce: Vulcano Aetna sacer est: Eryx Veneri.* Mela quoque, libro VI, capite 7: *Montium Eryx maxime memoratus, ob delubrum Veneris ab Aenea conditum.* Nunc *monte S. Iuliano* dicitur. Hard.

Panhormum. Bene editio princeps *Panormum.* Brot. — Incolis, *Palermo città felice.* Hard.

Solus. Antonino Soluntum dicitur: ut quod Romanis Hydruntum, Graecis Hydrus fuit. In nummis apud Parutam, ΣΟΛΟΝΤΙΝΩΝ, nunc *Solunto.* Hard.

Himera. Schol. Pind. p. 110. Θερμὰ λουτρὰ τῆς Ἱμέρας πόλεως Ptolemaeo, lib. III, cap. 4. Sunt Thermae Himerenses, Θέρμαι Ἱμέραι πόλις. Coloniam deinde factam, testatur vetus inscriptio apud Gruter. pag. 433, sed falsi suspecta, ut pleraque apud eumdem: Col. Avg. Himeraeo-rvm. Thermit. In nummis antiquis est ΙΜΕΡΑΙΟΝ, et aspirata interdum priore littera more latino, ob commercium Romanorum, post Siciliam captam, ΗΙΜΕΡΑΙΟΝ. Nunc oppido nomen *Termini città splendidissima:* amni, *fiume di Termini.* Hard.

Cephaloedis. Κεφαλοιδῖς. Ptolemaeo, loc. cit. Incolis *Cefalù città placentissima.* Hard.

Aluntium. Vet. ap. Dalec. *Alcuntium.* Αλόντιον Ptolem. loc. cit. Dionys. Halic. libro I, pag. 41, Αλούντιον. In nummis, ΑΛΟΝΤΙΝΩΝ. Fazellus, decad. I, lib. IX, c. 4: *In colle edito et mari prominenti, infra* S. Philadelphi *oppidum, Aluntium vetusta urbs iacet, Alontio.* Haro. — Fazellum citat Mannertus, additque in mappis novis non reperiri *S. Philadelphi* oppidi nomen, quod neque mihi contigit; requirendum igitur est Aluntium, ut ait idem Mannertus, ad orientem fluvii *Furiano.* Ed. P.

Agathyrnum. Alias *Agathyrsum.* Dalec. — Strabone, lib. VI, pag. 266, Αγάθυρσον. Polybio apud Steph. Αγάθυρσα. Diodoro, libro V, pag. 991, Αγάθυρνον, ab Agathyrno rege. Hard. — Livius lib. XXVI, cap. 40, et lib. XXVII, cap. 12, illam *Agathyrnam* vocat, iudeque a Laevino consule inconditam multitudinem hominum per latrocinia ac rapinam tolerantium vitam, in Italiam transvectam fuisse nos docet, anno V. C. 542. Ex Peutingeri tabula coniici haud immerito potest illam oppidi hodie *S. Agata* vocati situm occupavisse XII M. pass. a *Calata.* Ed. P.

Tyndaris colonia. In nummis ΤΥΝΔΑΡΙΤΑΝ. Polybio, lib. I, pag. 35, Τυνδαρίς. A Dionysio maiore primo olympiadis 96 anno condita fuit, eoque perfugerunt multi Messenii, Methymnaeique ex insula Lesbo, qui legibus suis diu vixerunt. Sic cum Himera sola vere libera respublica Graeca facta est in Sicilia, permansitque usque ad Sexti Pompeii Octaviique belli tempora. Tyndaritani pluribus locis a Cicerone in Verrem citantur: Τυνδαρίδα citat Strabo, lib. VI, pag. 266 et 272, XXV M. pass. a Mylis, XXX ab Agathyrno, quod Αγάθυρσον vocat, ut modo diximus. Antonini Itinerarium Peutin-

Intus, latinae conditionis, Centuripini, Netini, 5
Segestani. Stipendiarii, Assorini, Aetnenses, Agyrini, Acestaei, Acrenses, Bidini, Cetarini, Cacyrini,

gerique tabula illam XXVIII M. pass. ab Agathyrna, ortum solis versus, XXXVI a Messana ponunt: unde coniicit Mannertus eam luxta promontorium hodie *capo di Mongioio*, antiquis promontorium Tyndaris dictum, sitam fuisse, ad orientem fluminis *Patti*. Illius ruderibus insidet virginis Mariae templum, cuius claustrum, auctore Mannerto, in praerupto monte, qui nomen *Tindari* servat, cernitur. Extremo sinu situm erat oppidum, cuius dimidiam partem fluctibus abruptam narrat Noster lib. II, c. 94. Male addit Mannertus Tyndarim perperam a Nostro coloniam citari, quum sic pro quinque, sex colonias interserat; non enim sex, sed quinque tantum in Nostro reperio, Tauromenium scilicet, Catinam, Syracusas, Thermas et Tyndarim. Eo. P.

Mylae. A Zanclaeis conditae, si audiantur Scymnus Chius, v. 287, et Strabo, lib. VI, pag. 266. Hodie *Melazzo* vocatur. Eo. P.

Latinae. Iure veteris Latii donata, de quo diximus supra in nota 5, cap. 3. En. P.

Centuripini. Oppidum τὰ Κεντόριπα Straboni, lib. VI, pag. 272, supra Catinam, iuxta Aetnaeos montes: in nummis Parutae ΚΕΝΤΟΡΙΠΙΝΩΝ. Vide etiam Tullium in Verrem, lib. III, cap. 45; lib. II, cap. 68, et libro IV, cap. 50. Hodie *Centorbi* dicitur. Harn. et En. P.

Netini. Chifll. *Nepini*. Netinos quoque Tullius vocat, in Verr. lib. VII, cap. 55. Oppidum Ptolemaeus Νέητον. Hard. — Hodie *Noto antiquo*, ut ait Mannertus, haud longe, occidentem versus, ab ea urbe quae incolis *Noto, città ingeniosa* dicitur, prope Pachynum. En. P.

Segestani. Vet. ap. Dalecamp. *Aegestani*. A Segesta dicti, vel Egesta, praeposita ei littera S a romanis scriptoribus, inquit Festus, ne obsceno nomine appellaretur. In nummis Parutae, ΣΕΓΕΣΤΑΙΩΝ et ΕΓΕΣΤΑΙΩΝ. Haao. — Videntur eius reliquiae, praesertimque templum immensum in colle, ad rivulum quemdam *S. Bartolomeo* flumini vicinum, ad occidentem urbis *Alcamo*, duorum milliarium geographicorum intervallo, ut ait Mannertus. En. P.

Assorini. Ασσωρον urbi nomen apud Stephan. nunc *Asaro*. Chrysa amne alluitur, nunc *Battaino*, sive *Dittaino*, ut vult Mannertus. In nummo apud Parutam, ΑΣΟΡΥ. ΧΡΥΣΑΣ. Eo. P.

Aetnenses. Vet. apud Dalec. *Echetienses*; alii *Escletienses*. Αἴτνη Straboni, lib. VI, pag. 273. Ptolemaeo Αἴτναι. In montis Aetnae radicibus olim fuit, stadiis a Catina LXXX, loco dicto *Nicolosi*, auctore d'Anville. Oppidum illud condiderunt, ut nos docet Strabo lib. VI, pag. 268, coloni quos Hieron, Syracusanorum tyrannus, Catinam occupare iusserat, pulsis pristinis incolis, qui quidem sub mortem Hieronis postliminio reversi inquilinos expulerunt. At illi cedentes loco Aetnae montis radices occuparunt, locoque nomen Aetnae imposuerunt. Nummi ΑΙΤΝΑΙΩΝ. Eo. P.

Agyrini. Agyrium et Agyrinenses

Drepanitani, Ergetini, Echetlienses, Erycini, Entellini, Etini, Enguini, Gelani, Galatini, Halesini,

Cicer. apud Verr. libro V, cap. 62. In nummis, ΑΓΥΡΙΝΑΙΩΝ. Nunc *San Filippo d'Argyro*, ut aiunt d'Anville et Mannertus. Eo. P.

Acestaei. Ab Acesta, de qua Virgilius, Aeneid. lib. V: *Vrbem appellabunt permisso nomine Acestam*. Hard. — Ignoratur omnino situs Eo. P.

Acremes. Ακραῖοι Stephano. Oppidum *Acrus* Antoninus, et Thucyd. lib. VI, pag. 414. Ptolemaeus Ακραίας vocat. Hard. — xxiv m. pass. a Syracusis, x stadiis ab Anapo flumine, ad veteremque eiusdem fluminis alveum, iuxta vicum *Pallazola*, huius rudera reperiri ait Mannertus, vicinusque mons, si ei creditur, etiamnunc *Acremons* dicitur. Male Cluverius a distantia vera recedens hanc urbem ad meridiem Syracusarum reperire vult. Ed. P.

Bidini. Cic. Verr. libro IV, cap 54: *Bidis oppidum est tenue sane non longe a Syracusis*. Incolae Βιδῖνοι Stephano. Superest modo templum, *S. Giovanni di Bidini*, teste Cluverio, Sicil. Antiq. lib. II, cap. 10. Hard. — xv m. pass. a Syracusis; hoc autem nomen in probatissimis mappis reperiri negat Mannertus, sed tantum montem cui nomen *Bibino* esse dicit. Ed. P.

Cetarini, *Cacyrini*. Dalec. et Elz. *Citarii*. Κηταρία et Κάκυρον, duo Siciliae oppida, apud Ptolem. lib. III, cap. 4. Illud in mediterraneis, nunc vulgo *Cassaro*, inter Herbessum et Syracusas: illud in ora occidentali; situs vero ignoratur. H. et Ed. P.

Drepanitani. A Drepano proxime antea memorato. Hard.

Ergetini. Εργέτιον Philisto apud Stephan. Ptolemaeo, addito, ut saepe alias, sibilo, Σεργέντιον. Nomen ruderibus *Cittadella*, ad Chrysa[illegible] amnem, ut ait Hard. quamvis situm ignorari dicat Mannertus. Ed. P.

Echetlienses. Prius *Ecestienses* legebant, quos perspicuum est vel ab Acestaeis, vel a Segestanis minime diversos esse. In MSS. *Echestienses*: nos ex certissima coniectura, *Echetlienses*, ab Εχέτλα oppido, cuius meminere Polybius, lib. I, pag. 20, et Diodorus Sic. lib. XIX, ac Stephanus. Illud ipsum forte quod Ptolemaeo, lib. III, cap. 4, Ελκέθιον pro Εχέθλιον dicitur. Hard. — Hodie *Ochula*, si Harduino credimus; Mannertus autem illam iuxta oppidulum *Vizini* sitam ait. Hard. et Ed. P.

Eryeini. Steph. Ερυκῖνοι: in nummis apud Parutam ΕΡΥΚΕΙΝΩΝ. Eorum urbi nomen fuit ab Eryce monte, hodie *S. Iuliano*, cui insidebat, et in quo nulla, teste Mannerto, neque templi Veneris Erycinae, quod celeberrimum fuit, neque urbis supersunt rudera. Est et alia Eryce haud longe a *Sentini*, occidentem versus, cuius rudera monstrari ait Fazellus, in monte *Catalfano* hodie dicto haud longe ab urbe *Calatagirone*. Stephanus hanc a fluvio cognomine appellatam fuisse ait, qui quidem fluvius hodie *Palagonia* vocatur et in flumen *Paolo* influit. Eo. P.

Entellini. Stephano Εντελλῖνοι; oppidum Εντελλα Diodoro, lib. XVI, pag. 491. Videntur eius rudera etiamnunc Entellae nomen servantia, in monte praerupto ad antiquum fluminis *Balici* alveum, haud longe a

Hennenses, Hyblenses, Herbitenses, Herbessenses,

Poggio Reale, ortum solis versus. Ed. P.

Etini. MSS. *Edini*. Hard. — Leg. *Netini*, *Edini*, *Getini*, etc. Dal. — Etinorum, atque Edinorum situs pariter ignoratur. Ed. P.

Enguini. De his saepius Cicero in Verr. Εγγύιον, oppidum: incolae Εγγυῖνοι, Stephano. Diodorus Sic. lib. V, abfuisse ab Agyro patria sua, stadiis centum ait. Hard. — Illius rudera ad montem ex quo defluit flumen *Salso* reperiri ait Maonertus, iuxta oppidulum *Gangi*, quam quidem opinionem sequitur et d'Anville. Ed. P.

Gelani. Iidem Gelenses Cic. in Verr. lib. VI, cap. 73. Γελῶοι Pausaniae, lib. VI, pag. 380, aliisque dicti. In nummis, ΓΕΛΑ, quod oppidi nomen est Scylaci in Periplo, pag. 4. Hard. — Vrbes duae recentes inclyti oppidi Gela situm occupandi honorem sibi vindicant, *Alicato* scilicet ad ostium fluminis *Salso*, et *Terra Nova* ad parvum flumen *di Ghiozzo*. Exhibet prior nummum in vicino repertum, posteriori vero magis favent veterum historicorum narrationes, auctore Mannerto. Ed. P.

Galatini. Qui Ciceroni passim *Calatini*, Verr. lib. VI, c. 101, etc. Diodoro Sic. Bib. lib. XII, pag. 89, Καλλατῖνοι. Oppidum Antonino, *Galeate*. Nunc *Galati*, in monte situm, ad occidentem fluminis *Fittalia* et oppidi *Tortoriei*. Ed. P.

Halesini. Antonino, *Alesa*: in Tab. Peuting. *Halesa*. Αλέσα πόλις, Diodoro, Bibl. lib. XIV, pag. 246. Hard. — Αλαίσα Straboni lib. VI, pag. 272. Octo stadiis a littore distabat, ibique ab Archonide quodam, Herbitae principe, condita fuerat, qui Archonidion illam vocaverat. Huius rudera reperiri ait Mannertus haud longe a fluminis *Pettineo* ostio, et vico *Tysa*, septemtrionem inter et ortum solis; XVIII M. pass. a Cephaledo distabat; quamvis in Antonini Itinerario XXVIII M. pass. legatur librariorum negligentia, qui litteram x interseruerunt. Ed. P.

Hennenses. Ab Enna urbe, de qua Strabo, lib. VI, pag. 272: Εν δὲ μεσογαίᾳ, τὴν μὲν Ενναν, ἐν ᾗ τὸ ἱερὸν τῆς Δήμητρος, ἔχουσιν ὀλίγοι, κειμένην ἐπὶ λόφῳ περιειλημμένην πλάτεσιν ὀροπεδίοις ἀροσίμοις πᾶσαν. Vocem hanc Latini saepius aspirarunt: non item Graeci, quibus Εννα scribitur. Sic nos Hannonem dicimus: Graeci Αννωνα. Et apud Iul. Firmic. lib. de Errore Prof. Relig. pag. 24, *Ceres Hennensis mulier*. Hodie *Castro Giovanni*, *città inespugnabile*. Hard.

Hyblenses. Praeter caeteras urbes eius nominis, fuit in Sicilia Hybla maior, in Catinensium agro, cuius incolae Υβλαῖοι apud Stephan. nunc *Paterno*, ut quidem Cluverio videtur, Sicil. lib. II, cap. 8. In nummis apud Parutam, ΥΒΛΑΣ ΜΕΓΑΛΑΣ. Hard.

Herbitenses. Ερβιταῖοι Stephano, et Diodoro Sic. lib. XIV, pag. 296. Gens Ciceroni in Verr. libro IV et V, saepius memorata. Illam super omnes siculas urbes, ad septemtrionem Nebrodum montium sitas dominatam esse putat Mannert. Oppidum id esse hodie creditur, quod *Nicosia città costantissima* Siculi vocant, et cuius ruinis crevit *Sperlinga*, in Siculis vesperis celeberrima. Ed. P.

Herbessenses, Herbessum Livius inter Syracusas et Leontinum agrum collocat, libro XXIV, cap. 30, ubi

Herbulenses, Halicyenses, Hadranitani, Imacarenses, Ichanenses, Ietenses, Mutustratini, Magellini, Murgentini, Mutycenses, Menanini. Naxii, Noaeni, Pe-

nunc Cryptae, *le Grotte*, ut quidem Fazellius existimat, decad. I, lib. X. Situm ignorari ait Mannert. Eo. P.

Herbulenses. Forte *Harbelenses*. Nam Stephano urbs Siciliae Αρβέλη, ex Philisto, lib. VIII Rerum Sicular. Situs ignoratur. Eo. P.

**Halycienses*. Sic appellantur a Cicer. in Verr. lib. IV, cap. 68, qui eos liberos et tributi immunes dicit. Αλικυαῖοι, a Thucyd. lib. VII, pag. 514. Inter Entellam et Lilybaeum Αλικύαι a Stephano collocantur. Nunc *Soleme* oppidum haud ignobile, antiquum illud nomen refert vulgari sermone. Sal quippe Graecis ἅλς dicitur: unde ἁλικὸς *salsus*. Hard. et Eo. P.

Hodranitani. Diod. lib. XIV, pag. 265, Αδρανον. Silio, *Hadromum*. Herbitae dominationi subiectum. In nummis ΑΔΡΑΝΙΤΑΝ, apud Parutam. Nunc *Aderno* vocatur. Eo. P.

Imacarenses. Ita libri omnes. At elementorum series nobilius paulo oppidum appellandum hoc loco fuisse forte admonet, nempe Hyccarensium, quod Stephano Υκκαρον, Hiccara Antonino, a Panhormo XVI M. P. In nummis apud Parutam, ΙΚΑΡ. Nunc quoque *Carini*, et *Muro d'Iccarini*, teste Fazello, decad. I, lib. VII, cap. 7. Hard. — Lege *Hyccorenses* ab oppido Hyccaro: unde autem hoc nomen acceperit vide apud Athenaeum sub finem libri VII. Dalec. — Ager Imacarensis Cicer. in Verr. lib. V, cap. 47. Ιμαχάρα Ptolemaeo, in oppidis Siciliae mediterraneis. Imacaram hodie esse *Traino* putat Mannertus. Eo. P.

Ichanenses. Ιχανα urbs est Siciliae, apud Steph. Situs autem ignoratur. Eo. P.

Ietenses. Vet. ap. Dalec. *Letenses*. Ex Philisto Steph. Siciliae urbem Ιετάς vocat, incolas Ιετάιους. In nummis, apud Parutam, ΙΑΙΤΙΝΩΝ. Diodoro, in Eclog. pag. 876, Ιετῖνοι. H. — Nunc *Iato* dici, ad veterem *Belici* fluvii alveum, supra Entellam auctor est Fazellus: sed in mappis novis non reperitur nomen istud. Eo. P.

Mutustrotini. Chiff. *Mutustrani* Vet. ap. Dalec. *Mytistrotini*. Μυττίστρατον enim oppido ei nomen est apud Polyb. lib. I, pag. 34. Μύστρατον apud Diod. Sic. in Eclog. pag. 876. Hard. — Αμέστρατος apud Stephan. Byz. et incolae *Amestratini* apud Cic. Hodie *Mistretta* est, ad rivulum *Seravelli*, atque etiamnunc antiquae arcis cerni vestigia ait Mannertus. Eo. P.

Magellini. Macellam oppidum Siculum a Romanis, a quibus defecerat, in ditionem redactum narrat Livius, lib. XXVI, cap. 21. Μάκελλαν κώμην vocat Diodorus in Eclog. pag. 895; πόλιν Polyb. lib. I, pag. 233. Situs omnino ignoratur. Eo. P.

Murgentini. Ager Murgentinus, Cic. Verr. lib. V, cap. 47. Hos cum Magellinis defecisse ad Poenos auctor est Livius, loc. cit. Stephan. Μοργεντῖνοι. Vrbs Thucyd. lib. IV, p. 295, Μοργαντίνη. Et in nummis, ΜΟΡΓΑΝ. Hard. — Hanc in mediterraneo sitam fuisse, et fere haud dubie vicum *Mondri Bianchi*, in colle situm, ad flumen *Dittaino* esse probat Mannertus; quamvis vehementer huic sententiae repugnet Livius, qui l. XXIV, cap. 27, hic centum navium classem

trini, Paropini, Phtinthienses, Semellitani, Scherini,

habuisse Romanos ait; sed dubium eidem Mannerto non videtur quin a Livio non Murgantiae nomen, sed Megarae scribendum fuerit. Ed. P.

Mutycensea. Ita MSS. omnes, et Parm. edit. Dalec. et Elz. *Mutyenses*. Cicero quoque in Verr. lib. V, cap. 101, *Mutycenses*; ab urbe mediterranea Siciliae, Μότυκα Ptolemaeo, lib. III, cap. 4; nunc *Modica*, inter Pachynum et Syracusas. Diversa videtur ab ea Μοτύη fuisse, de qua Thucyd. libro VI, pag. 412. et Diod. lib. VI, pag. 69. Hard. et Ed. P.

Meunnini. In nummis apud Parupam, ΜΕΝΑΝΙΝΩΝ, et ΜΙΝΑΝΙΝΩΝ. Ciceroni in Verr. libro V, c. 102, *Meneni*. Hodie *Mineo*. Hard.

Naxii. Quorum oppidum Pausaniae aevo plane excisum ac deletum, ut ipse testatur, 106. Eliac. poster. pag. 367 et 368. Hard. — Illud oppidum idem fuisse cum Tauromenio coniici potest ex supradictis Nostri verbis *Colonia Tauromenium quae antea Naxos*; praeclare autem demonstrat Mannertus Tauromenium portum fuisse et Naxon vicino mnoti atetisse. Ed. P.

Noaeni. Stephano, Suidae, Phavorino, Νόαι urbs Siciliae est: incolae Νοαῖοι. Hodie *Noara*, in montibus ad veterem fluminis *Grangotta* alveum, auctore Mannerto. Ed. P.

Petrini. Vrbs Πέτρα Ptolemaeo, in mediterraneis Siciliae oppidis. Πετρῖνοι quoque Dindoro memorati in Eclog. pag. 876. Hard. — Petrinas quoque habet Antoninus in itinere ab Agrigento Lilybaeum, IV. M. pass. septentrionem inter et occasum solis, a Comiciano, cuius rudera iuxta *Castro Novo* videntur, auctore Mannerto. Ed. P.

Paropini. Πάρωπος iuxta Thermas Himereoses a Polybio statuitur, lib. I. Nunc *Colisano*, ut quidem Fazellus existimat. Haao. — Situm ignorari ait Mannertus. Ed. P.

Phtinthienses. Ptolemaeo, in mediterraneis Siciliae oppidis, Φθινθία. Etiam in Sicilia Φιντάδα Dindorus agnoscit, Eclog. p. 880, sed in littore positam. In nummis, ΦΙΝΤΙΑ. Haan. — Haec urbs a tyranno cognomine, qui in eam dirutae Gelae incolas transtulit, condita fuit. Eius rudera ad orientem Gelae et ostii fluminis *Dirillo* requirenda putat Mannertus. Ed. P.

Semellitani. An *Sementiani*? nam Σμέντειον Siciliae oppidum, καὶ Μοργεντῖνον, legere me memini apud Diod. Sic. Bibl. lib. XIV, p. 297. H. — Sminthei autem nomen, quod quidem cognomen Apollinis est, multis in locis exstare nos monet Strabo lib. XIII, p. 605. Nempe apud Hamaxitum praeter templum quoddam Smiothium, cuius iam superius lib. X, pag. 473, meminerat, duo alia loca Sminthia usurpari nos docet, et alia in Larissaeo agro et in Pariano, quae etiam Sminthia dicebantur, itemque in Rhodio et Lindo, tandemque addit καὶ ἄλλοθι δὲ πολλαχοῦ; in Sicilia ergo huius nominis oppidum exstitisse minime mirum videri potest, quod quidem non Σμέντειον, ut Diodorus ait, sed fortasse Σμίνθιον, ut in Strabone, loc. citato, legimus, vocari debuit. Situs autem eius omnino ignoratur. Ed. P.

Scherini. Dalecamp. et Elz. *Scherrini*. Σχῆρα oppido nomen fuit, apud Ptolem. Apud Cicer. Verr. lib. V, p. 103, *Acherini*, pro *Scherini*. H. — Situs ignoratur. Ed. P.

Selinuntii, Symaethii, Talarenses, Tissinenses, Triocalini, Tyracienses, Zanclaei Messeniorum in Siculo freto.

6 Insulae sunt in Africam versae: Gaulos, Melita a Camerina LXXXIV M. pass. a Lilybaeo CXIII, Cosyra, Hieronesos, Caene, Galata, Lopadusa, Aethusa,

Selinuntii, etc. Hi ab oppido Selinunte, de quo supra, nomen habuere. Symaethii, qui *Symaethia circum flumina*, ut Maro canit, lib. IX Aeneid. quo de amne iam diximus. HARD. — Vrbis autem eorum situs omnino ignoratur. ED. P.

Talarenses, vel Talarienses, ab oppido Ταλαρία, de quo Stephan. in Syracusanorum agro, LXX stad. a Syracusis. Apud Diod. in Eclog. pag. 875, Πλαρον eredo mendose, pro Ταλαρόν. HARD. et ED. P.

Tissinenses. Τίσσα Ptolemaeo, lib. III. Τίσσαι Stephano, nunc *Randazzo* in Aetnae radicibus, ad septentrionem. Cluv. Sicil. Antiq. libro II, c. 6. Incolae *Tissenses*, Ciceroni, orat. V in Verr. *A Tissensibus, praeparva, et tenui civitate, et aratoribus laboriosissimis, frugalissimisque hominibus*. HARD. et ED. P.

Triocalini. Oppidum Τριόκαλα, ex Diod. in Eclog. pag. 913. Τριόκλα Ptolemaeo, lib. III, cap. 4; Cicer. Verr. lib. VII, cap. 10, Tricalinum. In nummis apud Parutam, ΤΡΙΑΚΑΛΑ. Nunc *Troccoli*, iuxta *Calata Bellota*. HARD. et ED. P.

Tyracienses. An *Tyracinenses*, ab oppido quod Τυρακῖναι Stephano dicitur? At in MSS. et edit. Parm. *Triracienses*. Forte pro *Trinaciénses*: nam Τρινακίην πόλιν et Τρινακίους oppidanos in Sicilia laudat Diodorus, Bibl. lib. XII, pag. 89 et 90. An denique *Tyrittenses?* nam Τυριττὸν in Sicilia idem Diodorus agnoscit, in Eclogis, p. 875. HARD. — Brot. *Tyracinenses*. Incertius est nomen quam ut quidquam de situ coniicere possimus. ED. P.

Zanclaei. Vet. apud Dalec. *Zanclaei Messeniorum. Horum in siculo freto insulae*. ED. P. — Vrbs olim Ζάγκλη fuit, ioquit Herod. Polym. lib. VII, pag. 438. A Messeniis Peloponnesiis condita; unde Messana dicta est, quod nomen etiamnunc servat; Gallis *Messine*. ED. P.

Gaulos. Scylaci, pag. 48, caeterisque, Γαῦλος. Nunc *Gozo*, PLERS GAVLITANA, apud Gruter. pag. 415. HARD.

Melita. *Malte*. De eius intervallo a Camerina Siciliae oppido subscribit Martianus, libro VI, pag. 208. H. *LXXXIV*. Chiffl. *LXXXVII*. A vero aberrat uterque numerus; nam reipsa LXI M. pass. est brevissimum Camerinum inter et Melitam intervallum. A Lilybaeo autem CLXXVIII M. pass. abest. ED. P.

Cosyra, etc. Κόσυρα Stephano: de ea dicemus lib. V, cap. 7. Medio intervallo ponitur Lilybaeum inter et Africae Clupeam, a Strabone, lib. VI, pag. 277. Nunc *Pantalarea*. H.

Hieronesos. Ἱερόννησος. Hanc in itinerario maritimo, pag. 492, Maretimam vocari, sed CCC stadiis remotiorem a Lilybaeo, quam aequum est, hodieque vix immutato nomine

quam alii Aegusam scripserunt: Bucinna: et a Solunte LXXX M. Osteodes: contraque Paropinos Vstica. Citra vero Siciliam ex adverso Metauri amnis, XXV millibus ferme pass. ab Italia, VII Aeoliae, appellatae. Eaedem Liparaeorum, et Hephaestiades a Grae-

Maretimo appellari auctor est Mannertus. Illam quoque cum Aethusa, sive Aegusa et Bucinna, inter tres insulas Aegates Livii, lib. XXI, cap. 10; lib. XXII, cap. 54, etc. ad quas anno V. C. 510 Poenos navali praelio fudit Lutatius consul, recensitam fuisse, satis compertum est. Eo. P.

Caene. Καινή. Ita libri omnes, ipseque Martianus, libro VI, pag. 208. Cave tamen credas *Caeny* Stephani insulam nunc signari a Plinio. Locorum enim in vicinitate deceptus, promontorium Italiae Caeni Peloro adversum, perperam haud dubie, insulam putavit: quum non modo praeter eum nemo eius insulae meminerit, sed nec ulla usquam circa Pelorum sit, unquamve, cuius quidem mentio extet, fuerit insula. H. — Hodie, ut puto, *Limosa*, cuius nomen fortasse ab antiquo venit, quod recentiores *Coene* pro *Caene* scripserunt, sicque a *caeno* seu *limo*, Limosam vocarunt. Eo. P.

Galata, etc. Haec priscum nomen retinet. Ptolemaeo, lib. IV, cap. 3, Καλάθη: altera Λοπαδοῦσα, Λαμπάς Scylaci, pag. 48, nunc *Lampedosa*. Αἴθουσα eidem Ptolemaeo, qui Aegusam ab Aethusa diversam insulam facit, quae ei hallucinatio frequens admodum est. Haro. — Hodie appellatur *Favignana*, ut vult Mannertus. Eo. P.

Bucinna. Haec Ptolemaei, lib. III, cap. 4, Φορβαντία creditur. Italis *Levanzo*. Stephano: Βουκίννα, πόλις Σικελίας: aut falso, aut Siculae ditionis urbem et insulam dicere voluit. Haro.

Solunte. Proponebat Dalec. *Selinsite*. Eo. P.

LXXX. Dalec. et Elz. *LXXV*. Non autem V tantum, sed XX M. pass. detrahenda sunt, ut verum habeatur inter Osteodem, quam nunc *Alicur* esse modo dicemus, et Solunta intervallum. Eo. P.

Osteodes, etc. Chiffl. *Osteades*. Οστεώδης pariter, et Οὐστίκα a Ptolemaeo memoratur, inter insulas eas, quae Siciliae adiacent. De hac Horatius quoque, lib. I, ode 17, locutus a Bocharto creditur: sed perperam: quum de parte aliqua agri Sabini ibi sermo sit. *Osteodes* hodie, ut probat Mannertus, *Alicur* est, ad occidentem Aeoliarum insularum, hodie *îles de Lipari*, de quibus mox, posita; Vstica nomen suum retinet. Haro. et Eo. P.

Citra vero Siciliam. Haec iisdem verbis Martianus, lib. VI, pag. 208. Haro.

XXV. Dalec. et Elz. *XII*. Chiffl. *XV*. Haec autem omnia falsa: nam XLV M. pass. est minimum inter Metauri ostium et Aeolias insulas intervallum. Eo. P.

VII Aeoliae. Omnes illae insulae ignium subterraneorum vi ex eruptione sunt enatae, ut evidenter agnovit Cl. Hamilton, qui haec loca diligentissime exploravit. Vide et Cl. Brydone, *Voyage de Sicile et de Malte*, tom. I, pag. 36. Ibi autem a

cis, a nostris Vulcaniae: Aeoliae, quod Aeolus Iliacis temporibus ibi regnavit. (IX). Lipara cum civium Rom. oppido, dicta a Liparo rege, qui successit Aeolo, antea Melogonis, vel Meligunis, vocitata; abest XXV M. pass. ab Italia, ipsa circuitu paulo minori.
7 Inter hanc et Siciliam altera, antea Therasia appellata, nunc Hiera: quia sacra Vulcano est, colle in ea nocturnas evomente flammas. Tertia Strongyle, a Lipara M. pass. ad exortum Solis vergens, in

Plinii temporibus novae insulae prodiere: nunc eoim XI numerantur. Brot.

Vulcaniae. Aeoliae insulae dictae sunt a Romanis Vulcaniae, quod ignes evomerent; nunc fumum tantum reddunt. Vna Strongyle *Stromboli*, semper ardet; tot abhinc saeculis inexhausta. Brot. — Dalec. *Vulcani.* Elz. *Vulcanium.* Ed. P.

Regnavit. Sic ap. Chiffl. Dal. et Elz. *regnabat.* Ed. P.

Lipara. Nomen servat, *Lipari*, omnium maxima. Ed. P.

Qui successit Aeolo. Ita libri omnes; at rectius, credo, cum Solino, cap. VI, p. 21, *cui successit Aeolus*, ex Diodoro Sicul. lib. V, pag. 291. Hard.

Meligunis. Μελιγουνίς, a felice, ut apparet, mellis proventu, non vero ovium, τῶν μήλων, ut vult Dalecampius, in quem reclamant vetusti scriptores omnes, a quibus non Μηλιγουνίς, sed Μελιγουνίς vocatur. Strabo, lib. VI, pag. 275. Stephanus, Hesychius, ceterisque antiquior Callimachus, hym. in Dianam, pag 14, vers. 47: Νήσῳ ἐνὶ Λιπάρῃ· Λιπάρη νέον, ἀλλὰ τότ' ἔσκεν Οὔνομα οἱ Μελιγουνίς. Hard. — Legitur in Chiffl. *Milogenis* pro τῷ *Melogonis.* Ed. P.

Abest XXV. Ita Solinus, et Martianus, loc. cit. Hard. — Dalec. et Elz. *XII.* Chiffl. *XV.* Sed hi omnes numeri a vero aberrant: nam XLVI M. pass. est brevissimum Liparam inter et Italiae oram intervallum. Ed. P.

Paulo minori. Lego *paulo minor*, ex MS. Reg. 4, et edit. principe. Ba.

Quia sacra. Ἱερὰν Ἡφαίστου vocat Strabo, lib. VI, pag. 275. Ptolemaeus pro more in duas distrahit insulas, Ἱερὰν et Ἡφαίστου νῆσον. Hodie *Volcano* nuncupant. Therasiam quidem in insulis Aegaei maris agnovimus: hanc vero Hieram qui Therasiam quoque appellarit, adhuc auctorem quaerimus. *Thermissa* haud dubie scribi satius fuerit, si exemplaria ulla faverint: quum id quoque ei nomen fuisse, Θέρμισσαν, Strabo fateatur, lib. VI, pag. 275 et 276. *H.*

Strongyle. Στρογγύλη, quod ei nomen a rotunditate factum, ut Strabo admonet, pag. 276. Nunc *Strongoli*, et *Stromboli.* Hard. — Huius insulae semper ardens mons ignivomus in eo differt ab Aetna et Vesuvio, quod continuo ignem, et rarissime materias, *la lave*, eiaculetur. Vidit tamen eum Cl. Hamilton, anno 1769, ignitos lapides frequenter e suo cratere eiaculantem. Vidit quoque materias e montis latere erumpentes, et

qua regnavit Aeolus; quae a Lipara liquidiore flamma tantum differt: e cuius fumo, quinam flaturi sint venti, in triduum praedicere incolae traduntur: unde ventos Aeolo paruisse existimatum. Quarta Didyme, minor quam Lipara. Quinta Ericusa. Sexta Phoenicusa, pabulo proximarum relicta: novissima eademque minima, Evonymos. Hactenus de primo Europae sinu.

XV. (x). A Locris Italiae frons incipit, Magna

in mare decidentes. Inter continuas illas eruptiones, pars insulae adhuc habitatur a quinquaginta familiis. Fertur nautas sereno tempore montem illum vigiati quinque leucarum intervallo dissitum, observare posse, eius vero flammam multo longius noctu videri. Quod prodit horizontem eius visibilem non esse minorem 500 millibus passuum, ac proinde maximam esse eius altitudinem. Cl. Brydone, loc. cit. p. 40. Brot.

A Lipara. Haec iisdem verbis Strabo, loc. cit. quod mirum videri debet: nam xx m. pass. a Liparo abest Strongyle, septemtrionem inter et ortum solis. Eo. P.

In triduum. Quis tertio post die ventus spiraturus sit. Strabo, loc. cit. Haao.

Didyme. Διδύμη, quasi gemella, inquit Harduinus; verius fortasse, quasi Δύμη, seu occidentalis, quod sola ad occidentem Liparae sita sit; si tamen, ut Harduinus et d'Anville, quibuscum ego consentio, volunt, Didyme *Saline* est, non *Panaria*, ut ait Mannertus. Eo. P.

Ericusa... Phoenicusa. Illas *Alline* et *Felicur* hodie esse ait Harduinus; d'Anville Ericusam *Varcusa*, et Phoenicusam quam Phoenicodem nominat, *Felicudi* vocat; Mannerto, qui *Panaria* Didymen esse putat, Ericusa *Lisca Bianca* est, et Phoenicusa *Dattolo*. Quum autem minime dubium mihi videatur quin Didyme *Saline* ait, Ericusa *Panaria* esse debet, et Phoenicusa, ut vult Mannertus, *Dattolo*. Eo P.

Evonimos. Εὐώνυμος, hoc est, sinistra, quod a Lipara in Siciliam navigantibus maxime est ad laevam. Auctor Strabo, loc. cit. Hodie *Lisca Bianca*. Haan.

X. *A locris.* Vnde cap. 10, ad describendas insulas defluxit oratio, Italia paulisper relicta. Nunc eo redit. Pertinent vero haec ad tertiam Italiae regionem. Magna Graecia, inquit Plinius, haec Italiae pars alibi appellata est, a quibus et Hellas dicta Graecia est. *Hellas*, inquit libro IV, cap. 11, *nostris Graecia appellata*. Haec igitur Italiae pars, quae et graece loqueretur, et amplitudine Helladem longe superaret (nam Hellas Atticam dumtaxat, Boeotiam, Locros, Doridem et Argos Pelasgicum complectebatur, quas regiones Plinius describit, loc. cit. cap. 11, 12, 13, 14); idcireo Magna Graecia a Romanis est appellata. Vide etiam librum XXV, cap. 45. Haao. — Eodem nomini Festus alteram dat originem, v. M. Gr. *Maior Graecia dicta est, quod in ea*

Graecia appellata, in tres sinus recedens Ausonii maris: quoniam Ausones tenuere primi: patet octoginta sex M. pass. ut auctor est Varro. Plerique LXXV M. fecere. In ea ora flumina innumera, sed memoratu digna a Locris Sagra, et vestigia oppidi Caulonis, Mystia, Consilinum castrum, Cocinthum, quod esse longissimum Italiae promontorium aliqui

multae magnaeque *civitates fuerunt ex Graecia profectae.* Eo. P.

In tres sinus. Primus Locros circumdat: alter est Scyllacius: tertius Tarentinus. Ita Mela, libro II, cap. 4, pag. 37. Haro.

Ausonii. Sic mare id vocatur, quod a Sicilia ad Salentinos pertinet, ut dictum est cap. 10. In hanc Italiae partem, non in Latium, duce Tithono Priami fratre, non Aenea, nec profugi, sed missi venere primum coloni e Troia, ante ipsum bellum Troianum. Sic Virg. Georg. lib. II, versu 385: *Necnon Ausonii, Troia gens missa, coloni.* Et lib. III, versu 46: *Mox tamen ardentes accingar dicere pugnas Caesaris, et nomen fama tot ferre per annos, Tithoni prima quot abest ab origine Caesar.* Hoc est, per annos innumeros. Nam prima origo Tithoni longe supra atavum Dardanum fuit, qui Iovis filius, διογενής, hoc est, vir nobilis fuit, at stirpis ignotae. Sed venere postea Ausones in Latium, ut dictum est supra cap. 9. Quae causa est, quamobrem hic Tithoni, et alibi Laomedontis, qui pater Tithoni fuit, veluti parentum colonae, ex qua prodiere Romani, mentio fiat a Virgilio. Harn.

Patet LXXXVI. Ita MSS. et Martianus, lib. VI, pag. 208. Hard. — Dalec. et Elz. *octoginta duo.* Ed. P.

Plerique LXXV. Dalec. et Elz. *LXXII.* Istud LXXV M. passuum intervallum, quo determinatur Italiae frons, a Locris ad promontorium Lacinium sumendum videtur, quod spatium reipsa LXXV fere mill. passuum est. Ed. P.

A Locris Sagra. Digna memoratu Sagra, genere femineo, etsi id nomen amnis est. Strabo ita recte dici monet, lib. VI, pag. 261: Μετὰ δὲ Λοκρούς, Σάγρας, ὃν θηλυκῶς ὀνομάζουσιν, etc. At Cicer. de Nat. Deor. *Quum ad fluvium Sagram Crotoniatas Locri maximo proelio devicissent.* Et l. III. *De Sagra Graecorum etiam vulgare proverbium, quum quae affirmant, certiora esse dicunt, quam illa quae apud Sagram.* Nunc *Sagriano.* Hard.

Caulonis. Καυλωνίαν vocat Diodor. Sic. Bibl. lib. XIV, pag. 315. Idem, pag. 316. A Dionysio Syracusano deletam prodit Virgilius, Aen. lib. III, vers. 553: *Caulonisque arces, et navifragum Scylaceum.* Nunc est *Castel Vetere*, in ulterioris Calabriae peninsula. Haro.

Mystia. Mystine Melae Pomponio, lib. II, cap. 4. Nunc *Monasteraci*, vel ut alii efferunt, *Monte Araci.* H.

Consilinum. De eo multa Cassiod. Variar. lib. VIII, cap. 33. Nunc *Stilo*, unde Cocinthio promontorio nomen, *Capo di Stilo.* Haro.

existimant. Dein sinus Scyllaceus: et Scylacium, Scylletium Atheniensibus, quum conderent, dictum: quem locum occurrens Terinaeus sinus peninsulam efficit: et in ea portus, qui vocatur Castra Hannibalis, nusquam angustiore Italia: XX M. passuum latitudo est. Itaque Dionysius maior intercisam eo loco adii- 2
cere Siciliae voluit. Amnes ibi navigabiles: Carcines, Crotalus, Semirus, Arocha, Targines. Oppidum

Dein sinus Scyllaceus: et Scylacium. Dalec. *dein sinus et Scylacium* Elzev. *Dein sinus Scylacius*, etc. Eo. P.

Scylacium. Subintellige, oppidum. Iisdem verbis Strabo, lib. VI, pag. 261: Σκυλλήτιόν ἄποικος Αθηναίων, νῦν δὲ Σκυλάκιον καλεῖται. Nuoc *Squillace*, in medio fere sinu, cui suum nomen impertit, *Golfo di Squillace*. Cave porro cum Scyllaceo confundas Scyllaeum, in Vibonensi sinu situm, et de quo diximus cap. 10. Haro. et Eo. P.

Occurrens. Ea adverso mari Thyrrheno Terinaeua sinus terras cum Scyllacaeo coarctans in breves angustias, peninsulam efficiunt, Brutiorum olim appellatam, ut diximus cap. 10. Haro.

Et in ea portus, etc. Martianus, lib. VI, pag. 208. Hard. — Sita fuarunt auctore d'Anville, loco dicto, hodie *Roccellata*, ad flumen Carcinitem, hodie *Corace*, haud longe ab ostio. Mannertus autem illius oppidi rudera monstrari ait iuxta vicum *Soverato*, ad fluvium *Vetrano*, haud longe a minis oppidi *Fortino di Paliporto* ad parvum sinum, qui revera angustissimo peuinsulae loco reperitur. Eo. P.

XX M. pass. Sic Martianus: sic Strabo, lib. VI, pag. 255, quum stadia habere ait CLX. At non sic Solinus, qui XL M. pass. cum Chiffl. cod. In Reg. et Colb. 1, 2, 3, *XL M. pass.* Hard. — Certe non XL, sed XX legendum est, quum re vera XXI circiter M. *pass.* sit minima latitudo. Eo. P.

Intercisum. Non fossa peracta, ai Straboni fides, lib. VI, pag. 261, sed muro ducto, qui peninsulam a reliqua Italia dirimeret, defenderetque. Hard.

Carcines, etc. Carcines, hodie *Corace*, Scyllacium alluit: Crotalus, nunc *Alli*, Semirus, *Simari*: Arocha, *Crocchio*: Targines, *Tacina*: eo plane ordine a Scyllacio versus Lacinium promontorium in eum sinum influunt. Hard. — Verum huius amnis nomen, ex fide codicum Reg. 1, 2, Colb. 1, 2, 3, Paris. et Chiffl. restituimus: subdititiumque *Caecinos* expunximus, quod Heamolaus inculcarat, neglecta vetere editione Parmensis etiam editionis: quoniam Caecina amne apud Aelianum et Pausaniam, Eliac. lib. VI, post pag. 354, dirimi Locros a Rhegino legerat: at procul ab hoc sinu, quem Plinius modo percurrit, Locri Rheginique, in ipso ferme Siculo freto collocati. Eo. P.

intus Petilia: mons Clibanus, promontorium Lacinium: cuius ante oram insula XM. a terra Dioscoron: altera Calypsus, quam Ogygiam appellasse Homerus existimatur: praeterea Tiris, Eranusa, Meloessa.

Petilia. In Brutiis a Livio collocatur, lib. XXVII, cap. 26. in Magna Graecia Πετηλία Ptolemaeo, lib. III, cap. 1. Eadem Straboni, lib. VI, pag. 254. Lucanorum urbs primaria. In nummo Musei nostri Parisiensis, ΠΕΤΗΛΙΑΙΩΝ. Est oppidum *Belcastro*, ut Cluverius censuit, Sicil. Antiq. lib. I, cap. 6; non *Strongolo*, ut ex monumentis ibi repertis colligit Gulterus, p. 445; haec enim citra Crotonem est, et Neaethum amnem, de quibus mox dicetur; Petilia longe ultra in Calabria ulteriore. A Philoctete conditam ait Strabo, et Virgilius, Aen. lib. III, v, 402: *Parva Philoctetae subnixa Petilia muro.* H. —Gualteri tamen opinionem sequitur d'Anville, quam confirmat etiam Mannertus, qui argumentum ex supra citato Livii loco sumens Thurium inter et Crefinnam sitam fuisse Petiliam comprobat. Ed. P.

Clibanus. Dalec. et Elz. *Alibanus;* sed ex MSS. *Clibanus* restituit Harduinus. Sic subsequenti proxime capite, *Alitennia* editi, ubi manu exarati *Cliternia* exhibent. Inter montes, qui Clibani locum occupant, sunt *Monte Monacello*, *Monte Fusealdo*, etc. Ed. P.

Lacinium. Capo delle Colonne, ut diximus: Clibani montis pars ea quae maxime prorumpit in mare. Scylaci, pag. 5, Διοσκούρων. Hard.

Dioscoron. Scylaci, pag. 5, Διοσκούρων vocatur. H —. Διοσκούρων, hoc est, Castoris et Pollucis. Altera Καλυψοῦς, ἐν ᾗ Ὀδυσσεὺς ᾤκει παρὰ Καλυψοῖ, inquit Scylax, loc. cit. H. —Ibi nunc sunt tantum scopuli, ubi olim insula Dioscoron, et insula Calypsus, Homeri et illustrissimi Fénélon ingeniis clarissima. Inde patet quantum ab Homeri et Plinii temporibus immutata fuerit in his locis naturae facies. Sic quoque inter scopulos latent Tiris, Eranusa et Meloessa. Baor.

Homerus. Odyss. VII, v. 244, quem in locum Eustath. Ὠγυγίαν, ὄνομα τῆς νήσου Καλυψοῦς. Sic aperte docet Homerus: tum alibi, tum Odyss. M, 448: Νῆσον ἐς Ὠγυγίην πλάσαν θεοί. ἔνθα Καλυψὼ Νάιε ἐϋπλόκαμος, δεινὴ θεός αὐδήεσσα. At Ogygia insula Homerica, ipsa est habitabilis tellus in hoc hemisphaerio, quod Oceano circumcinctum Veteres crediderc; ac propterea insula ea dicitur Oceani umbilicus: ὅθι τ' ὄμφαλός ἐστι θαλάσσης, Odyss. A. versu 50. Atlantis ibi filia Calypso dicitur, illius qui profunda maris pernovit, et molem sustinet caeli ac terrae, columnis immensis. Natura ipsa est, qualis in hemisphaerio isto apparet, quam Homerus de nomine feminae tunc celebratae vocat: quoniam Natura multa habet, quae tegit, graece καλύπτει. Deinde pro philosophia ipsa accepit, sive naturae studio: et quemadmodum Herodotus Clio et Erato Musas, sic ipse Calypso Nympham fecit. H.

Tiris, Eranusa, Meloessa. Sic totidem plane apicibus MSS. omnes. Et Meloessa quidem a proventu pecoris haud dubie nomen accepit, ἀπὸ τῶν μήλων. Verum loco priorum duarum infeliciter admodum Hermolaus, *tres*

Ipsum a Caulone abesse LXX M. pass prodidit Agrippa. (XI). A Lacinio promontorio secundus Europae sinus incipit, magno ambitu flexus, et Acroceraunio Epiri finitus promontorio, a quo abest LXXV M. pass. Oppidum Croto, amnis Neaethus. Oppidum Thurii, 3 inter duos amnes Crathin et Sybarin, ubi fuit urbs eodem nomine. Similiter est inter Sirin et Acirin Heraclia, aliquando Siris vocitata. Flumina: Acalan-

Sirenusae rescripsit, quas ab ora Paestana, adversoque plane maris tractu, in Lacinium usque promontorium transtulit. Ibi enim Sirenusas insulas, hoc est, ut Virgilius ait, Sirenum scopulos, Strabo lib. I, pag. 22, aliique collocant. Eo. P.

Ipsum. Lacinium promontorium. Parum a vero aberrat distantia, quam LXVII M. pass. in probatissimis mappis reperi. Eo. P.

Secundus Europae. Tarentinum sinum, et Adriaticum mare complexus. HARD.

Finitus. Dalecamp. et Elzev. *finitur.* ED. P.

Abest LXXV M. pass. Lacinium scilicet, non oppidum Croto, quod sequitur, et quod male Strab. lib. VI, pag. 262, CL stadiis, id est, fere XIX M. pass. a Lacinio distare ait, quum VIII tantum recto quidem cursu distet. Non autem LXXV, ut ait Noster, nec ut emendat Martianus, LXXXV M. pass. abest ab Acroceraunio promontorio, hodie *Capo Linguetta*, Lacinium, sed CLIII. ED. P.

Croto. Κρότων Straboni, loco cit. Nunc *Cotrone*, in ostio amnis, quem *Esaro* accolae vocant. HARD.

Neaethus. Νέαιθος Straboni loc. cit. hodie *Neto.* Eo. P.

Thurii. Dalec. et Elzev. *Thurium.* Chiffl. *Tauri.* Eo. P. — Θούριοι et Σύβαρις Stephano cognita: Scylaci, pag. 5, etiam Κράθις. HARD.

Amnes Crathin et Sybarin. Amnes illi nunc dicuntur *Crati* et *Roccanello.* Hos inter fuit urbs Sybaris, olim voluptatibus insignita, nunc ob uligiosa loca sordet terra, et pestilens est aestate. Distabat tribus millibus passuum ab oppido *Corigliano.* Oppidum autem Thurii, quod Sybari a Crotoniensibus destructu successit, nunc *Terra Nuova* est, ibi inventi eorum nummi. BROT. et Eo. P.

Inter Sirin et Acirin. Vet. ap. Dalec. *inter Sirin et Achrin.* Chiffl. *Sirin et Acrin.* Ἀκίρις καὶ Σίρις. Strab. lib. VI, pag. 264: hodie *Sinno* et *Agri* vocantur. Eo. P.

Heraclia, aliquando Siris vocitata. Siri ad ostium amnis cognominis sitae successit Heraclia, III circiter M. pass. in mediterraneo, salubriorique loco posita, auctore Strabone qui lib. VI, pag. 264, illam 354 stadiis a Thuriis distare ait, quod confirmat Antonini Itin. in quo XLIV M. pass. est idem intervallum, quod quidem paulo brevius esse contendit Mannertus, qui nonnulla urbis vestigia reperiri ait, iuxta castellum *Policoro.* Harduinus autem illam loco *Torre di S. Basilio* sitam fuisse putat, quae turris non Heracliae, sed Siris fortasse locum tenet. Eo. P.

drum, Casventum: oppidum Metapontum, quo tertia Italiae regio finitur. Mediterranei Brutiorum, Aprustani tantum: Lucanorum autem, Atenates, Bantini, Eburini, Grumentini, Potentini, Sontini, Sirini, Tergilani, Vrsentini, Volcentani, quibus Nu-

Acalandrum. Chiffl. *Thalandrum*. Ἀκάλανδρος Straboni, lib. VI, pag. 280. Hodie *Salandra* sive *Salandrella*, non vero *Roccanello*, ut ait Mannertus, quod nomen nemo praeter eum dat. Ed. P.

Casventum. Dalec. et Elz. *Mansuetum*, hodie *Basiento*, non autem, ut ait Mannertus, *Cavone*. Ed. P.

Metapontum. Μεταπόντιον Straboni, lib. VI, pag. 264, a Samnitibus deletum: ibi fuit, ubi nunc *Torre di Mare*, iuxta Casventi amnis ostia, ut ait Mannertus. Ed. P.

Aprustani. Quorum oppidum forte Αβυστρον fuit, quod cum Petilia Magnae Graeciae Ptolemaeus adiudicat, lib. III, cap. 1, nisi id Lucanorum potius fuisse videatur. Hodie *Aprigliano*, ut vult d'Anville. Ed. P.

Lucanorum. Qui horum fines olim fuerint, diximus supra cap. 10. H.

Atenates. Dalec. et Elz. *Atinates*. Vet. apud Dalec. *hino Atinates*. Ed. P. — Ab Atena, principatus, ut vocant, Citerioris oppidum *Ateno*: ad ripam Tanagrii amnis, *Negro*. Frontinus, lib. de Colon. pag. 90, in Prov. Lucania: *Praefecturae*, *Velciana*, *Paestana*, *Potentino*, *Atenas*, *et Grumentina*. Hard.

Bantini. Legebat Dalec. *Buxentini*. Ed. P. — Bantia Livio, lib. XXVII, c. 25, ubi situm oppidi edocet: *Itaque in Apuliam*, inquit, *ex Brutiis reditum, et inter Venusiam, Bantiamque, minus trium millium passuum intervallo consules binis castris consederant*. Vestigia oppidi manent ad locum *S. Maria di Vanze* dictum, in Basilicata circa Venusiam. Holsten. pag. 282. Hard. — Nonnulli quidem *Policastro* putant. Ed. P.

Eburini. Quibusdam *Evoli* creditur, quod IV millibus pass. citra Silarum amnem est. Perperam: quum a Silaro versus Siciliam Lucanus ager incipiat, ut dictum est cap. 10. H. — D'Anville tamen Eburi, nunc *Evoli*, esse opinatur. Ed. P.

Grumentini. Γρούμεντον Ptolemaeo, in mediterraneis Lucanorum oppidis lib. III, c. 1, et Straboni, lib. VI, pag. 254. Nunc *Agromento*, seu, ut d'Anville vocat, *Armento*, ad dextram Aciris fluvii, de quo supra, ut recte Holsten. in Ortel. pag. 89. H. Ed. P.

Potentini. Potentia, *Potenza*, in Basilicata, prope fontes amnis Casventi. Hard.

Sirini. Ab oppido Siri, cuius navale Heraclia Siris supra dicta fuerit. *Sontini* forte a Sontia, vulgo *Sanza*, inter *Policastro* et Silarum fl. Denique Tergilani videntur ii esse, quorum praefectura Tegenensis (forte pro *Tergilensis*) dicitur a Frontino, in Lucania ad Casventum flumen, lib. de Colon. pag. 90. Vrsentini omnino ignorantur. Hard. et Ed. P.

Volcentani. Inter mediterranea Lucaniae oppida fuere Vulci, Οὔλκοι, Ptolem. lib. III, c. 1, ad Silarum amnem: nunc *Bulcino* et *Bucino*. Hinc Volcentani, qui apud Gruter. p. 209, *Volceiani*, et p. 393, *Vul-*

mestrani iunguntur. Praeterea interiisse Thebas Lucanas Cato auctor est. Et Pandosiam Lucanorum urbem fuisse Theopompus, in qua Alexander Epirotes occubuerit.

XVI. Connectitur secunda regio, amplexa Hirpinos, Calabriam, Apuliam, Salentinos CCL M. sinu, qui Tarentinus appellatur, ab oppido Laconum, in recessu hoc intimo sito, contributa eo maritima colonia

ceiani dicuntur. Livius, lib. XXVII, cap. 15, Volcentes vocat. Frontino, pag. 90, Vlciana praefectura. Haro.

Numestrani. Oppidum his Numistro. Frontinus, Strat. lib. II, cap. 2: *Hannibal apud Numistronem contra Marcellum pugnaturus*, etc. Livius quoque, lib. XXVII, cap. 2. H. — Situs ignoratur. Ed. P.

Thebas. Quae Θῆβη Ἰταλίας Stephano. Haao.

Cato. In libris Originum deperditis. Haro.

Pandosiam. Subintellige, interiisse: id enim *fuisse* istud sonat. H. — MSS. omnes librique vulgati ante Hermolaum, *Mardoniam* constantissime retinent: *Pandosiam* Barbarus rescripsit: quod in Pandosia obiisse Alexandrum scriptores omnes consentiant. Et Livius quidem, qui unus esse potest instar omnium: *Alexandrum Epiri regem*, ait, *ab exule affirmasse. Accito ab Tarentinis in Italiam data dictio erat, caveret Acherusiam aquam, Pandosiamque urbem: ibi fatis eius terminum dari; eoque ocyus transmisit in Italiam, ut quam maxime procul abesset ab urbe Pandosia in Epiro, et Acheronte amni... Caeterum (ut ferme fugiendo in media fata ruitur).... haud procul Pandosia urbe imminentes Lucanis ac Brutiis finibus tres tumulos insedit .... Pervenit ad amnem ... quem quum incerto vado transiret agmen, fessus metu ac labore miles, increpans nomen abominandum fluminis, iure Acheron vocaris*, inquit, etc. Sic Acherontem fluvium, et Pandosiam in Lucanis diserte appellat Strabo quoque, lib. V, pag. 256. Suidas, verbo Τόνον, aliique. Verum quum circa Pandosiam, περὶ Πανδοσίαν, interiisse Alexandrum Strabo affirmet non in ipsa: circa Pandosiam lethali vulnere affectus, concedere Mardoniam potuit, ubi ex vulnere obierit: et hanc urbem interiisse deinde Theopompus est auctor, quum staret interim Pandosia, quam hodie *Castro Franco* vocant. Haao.

Alexander. Epiri rex. Obiit anno V. C. 428. Hard.

XVI. *CCL. M. sinu.* Tot millia passuum, inquit, hic sinus ambitu colligit; et id quidem a vero haud multum abest. Ed. P.

Laconum. Florus, lib. I, cap. 18, pag. 36, Tarentum vocat semigraecam ex Lacedaemoniis conditoribus civitatem. Dionys. quoque Perieg. vers. 377; Scymnus, pag. 14; Hesychius, verbo Τάρας, a Lacedaemoniis conditum Tarentum produnt. Hodie *Taranto.* Haao. et Ed. P.

quae ibi fuerat. Abest CXXXVI M. pass. a Lacinio promontorio, adversam ei Calabriam in peninsulam emittens. Graeci Messapiam a duce appellavere: et ante Peucetia, a Peucetio Oenotri fratre, in Salentino agro. Inter promontoria C M. pass. intersunt: latitudo peninsulae a Tarento Brundisium terreno itinere XXXV M. pass. patet, multoque brevius a portu Sasina. Oppida per continentem a Tarento, Varia, cui cognomen Apulae, Messapia, Aletium. In ora

Abest. Subintellige, Tarentinus sinus. HARD. — Quid sibi velint haec verba minime liquet: nam a Lacinio promontorio distare Tarentinum sinum, qui ab eo incipit, quis dicat? Fortasse CXXXVI M. pass. a Lacinio distare remotissimum istius sinus anfractum Noster significare voluit, qui quidem non CXXXVI, sed CXVII M. pass. recto cursu et CLX terreno itinere a Lacinio abest. EO. P.

Calabriam. Quae nunc *Terra d'Otranto*, ab Hydrunte oppido appellatur. HARD.

Graeci. Strab. lib. V, p. 277. H.

Peucetia, etc. Sic etiam Dion. Halic. Antiq. Rom. I, p. 9. HARD. — Elz. *Peucetiam.* ED. P.

Oenotri fratre... Inter promontoria. Dalec. et Elz. *Oenotri fratre. In Salentino agro inter promontoria.* ED. P.

Inter promontoria. Inter ea duo promontoria, quibus sinus Tarentinus clauditur: Lacinium scilicet, et Acran Iapygian, de qua mox. H. — XX autem, non C M. pass. numeranda videntur. EO. P.

XXXV M. pass. Sic ap. Chiffl. Dalec. *XXXVII.* Elz. *XXXII.* Vera autem latitudo XL M. pass. esse videtur. Hanc Strabo, lib. VI, p. 282, itinere unius diei emensus est. Sasina autem portus hodie *Porto Cesareo* est auctore Mannerto: hic XXI tantum M. pass. est peninsulae latitudo. EO. P.

Varia, cui nomen Apulae. Ita libri omnes. Apud Antonin. Vania (lego *Varia*) a Tarento, M. P. LX. Varnum, ut quidem reor, Frontinus agrum hunc vocat, quem cum Tarentino iunxit, lib. de Colon. pag. CXI, pro *Varinum*: aut potius *Varium*, ut pag. 92. HARD. — Eadem est, ut opinor, quam Strabo, lib. VI, p. 282 et 283, vocat Οὐρίαν, inter Tarentum et Brundisium. Hodie, ut aiunt d'Anville et Mannertus, *Oria.* EO. P.

Messapia. Dalec. et Elz. *Cessapia.* Hodie *Mesagna*, inter Vriam et Brundusium. In Martyrologio, *Messana Apuliae* nuncupatur, 18 april. HARD.

Aletium. Aletium hoc loco nulli MSS. codd. exhibent: omnes pro ea voce, *Sarmadium.* Atque huc forte spectat Armadillus, sive Sarmadillus oger, de quo Frontinus lib. de Colon. p. 115. H. — Aletium, hodie *Santa Maria dell' Alizza* est, auctore d'Anville. EO. P.

In ora vero, Senum, etc. Sic MSS. omnes, non ut hactenus editum, *Senonum*, perinde ac si a Gallis Senonibus, qui nulli umquam in hoc terrarum tractu fuerunt, condita Cal-

vero, Senum, Callipolis, quae nunc est Anxa, LXXV M. pass. a Tarento. Inde XXXII M. promontorium, quod Acran Iapygian vocant, quo longissime in maria excurrit Italia. Ab eo Basta oppidum, et Hydruntum decem ac novem M. pass., ad discrimen Ionii et Adriatici maris, qua in Graeciam brevissimus transitus, ex adverso Apolloniatum oppidum: latitudine intercurrentis freti, quinquaginta M. non amplius.

lipolis foret: quae Graecos habuit auctores. Mela, lib. II, cap. 4: *Salentina littora*, inquit, *et urbs Graia Callipolis.* Ea nunc *Gallipoli* dicitur. In Museo P. Chamillart, nummus didrachmus argenteus virum in equo decurrentem exhibet: infra ΚΑΛ. Ex parte altera, alium insidentem delphino: infra similiter ΚΑΛ, latere dextro, ΤΑΡΑΣ: Tarenti conditor et dominus; quem et Καλλιπολῖται ad oram sinus Tarentini positi colunt. Ad equitis dextrum latus est littera A: sinistro N: Ἀνξα est ΚΑΛλιπολιτῶν. At Senum quoque oppidi nomen fuit. HARD. — Nullum in ora locum reperi, quo situm fuisse Senum dicere possimus; nisi forte idem sit oppidum Senum et Sasina portus, de quo supra. EO. P.

LXXV. Sic apud Chiffl. Dal. et Elz. *LXII*, quod malim ut vero multo vicinius, si tamen littoris ambitus aequaris. EO. P.

Acran Iapygian. Ἄκραν ἰαπυγίαν ἢ καὶ Σαλεντίνη, inquit Ptolemaeus, lib. III, cap. 1, promontorium Iapygium, sive Salentinum: nunc a vicino oppido, *capo di S. Maria di Leuca.* HARD.

Ab eo Basta. Proponebat Dalec. *Hasta.* Nunc *Vaste* oppidulum, inter *Castro* et *Otranto.* EO. P.

Hydruntum, etc. Ptolemaeo, loc. cit. Ὑδροῦς. Nunc *Otranto.* HARD.

Decem ac novem. Ait Bastam oppidum, Hydruntumque ei proximum, distare ab Acra Iapygia, XIX M. P. HARD. — Ita libri omnes. At locum hunc Martianus perperam interpretatus, lib. V, p. 209, quod esset angustiarum eiusce freti, qua Ionium mare in Adriaticum irrumpit, intervallum, signari a Plinio credidit: *Hydruntum urbem*, inquit, *ubi superum inferumque mare decem et novem millibus disparatur.* HARD. — Male certe Martianus, sed non multo felicior in explanando loco videtur mihi fuisse Harduinus, quum non XIX, sed XXX M. pass. ab Acra Iapygia distet Hydruntum. Fortasse XIX M. pass. a Basta distare Hydruntum Noster innuit. EO. P.

Ad discrimen. Vbi discriminatur Ionium ab Adriatico mari. HARD.

Apolloniatum. Ita MSS. Reg. Colbert. 1, 2, 3, etc. Dalec. et Elz. *Apolloniae oppidi.* Vet. apud Dalec. et Tolet. *Apolloniae oppidum.* Hoc est, brevissimus transitus ab Hydrunte in Apolloniatarum oppidum, quod ex adverso est. HARD. et EO. P.

Quinquaginta. Centum reposuit Barbarus: oblitus eiusdem Plinium, in describendo Italiae situ, supra dixisse, cap. 6: *Abest a circumdatis*

[3] Hoc intervallum pedestri continuare transitu pontibus iactis primum Pyrrhus Epiri rex cogitavit: post eum M. Varro, quum classibus Pompeii piratico bello praeesset. Vtrumque aliae impedivere curae. Ab Hydrunte, Soletum desertum, dein Fratuertium: portus Tarentinus, statio Miltopae: Lupia Balesium,

terris, Istria ac Liburnia, quibusdam locis centum millia pass. ab Epiro et Illyrico, quinquaginta. Satis enim superque constat, *centum* ibi etiam agnosci non posse, quum *totidem, tantumdemve* scripturus fuisset. Nec dubitare licet quin ad frontem hanc Salentinorum Hydruntinam id ipsum pertineat: quum non alia Italiae ora magis Epiro vicina sit: atque hoc tempore etiam ab Hydrunte, vel ab ipso potius prope situ Leucarum (ut appellant) capite, ad oppositum Epiri littus tot fere millia passuum computentur: in quibus angustiis pontes ipsos iacere Pyrrhum, Varronemque, cogitasse, credere par est. Ad haec, Epiri Oricum ab Italiae Salentino, LXXX tantum, aut etiam LXX pass. millibus discrevit Plinius, c. 26 libri huius, qui brevissimum in Graeciam transitum ab Hydrunte, non a Salentino, nunc esse testatur. Ex quo exploratum est ac certum, lectionem vulgatam, non modo vetustiorum codicum fide, verum etiam indubitato Plinii testimonio confirmatam, quibusvis aliis reclamantibus, esse custodiendam. Quam sint enim erratis obnoxiae Ptolemaei mensurae, quam vitiosa Antonini et Strabonis editio, viri norunt eruditi. HARC.

Iactis. Vet. apud Dalecamp. *iunctis* ED. P.

Cogitavit. Futili plane consilio: quod effectum dare nulla ars potuisset, ut recte demonstrat Furnerius noster, in Hydrogr. lib. II, cap. 18, pag. 59. Tamen angustius mare esse, quod Italiam a Graecia dirimit, quam hactenus creditum est, observavit D. Delisle, in Commentariis Academiae Regiae Scientiarum anni 1714, pag. 83; unde ibi concludit, saltem minus debere Pyrrhi regis consilium absurdum videri. HAAD.

Impedivere. Sic apud Chiffl. Dalec. et Elz. *impediere.* ED. P.

Soletum. Quae et Salentia: unde Salentini populi, et Salentinus ager, et promontorium Salentinum. Nummi in thesauro Goltzii: ΣΑΛΑΝΤΙΝΩΝ. Nunc quoque *Solito*, supra Hydruntum. HAAD. — Fratuertium omnino ignoratur, nisi sit *Francone Castro*, in via quae Lupiis Hydruntum ducit. ED. P.

Statio Miltopae. Scio in libris vulgatis legi, *Statio militum Lupia.* At MSS. omnes, Reg. 1, 2, Colb. 1, 2, 3, Paris. *Statio Miltopae, Lupia:* ut proprium sit stationis navium nomen *Miltopae*, sequaturque deinde seorsum Lupia, utrumque in ora positum, quae nunc lustratur a Plinio. Sic Virgilius de Tenedo, *Statio malefida carinis.* Sic Plinius ipse in fine libri huius: *Salonis piratica statione nota.* H. — Nihil autem in hoc paludoso littore, quod contra *Lecce* reperitur, locum ubi fuerit haec statio indicare videtur. ED. P.

Lupia. Chiffl. *Sessupia.* Λουπία Ptolemaeo, inter Hydruntem et Brun-

Coelium, Brundisium L M. pass. ab Hydrunte, in primis Italiae portu nobile, ac velut certiore transitu, sic utique longiore, excipiente Illyrica urbe Dyrrachio CCXXV M. traiectu. Brundisio conterminus Pediculorum ager. IX adolescentes, totidemque virgines ab Illyriis, tredecim populos genuere. Pediculorum oppida, Rudiae, Egnatia, Barium. Amnes: Ia-

disium. Nunc *Lecce*. Gruter. pag. 374, COL. LYPIENSIUM. Apud Frontin. lib. de Colon. pag. 111, Lyppiensis ager. HARD. et ED. P.

Balesium. Oppidum in ora positum, uti et reliqua quae modo recensentur. Mela, lib. II, cap. 4: *In Calabria, Brundisium, Valetium, Lupiae, Hydrus*. HARD.—Hodie *Torre s. Gennaro*, ut vult Mannertus. ED. P.

Coelium. Frontino, lib. de Colon. pag. 111, Coelinus ager in Calabria. Hinc Coelii appellati, qui a Gargano monte ad Brundisium coluere, inquit Cato, in Excerptis Orig. pag. 136. HARD.—Hoc oppidum hodie esse vicum *Cavallo* ad promontorium eiusdem nominis, iuxta Brundisium, ait Mannertus, cui minime assentiri possum, quum totus, quatuor a mari leucis, reperiatur vicus *Cellino*, qui ob nominis similitudinem mihi haud dubie Coelii locum tenere videtur. ED. P.

Brundisium. Ita MSS. Alii Brundusium dicunt. Incolis *Brindisi*. De eius portu Strabo lib. VI, pag. 282. HARD.

Sic utique. Dalecamp. et Elz. *sicuti*. Proponebat Dalec. *sed utique* ED. P.

CCXXV M. traiectu. Ita MSS. omnes, Reg. 1, 2, Colbert. 1, 2, 3, Paris. Chifflet. non, ut in editis, CCXX. Subscribit Strabo, lib. II, pag. 283, stadia MMCCC Brundisium a Dyrrachio abesse testatur. H. — Vitiosae haud dubio sunt omnes istae lectiones; nam non amplius C M. pass. est intervallum: quis vero credat tantum in tam nolo traiectu erravisse Plinium? ED. P.

Pediculorum. Πεδιάκλοι appellantur a Strabone, qui eos etiam Peucetios vocari ait, lib. V, p. 277 et 282. Partem ii maximam tenuere Bariensis agri, *Terra di Bari*. Horum oppida non in ora modo, sed et in mediterraneo posita carptim a Plinio perstringuntur. HARD. et ED. P.

Rudiae. Dalec. et Elz. *Rhudia*. Mela, lib. II, c. 4. Post: *Barium, Egnatia, et Ennio cive nobiles Rudiae*. Strabo, lib. VI, pag. 282: ἐν δὲ τῇ μεσογείᾳ Ῥωδαῖοι. Ptolemaeus, lib. III, cap. 1, in Salentinorum mediterraneis, Ῥωδία. HARD. — Stephano *Rhodae*. Illam mendose *Carouigna* pro *Carovigni* hodie nominari Harduinus ait: Mannertus vero eam *Ruvo* esse contendit, quae urbs mihi septentrionalior esse videtur, quam ut Rudiarum infra Barium sitarum, ut apparet ex Plinio, locum teneat. Harduino ergo libenter assentimur. ED. P.

Egnatia. Sic Anton. Itiner. Straboni quoque loc. cit. Εγνατία πόλις. Horat. Sat. 5, lib. I, *Gnatia*. Ignatium agrum Frontinus vocat, loc. cit. et eum Rodino iungit. Nunc *Torre d'Egnasia*, inter Brundisium Bariumque. HARD.

pyx a Daedali filio rege, a quo et Iapygia: Pactius, Aufidus, ex Hirpinis montibus Canusium praefluens.

Hinc Apulia Dauniorum cognomine, a duce Diomedis socero. In qua oppidum Salapia, Hannibalis meretricio amore inclytum: Sipontum, Vria: amnis Cerbalus, Dauniorum finis: portus Agasus, promon-

Barium. Dalec. et Elz. *Barion.* Ed. P.

Amnes: Iapyx a Daedali filio rege. Haec sincera codicum proxime laudatorum scriptura est, quam sic vitiose interpolarunt: *Barion, ante Iapyx:* ut Barii oppidi cognomen Iapyx esse putaretur. Harn. — Haud facile autem dictu est qui sint nunc isti amnes, quum exigui tantum rivuli, quorum nomina ignorantur, hodie reperiantur inter urbem *Brindisi* et flumen *Ofanto.* Ed. P.

Pactius. Dalec. et Elz. *Amnes, Pactius,* etc. Hodie *Canale di Terzo,* ut vult Mannertus. Ed. P.

Aufidus. Unde Horatius, *Longe sonantem natus ad Aufidum*, de se ipse praedicat, lib. VI, ode 9. Nunc *Ofanto:* Capitanatam, ut vocant, a Bariensi agro disterminat. Hard.

Ex Hirpinis. A gente indigena nomen accepit haec Apennini portio, prope Compsam. Harn.

Hinc Apulia. Quae nunc *Capitanata* nuncupatur. Harn.

A duce. Danno. Festus: *Daunia Apulia appellatur a Dauno Illyricae gentis claro viro, qui propter domesticam seditionem excedens patria occupavit.* Tzetzes in Lycophr. pag. 60, ait eum imperitasse Dauniis, quum Diomedes in Italiam appulit: hunc Dauno adversus hostes tulisse auxilias: filiam Dauno fuisse Euhippam nomine, etc. Hard.

Salapia. Rudera nomen servant, *Salpi.* Ptolem. lib. III, cap. 1, in Apulia Dauniae ora littorali, Σαλαπία. De Hannibale, quod modo narratur, vide Appian. in Hannibal. p. 338. Hard.

Sipontum. Σιποῦς Ptolem. loc. cit. et Strabo lib. VI, pag. 484. Hodie vicus *S. Maria di Siponto* dictus. At ex eius ruinis crevit *Manfredonia*, quod Sipontum novum merito dixeris, haud procul Gargano monte. Hard.

Vria. Huc pertinet, opinor, Vritanus ager, quem cum Rubustino, et Genusino, de quibus mox, Frontinus copulat, lib. de Colon. p. 111. Ptolem. lib. III, cap. 1, Υρτον in ora sinus Adriatici, Apuliae Dauniae pariter adiudicat. Hard. — Vria hodie *Manfredonia* est, si audiatur d'Anville, et Vrias sinus, *Golfo di Manfredonia.* Ed. P.

Cerbalus. Hunc *Candelaro* esse vult Harduinus; ego tamen vicinum isti *Cervaro* flumen, Cerbalo similius nomine libentius credam. Ed. P.

Portus Agasus. Nunc *Porto Greco.* Harn.

Promontorium montis Gargani. Hic mons etiamnunc *Gargano* dictus, provinciae, cuius maximam partem tegit, nomen suum impertit; in australi tamen parte reperitur mons hodie *S. Angelo* dictus, cui oppidum cognomen imponitur. Promon-

torium montis Gargani, a Salentino sive Iapygio CCXXXIV M. pass. ambitu Gargani: portus Garnae, lacus Pantanus. Flumen portuosum Frento, Teanum Apulorum. Itemque Larinatum Cliternia: Tifernus amnis. Inde regio Frentana. Ita Apulorum genera tria: Teani, duce e Graiis: Lucani, subacti a Cal-

torium hic a nostro memoratum hodie esse *Punta Saracina*, septemtrionem versus, putat Mannertus. Ed. P.

CCXXXIV. Elz. *CCXXXIII.* Vtrumque a vero non multum abest. Ed. P.

Ambitu Gargani. Gargano monte circuito, qui oram hanc universam ambit. Hard.

Garnae. Ex περίπλου, seu circumnavigationis ordine, apparet esse oppidum *Rodi*, ut recte Holstenius coniecit, pag. 269. Hard. — Mannertus hanc urbem, cuius nomen, ut putat, a librariis corruptum est, eamdem fuisse aestimat ac Strabonis Οὔρειον, Ptolemaeique Υρτον, et portum eius lacum fuisse mari coniunctum, cui hodie nomen *Lago di Varano*; oppidumque hic situm fuisse, ubi etiamnunc turris cernitur *Torre di Varano* vocata haud longe a vico *Rodi* ab Harduino memorato. A Mannerto autem dissentit d'Anville, qui has urbes diversas facit; quam opinionem confirmare videtur Noster, qui modo Hyrinos nominat, qui certe Ptolemaei Strabonisque Υρτον, sive Οὔρειον incoluerunt. Mihi autem lacus hodie *Varano* dictus portus fuisse videtur oppidi Garnarum, quod inter hunc lacum et mare situm fuit, sive ubi est *Torre di Varano*, sive ubi vicus *Rodi*, duorum vix M. passuum intervallo a lacu separatus, et Ptolemaei, nostrique Hyrium oppidi *Peschici*, ut infra dicemus, locum tenuisse. Ed. P.

Lacus Pantanus. Nunc *Lago di Lesina*, a vicino oppido. Hard.

Frento. Nunc *Fortore.* Hard.

Teanum. Ad discrimen Teanorum Sidicinorum, de quibus cap. 9, Apuli isti cognominati sunt. Locus nunc non, ut Harduinus ait, *Civitate* dicitur, sed *Chiati Vecchio*, haud longe a ripa Frentonis amnis, in Capitanata. Frequens mentio Civitatensis episcopi in actis Beneventanae Ecclesiae, cui ille suberat. Sic Holsten. pag. 279. Ed. P.

Larinatum Cliternia. Dalec. et Elz. *Larinum, Aliternia.* Vt Apulorum, inquit, oppidum in ora fuit: sic Larinatum in mediterraneo quidem Larinum, ut dicetur inferius: in ora Cliternia; quae etiamnunc *Antica Cliternia* dicitur, duobus leucis a fluminis *Biferno* ostio. Hard. et Ed. P.

Tifernus. Permutatis litteris apud Ptolem. lib. III, cap. Φίτερνος pro Τίφερνος. Hard. — Hodie *Biferno.* Ed. P.

Inde: A Tiferno amne, ut dicetur cap. seq. Hard.

Genera tria. Dauni, Teani, Lucani. Hard.

Teani, duce. Elz. *Teani a duce e Graiis.* Vet. apud Dalec. *Teani a duce, Gaces*, etc. Ed. P. — Teanum hunc esse appellatum innuit. Teates

chante, quae loca nunc tenent Atinates. Dauniorum praeter supra dicta coloniae, Luceria, Venusia. Oppida: Canusium, Arpi, aliquando Argos Hippium Diomede condente, mox Argyrippa dictum. Diomedes ibi delevit gentes Monadorum, Dardorumque, et urbes duas, quae in proverbii ludicrum vertere, Apinam et Tricam.

6 Caetero intus in secunda regione, Hirpinorum colonia una Beneventum, auspicatius mutato nomine, quae quondam appellata Maleventum: Aeculani,

Apuli et ex Apulia Teanenses, ap. Liv. Liv. IX, c. 20. Calchaotem in his oris aliquaodo consedisse, etiam ex Strabone colligimus, lib. VI, p. 284. Hard.

Luceria. Hanc quoque Lucceriam appellat Livius, lib. IX, c. 2 et 12; Λουκερίαν Strabo, lib. VI, p. 284; Νουχερίαν Απουλῶν Ptolem. lib. III, cap. 1. Nunc *Lucera*, in Capitanata. Harb.

Venusia. Horatii vatis natalibus clara. Nunc *Venosa*, in Basilicata: aliquot ultra Aufidum amnem millibus. Horatius, libro II, Sat. 1, vers. 34: *sequor hunc Lucanus an Appulus, anceps: Nam Venusinus erat finem sub utrumque colonus Missus ad hoc, pulsis (vetus est ut fama) Sabellis.* Harb.

Canusium. Κανούσιαν Ptolem. lib. III, cap. 1, in Apulia Dauniorum, nunc *Canosa*, ad amnem Aufidum. Harb.

Arpi. Sic quoque Livio, lib. IX, cap. 3. Iacet in ruinis, retento tamen nomine *Arpi*, in Capitanata, iuxta amnem *Candelaro*. Harb.

Aliquando Argos, etc. Haec totidem verbis Strabo, lib. VI, p. 283. Harb.

In proverbii. Erasmus, Chil. 1, Cent. 2, adag. 43: *Tricae, Apinae. Tricas et Apinas, vulgo res futiles et nugatorias dicebant*, etc. Martialis, lib. I, Epigram. 114: *Quaecumque lusi iuvenis, et puer quondam, Apinasque nostras, quas nec ipse iam novi*, etc. Harb.

Vertere. Alii, *venere.* Harb.

Caetero. Dalecamp. et Elzev. *caetera.* Eo. P.

Colonia una Beneventum. Dalec. *colonia: una Beneventum.* Elz. *colonia una, Beneventum.* Eo. P.

Maleventum. Ita Livius, lib. IX, cap. 27, et Stephan. pag. 158. In Hirpinis, quorum hodie regio Principatus ulterior appellatur, *Benevento.* Coloniae Beneventanae mentio apud Frontin. lib. de Colon. pag. 84 et 122. Harb.

Aeculani. Hard. *Ausculani* ex Frontino, qui pag. 110, Ausculini agri meminit; sed Ptolemaeus, lib. I, cap. 3, Αἰκουλᾶνον, *Aculanum*, inter *Irpinorum*, ut eos vocat, *mediterraneas civitates* nominat et Anton. Itiner. bis *Aeclanum* citat, XXV m. pass. a Benevento in via quae per Aufideni pontem Venusiam ducit; hic ergo certe *Aeclani*, aut, ut in

Aquiloni, Abellinates cognomine Protropi, Compsani, Caudini: Ligures, qui cognominantur Corneliani, et qui Bebiani: Vescellani. Aeculani, Aletrini, Abellinates cognominati Marsi, Atrani, Aecani, Alfellani, At-

libris omnibus, praeter Harduinum, *Aeculani* legendum est. Frontinus autem, pag. 91 et 210, *Aeclanensem*, sive *Eclanensem agrum*, in Apulia, non in Hirpinis nominat; unde Aeculanos inferius post Viseellanos, inter Apuliae gentes, reposuit Harduinus, parum feliciter, ut mihi videtur, quum Itinerarii Ptolemaeique auctoritas Frontino haud dubie anteponenda sit. Aeculanum autem, si Mannerto credimus, quem in opinione nostra ducem habemus, non longe a *Mirabella* situm fuit, austrum inter et orientem. Eo. P.

Aquiloni. Ab Aquilonia, de qua Livius, lib X, cap. 38, 39, 41 et 44. Ptolemaeo, lib. III, cap. 1, mediterraneis Hirpinorum, Ἀκουϊλωνία, cum Abellino. Nunc est *la Cedogna*, in Principatu ulteriore, ut ex Itinerariis liquido conficitur. Hasd.

Abellinates. Chiffl. *Apellinates*, Ἀβέλλινον in Hirpinis, prope Aquiloniam, apud Ptolem. loc. cit. Haso.— Hodie *Avellino*. Ed. P.

Compsani. Nunc *Conza*, in eodem principatu, Ptolemaeo, loc. citat. In Lucanis, quibus Hirpini confines fuere. Haso.

Caudini. Caudium oppidum, et Furcae Caudinae, ubi interceptus rom. exercitus, consules a Samnitibus sub lugum missi. Vide Liv. lib. IX, cap. 2, et Florum, lib. I, cap. 16. Caudinum oppidum Benaventanae coloniae cum suo territorio adiudicatum scribit Frontinus, lib. de Colon. p. 84. Hasd. — Manet adhuc cladis istius memoria in loco, qui etiamnunc dicitur *Forchie*. Bsor.

Ligures. Hinc apud Frontinum, lib. de Colon. pag. 125: *Ager Liguris Vevianus, et Cornelianus, muro ductus triumvirali lege*. H. — Nos docet Livius, lib. XL, cap. 38, a consulibus P. Cornelio et M. Bebio quadraginta millia Apuanorum Ligurum cum feminis puerisque, ut finem Ligustino bello facerent, in agrum publicum populi romani in Samnitibus, qui Taurasinorum fuerat, transducta fuisse. Inde Corneliani et Bebiani dicti sunt. Taurasium autem quod praecipua Taurasinorum sedes fuerat, hodie pagus *Taurasie* est, haud longe a *Mirabella*, austrum inter et ortum solis. Eo. P.

Qui. Haec vox in vet. ap. Dalec. deest. Eo. P.

Aeculani. Hi deinceps qui nova elementorum serie instituta recensentur, Apuliae sunt contributi, ut ait Harduinus, non Hirpinis; Aeculani autem isti, si tamen hoc nomen pro Dalec. et Elz. *Deculanis*, reponendum sit, ut vult Harduinus, cum Aeculanis supradictis, n. 4, non sunt confundendi; sed ad hoa pertinebit Frontini *Ager Aeclanensis*, in Apulia, de quo supra. Eorum ignoratur situs, nisi ad illos referenda sit urbs quam d'Anville *Asculum Apulum* vocat, hodia *Ascoli di Satriano*, haud longe a fluvio *Carapella*. Ed. P.

Cognominati. Elzev. *cognomine*. Ed. P.

Marsi. Oppido nomen Abellinum,

tinates, Arpani, Borcani, Collatini, Corinenses, et nobiles clade romana Cannenses, Dirini, Forentani, Genusini, Herdonienses, Hyrini, Larinates, cognomine Frentani, Merinates, ex Gargano: Mateolani, Netini,

Marsicum cognomine, ut ab altero, quod in Hirpinis fuit, distinguerentur: oppidum nunc episcopale, in confinio Basilicatae et Principatus citerioris: *Marsico vetere*. Frontino, lib. de Colon. pag. 106, *Marsus municipium*: Balbo item, pag. 318. H.

Atrani, *Aecani*. De Atranis nihil reperi: corruptum etiam nomen interrupta elementorum series indicat. Aecanorum oppidum Aecae, Aethico, p. 16: nunc *Troja*, in Capitanata. De hoc oppido vide Holsten. pag. 19. Gruter. p. 444, Reip. Aecanorvm. E. P.

Alfellani, *Attinates*. Forte *Affilani*, ab Affile oppido, de quo Frontinus, lib. de Colon. p. 38, cuiusque situs ignoratur. Attinatibus oppidum fuit Atinum, hodie *Diano*, auctore Mannerto, qui et *Atinatem campum*, de quo supra Noster, lib. II, c. 106, *Vallone di Diano* vocat. Ed. P.

Arpani, etc. Ap. Frontinum, Arpanus ager, et Conlatinus, in Prov. Apulia, pag. 91. Ab Arpis oppido, de quo supra. Vetus Pignorii nummus apud Holsten. pag. 280, ΑΡΠΑΝΩΝ. Haad. — Collatia haud longe a Roma, ad flumen Anienem, hodie *Teverone*, sita fuisse videtur. Borcani et Corinenses omnino ignorantur. Ed. P.

Cannenses, etc. Cannae aeternum imperii vulnus: rudera modo, *Canne*, ad ripam Aufidi amnis, quem Romanorum caede aiunt ibi decolorem factum. Livius, lib. XXII, cap. 44. Haad. — Dirini ignoranlur. Ed. P.

Forentani. Oppidum illis Forentum fuit, ut patet ex Livio, qui lib. IX, cap. 20: *Apulia perdomita* (*nam Forento quoque valido oppido Iunius potitus erat*). Idem Livius istorum Forentanorum meminit c. 16 eiusdem libri, ut in nostra editione monuimus, not. 2, quam confer. Forentum autem nunc *Forenza* vocatur in Basilicata, supra Acheronliam, quae *Cirenza* dicitur. Haad.

Genusini. In provincia Calabriae Genusinus ager, apud Front. lib. de Colon. p. 111. Haad. — Etiamnunc vicus *Ginosa*, haud longe a flumine *Brandano*, orientem versus, auctore Mannerto. Ed. P.

Herdonienses. Ἐρδωνία Ptolemaeo, lib. III, cap. 1, in Apulia Dauniis. Erdonias habet Antoninus prope Canusium M. P. XXVI. Ardonam Frontinus, in Apulia p. 110. Et nunc *Ordona* dicitur, ad fluvium *Carapella*, qui in Cerbalum, *Cervaro*, influit. Haad.

Hyrini. Vide quid de illis modo supra diximus, nota 51, ubi Hyrium hodie esse *Peschici* demonstravimus. Ed. P.

Frentani. A Frentane amne, a quo non longe habitarunt, Tiferno tamen adhuc viciniores: unde et urbs primaria Frentanorum Larinum dicitur ap. Caton. in Excerpt. Orig. p. 136. Nunc *Larino*, in Comitatu Molisii, confinioque Capitanatae. Haad. et Ed. P.

Merinates. Ad extremum Gargani montis promontorium civitas episco-

Rubustini, Silvini: Strabellini, Turmentini, Vibinates, Venusini, Vlurtini. Calabrorum mediterranei: 7
Aegetini, Apamestini, Argentini, Butuntinenses, Decia-

palis sita est, vulgo *Viesti* dicta. Crevit ea ex ruinis oppidi Merini, episcopali dignitate olim quoque clari, et cuius rudera etiamnunc *S. Maria di Merino* vocantur. Ita fere Holsten. pag. 278. Praepostera interpunctio, non Merinates, sed Mateolanos Gargano in libris ante nos editis affigebat; nempe Dalec. et Elz. *qui Merinates, ex Gargano Meteolani*, etc. legunt. De Mateolanis autem, sive Meteolanis, nihil reperi. H. et E. P.

Netini. Chiffl. *Neratini*. Dalec. et Elz. *Neritini*, *Matini*, *Rubustini*. Nerentinos, quos hic libri quidam addunt, expunximus, inquit Harduinus, quum inferius Salentinis, ut sane oportuit, reddantur. Matini, quos hic in Nerentinorum locum afferunt Dal. et Elz. expungendi quoque videntur; quamvis *Matinos campos* non semel nominet Horatius, natali urbi, Venusiae scilicet, conterminos, atque etiam *Matinum littus*, quod fortasse parvo lacui, ex quo exit flumen *Brandano* obiacebat. Netinis oppidum fuit Netium, Νήτιον Straboni lib. VI, p. 182, prope Canusium, Herdoniamque, et hodie *Noja*, si Mannerto credimus: sed in mappis mihi non occurrit nomen istud. Ed. P.

Robustini. Ita MSS. non *Robustini* Et certe Rubustinus ager, Frontino, lib. de Colon. p. 111, a Rubis prope Canusium Antonino, Horatioque, lib. I, Satir. 5: *Inde Rubos fessi pervenimus*. Nunc *Ruvo*, in agro Bariensi. Hard.

Silvini. Ab oppido Apulorum Peucetiorum, quod Strabo, lib. VI, pag. 283, Σιλούϊον vocat: nunc dicitur *il Gorgoglione*, teste Holsten. in Ortel. pag. 178. Haad. — *Garagnone*, teste Mannertu. Sed errare mihi utique videtur, quum x m. pass. a *Garagnone*, septemtrionem versus, reperiatur vicus *Savigliano*, quem Silvio successisse indicare videtur nominis similitudo. Ed. P.

Strabellini. Elzev. *Strapellini*, quam lectionem sequi videtur d'Anville, qui eorum urbem Strabellum hodie *Rapolla* vocari ait. *Turmentini* omnino ignorantur. Ed. P.

Vibinates. Vet. apud Dalec. *Vibarnates*. Sic veteres Inscription. Holstenio teste. Nunc oppidum *Bovino* dicitur, in Capitanata, inter Troiam et Herdonam, in Samnii Apuliaeque confinio. Polybius Βοβίνιον vocat. Haad. et Ed. P.

Venusini. A Venusia superius laudata. Hard. — Mactini ignorantur. Ed. P.

Aegetini. Elz. *Aegitini*. Aegetium medio itinere inter Butuntum et Egnatiam ponendum videtur haud longe a vico *Noia*. Ed. P.

Apamestini. Haec vox in vet. apud Dalec. deletur. Ex Απαμέστοις Ptolem. lib. III, cap. 1, Hermolaus, et Pelicerius in notis MSS. *Apenestini* reponunt. At est illud oppidum et in Apulia Daunia prope Garganum montem, et in ora positum: hic Plinius Calabrorum oppida persequitur, et ea quidem quae sint a mari longiuscule semota. Fatendum est igitur istius populi ignorari sedes. Item de Argentinis. Ed. P.

Butuntinenses. In tab. Peut. *Butunti* Frontino, lib de Colon. pag. 111, Bo-

ni, Grumbestini, Norbanenses, Paltonenses, Sturnini, Tutini. Salentinorum: Aletini, Basterbini, Neretini, Valentini, Veretini.

tontinus ager, in Calabria. Hard. — Eorum oppidum Butuntus, sive Butuntum, hodie *Bitonto* vocatur, sex leucis a *Bari* et ab Adriatico mari tribus. Deciani ignorantur. Ed. P.

Grumbestini. Ita plane ordo litterarum exigit: non *Brumbestini.* H. —Ignorantur, et cum eis insequentes. Ed. P.

Paltonenses. Dalec. et Elz. *Paliomenses.* Hi omnes ignorantur. Ed. P.

Sturnini, Tutini. Aberrant a vero qui Sturninos ibi fuisse arbitrantur, ubi nunc *Sternaccio* oppidulum Hydruntini agri, haud procul Hydrunte: in eam scilicet adducti haeresim, affinitate quadam ac similitudine nominis. Verum id oppidum, ut planissime vel ex ipsis tabulis constat, quum Salentinorum ditionis fuerit, quorum oppida populique suo mox ordine digeruntur, in Calabrorum oppidis, quae nunc Plinius percurrit, locum habere non potest. Nec felicior in coniiciendo Pelicerius in notis MSS. qui pro Tutinis, Tuticanos reponi putat oportere, ab Equo Tutico, quod non procul Benevento fuit: haud exigua terrarum intercarpedine, populorumque interiacentium frequentia, divisa a Benevento Calabria. Hard. — Maxime probanda autem videtur eruditi d'Anville opinio, qui in mappa sua *Sturni* eo loco reposuit, ubi nunc est *Ostuni*, haud longe ab Adriatico mari, leucis XIV a Tarento. Tutini ignorantur. Ed. P.

Salentinorum. Subintellige, mediterranei. Quorum primi Aletini. Hard.

Aletini. Chifll. *Alentani.* Ab Aletio, quod Αλήτιον Salentinorum mediterraneum oppidum Ptolemaeus appellat, lib. III, cap. 1, ut ait Harduinus; non vero, ut affirmat idem, hodie *Lecce*, quam urbem Lupiarum locum occupare diximus, sed, ut ait d'Anville, *Santa Maria dell'Alizza*, haud longe a Tarentino sinu. Ed. P.

Basterbini. Non a Basta superius memorato oppido, id enim littorale fuit, sed ab obscuriore aliquo: a Βαῦστα fortassis, quod in Salentinorum oppidis mediterraneis Ptolemaeus recenset loc. cit. Hard. — Et quod fortasse hodie vicus est *Veste*, haud longe a *Castro*, occidentem versus; quam quidem opinionem sequi videtur Mannertus. Ed. P.

Neretini. Νήριτον Ptolem. in mediterraneis Salentinorum oppidis: hodie *Nardo*. Hard.

Valentini. Sic in libris omnibus ante Harduinum vulgatis, atque etiam in vet. apud Dalec. *Valetini* legitur: at MSS. R. 1, 2, Colb. 1, 2, 3, etc. *Vlentini* dant; Ptolemaeusque lib. III, cap. 1, in Salentinorum mediterraneo, haud procul Acra Iapygia, oppidum Οὐζέντον locat: unde Harduinus indubitata, ut ait, coniectura, *Vxentini* se restituisse dicit; quod tamen verbum in notis tantum eius reperitur, nam in ipso opere, typographorum fortasse errore, *Valentini* remansit; in cuius locum *Vxentini* ex Harduini ipsius auctoritate restituendum putabamus, quum nos morata est Mannerti opinio, qui Plinii Valentinos incolas fuisse putat Ba-

XVII. (XII). Sequitur regio quarta gentium vel fortissimarum Italiae. In ora, Frentanorum, a Tiferno: flumen Trinium portuosum. Oppida: Histonium, Buca, Ortona: Aternus amnis. Intus Anxani cognomine Frentani. Carentini supernates, et infernates, Lanuenses: Marrucinorum Teatini: Pelignorum Cor-

Iesii oppidi supra memorati, quodque, ut diximus, a Mela *Valetium*, et in itinerario Hierosolymitano *Valentia* vocatur. *Valentini* ergo servavimus, fatentes tamen fortasse *Vxentini* legendum esse; cuius quidem populi oppidum Οὔξεντον, ut modo retulimus, Ptolemaeo vocatum, hodie *Ogento* vocatur. Eo. P.

Veretini. Nunc *S. Verato*, ab oppido Οὐέρητον, apud Ptolemaeum loc. cit. Eo. P.

XVII. *Fortissimarum*. Multis adversus Romanos fortitudo est explorata bellis, quae quidem Florus recitat, lib. I, et Strabo, lib. V, p. 241. Hard.

Frentanorum. Vet. apud Dalecamp. *Ferentinorum*. Ed. P. — Subintellige, regio, quae a Tiferno amne ad Aternum porrigitur. Nunc *Abruzzo eiteriore* vocant. Haro.

Trinium. Nunc *Trigno*. Haro.

Histonium. In Thes. Goltzii, Municipes Histoniensea. Ιστόνιον Ptolem. in Frentanis, lib. III, cap. 1. Et apud Frontin. pag. 109, *Istoniis colonia*, in Samnio. At apud Gruter. pag. 332, Hisconiensis, bis. Nunc *Vasto di Ammone* dicitur. Hard.

Buca, *Ortona*. Ορτων, καὶ Βοῦκα Straboni, lib. V, pag. 242. Frentanorum quoque oppida: et Ορτων quidem ἐπίνειον navale: nunc *Ortona a mare*, inter amnes Sagrum et Aternum. Bucae et Mela meminit, lib. II, cap. 4. Haro. — Illam *Termoli* hodie esse ait d'Anville, quod confirmat Mannertus, qui optime ea Ptolemaeo et Strabone, locis citatis, demonstrat hic urbium ordinem turbari a Plinio, cui ante Histonium nominanda fuisset Buca. Eo. P.

Aternus. Ατερνος Strabooi loco citat. Nunc *Pescara*. Haro.

Cognomine. Vt ab Aoxa, quae Callipolis in Salentinis, eo cognomine discriminentur. Oppidum Anxanum, Αγξανον Ptolem. lib. III, cap. 1, in Frentanis. Haro. — Hodie *Lanciano vecchio*, iuxta ioclytam urbem *Lanciano*, septemtrionem versus; haud procul ostiis amnis Sagri, quem nunc *Sangro* incolae vocant. Ed. P.

Carentini. In MSS. *Carelini*. Ptolemaeus, lib. III, cap. 1, Καρακηνοὺς, Caracenos, locat inter Frentanos et Samnitas. Haro.— Carentinorum Supernatum oppidum loco dicto *Civita Burella* situm fuisse ait d'Anville, et Infernatum ubi hodie reperitur *Civita del Conte*. Lanuenses omnino ignorantur. Eo. P.

Marrucinorum. Vet. ap. Dalecamp. *Murcinorum*. Ed. P.

Teatini. Τεατία Μαρρουκινῶν μεσόγειος, Ptolemaeo, loc. cit. Frontino, pag. 108, *Teate*, *qui Aternus*, quoniam haud procul ab eo amne situs erat: nunc *Chieti*. Eo. P.

Corfinienses. Κορφίνιον, πόλις Πελιγνῶν μεσόγειος, Ptolem. loc. cit. nunc

finienses, Superequani, Sulmonenses: Marsorum Anxantini, Atinates, Fucentes, Lucenses, Maruvii: Albensium Alba ad Fucinum lacum: Aequiculano-

Pentinia vicus in Abrutio citeriore. Ager Corfinius Frontino, lib. de Colon. pag. 104. Vulgo *Campi de s. Perino*: Pelignus, nunc *Valva* dicitur; et episcopus Sulmonensis, quum subiectum habeat agrum integrum Pelignorum, propterea *Valvensis* episcopus vulgo appellatur. Haro.

Superequani. Dalec. et Elz. *Superaequani*. Ed. P. — Front. pag. 170, Superequum: et Balbo, pag. 318, Colonia Superaequana. Nunc *Castel Vecchio Subequo*, haud procul Aterno amne, ut recte Holsten. in Ital. pag. 144. Haro.

Sulmonenses. Oppidum Pelignorum Σουλμών, Sulmo, Ptolem. loc. cit. Frontino, p. 109, Solmona: hodie *Sulmona*. Tertio loco a Plinio nominatur, quoniam in appellandis oppidorum nominibus servat elementorum ordinem. Ovidius patriam hanc suam esse gloriatur, lib. IV Trist. eleg. x, v. 4 et 5: *Sulmo mihi patria est, gelidis uberrimus undis, Millia qui novies distat ab urbe decem*. Alibi idem Ovidius: *Pars me Sulmo tenet Peligni tertia ruris: Parva, sed irriguis ora salubris aqua*. Hard.

Marsorum. Iuxta lacum Fucinum, hodie *lago di Celano*, nomen servat adhuc regiuncula, *Ducato di Marsi*, gentis Columnae. Hard. et Ed. P.

Anxantini. In MSS. *Anxatini*. Chiffl. *Anaxatini*. Non illis, ut vult Harduinus, sed Atinatibus, ut d'Anville et Mannertus aiunt, tribuenda videtur civitas, hodie *Civita d'Antino* dicta, in valle *di Roveto* posita, inter Fucinum lacum et Lirim flumen. Anxantini autem, si Mannerto credimus, ad veterem Liris fluminis alveum requirendi sunt. Ed. P.

Atinates. Atinatem agrum locat in Samnio Livius, lib. X, c. 39, quum Samnites scilicet rerum potirentur. Hard.

Fucentes. Male vet. apud Dalecamp. *Socentes*, nam certe a Fucino lacu hi nomen habuerunt, aut ab eis lacus. Ed. P.

Lucenses. Dalec. et Elz. *Lucentes*, a *Luco* oppido, quod Fucino lacui obiacet, occasum inter et austrum. De hoc luco seu nemore Virgilius, lib. VII, vers. 759: *Te nemus Angitiae, vitrea te Fucinus unda*, etc. Ed. P.

Maruvii. Elz. *Marruvii*. Μαρούιον Straboni lib. V, pag. 241. Hinc *Marrubia de gente sacerdos*, apud Virgil. lib. VII, vers. 750. Haec praecipua Marsorum civitas videtur fuisse. Oppidi etiamnunc videntur rudera *Muria* vocata, ad orientalem Fucini ripam. Ed. P.

Albensium. Oppidum Alba Fucentis dicta. Apud Gruter. p. 404, Alb. fvc. Albensis ager, Frontino, lib. de Colon. pag. 102. Nunc *Albi*, Columnae gentis. Hard.

Aequiculanorum. Αἰκούλοι Ptolem. lib. III, cap. 1, quorum oppida ut Plinio, Κλείτερνον, et Καρσίολοι. Hic *duris Aequicola glebis*, ut cecinit Maro, lib. VII, vers. 747. Cliterninae, sic enim vocat Mela, lib. II, cap. 4, quis fuerit situs, incompertum. Carseolorum vestigia in valle Torana, seu Carseolana planitie, *Piano di Carsoli*, ubi oppidum Cellae, vulgo *le Celle Carsoli*, monstrari ait Fabret-

rum, Cliternini, Carseolani: Vestinorum, Angulani, Pinnenses, Peltuinates, quibus iunguntur Aufinates Cismontani: Samnitium, quos Sabellos et Graeci Saunitas dixere. colonia, Bovianum vetus, et alterum cognomine Vndecumanorum. Aufidenates, Esernini, 2 Fagifulani, Ficolenses, Saepinates, Treventinates:

tus, dissert. 2, de Aquaed. pag 89, Holstenium secutus. Hard.

Vestinorum. Vtramque Aterni amnis ripam hi tenuere, haud procul fontibus, in Abrutii ulterioris umbilico. Horum oppida duo, ex Plinianis quatuor, Αγγολος et Πίννα apud Ptolem. Diodoro in excerp. pag. 398. Nunc *Civita di Penna*, in Abrutio Vlteriore. Pinnam Vestinam vocat Vitruv lib. VIII, cap. 3. Hard. — Angelos hodie *civita S. Angelo* est, auctore Mannerto. Ed. P.

Pinnenses. Chifflet. *Pennienses* Ed P.

Peltuinates Apud Gruter. pag 443, Peltuini: Balbo, p. 318, *colonia Peltinorum*. H. — Situs omnino ignoratur. Ed. P.

Aufinates. Vulgo *Ofina* oppidi nomen est, in Abrutio ulteriore, ad fluvium *Busceo*, haud procul oppido *Popoli*, septemtrionem versus. Gaudentium Aufinienosis Ecclesiae episcopum laudat Simplicius Papa, ep. 2. Apenninn monte horum ager utrimque clauditur: ideo Romanis Cismontani dicti: quoniam ultra eos editissima Vestinorum iuga attollerentur. Hard. et Ed. P.

Saunitas. Σαυνῖται Dionysio Perieg. v. 375, et Scylaci, pag. 3; Sabellos vero vocitatos, quod proles Sabinorum essent, Cato est auctor in Excerpt. Orig pag. 137. Hard.

Bovianum. Chiffl *Boviannum*. Ed. P. — Bobianus Samnii oppidum apud Frontio. pag. 109. Βοβιανον Ptolemaen, lib. III, cap. 1, in Samnitibus. Nunc *Boiano*, in Comitatu Molisii. De Boviano vetere Livius, lib. XIX, cap. 28. Hard.

Vndecumanorum. Ab undecima legione, ex qua eo milites coloni deducti. Hard.

Aufidenates. Oppidum Aufidena, Livio, lib. X, cap. 12. Nunc *Alfidena*, ad Sagrum amnem, in Abrutio citeriore. Hard.

Esernini. Straboni, lib. V, p 250, Εσερνία. Frontino, in Samnio, pag. 109, Esernia oppidum. At Ptolemaeo Αἰσερνία. Nunc *Isernia*, in comitatu Molisii. Hard.

Fagifulani MSS. omnes, *Fagifugali*, quod dant vet. apud Dal. et Chiffl. omnino ignorantur. H. Ed. P.

Ficolenses. Vnde Ficiliensis ager, Frontino, lib. de Colon. pag. 105, etsi is in Piceno locet. H. — Ficuleam, aut, ut alii legunt, Ficulneam a Tarquinio Prisco captam narrat, lib. I, cap. 38, Livius, qui etiam, lib. III, cap. 52, Ficulensem, sive Ficulnensem viam, quae postea Nomentana vocata est, nominat. Hanc urbem Fidenis conterminam fuisse probat senatus decretum, quo iussus est Appius Claudius, teste Dionysio Halicarn. lib. V, pag. 308, queralas Fidenatum et Ficulensium de agrorum terminis dirimere; sed certus ignoratur urbis locus; quam tameo ubi hodie est fanum *S. Basile* nonnulli statuisse volunt. Ed. P.

Sabinorum, Amiternini, Curenses, Forum Decii, Forum novum, Fidenates, Interamnates, Nursini, Nomentani, Reatini, Trebulani, qui cognominantur.

Saepinates. Dalec. et Elz. *Sepinates.* Σαίπινον in Samnitibus, Ptolem. lib. III, cap. 1; Frontinn, lib. de Colon. pag. 88: *Saepinum oppidum Colonia ab Impp. Nerone et Claudio est deducta.* Gruter. pag. 441, Mv NICIPES SAEPINATES. Livio, lib. X, cap. 44 et 45, est Sepinum, sive Saepinum. Nunc *Sapino*, quod *Sipicciano* vocat Mannertus, in Comitatu Molisii. HARD. et ED. P.

Treventinates. Vet. apud Dal. *Treventiates.* ED. P. — Frontino, p. 89. Tereventum oppidum. HARD.

Amiternini. Αμίτερνον Ptolemaeus, lib. III, cap. 1, Vestinis attribuit. H. — Quod unam hanc urbem Sabini trans Apenninum possiderent. Illam hodie *S. Vittorino* esse, v M. pass. ab *Aquila*, in feraci Aterni amnis valle testantur innumera templorum, turrium et theatri rudera. ED P.

Curenses. Aliis dicti Cures: ex graeco sermone, *Curites*: mox ore italico Quirites. Nunc est oppidum *Correse*, et Curensis fluvius in Tiberim defluens, in Terra Sabina: etsi aliter visum Cluverio. Vide Holsten. p. 107. HARD.

Forum Decii, Forum novum. Forum Decii idem oppidum esse, quod Peuting. Tab. *Forumecri* vocat, XII M. pass. ab Interocrio, hodie *Antrodoco*, putat Mannertus qui illud haud longe a vico *S. Croce* situm fuisse opinatur. Forum novum, quod Peuting. Tab. *ad Novas* vocat, XVI M. pass. a Reate, meridiem versus, in Salaria via, XXX M. pass. ab Roma situm fuisse ait idem Mannertus, loco hodie *Osteria nuova* dicto. ED. P. — Fori novi superest, exciso oppido, Episcopium Sabinense, *Vescovio*, in Terra Sabina. Ibi repertam inscriptionem testatur Holsten in Ital. pag. 107, FORONOVARII. Grut. pag. 492, FORONOVANOR, et Frontino, pag 101. Foronovanus ager. HARD

Fidenates. Fidenae Balbo, pag. 105, in Prov. Piceni. Diversi forte a Fidenatibus primae regionis, de quibus cap. 9. Et sunt illae Fidenae tamen in Terra Sabina, V mill. pass. ab urbe Roma, ut diximus. HARD. — Nonnulla reperiuntur urbis huius vestigia iuxta *Giubileo*, aut potius, ut vult Mannertus, iuxta villam *Serpentina* sive *Serpentana*, quae paulo ad meridiem sita est. ED. P.

Interamnates. Interamne oppidum Frontino, pag. 86. H. — Diversa est haec Interamna a duobus aliis cognominibus civitatibus, nempe ab Interamna Succasina, sive Lirinate, de qua supra, cap. 9 et ab Interamna Narte de qua infra, cap. 19; in Piceno, aut potius ex docti d'Anville mappa in Praetutiis sita fuisse videtur, hodieque, si Manoerto credimus, urbs *Terano* est in colle sita, haud longe a confluentibus amnis *Viziole* et *Tronto* fluminis. ED. P.

Nursini. Νουρσία Ptolemaeo, in Sabinis, lib. III, cap. 1. Et nunc *Norsia*, in Ducatu Spoletino. HARD.

Nomentani. A Nomentanis primae regionis diversi. HARD. — Eorum urbs hodie *Mentana* est, auctore Mannerto, aut, ut vult d'Anville, *Lamentana*. ED. P.

Reatini. A Reate, nunc *Rieti*, infra Nursiam. HARD.

Mutuscaei, et qui Suffenates, Tiburtes, Tarinates. In hoc situ ex Aequiculis interiere Comini, Tadiates, Caedici, Alfaterni. Gellianus auctor est, lacu Fucino haustum Marsorum oppidum Archippe, conditum a Marsya duce Lydorum: item Viticinorum in Piceno deletum a Romanis, Valerianus. Sabini (ut quidam existimavere, a religione et deorum cultu Sevini appellati) Velinos accolunt lacus, roscidis collibus. Nar 3

Mutuscaei. Vet. apud Dalec. *Mutustaei.* Chifflet. *Mutuici.* Ed. P. —Gruter. pag. 19, IVVENT. TREBVL. MVTVSC. Item pag. 487. Trebulae Mutuscae frequens mentio apud Iul. Obsequ. cap. CII, CIII, etc. Hae Virgilio, Aeneid. lib. VII, *olivifera Mutuscae.* Nunc est *Monte Leone della Sabina,* infra Reate, in Sabinis. HARD.

Suffenates. Quorum oppidum Trebula Suffena, nunc *Montorio di Romagna*, in Sabinis supra Nerulam, ad Curensem fluvium. HARD.

Tiburtes. A Tibure, *Tivoli.* Tarinates, quorum oppidum hodie *Tarano*, supra Manlianum, quod *Mangliano* vocant. HARD.

Aequiculis. Quos Aequiculanos superius appellavit. HARD.

Comini. A Cominio oppido, de quo Liv. lib. X, cap. 39 seqq. et lib. XI, cap. 15 et 16, rectius *Cominii.* Mox ubi *Acedici* habent libri editi, nos *Caedici* reposuimus, ex MSS. Omnium situs ignoratur. H. et Ed. P.

Archippe. Solinus, cap. II, c. XII: *Archippen a Marsyo rege Lydorum, quod hiatu terrae haustum, dissolutum est in locum Fucinum.* Hinc regem Archippum in hoc tractu imperitasse finxit Maro, Aen. VII. Exstare hujus oppidi vestigia ad ripam lacus, propè *Transaco*, quae obtegantur excrescente eo, affirmant Marsi. HARD.

Viticinorum. Elz. *Vidicinorum.* Utrique ignorantur. Ed. P.

Ut quidam. Varronem notat, de quo Festus: *Sabini dicti, ut ait Varro, quod ea gens praecipue colat deos:* ἀπὸ τοῦ σέβεσθαι. A Sabino Sangi filio, Sabinos appellatos affirmat Cato, apud Dionys. Halic. lib. II, pag. 113. HARD.

Velinos. Alter Velinus, nunc *Lago de Piè de Luco*, ab oppido finitimo dicitur, in Ducatu Spoletino: Reatinus alter: *Lago di S. Susanna.* Utrumque praeterfluit amnis etiamnunc *Velino* dictus, qui in Narem influit. Ed. P.

Roscidis collibus. Qui Roseae campos in coronam cingunt: Roseae vocantur, ut Festus ait, quod in eis arva rore humida semper serantur. Ex his collibus, uno interciso emissus in Narem fluvium Velinus lacus. Cicer. lib. IV, ad Attic. ep. 14: *Reatini me ad suo τέμπη duxerunt, ut ogerem contra Interamnates (cognomine Nartes), quod locus Velinus a L. Curio emissus, interciso monte in Nar defluit: ex quo est illa siccata, et modice tamen humida Rosea.* HARD.

Nar amnis. Nunc *Nera*: in Tiberim influit. Ed. P.

amnis exhaurit illos sulphureis aquis. Tiberim ex his petens replet, e monte Fiscello labens, iuxta Vacunae nemora et Reate in eosdem conditus. At ex alia parte Anio, in monte Trebanorum ortus, lacus tres amoenitate nobiles, qui nomen dedere Sublaqueo, defert in Tiberim. In agro Reatino Cutiliae lacum, in quo fluctuet insula, Italiae umbilicum esse M. Varro tradit. Infra Sabinos Latium est, a latere Picenum, a tergo Vmbria, Apenninii iugis Sabinos utrimque vallantibus.

XVIII. Quinta regio Piceni est, quondam uberrimae multitudinis. Trecenta LX millia Picentium in fidem populi romani venere. Orti sunt a Sabinis voto vere sacro. Tenuere ab Aterno amne, ubi nunc

Exhaurit illos. Lacus corrumpit, in quos conditur. HARD.

Sulphureis Spectat eo Virgilius, Aeneid. lib. VII, vs. 517: *Sulphurea Nar albus aqua: fontesque Velini.* HARD.

Fiscello. Silius Ital. lib. VIII: *Quae, Fiscelle, tuas arces*, etc. Nunc quoque *Monte Fiscello*, in confinio Abrulii ulterioris, ad oppidum *Civita Reale.* HARD.

Vacunae. In monte Fiscello Deae Vacunae nemus, quam vacantibus et otiosis praeesse dicebant. De ea Ovid. Fast. lib. VI, v. 307. HARD.

Anio. Nunc *Teverone.* Oritur iuxta oppidum quod Τράϊβα dicitur Ptolemaeo, in Latio, lib. III, cap. 1; nunc in Campania Romana, ut vocant, *Tervi* vel *Trevi*, ut diximus in prima regione. HARD.

Tres. Elz. *Treis.* Legebat Dalec. ex vet. *Tris* ED. P.

Sublaqueo. Villa Neronis, cui Sublaqueum nomen est, inquit Tacit. Annal. lib. XIV, cap. 22. Oppidum fuit etiam ante Neronis tempora, cuius villa Sublacensis dicta est ab oppido: oppidum enim iuxta lacus positum, unde nomen: villa in editiore loco: nunc *Subiaquo*, ad Anienem. HARD.

Cutiliae. Chifflet. *Cutiniae.* ED. P. — Nunc *Lago di Conviglianno*, ab oppido vicino. De insulis Cutiliensium lacus multa Macrobius, Saturn. lib. I, c. 7. Fluitantes Seneca vidisse se testatur, ut diximus lib. II, cap. 96. Meminit et Dionys. Halic. lib. I, p. 15. HARD.

M. Varro. Et Martianus, lib. VI, cap. de Ital. pag. 205. HARD.

Vallantibus. Vet. apud Dalec. *velant bus.* ED. P.

XVIII. *Piceni.* Nunc Abrutium ulterius dicitur, cum parte aliqua Marchiae, ut vocant, Ancunitanae: sed qua mari fere utrumque alluitur. H.

Est, q. Chifl. *et quondam.* ED. P.

Populi romani. Dalec. *populo romano.* ED. P.

Orti sunt. Strabo, lib. V, pag. 228. HARD.

Voto vere sacro. Emissa a paren-

ager Adrianus, et Adria colonia a mari VII M. pass. Flumen Vomanum: ager Praetutianus, Palmensisque. Item Castrum novum, flumen Batinum, Truentum

tibus iuventute e finibus patriis, ut abirent in colaniam, voto diis ante concepto pro felici rei eventu. Haan. — Prius *vero sacra* legebatur. At MSS. *amnes*, *vere*. Veris sacri gemina apud antiquos acceptio fuit. Primum enim, ut Festus ait: *Ver sacrum vovendi mos fuit Italis: magnis enim periculis adducti vovebant, quaecunque proxima vere nata essent apud se animalia, immolaturos.* Nempe ex caprina, suilla, ovilla, bovilloque grege, ut docet Plutarch. in Fabio, pag. 170. Quod natum esset inter kalendas martias et inter kalendas maias, auctore Livio, lib. XXIV, c. 41. De Sabinis ipsis Nonius, c. XII, n. 18: *Ver sacrum, religiosum, Sisenna historiarum libro quarto: Quondam Sabini feruntur vovisse, si res communis melioribus locis constitisset, se ver sacrum facturos.* At ver sacrum vovere, non solum erat proventum unius anni consecrare, ut pecudes quidem immolarentur diis: quorsum enim hoc loco huiusce moris ritusque sacri mentio, si re nulla alia continetur? sed iuventutem etiam diis consecratam in colonias mittere. Hunc morem edocet egregie Plinius, quum ait Picentes ortas a Sabinis, vato vere sacro: sed multo expressius Dion. Halicarn. lib. I, pag. 13, et lib. III, pag. 77, statim initio. Iustinus quoque, lib. XXIV, cap. 4: *Namque Galli abundanti multitudine, quum eos non caperent terrae quae genuerant, trecenta millia hominum ad sedes novas quaerendas velut ver sacrum miserunt.* Hieronym. denique in Chron. ad Olymp. 89, an. 4: *Lacedaemonii ver sacrum Heracliam destinantes urbem condunt.* Ver sacrum illi sacrum iuventutem vocant, e finibus suis pulsam a parentibus, ubi alimenta domi non suppeterent, crescente in dies multitudine: voto diis ante concepto, pro felici rei eventu: inde illi in colaniam abeuntes, quidquid terrarum armis pararent, habebant pro patria. Hard.

Adria colonia. *Atri*, in Abrutia ulteriore. Haro.

Vomanum. *Vomano.* Meminit eius Silius, lib VIII: *Statque humectata Vomano Adria* Hara.

Praetutianus. Deeo Livio, lib. XXII, cap. 9, et XXVII, 43. Nos de utroque dicemus, lib. XIV, cap. 8 II.

Castrum novum. Ager Castranus in Piceno, Balbo, pag. 129. Nunc rudera, in ara sinus Adriatici, in ulteriore Abrutio, *Calvena.* Haan. — Aut potius, ut d'Anville Mannertusque volunt, *Giulia nova.* Ed. P.

Batinum. Hodie *Salinella.* Idem qui Ματῶνος Straboni dicitur, lib. V, pag. 241. In MSS. Reg. 1, 2, *Vibatinum.* Haro.

Truentum. Mela, lib. II, cap. 4: *Piceni littora excipiunt: in quibus Numana, Potentia, Cluana, Cupra, urbes: castra autem, Firmum, Adria, Truentinum: id et fluvia qui praeterit, nomen est.* Nunc amnem, *Trouto*: *Porto di Martin Scuro* locum vocant, ubi oppidum fuit. Castrum Truentinum, Cicero vocat, ad Attic. lib. VIII, ep. 18. Haan. et Ed. P.

cum amne: quod solum Liburnorum in Italia reliquum est. Flumen Albula: Tervium, quo finitur Prae-
2 tutiana regio, et Picentium incipit. Cupra oppidum, Castellum Firmanorum: et supra id colonia Asculum, Piceni nobilissima; intus Novana: in ora Cluana, Potentia, Numana, a Siculis condita. Ab iisdem co-

Quod solum Liburnorum. Qui ex adversa continente, hoc est, Illyrien, huc transgressi, oram hanc tenuere, ut iterum dicetur cap. seq. Haro.

Flumen Albula: Tervium quo finitur Praetutiana regio. Ita plane totideio apicibus servatis, nec detracto unu, nec adiecto, MSS. Reg. 1, 2, Colbert. 1, 2, Paris. Chiffl. et Tolet. At Colb. 3, et Salmant. pro *Tervium* habent *Tessanium.* Vt ut est, oppidi id nomen fuit, ut ex ipsa Plinii ratione exploratum est. Vnde Plinii editores haec nomina hauserint, quae hoc loco obstruserunt, *Flumina, Albulates, Summum, Helvinum, quo finitur*, etc. non vocat inquirere. Haro. — Albulam hodie non ut ait Harduinus *Ragnola*, sed, ut vult Mannertus, *Tessuo* incolae vocant: in eius ostio Tervium oppidum fuit, quod *Grotte a mare* nunc dicitur, si eidem Mannerto credimus. D'Anville autem *Grotte a mare* Cuprae maritimae locum occupare putat. Eo. P.

Cupra. Gruter. p. 408, Capramar, hoc est, maritima, ad discrimen alterius quae montana dicitur. Κοῦπρα μαριτίμα Ptolem. lib. III, cap. 1. H. — Illam d'Anville hodie *Grotte a mare* esse, ut modo diximus, putat: si tamen Tervio, ut vult Mannertus, assignandus est locus iste, fortasse ad ostium fluminis *Aso*, sive *Asone*, iuxta *Pedaso* requirenda sunt Cuprae maritimae vestigia. Eo. P.

Firmanorum. Nunc paulum a mari semotum oppidum Firmanorum, *Fermo*, Grut. pag. 533. Fir. Piceno. *H.*

Asculum. Hodie vocatur *Ascoli.* Gruter. pag. 565, Coloniae Ascvlanorvm. *Hurd.*

Nobilissima; intus: Novana in ora Cluana, etc. Bene MS. Reg. 1, et editio princeps, *intus Novana: in ora Cluana.* Brot. — Dalec. et Elzev. *Nobilissima. Intus Novana In ora Cluana*, etc. Harduinus male, ut opinor, *nobilissima, intus: Novana in ora: Cluana*, etc. Non enim in ora, ut in do proxime insequenti nota dicemus, sita fuit Novana, quamvis id velit Hard. Eo. P.

Novana Non *Città Nuova* in ora maris Adriatici, ut vult Harduinus: sed longius a mari, ut ait Cluver. Ital. Antiq. lib. II, p. 741, quamvis eum reprehendat Harduinus. Illam hodie *Monte Novano* esse dicunt d'Anville et Broterius: hoc autem nomen in mappis mihi non occurrit. De hoc agro Furonovano Piceni Balbum vide, apud Frontinum de Colon. p. 101. Eo. P.

Cluana. Fuit in ipso ostio fluvii quem *Chienti* vocant, quique Maceratam praeterit: ubi nunc *Piano di s. Giacomo.* Meminit Mela loc. cit. Haro. — Flumen *Chienti* et oppidum *Civita Nuova* Mannertus vocat. Eo. P.

Potentia. Ποτεντία in Piceno, Ptolem. lib. III, cap. 1, et Melae loc. citat. Supersunt vestigia haud procul a *Porto di Recanati*, ubi Abbatia

lonia Ancona, apposita promontorio Cumero, in ipso flectentis se orae cubito: a Gargano CLXXXIII M. pass. Intus Auximates, Beregrani, Cingulani, Cuprenses cognomine Montani, Falarienses, Pausulani, Pleninenses, Ricinenses, Septempedani, Tollentinates, Treienses, Vrbesalvia Pollentini.

retinet nomen B. Mariae ad pedem Potentiae, ad amnem *Potenza* H.

Numana. Gruter. pag 446, MVNICIP. NVMANAT. Νούμανα Ptolemaeo et Melae. Nunc *Vmana*, ubi reperiuntur fanum et rudera multa haud longe, septemtrionem versus, a parvo flumine *Cusone* sive *Cuscione*. H. et Eo. P.

Ab iisdem. Hoc est, a Siculis, ut ait Solinus; cap. XII, p. 12, sive ut ait Strabo, lib. V, pag. 241, a Syracusanis, qui Dionysii tyrannidem fugerant, condita Ancona est. Apud Gruter. pag 465, COLON ANCONITANOR. Promontorium cui assidet, Crunerum. Etiamnunc *Monte Camero*, sive *d'Ancona* vocatur. H. et Eo. P.

Orae cubito Id eleganter Mela, l. II, cap. 4: *Exin illa in angusto duorum promontorium ex diverso coëuntium inflexu, cubiti imagine sedens, ac idco a Graecis dicta* Αγκών, *inter gallicas italicasque gentes quasi terminus interest.* HARD.

CLXXXIII. CLXXXIV, ex MS. Reg. 4, et editione princip., legit Broterius, quod et ego malleni, ut vera omnino consentaneum. EO. P.

Auximates. Auximatis ager, in Piceno, Frontin. de Colon. pag. 102. Auximum oppidum, nunc *Osimo*. Ab Ancona XII M. pass. recedit in austrum. HARD.

Beregrani. In Peaetuliis apud Ptolemaeum, Βερέτρα, pro Βερέγρα In Piceno, apud Frontin. p. 108, Veragranus ager. HARD. — Locus ignoratur. EO. P.

Cingulani. A Cingulanis primae regionis diversi. Horum Cingulanus ager in Piceno, apud Balbum, pag. 104, qui eadem lege teneri dicitur, qua Potentinus. Cingulum id oppidum appellatum Ciceroni, ad Attic. l. VII, ep. 13, p. 212. Nunc quoque *Cingoli*, aut, ut vult Mannertus, *Cingulo*, in Marchia Anconitata. HARD. et EO. P.

Cuprenses. Oppidum Κοῦπρα μοντάνα Ptolem. in Piceni mediterraneis urbibus, prope *Ripa Transone*, ut testatur huius loci episcopus D. Azolinus, apud Holsten. in Ital. p. 137. HARD.

Falarienses. Falerionensis et Pausulensis ager in Piceno apud Balbum, p. 105 et 106. Prioris oppidi rudera nomen servant, *Faleroni*, haud procul Tennae fluvii fontibus. Alterius, quod Pausulae in Itiner. Anton. dicitur, in *Monte dell'Olmo*, ex adverso Maceratae, exstant ruinae; in Marchia Anconitana utrumque. HARD. — Pausulas in Monte *Elpana*, ad flumen *Aso* sitas fuisse vult Mannertus. EO. P.

Pleninenses. Elzev. *Pleniensis*. Vet. apud Dalec. *Plyniensis*. Chiffl. *Planiensis*. Omnes pariter ignorantur. EO. P.

Ricinenses. Ager Recinensis et Ricinensis apud Frontin. p. 107. Oppidi nomen servantia vestigia ad ripam Potentiae fluvii visuntur, millibus

XIX. (XIV.) Iungitur his sexta regio, Vmbriam complexa, agrumque Gallicum circa Ariminum. Ab Ancona Gallica ora incipit Togatae Galliae cognomine. Siculi et Liburni plurima eius tractus tenuere, in primis Palmensem, Praetutianum, Adrianumque agrum. Vmbri eos expulere, hos Etruria, hanc Galli. Vmbrorum gens antiquissima Italiae existimatur, ut quos Ombrios a Graecis putent dictos, quod inundatione terrarum imbribus superfuissent. Trecenta eorum oppida Thusci debellasse reperiuntur.

passuum duobus a Macerata. In vet. lapide apud Holsten. p. 137, Ricinienses. Haro. et Ed P.

Septempedani. Oppidum Σεπτέμπεδα Ptolemaeo et Frontino, p. 107. Septempeda, in Piceno. Id nunc *San Severino*, ad amnem Potentiam, Cluverio, Ital. lib. II, pag. 738, comprobantibus Holstenio, in Ital. p. 136, et Mannerto. Hard. et Ed. P.

Tollentinates. Chiff. *Tolenus.* Ed. P. — Tolentinus ager, in Piceno, apud Frontin. pag. 108. In veteri inscript. apud. Cluver. p. 739, Municip. Tollentin. Et nunc *Tolentino.* Haro.

Trienses. Dalec. et Elzev. *Triaenses.* Ed. P. — Treensis ager, Frontino, in Piceno, p. 108, apud Grater. pag. 446, Col. Auxim. et Municip. Numanat. Ordo et Plebs. Trienses. Oppidi vestigia exstare manifesta ad ripam Potentiae amnis, infra s. *Severino*, sub *Montecchio*, auctor est Holsten. pag. 739. Haro.

Vrbesalvia Pollentini. Dalec. et Elz. *Vrbs Salvia, Pollentini.* Vet. apud Dal. *cum urbe*, etc. Ed. P. — Iungenda haec simul, aut alphabeti ordo perturbabitur: intelligenduque Vrbesalviae, sive Vrbis Salviae oppidanos cognominari Pollentinos: sicuti ipsam Vrbem Salviam, Pollentiam quoque dictam. Citatur enim a Liv. l. XXXIX, c. 44, colonia Pollentia in Picenum deducta; Ptolemaeo lib. III, cap. 1, Οὔρβα Σαλουῖα; Balbo, in Piceno, p. 347, Ager Vrbis Salviensis. Nunc est *Vrbisaglia*, ad ripam amnis *Chiento*, seu Cluenti. Hard.

XIX. *Iungitur his.* Pi entibus. Vel forte rectius *huic*, sextae videlicet regioni. Haro. — Lego *iungitur hic* ex MSS. Reg. et edit. principe. Brot.

Togatae. Vet. ap. Dalec. *Togata Gallia:* Cisalpina quoque dicta est. Ed P.

Hanc Galli. Boii Lingonesque, Etruscos atque Vmbros agro pepulere, Liv. lib. V, cap. 35. Vide et Strab. lib. V, pag. 216. Hard.

Quos Ombrios. Ita Solinus, c. II, pag. 43, ex M. Antonio, quem laudat Stephano Ὀμβρικοί et Ὄμβροι Herodoto, Clio, Ὀμβρικοί H. et Ed. P.

CCC eorum oppida. Cato in Excerptis Orig. pag. 136 (si tamen verus est is fetus Catonis, et non subditius), habet haec totidem verbis. Hard.

Nunc in ora flumen, Aesis: Senogallia. Metaurus 2
fluvius: coloniae, Fanum Fortunae, Pisaurum cum amne. Et intus Hispellum, Tuder. De caetero Amerini, Attidiates, Asirinates, Arnates, Aesinates, Camertes, Casuentillani, Carsulani, Dolates cognomine

Aesis. Αἶσις ποταμός, μεταξὺ Αγκῶνος, καὶ Σηνογαλλίας, inquit Strabo lib. V, pag. 227, inter oppida duo, Anconam, et Senogalliam: nunc *Esino.* Aesinatem ex Vmbria caseum commendat in primis Plinius lib. XI, cap. 97. Hard.

Senogallia. Σήνα Γάλλικα Ptolem. lib III, cap. 1, in Senonibus. Silius, lib. VIII: *et Senonum de nomine Sena, Gallorum a populis traxit per saecula nomen.* Senones Gallos Alpes transgressos habuit conditores: nunc *Sinigaglia*, in ducatu Vrbini. Hard.

Metaurus Melae, lib. II, c. 4. flumen Metaurus. Nunc etiam *Metauro:* Vrbini ducatum praeterfluit, in Adriamque devolvitur. Hard.

Coloniae. Ita scripsi ex MSS. pro *Colonia:* ut sequentibus tribus oppidis vox eadem praeterea communicetur. Hard.

Fanum. Melae, loc. cit. *Colonia Fanestris.* Gruter pag. 475, Orivndvs. Colonia. Ivlia. Fano Fortvnae. Nunc *Fano*, in ducatu Vrbinate, ad Metauri ostium. Hard. et Ed. P.

Pisaurum. Gruter. pag. 433, Coloniarvm. Pisavr. et Fanest. Deducta colonia est ab Antonio, ut Plutarchus docet in eius vita, pag. 943. Nunc oppido *Pesaro:* amni *Foglia* nomen est, in ducatu Vrbinate. Hard.

Et intus. Chiffl. *et intus Pellum.* Ed. P.—Subintelligo, e longiore intus: ut superiores duae in ora. Gruter. pag. 351: Col. Ivl. Hispelli. Et pag 49: Coloniae Tvderis, reperta inscriptio Tuderti, quod vulgus nunc *Todi* vocat, ad Tiberim. Apud Front. pag. 93, Colonia Fida Tuder. Hispellum nunc castrum est prope Fulginium, *Foligno*, *Ispello* et *Spello.* H.

De caetero. Alterius generis, inquit, oppida: nec iam coloniae, sed municipia, vel libera, vel stipendiaria. Hard. — *Amerini*, etc. Ab Ameria, quae nunc *Amelia*, in ducatu Spoletino. Hard.

Attidiates In Marchia Anconitana, ad fontes amnis Aesis, oppidum est *Fabriano*: cuius in agro Attidiatium pagus est, *Attigio.* Vetus Inscript. apud Holsten. p. 83: R. P. Attidiat. *Hard.*

Asirinates Ita MSS. omnes, pro *Asisinates*, quod bene Cl Bezzonicus ex inscriptionibus veteribus restituit, ab Asisio oppido, de quo etiam Ptolemaeus in Vmbria. Grut. quoque pag. 21, Mvnicip. Asilinativm. Hodie incolis *Assisi*, vulgo nobis *Assise* D Francisci cultu ac religione oppidum satis clarum. Ed. P.

Arnates. Ab Ἄρνα oppido Vmbrorum, apud Ptolem. lib. III. cap. 1. Nunc *Civitella d Arno*, trans Tiberim, ex adversa Perusiae. Hard.

Aesinates Oppidum Ptolem. Αἶσις. Apud Gruter pag. 416, Col Aesis, ad amnem cognominem de quo supra, in Marchia Anconitana: nunc *Iesi.* Hard.

Camertes. Oppidum Camerinum: nunc quoque *Camerino*, in Marchia Anconitana. Hard.

Salentini, Fulginates, Foroflaminienses, Foroiulienses, cognomine Concubienses: Forobrentani, Forosempronienses, Iguvini, Interamnates, cognomine Nartes: Mevanates, Mevanionenses, Matilicates: Nar-

Casuentillani. Vet. ap. Dalecamp. *Casuentini.* Ed. P. — Casentinum oppidum, apud Frontin. pag. 83, pro *Casuentinum.* Gruter. p. 414, Municipi. Casventinorvm. Situs omnino ignoratur. Haro. et Ed. P.

Carsulani. Oppidum Carsulae: Tacito, Hist. lib. III, cap. 60, ager Carsulanus. Apud Plin. Iun. lib. I, ep. IV: *Quantum copiarum in Ocriculano, in Narniensi, in Carsulano, in Perusino tuo?* Nunc iacet: rudera in ducatu Spoletino, in itinere a Narnia Perusium, paulo infra locum ubi amnem *Chiascio* Tiberis recipit. Dolates Salentini omnino ignorantur. Haro. et Ed. P.

Fulginates. Fulginium, *Foligno*, in ducatu Spoletino. Gruter. pag. 347. Fvlginia. *Hard.*

Foroflaminienses. Φόρος Φλαμινίου, Ptolem. lib. III, c. 1, Grut. pag. 347, Civitat. Foro. Fla. *Hard.* — Nunc est *la Vescia*, duobus circiter pass. millibus a Fulginio, quod forum Flaminii vicinitate sua exhausit. Ed. P.

Foroiulienses, *cognomine Concubienses.* Lego: *Forotulienses*, *cognomine Concupienses*: ita MSS. Reg. et editio princeps. Sine auctoritate in recentioribus editionibus emendatum, *Foroiulienses*, etc. Brot. — Vtrique ignorantur. Ed. P.

Forobrentani. Sic ap. Chiffl. Dalec. et Elz. *Forobremitiani.* Vtrique pariter ignorantur. Ed. P.

Forosempronienses. Φόρος Σημπρωνίου, Ptolem. loc. cit. nunc *Fossombrone*, in ducatu Vrbinate. Hard.

Iguvini. Lego *Iguini.* Ita MS. R. 4, editio princeps, et vetus inscriptio ap. Cl. Rezzonicum. Dicti quoque suut Iguvini. Brot. — *Ligumini* ex inscripto vetusto lapide. Aldus in Comment. Caes. *Ingiuini.* Dalec. — Dalec. et Elz. *Igunii.* Ed. P. — Inscriptio apud Gruter. p. 347, Civitat. Igvvinorvm. Nunc *Gubbio*, in Vrbini ducatu. Iguvium Ciceroni, ad Attic. lib. VII, ep. XIII, p. 212, et Nonio, verbo *Apisci*: et in *Proiicere*, Iguvini. Vide Tractatum singularem Augustini Steuchi Eugubini, de nomine urbis suae. Hard.

Nartes Gruter. pag. 422. Civitas. Interamnativm Nartivm. Ab amne Nare, cui appositum oppidum, quod nunc *Terni* vocant. Haro.

Mevanates. A Mevania oppido, *Bevagna*, in ducatu Spoletino, ad amnem Clitumnum, hodie *Timia* Μηουανίς Ptolem. lib. III, cap. 1; Mevania Lucano, lib. I, v. 474. Haro.

Mevanionenses. A Mevanione, seu minore Mevania. In libris vulgatis post Frobenium, *Mevanienses.* At iidem sunt ii qui Mevanates proxime antea memorati, ut recte animadversum est ab Holstenio, in Ital. p. 92. In MSS. Reg. Colb. Paris. Chiffl. et in edit. Parm. aliisque vetustis, *Mevaniouenses.* Nos vetustam inscriptionem sequi non ausi sumus, quae exstat apud Grut. pag. 483, Decvrioni Mevaniolae. Cluverius in Ital. Antiq. lib. II, pag 650. Mevaniolam putat esse *Galeata*, qui vicus Romaniae est, in valle Bedesis amnis. H.

nienses, quod oppidum Nequinum antea vocatum est: Nucerini cognomine Favonienses, et Camelani: Ocriculani, Ostrani, Pitulani, cognomine Pisuertes, et alii Mergentini: Pelestini, Sentinates, Sarsinates, Spoletini, Suasani, Sestinates, Suillates, Tadinates,

Matilicates. Matilica oppidum, Frontino, p. 106, hodieque hujus nominis, *Matelica*, in Marchia Anconitana. In decret. Felicis Papae, pag. 255, *Equitio Matellicati.* Hard.

Nequinum. Apud Gruter. pag. 196, de Samnitibvs. Nequinatibvsque. A Nare fluvio, qui alluitur, alterum nomen habet: *Narni:* teste Livio, lib. X, c. 9 et 10. Hard.

Nucerini. Νουκερία colonia Ptolemaeo, lib. III, c. 1, in Olumbris: hodie *Nocera*, inter Asisium et Camerinum. Hard.

Camelani. Brot. *Camillani*, ex ed. principe et MSS. Reg. Eo. P. — Id cognomen Nuceriae alterius fuit, quae Favoniae vicina fuit. Camillani prope Nuceriam fieri mentionem in vetere quodam instrumento, scribit Holsten. in Ital. pag. 92. Hard.

Ocriculani. Legendum *Ocriculani*, ab Ocriculo Vlumbrorum oppido: cujus meminit et Ptolemaeus, lib. III, cap. 1. Dalec. — Editio Dalecampiana *Otriculani.* Eo. P. — Sic MSS. et Gruter. p. 422, Straboni, lib. V, pag. 227, Οκρίκλοι. Nunc *Otricoli*, in limite ducatus Spoletini, infra Narniam, ab Otriculo vetere, ubi Ecclesia S. Victoris, aliquantum dissitum. Hard.

Ostrani. Oppidum Οστρα Ptolemaeo, in Semnonibus mediterraneum. Nunc exstant vestigia sub *Monte Nuovo*, ad ripam Misae fluvii, qui juxta Senogalliam in mare influit. Vinc. Mar. Camarelli, Hist. Gall. Senon. lib. II, cap. 4. Hard. — Sive ubi *Corinaldo* est, ut vult d'Anville. Eo. P.

Pitulani. Et Pitulum ab his diversum, iam in prima regione vidimus. Haec ignoratur omnino, haud secus ac Pelestini. Hard. et Eo. P.

Pelestini. Vet. ap. Dalecamp. *Pestini.* Eo. P.

Sentinates. Frontino, lib. de Col. pag 107, *Sentis oppidum.* Apud Grut. pag 467, Ordo. et Plebs. Sentinati. Σεννάτων meminit Dio, lib. XLVIII, pag. 364. Iuxta oppidum *Sasso Ferrato* sita fuit, ut volunt d'Anville et Manuertus. Hard. et Eo. P.

Sarsinates. Elz. *Sersinates.* Eo. P. — Apud Gruter. pag. 1091, Sarsinativm hodem Sassinates dicti, apud Martial. lib III, epig. LVIII, et apud ipsum Gruterum, pag. 322 474, 923, aliasque. Nunc etiam *Sassina*, in limite Romaniolae, ad Sapim flumen, *Savio.* Hard.

Spoletini. Chiffl. *Spolentini.* Eo. P. — Spoletum, *Spoleto.* Hard.

Suasani. Vt prius Asirinates, pro *Asisinates* dicti: sic modo Suarani, in MSS. pro *Suasani.* Dalec. et Elz. *Suarrani.* Fuit in Senogalliensi agro ducatus Vrbini. Situm oppidi ac vestigia describit accurate Cimarell. lib. II, c. 5, Hard. — Ad orientem oppiduli *S. Lorenzo* situm fuit, auctore Manuertio, loco dicto *Castel Leone*, si audiatur quem sequi videtur d'Anville. Eo. P.

Sestinates. Prope fontes Pesauri flu-

Trebiates, Tuficani, Tifernates cognomine Tiberini, et alii Metaurenses: Vesionicates, Vrbanates cognomine Metaurenses, et alii Hortenses: Vettonenses,
3 Vindinates, Viventani. In hoc hoc situ interiere Feligiñates, et qui Clusiolum tenuere supra Interam-

minis, Monasterium esse ait Cluverius, Ital. lib. II, p. 622, cui *Sestino* nomen. Apud Gruter. pag. 108, Sestino. *Hard.*

Suillates. Nunc *Sigillo*, in limite Marchiae Anconitanae, haud procul Iguvio. Cluver. Ital. lib. II, p. 617. Hard.

Tadinates. Tadinarum mentio apud D. Gregor. referente Holsten. in Ital. pag. 85. Vestigia inter Noceram et Gualdum, in confinio ducatus Spoletini et Marchiae Anconitanae conspici etiamnum ait. Haad.

Trebiates. Ab oppido Trebia, nunc *Trevi*, inter Fulginium et Spoletum. Itiner. Hierosol. Spoleto *Trevis*, xii; *Fulginis*, v. Hard.

Tuficani. Ptolemaeo, lib. III, cap. 1, Ἰούφικον in Olumbris, pro Τούφικον. Frontino, pag. 108, Tuficum oppidum. Fuit, auctore Holsten. in Ital. pag. 91, inter Matelicam et Fabrianum, prope Attidium, ad amnem *Cesena*. Hard. et Ed. P.

Tifernates. Chifflet. *Tibernates* Ed. P.

Tiberini. Sic ap. Chifll. Dalec. et Elz. *Tibertini.* Vet. ap. Dalec. *Tiburini.* Ed. P. — Hi ab amne Tiberi, isti a Metauro fluvio, quem accolunere, nomen sortiti sunt. Tifernum Tiberinum: *città di Castello*: Metaurense, *S. Angelo in Vado*, in ducatu Vrbinate. In decretis Hilari Papae, pag. 250, subscribit *Lucifer Tifernis Metauris.* Et in decretis Symmachi, pag. 265: *Innocentius Diverentium Tiberinorum*: credo, pro *Tifernatium*, *Tiberinorum.* Plinius Iunior, lib. IV, ep. 1: *Oppidum est praediis nostris vicinum. Nomen est Tiferni Tiberini.* Hard.

Et alii Metaurenses. Elz. *et alii: Metaurenses.* Ed. P.

Vesionicates. Chifll. *Vesinicates.* Vtrique omnino ignorantur. Ed. P.

Vrbanates. Dalec. et Elzev. *Vrbinates.* Ed. P.

Metaurenses. A Metauro rursum Vrbinatibus his cognomen: nunc *Castel Durante.* Cimarell. lib. II, cap. 2. Haad. — Aut potius, ut d'Anville Manuertusque volunt, *Vrbania*, ad Metaurum amnem, duobus ab *Vrbino* leucis, meridiem inter et occidentem. Ed. P.

Et alii Hortenses. Elz. *et alii: Hortenses.* Ed. P.

Hortenses. Horum oppidum Vrbinum, incolis *Vrbino*, ducatus titulo nobile. Haad.

Vettonenses. Dalec. et Elz. *Vettioneuses.* Chifll. *Mettionenses.* Legebat Brot. *Vindenates*, ex editione principe et veteribus inscriptionibus. Ed. P. — Antonino, Vetona, xiv m. p. a Perusio. Nunc *Bettona*, infra Asisium. Apud Gruter. pag. 487, R. P. Vettonensium *Hard.*

Vindinates. Apud Gruter. pag 411: Municip. Casventinorum. Vindenativm. v. a. et quidquid, etc. Scriptum haud dubie voluit artifex, vib. hoc est Vibentanorum quos cum Vindenatibus coniungit Plinius. Vibentani

nam : et Sarranates, cum oppidis, Acerris, quae Vatriae cognominabantur, Turocelo, quod Netriolum. Item Solinates, Curiates, Fallienates, Apiennales. Interiere et Arieuates cum Crinovolo, et Vsidicani, et Plangenses, Pisinates, Caelestini. Ameriam suprascriptam Cato ante Persei bellum conditam annis DCCCCLXIV prodidit.

XX. (XV.) Octava regio determinatur Arimino, Pado, Apennino. In ora fluvius Crustumium, Ariminum colonia cum amnibus Arimino et Aprusa. Fluvius hinc Rubico, quondam finis Italiae. Ab eo

enim, pro Viventanis scribi posse censuit. Vtrique ignorantur. HARD.

Acerris. Diversae sunt Acerrae istae ab Acerris primae regionis, de quibus Livius, lib. XXIII, cap. 17; et ab Acerris Galliae Cisalpinae, de quibus Polyb. lib. III, cap. 34, et Stephanus Ἀχέρραι μεταξὺ τοῦ Πάδου καὶ τῶν Ἀλπεων. Illas de quibus hic Noster ad austrum Padi sitas fuisse constat, sed locus earum ignoratur et pariter omnium civitatum hic a Plinio memoratarum; quod quidem minime mirum videri potest, utpote quae eius aevo iam interierant. ED. P.

Vatriae Dal. et Elz. *Vafriae*. E P.

Netriolum. Dalec. et Elz. *Vetriolum*. ED. P.

Curiates. Sic apud Chiffl. Dal. et Elz. *Suriates*. ED. P.

Pisinates Iidem videntur esse quorum oppidum Pitinum vocat Ptolemaeus, quod haud longe ab amne *Foglio* situm fuisse videtur, loco non satis certo. ED. P.

Cato. Sic Annius quidem Viterbiensis in falsis Excerptis Originum, quae Catoni adscripsit, pag. 141. Bellum Persei coepit anno Vrbis conditae 583, ante Christum 171. Ergo Ameria condita est 1035 annis ante Christum. Pro *DCCCCLXIV*, Chiffl. *DCCCCLXIII* legit. ED. P.

XX. *Crustumium*. *Rapax* Crustumium Lucano, lib. II, v. 406, cum oppido cognomine, non procul Arimino, inquit Schol. Lucani Sulpicius. Nunc *Conca* dicitur, inter Pisaurum (ubi orae lustrandae cap sup. Plinius finem fecit), et Arimium, in Adriam labens. HARD.

Ariminum. Nunc *Rimini*. Grut. p. 481, COLON. ARIM. Hanc amnes duo alluunt: latere meridiano, *Ausa*: septentrionali, *Marecchia*. Hic Plinio, Ariminum: ille Aprusa, dicti. Vide Raph. Adimari, lib. de situ Arimin. pag. 49. HARD.

Amnibus Arimino, etc. Lego, *amnibus Arimino et Prusa*. Ita MSS. Reg. Ambros. et editio princeps. BROT.

Rubico. Magna inter doctos de illo flumine in historia tam celebrato orta est controversia, et adhuc *sub iudice lis est*, quamquam decreto Papae, an. 1756, flumini *Lusa* adiudicata sit, contra vulgi opinionem, quae in flumine *Pisatello* antiquum Rubiconem vult agnoscere, haud immerito, ut

Sapis, et Vitis, et Anemo: Ravenna Sabinorum oppidum, cum amne Bedese, ab Ancona CV M. pass. Nec procul a mari, Vmbrorum Butrium. Intus coloniae: Bononia, Felsina vocitata, quum princeps Etruriae esset: Brixillum, Mutina, Parma, Placentia. Oppida: Caesena Claterna, Forum Clodii, Livii, Popilii, Truen-

Rezzonicus et nonnulli recentiores putant, et egregie demonstrat Mannertus, ex tabulis Peuting quae Rubiconem ab Arimino XII M pass. distare aiunt, quod intervallum non multum a vero abest, si Rubiconem *Pisatello* esse confitemur, multo prolixius autem est, si *Lusa*. Ed. P.

Quondam finis Ante divisionem Italiae ab Augusto factam. Vide Luc. lib. I, v. 215. Hard.

Ab eo Sapis. Haec fluviorum nomina: Sapis Caesenam alluit: unde *Savio*, et *Rio di Cesena* dicitur a Baccin, de vinis Ital lib. V, p. 263. Vitis est *Bevano*: Anemo deinde sequitur, quem *Roncone* vocant Ex his prioris tantum fluvii mentio in vetusto lapide apud Reinesium, p. 479, Intea. Pontem. Sapis. etc. II.

Sabinorum. A Sabinis conditum. Sed prius a Thessalis, ut auctores sunt Strabo, lib. V, pag. 214, et Zosim. V, 27. Etiamnunc *Ravenna* dicitur. Hard et Ed. P.

Bedese Nunc *Montone* vocant: Ravennam fere cingit a meridie. Hard.

CV M. Dal. et Elz *CII M*. E. P.

Vmbrorum. Chiffl. *Vmbrorum Brutium*. Ed. P. — Subintellige oppidum, ab Vmbris conditum. Βούτριος τῆς Ῥαουέννης πόλισμα, Straboni, lib. V, p. 214, et Stephano. Ptolemaeo, l. III, c. 1, in Cenomanis, male Iusta *S. Alberto* situm fuisse videtur, auctore d'Anville iusta *Palazzuolo*, auctore Mannerto. II. et Ed. P. — *Bononia*. Mela, lib. II, c. 4: *Mutina et Bononia coloniae Romanorum*. A quibus deducta colonia fuerit diversis temporibus, colligit Cluverius, Ital. lib. I, pag. 283. Adde Dionem, lib L, pag. 422. De *Felsinae* cognomine Pseudo Cato, in Excerptis, p. 135. Hodie *Bologna* dicitur. Hard. et Ed. P.

Etruriae. Rebus Thuscorum florentibus, quum universa quoque Italia *Tyrrhena* nuncuparetur. Hard.

Brixillum. Malebat Pintian. *Brixella*. Vel Βρίξελλον, ut Ptolem. lib. III, cap. 1, in Gallia Togata. Nunc *Brescello*, ad Padum, in limite ducatus Mantuani. Hard.

Mutina. Chiffl. *Mutina Parva*. Nunc *Modena*. Colonia Livio, lib. XXXIX, c. 55, et Parma quoque: de qua speciatim apud Gruter. inscriptio, pag. 492, Col. Iul. Aug. Parm. Placentiam coloniam esse factam belli secundi Punici anno primo, scribit Ascon. Pedian. ad orat. Cic. in Pison. pag. 2. Nomen servat *Parma*; Placentia incolis hodie *Piacenza* dicitur. Hard. et Ed. P.

Caesena. Nunc quoque *Cesena*, ad amnem *Savio*. Claternam prope Bononiam, ad vicum *Quadenna* qui nomen eius quodammodo repraesentat, iam tum D. Ambrosii aevo in ruinis iacenisse, vidit Holsten. in Ital. pag. 44 II et Ed P.

Forum. Quid Fora essent, diximus cap. 5. Forum porro, ne turbetur

tinorum, Cornelii: Faventini, Fidentini, Otesini, Padinates, Regienses a Lepido, Solonates, Saltesque Galliani qui cognominantur Aquinates: Tanetani, Veliates cognomine Vecteri: Regiates: Vrbanates. In

series elementorum, singillatim in his omnibus repetendum: ut sit Forum Clodii, Forum Livii, Forum Popilii, vel Populi: Forum Truentinorum, Forum Cornelii. H. — Forum Clodii hodie *Fornocchia* esse ait d'Anville. Eo. P.

Livii, etc. Livii, apud Anton. male *Iulii*: nunc *Forlì*, in Romaniola. Popilii, quatuor a Foro Iulio mill. pass. *Forlimpopoli*: saepius, *Forlì piccolo*, seu Forum Iulii minus vocitatum. Truentinorum, in vet. inscript. apud Gruter. pag. 492, Forovrvent. Hodie *Bertinoro*, haud procul Arimino. Hard.

Popilii. Vet. ap. Dal. *Pompilii*.

Cornelii. Hoc loco libri vulgati *Cornelii*, *Laecini* fere exhibent, Chiff. *Cornelii*, *Licinii*: sed posteriorem vocem, quum nec ulli eam MSS. codices agnoscant, nec oppido ulli eo nomine Geographorum quisquam adiudicet, intrepide induximus. De Forn Cornelii, quod hodie *Imola* est, ut recte Cluverius probat, lib. I, pag. 290, vide Prudentium περὶ στεφάνων, Hymn. IX, in S. Cassianum: *Sullo Forum statuit Cornelius: hoc Itali urbem vocitant ob ipso conditoris nomine*. H. et Eo. P.

Faventini. *Faenza*, in Romaniola. Fidentini, a Fidentia, de qua Ptolem. lib. III, cap. 1, in Togata Gallia: ubi nunc *Borgo di S. Donnino*, ultra Cremonam, Padumque, in limite ditionis Mediolanensis, ut recte Cluver. iudicat l. I, p. 268. H.

Otesini. Vetus inscript. apud Cluver. libro I, pag. 282, Reip. Otesinorvm. Padinatea, ubi nunc castellum *Bondeno*, ad Panari Padique confluentes ut Cluverius coniicit, loc. cit. Haro.

Regienses. Regium Lepidum colonia dicitur a Ptolem. loc. cit. Nomen ab Aemilio Lepido habet: nunc *Reggio*: in ducatu Mutinensi. H.

Solonates. Gruter. pag. 1095, Solonativm. Ariminensivm. *H.* — Nunc *città di Sole*, aut exactius etiam *torre di Sole*, quae turris Solonae veteris locum occupat, IV M. pass. supra Forum Livii. Eo. P.

Saltesque. Non *Saltusque*: ut prius: neque enim nemorum, sed populorum nomina nunc quaeruntur. H. — Lego, *Saltusque Galliani*. Ita MSS. Reg. Vatic. Riccardian. et Medicaei. Nec aliter editio princeps. Illi Gallorum Saltus, iuxta Cl. Rezzonicum tenebant aspera Apennini cacumina supra Mutinam, Regium et Parmam, ubi adhuc amplissimae silvae. Brot.

Tanetani. In MSS. Reg. Chiff. *Riccardian.* et Medic. *Tannitom* Brot. — Dalec. et Elz. *Tanetani*. Eo. P. — Antonino, Tannetum, octavo a Parma lapide. Τάνητον Ptolem. lib. III, cap. 1, in Togata Gallia. Nunc *Tenedo*. H. — Aut potius *Tenero*; nam in mappis non reperitur *Tanedo*. Eo. P.

Veliates. Rectius forte legeretur, *Velhates*, *cognomine veteri Regiates*: id enim ordo litterarum exigit, ne intertur bet ur. Hard. — Bene Cl. Rez-

hoc tractu interierunt Boii, quorum tribus CXII fuisse auctor est Cato: item Senones, qui ceperant Romam.
2 (XVI.) Padus e gremio Vesuli montis, celsissimum in cacumen Alpium elati, finibus Ligurum Vagiennorum, visendo fonte profluens, condensque sese cuniculo, et in Forovibiensium agro iterum exoriens, nulli amnium claritate inferior: Graecis dictus Eridanus, ac poena Phaethontis illustratus: augetur ad Canis ortus liquatis nivibus: agris quamvis torren-

zonicus *Veleiates*, ex tabula Traiana, de qua iam dixi supra. Brot. — Haud longe a Placentia, austrum versus, ad fluvium *Nura*, reperitur vicus *Villoe*, quem Velise, seu Velleiae locum occupare putat Mannertus. Ed. P.

Veeteri, *Regiates*. Lego, *veteri Reginates* Bene Cl. Rezzonicus. Ibi adhuc *Terra*, *e case di monte Regio*; et parum distans amniculus Regius. Brot. — Pinet. *Vegiates*. Ed. P.

Vrbanates. Sic ap. Chifflet. Dalec. et Elz. *Vmbranates*, quae posterior lectio Gelenio placebat, non oblito *Vibinates* in VI regione recenseri. Ed. P. — *Vmbranates*, MS Barberin. et Cl. Rezzonicus. Nunc *città d'Ombria*: ubi multa adhuc manent antiquitatis vestigia. Brot.

Ceperant Romam. Brenno duce. Vide Liv. lib V, cap. 34 et 35; Polyb. lib. II, pag. 150; Paul. Diac. rerum Longobard lib. XI. c. 24. Id vero contigit anno Vrbis 364, XIV kal sextiles, ut ait Tacitus, Annal. lib. XV, cap. 44 De Boiorum excidio, vide Polyb. libro II. De Senonum clade, Florum, lib I, cap. 13. H.

E gremio Vesuli. *Monte Viso*, in Sabaudia. Haec verbis totidem Martianus, lib. VI, cap. de Italia, pag. 205, et Mela, lib. II, c. 4. H. — Verius disisset, in Salutiarum macchionatus confinio. Ed. T.

Cacumen Alpium. Ita MSS. et Martianus. Deest in Dalec. vox *Alpium*. Hoc est, qui plurimum inter Alpinos montes assurgat. Haad et Ed. P.

Vagiennorum Vet. ap. Dalec *Gabiennorum*. De his egimus c. 7. Ed. P.

Visendo fonte. Singulari, mirabili, conspicuo: quoniam videlicet mediis diebus aestivis velut interquiescens semper aret, ut dictum est lib. II, c. 106. Sic idem Plinius, lib. II, c. 44, uppam dixit *crista visendum plicatili*. Haad.

Forovibiensium. In parte Vibieni agri, inquit Martianus, quod idem est. De Foro Vibii, cap. seq. Haad.

Graecis. Vet. ap. Dalec. *a Graecis*. *Ortus* Chiffl *Orium*. Ed. P.

Agris quamvis torrentior, *nil tamen ex rapto sibi vindicans*. Ita restituimus ex MSS. cod. Reg. 1, 2, Colb. 1, 2, 3, Chiffl Paris. In libris editis perperam, *agris quam navigiis torrentior*. Salm. in Solin. pag. 81, *nil tamen ex rapto adiudicans*. Frustra. Mox vero ubi legitur, *atque ubi liquit agros*, ex eorumdem MSS. fide delenda vox ea *agros* videtur, ceu spuria, a superioribus *agris* mutuanda. Proponit Pintianus *atque ubi liquitur nix*. Quamvis auctus, inquit,

tior, nihil tamen ex rapto sibi vindicans; atque ubi liquit agros, ubertate largior: trecentis M. pass. a fonte addens meatu duodenonaginta; nec amnes tantum Apenninos Alpinosque navigabiles capiens, sed lacus quoque immensos in eum sese exoneranles, omni numero XXX flumina in mare Adriaticum defert. Celeberrima ex iis, Apennini latere iactum Tanarum: 4 Trebiam Placentinum: Tarum, Inciam, Gabellum, Sculiennam, Rhenum, Alpium vero Sturam, Orgum, Durias duas, Sessiten, Ticinum, Lambrum, Adduam,

in adiacentes agros Padus irruat, fecundiores illos reddit humectando, et ubertatem eis largiendo: non exhaurendo vastat, aut depopulatur. HARD.

XXX flumina. Martianus, loc. cit. et Solinus, cap. II, pag. 4. At XL hodie Geographi numerant, quorum XV laeva recipit ripa, reliqua dextera. HARD.

Tanarum. Etiamnunc *Tanaro.* In Padum influit ex adversoppidi *Cambio*, tribus infra Alexandriam leucis. ED. P.

Trebiam Placent. Trebia, clade Romanorum insignis, Placentinus irrigat campos, unde ei legitimum Placentini cognomen. Vulg. *Trebbia.* HARD.

Tarum, Inciam, etc. Sic cum Broterio legimus ex MSS. Reg. 1 et 2; quamvis *Tarum, Niciam* servet Harduinus. Tarus, hodie *Taro* per agrum Parmensem decurrit. Inciam nunc *Enza* sive *Lenza* vocant accolae Brixellenses; Gabellum, *la Secchia*, Mantuani, quorum in agro ex adverso Mincii confluentis in Padum delabitur. ED. P.

Sculiennam. Elz. *Sultennam.* Hodie *Panaro* dicitur a Ferrariensibus, quorum in extrema ditione Padum subit. ED. P.

Rhenum. Elz. *Renum.* ED. P. — Hunc Silius lib. VIII, non Rhenum absolute, sed parvum Rhenum appellavit, ut a Germanico eum Rheno distingueret: *Parvique Bononia Rheni*, inquit: nam Bononiam Rhenus praefluit, quem accolae *Reno* vocitant. HARD.

Sturam etc. Sic MSS proxime laudati. Libri vulgati mendose *Morgum.* Ennodius in carmine quo iter per Cottias Alpes describit: *Duria nam, Sessis, torrens vel Stura, vel Orgus.* Stura nomen hodieque retinet, haud procul Augusta Taurinorum. Orgum *Orco* vocant accolae. HARD.

Durias duas. Ita libri omnes: etsi ex Grammaticorum legibus *duos* rectius videatur. Duria minor *Doria riparia* Taurinensem agrum: maior, *Doria Baltea*, Montisferrati partem alluit, quae Boream spectat. HARD. et ED. P.

Sessiten. Qui Sessis Ennodio dicitur: Vercellensibus accolis, *la Sesia.* HARD.

Ticinum. Tesino. Papiam alluit, *Pavie*, cui et suum nomen impertit. Lambrum *Lambro* vocant, et *fiume*

Ollium, Mincium. Nec alius amnium tam brevi spatio maioris incrementi est. Vrgetur quippe aquarum mole, et in profundum agitur, gravis terrae, quamquam deductus in flumina et fossas inter Ravennam Altinumque per CXX M. pass. tamen qua largius vomit, septem maria dictus facere.

5 Augusta fossa Ravennam trahitur, ubi Padusa vocatur, quondam Messanicus appellatus. Proximum inde ostium magnitudinem portus habet, qui Vatreni dicitur, quo Claudius Caesar e Britannia triumphans, praegrandi illa domo verius quam nave intravit Adriam. Hoc ante Eridanum ostium dictum

di Marignano: inter Ticinum et Placentiam: mox Addua, hodie *Adda*, supra Cremonam, Pado excipitur: Ollius, *Oglio*, inter Cremonam et Mantuam. Hanc denique Mincius alluit, *Menzo*. Vivosum Lambrum, caeruleum Adduam, pigrum Mincium appellat Sidonius, lib. I, epist. v. De amne Addua multa Cassiodorus pereleganter, lib. XI, epist. XIV. H.

Ollium. Dalecamp. et Elz. *Olium*. Ed. P.

Quamquam deductus. Elz. *diductus*. Ed. P. — Divisus, distractusque plurimis, inquit, manu factis fossis fluminibusque, inter Altinum et Ravennam, CXX M. passuum spatio Padus attenuatur exhauriturque: nihilominus qua parte maiorem evomit vim aquarum, non stagna sive paludes, sed maria septem facere dicitur. H.

Per CXX. Deest ap. Dalec. et Elz. vox *per*. Ed. P.

Qua. Sic ap. Chiffl. Dalec. *quia*. Ed. P.

Augusta fossa. Lego, *Augusta fossa*. Bene MSS. Reg. 1, 2. Sic quoque esse emendandum recte viderunt Cluverius et Cl. Rezzonicus. Brot. — Male, ut puto, *Angusta* legit Harduinus. Ed. P.

Vbi Padusa. Virgil. Aeneid. lib. XI, vers. 457: *Piscosove amne Padusae*. Quem in locum Servius: *Padusa*, inquit, *pars est Padi, quae quibusdam locis facit paludem, quae plena est cygnorum*. Loci huius intellectus est; Padum ea parte, qua Ravennam fossa trahitur, Padusam vocari, quondam etiam ibi Messanicum appellatum. Hard.

Quondam Messanicus. Nunc *Po di Primaro*. Brot.

Proximum inde. Padusae, seu Padi ostium, nunc *Porto di Primaro*. H.

Qui Vatreni. Ab amne Vatreno, de quo mox, in Padum influente. H.

Claudius. Anno V. C. 797, C. Crispo II, T. Statilio coss. Dio, lib. LX, pag. 680. Haan.

Adriam. Mare Adriaticum. Sic Horat. lib. I, ode XXXIII: *Fretis acrior Adriae*. Hard.

est, aliis Spineticum, ab urbe Spina, quae fuit iuxta praevalens, ut Delphicis creditum est thesauris, condita a Diomede. Auget ibi Padum Vatrenus amnis, ex Forocorneliensi agro.

Proximum inde ostium Caprasiae, dein Sagis: dein 6
Volane, quod ante Olanc vocabatur. Omnia ea flumina, fossasque, primi a Sagi fecere Thusci: egesto amnis impetu per transversum in Atrianorum paludes, quae septem maria appellantur, nobili portu oppidi Thuscorum Atriae, a quo Atriaticum mare ante appellabatur: quod nunc Adriaticum.

Inde ostria plena: Carbonaria, ac fossiones Phili- 7

Spineticum. Vet. ap. Dalec. *Spireticum*. Eo. P.

Quae fuit. Interiisse iam aevo suo significat. Ab ea ostium Σπινῆτα vocat Dionys. lib. I, p. 15. Haro. — Haec lectio, quam sensu carere ait Laetius, explosa est ap. Elz. repositumque est ex Chiffl. *quae fuit iuxta Praevalens, Delphicis (ut creditum est) thesauris, condita a Diomede*. Eo. P.

Vt Delphicis. Spinetarum thesaurum Delphis ostendi solitum auctor est Strabo, lib. V, p. 214. Oppidum a Diomede conditum, Pseudo-Cato in Excerpt. Orig. p. 135. Haro.

Vatrenus. Idem Saternus vocitatus, modo *Santerno*, qui forum Cornelii alluit, hodie, ut diximus, *Imola*. Martialis, lib. III, Epigr. 67, *de pigris nautis: Cessntis, pueri, nihilque mostis, Vatreno, Eridanoque pigriores, quorum per vada tarda navigantes*, etc. Haro.

Caprasiae. Caprasiae, et Sagis, quae Padi ostia fuerunt, nunc obscurior investigatio est locorum facie immutata stagois Comaclensibus, *Stagni di Comacchio*. Superest maius ibi ostium unum, quod hodie *Porto di Magnavacca* nominant: quod sive Caprasias, sive Sagin, possis interpretari. Haro.

Volane. Chiffl. *Alana*. Eo. P. — Ab oppido, quod huic Eridani alveo impositum est, hodieque ei ostio nomen, *Porto di Volana*: amni ipsi, a Ferraria usque ad ostium, *il Po di Volana*. Hard.

A Sagi. Chiffl. *Asagi*. Eo. P. — Ita libri omnes. Oppidi id nomen videtur fuisse de quo Pseudo-Cato in Excerpt. Orig. pag. 136: *post Padi ostia Ravenna.... Interiit Saga, oppidum Etruscorum: ubi et Atria, a quo mare Atriaticum, quod nunc Adriaticum*. Haro.

Atriae. Longe haec diversa ab Adria colonia quintae regionis, sive Piceni, de qua, cap. 18. Retinet nomen *Adria* tenue magnae urbis vestigium: episcopali tameo titulo nobile, inter Padi et Athesis ostia. Haro.

Inde ostia. Quae magis in Boream vergunt. Hard. — Bene MSS. Ambrosiao. et editio princeps: *ostia plena*

stinae, quod alii Tartarum vocant: omnia ex Philistinae fossae abundatione nascentia: accedentibus Athesi ex Tridentinis Alpibus, et Togisono ex Patavinorum agris. Pars eorum et proximum portum fecit Brundulum, sicut Edronem Medoaci duo, ac Fossa Clodia. His se Padus miscet, ac per haec effunditur: plerisque, ut in Aegypto Nilus, quod vocant Delta, triquetram figuram inter Alpes atque oram
8 maris facere proditus, stad. dumm M. circuito. Pudet a Graecis Italiae rationem mutuari. Metrodorus tamen Scepsius dicit, quoniam circa fontem arbor multa sit picea, quales gallice vocentur Padi, hoc

Carbonaria. Ostia illa sunt *Pa di Ariano*, *Porto Goro*, et *Bocca del Camello.* Brot.

Fossiones Philistinae. Fossiones illae Philistinae, ut et Philistina fossa nomen trahunt a Philistaeis, qui eas regiones tenuere. Nunc *Bocca della Gnoca*; *Bocca della Scovetta*, *Busa delle Tole*, *Sbocco dell'Asnino*, etc. Brot.

Tartarum. Elz. *Tartharum*. Hodieque *Tartaro.* Meminit hujus Tacitus, Histor. lib. III, cap. 9. Ed. P.

Nascentia. Vet. ap. Dalec. *enascentia.* Ed. P.

Athesi. MSS. Reg. editio princeps et Cl. Rezzonicus, *Atesi.* Hodie *Adige.* Brot.

Tridentinis. Eaedem Rhaeticae appellantur, a capite Rhaetiae Tridentin. Comitatum Tirolensem a Venetis, ab Insubribus Rhaetos disterminant. Hard.

Togisono. Vet. ap. Dalec. *Vigisono.* Hodie *Bacchiglione.* Ed. P.

Brundulum. Nunc quoque *Brondolo.* Hard.

Edronem. Nunc *Chioggia.* Hard.

Medoaci duo. MSS. Reg. editio princeps et Cl. Rezzonicus, *Meduaci duo.* Brot. — *Brenta* et *Brentella*, accolae vocant. Fossa Clodia ea mihi esse videtur, quam nunc Fossam Paltanam appellant. Hard.

Rationem. Proponebat Dalec. *narrationem.* Ed. P.

Metrodorus. Et Pseudo-Cato in Excerpt. Orig. pag. 135 et 136. Scaliger, Exercit. 37, pag. 154, ab Syrorum voce *Pad*, quae campum significet, Padum appellatum esse ait. Menagius in Origin. Ital. pag. 702, a graeca voce Βάθος, quae profundum sonat, Padi nuncupationem derivat. Hard.

Quales .... accepisse Dalec. et Elz. *quae pides gallice vocetur. Padum hoc nomen accepisse.* Ed. P.

Bodincum. Malebat Dalec. *Bodingum.* Polybius, lib. II, ab accolis ait Βόδιγκον vocari. Nic. Chorier, lib. II Hist. Delphin. pag. 94, ait vocabulum *Inc*, sine; *Bod* (unde Gallis etiamnum *le Bout*) finem, fundum, sive extremum significare: Bodincum proinde, voce ex utraque conflata, fundo carentem sonare. Hard.

nomen accepisse. Ligurum quidem lingua amnem ipsum Bodincum vocari, quod significet fundo carentem. Cui argumento adest oppidum iuxta Industria, vetusto nomine Bodincomagum, ubi praecipua altitudo incipit.

XXI. (XVII.) Transpadana appellatur ab eo regio undecima, tota in mediterraneo, cui maria cuncta fructuoso alveo important. Oppida: Vibi forum, Segusio. Coloniae ab Alpium radicibus, Augusta Taurinorum, antiqua Ligurum stirpe, inde navigabili Pado. Dein Salassorum Augusta Praetoria, iuxta geminas Alpium fores, Graias atque Poeninas. His Poenos, Graiis Herculem transisse memorant. Oppi-

Industria. Casal, de quo cap. 7, in regione Italiae nona. Hard.

Altitudo. Padi fluminis. Hard.

XXI. *Undecima.* Vet. apud Dalec. *nona* Ed. P.

Fructuoso alveo. Bene MSS. Reg. 1, Ambrosian. et Cl. Rezzonicus, *fructuoso alvo important.* Nec aliter Plinius, lib. XIX, cap. 1: *Ignoscat tamen aliquis Aegypto vereuti ut Arabiae Indiaeque mercis importet* Padus autem maria cuncta seu cunctas maris opes transpadanae regioni importabat. Brot. — Placebat et Lactio ea lectio, quam forsan et ego mallem, quamvis cum Hard legamus *important*

Vibi forum. Bene MS. Reg. 1 et editio princeps, *Vibifoum.* Brot. — Vet. ap. Dalec. *Bivifoum.* Hodie *Castel fiore* in Taurinorum finibus, si audiantur Harduin. et d'Anville; *Revello*, si Broterius: situm ignorari meritò confitetur Mannertus. Ed. P.

Segusio. Nunc *Susa*, in Galliae Italiaeque confinio. Ed. P.

Augusta Taurin. Numinus Neronis in Thes. Goltzii, pag. 240, Col. XVI. Taurinor. Hodie *Torina* incolis H.

Inde navigabili Pado. Chiff. *inde navigabili Pado, antiqua Ligurum stirpe* Ed. P.

Salassorum. Vet. ap. Dalec. *Salanorum.* Σαλασσίων Αὐγούστα Πραιτωρία πόλωνος, apud Ptolem. lib. III, cap. 1, et in nummo Tiberii apud Goltz. pag. 237. Augusta, quod iussu et auspiciis Augusti condita, Praetoria, quod Praetorianorum colonia eo deducta, anno V. C. 729 Vide Dionem, lib. LIII, pag. 514. Nomen antiquum retinet, *Aosta* et *Augusta*, Italis: nobis *Aouste* Hard.

Fores. Sic ap. Chiff. Dalec. et Elz. *Fauces.* Ed. P.

Graias, etc. Bene MSS. Reg. Ambrosian. et Cl. Rezzonicus, *Graias atque Penninas.* Brot. — Plura videas insequenti nota. Ed. P. — Graiarum Alpium tractus a monte Cenisio, hoc est, ab Alpibus Cottiis usque ad Poeninas pertinet, quas vulgo vocant, *Monte di s. Bernarda maggiore.* Galli, *le grand St Bernard.* Hard.

His Poenos. Vnde fortean Alpibus

dum Eporedia, Sibyllinis a populo romano conditum iussis. Eporedias Galli bonos equorum domitores vocat. Vercellae Libicorum ex Sallyis ortae, Novaria ex Vertacomacoris, Vocontiorum hodieque pago, non (ut Cato existimat) Ligurum: ex quibus Levi et Marici condidere Ticinum, non procul a Pado: sicut Boii trans Alpes provecti, Laudem Pom-

nomen. Nam Ptolemaeus, lib. II, c. 12, τὰς Ποινάς vocat. Et apud Gruter. pag. 376, Vallis. Poenin. Negat tamen Livius, lib. XXI, cap. 38, a transitu Hannibalis Poeni Alpes dictas esse Poeninas: sed Penninas potius ab eo quem summo sacrato vertice Penninum montani appellabant. Inscriptionem refert Sponius, lib. de ignotis Diis, pag. 22. Deo. Pennino. Penninus itaque verticem montis sonat, ut hodieque apud Aremoricos Galliae populos, *Pen* caput et vertex est. Quid quod nihil de Poenorum transitu Plinius asseverat, sed vulgarem solum famam refert: nec obscure innuit, sibi esse incompertum, quos fama illa Poenos intelligat: num Hannibalem cum suo exercitu, num vero Hasdrubalem, qui duodecim post annis ex Hispania in Italiam venit. Illac transisse Hannibalem, ubi nunc est Pignerolium oppidum, putat Nic. Chorier, lib. III, pag. 145. Eruditam de eo argumento concertationem habet Honor. Bouche, lib. I, cap. 4, pag. 396, etc. Hard. — Nostrum quoque videas de Alpibus ab Hannibale superatis excursum, auctore Ph. De Lorenaudière, in IV Livii nostri tomo. Ed. P.

Eporedia. Ἐπορεδία Ptolemaeo, in Salassis, lib. III, cap. 1. Nunc *Lamporeggio*, et *Ivrea*, et *Invrea*, ad Duriam maiorem. Hard.

Sibyllinis ... iussis. Dalec. et Elz. *Sibyllinis libris a populo romano condi iussum.* Chiffl. *Sibyllinis ... conditum. Iussisse Eporediceas.* Ed. P.

Eporedias. Dalec. et Elz. *Eporedicas.* Vet. ap. Dalec. *Iporedicos.* Alii ap. Laetium, *Puredias.* Ed. P.

Libicorum. Vet. ap Dalec. *Libiciorum.* Ed. P. — Libicorum gentis, inquit, quae ex Salluviis ortum traxit, caput Vercellae fuit. Nunc quoque *Vercelli* incolis, nobis *Verceil*, ad Sessim, vel Sessiten amnem. Λιβικοὶ apud Ptolem. lib. III, c. 1, genti nomen. De Salluviis diximus cap. 5. Hard.

Novaria. Ptolemaeo Νοβαρία, in Insubribus. Hodie *Novara*, in Docatu Mediolanensi. Haan.

Vocontiorum. De his egimus cap. 5. Horum pars quaedam Vertacomacori fuere, cuius nominis vestigium in eo agro servari, qui hodie *Vercors* appellatur in Delphinatu, auctor est Nic. Chorier, lib. I, pag. 11. Haan.

Non ut Cato. Vide Pseudo Catonem, in Excerpt. Orig. pag. 135. Haan.

Ex quibus Levi, etc. — MS. Reg. 1, *Laevi.* Baor. — *Ex quibus.* Ex Liguribus. Liv. lib. V, c. 35, et lib. XXXIII, c. 37, antiquam gentem Laevos Ligures vocat, incolentes circa Ticinum amnem. Hard.

Ticinum. Pavie. Haan.

Trans Alpes provecti. Lego *trans-*

peiam, Insubres Mediolanum. Orobiorum stirpis esse, Comum, atque Bergomum, et Licini forum, et aliquot circa populos auctor est Cato: sed originem gentis ignorare se fatetur, quam docet Cornelius Alexander ortam a Graecia, interpretatione etiam nominis, vitam in montibus degentibus. In hoc situ interiit oppidum Orobiorum Barra, unde Bergomates Cato dixit ortos, etiamnum prodente se altius quam fortunatius situm. Interiere et Caturiges Insubrum exsules, et Spina supra dicta. Item Melpum opulentia praecipuum, quod ab Insubribus, et Boiis, et Senonibus deletum esse eo die, quo Camillus Veios ceperit, Nepos Cornelius tradidit.

XXII. (XVIII.) Sequitur decima regio Italiae, Adria-

alpibus profecti. Ita MSS. Reg. 1 et 3, editio princeps. Male in recentioribus emendatum, *trans Alpes provecti*. Baot. — Elz. *trans Alpes profecti*. Ed. P.

Laudem. Ad ripam Adduae fluminis, *Lodi*, vel potius, *Lodi Vecchio*, vicus a *Lodi* dissitus 111 mill. pass. occidentem versus. Eo. P.

Mediolanum. *Milano* incolis, Gallis, *Milan*. Mediolanium habent inscriptiones veteres apud Mattium, lib. III Opinion. p. 162. Hard.

Comum, etc. Illud *Como*, istud *Bergamo*. Hard.

Et Licini forum. MSS. Reg. 1, 2, et editio princeps, *et Liciniforum*. Baot. — Sic legitur ap. Dalec. et Elz. Situs omnino ignoratur. Eo. P.

Vitam in mont. A vocibus Graecis ὄρος et βίος· παρὰ τὸ τὸν βίον ἐν ὄρεσι. Hard.

Altius quam. Quoniam id oppidum Barra appellatum, in editi montis vertice olim conditum, Catonis autem aetate iam deficiens atque caducum, et paulo post funditus interiturum fuit: vere is in historiis suis, altius quam fortunatius situm prodidit. H.

Situm. Dalec. et Elz. *sitos*. Eo. P. — in Chiffl. et vetustis codicibus *situm*, non *sitos*: ut oppidum Orobiorum respiciat potius, quam Bergomates. Dalec.

Caturiges. Vel. ap. Dalec. *Caturgi*. Hos d'Anville a Galliae Caturigibus ortos putat, qui inter Ebrodunum, *Embrun*, et Vapincum, *Gap*, in ea Galliae provincia quae nobis dicitur *département des Hautes-Alpes*, loco hodie dicto *Chorges*, habitaverunt, et fortasse cum Belloveso in Italiam transierunt. Vid. inf. cap. 23. not. 23. Ed. P.

Supra dicta. Sup. cap. Hard.

Camillus. De Veiis a Camillo dictatore expugnatis, vide Liv. lib. V, cap. 21. Ed. P.

XXII. *Adriatico mari apposita: cuius Venetia, fluvius Silis*, etc. Sic libri omnes MSS. editique ante Hermolaum, qui omnium codicum fide

tico mari apposita: cuius Venetia: fluvius Silis ex montibus Tarvisanis. Oppidum Altinum, flumen Liquentia ex montibus Opiterginis, et portus eodem nomine: colonia, Concordia: flumina et portus, Romatinum: Tilaventum maius, minusque, Anassum, in quod Varramus defluit: Alsa, Natiso cum

spreta legit, *mari apposita*: *Venetia*, cuius *fluvius*, etc praeposiere scilicet translata Venetia. Secus enim Venetia tantum hac decima regione continebitur: id quod falsum esse constat, ex Carnorum et Iapydum regionibus, extra Venetiam quidem sitis, verumtamen huic decimae regioni Italiae nos attributis. Venetia autem non est hic loco nomen urbis Venetiarum, sed provinciae nomen est, quae olim in superiorem et inferiorem dividebatur: ex utraque autem postea confluentes populi, praecipue ex Patavio, Aquileia, Altino, urbem cognominem condidere, *Venezia*. Gallis *Venise*. Hard.

Silis. *Sile*, Tarvisium alluit, *Trevigio*, Gallis *Trèvise*. Ed. P.

Tarvisanis. Sic ap. Chiffl. Dalec. et Elz. *Tarvisanis*. Ed. P.

Altinum. Oppidi ruinae *Altino* vocatae, auctore d'Anville, exstant haud longe a Silis ostio. Hunc eius situm docent Tacitus, lib. III, et Martialis, lib. IV, Epigr 25, cuius titulus, *De littoribus Altini*. H. et Ed. P.

Liquentia. Nunc *Livenza*, cum portu cognomine. Hard.

Opiterginis. Iuxta oppidum Opitergium, nunc *Oderzo*, ad amnem *Montegano*, qui in Liquentiam influit. Incolae Opitergini Floro, lib. IV, c. 2. Hard et Ed P.

Concordia. Nomen hodieque retinet, ad dextram Romatini amnis ripam. Ptolemaeo, lib. III. cap. 1, in Carnis, Κονκορδία κολωνία Hard.

Romatinum. Nunc *Lemene*: Concordiam, ut diximus, praefluit, duobusque ostiis in Adriaticum mare influit, quorum ad dextrum reperitur hodie portus *S. Margherita*, qui fortasse portus Romatinum fuit. Ed. P.

Tilaventum. Lego *Tilaventum maius minusque*, ex MSS. Reg. Ambr s. et Cl. Rezzonicu. Brot — Τιλαυέντιος Ptolemaeo; accolis *Tagliamento*. In ostia portum efficit sibi cognominem. Inter Romatinum, et hoc Tilaventum maius, fluviolus labitur, cui nomen est *Lugugnana*. Id Tilaventum minus dici a Plinio suspicamur. Hard.

Anassum. Lego *Anasum*: ita MSS. Reg. Ambrosian. editio princeps, et clarissimus Rezzonicus Brot — Vet. apud Dalecamp. *Anassus*. In MSS. Reg. Colb. etc. *Varianus* alter amnis dicitur; in MS. Reg. 2, *Varamus*, quod nomen et in Dalec. legitur. Anassum nunc *Stella* est, quocum in paludibus miscetur Varramus, accolis nunc *Revonchi* dictus, ut nobis quidem videtur. Ed. P.

Alsa. Nunc *Ansa*: haud procul Aquileia labitur. Hard.

Natiso. Νατίσων Ptolemaeo, lib. III, cap. 1. De hoc Iornandes, lib. de rebus Geticis: *Aquileiae muros*, inquit, *ab oriente Natiso amnis elambit*. In quo erravit, ut puto; namque Natiso hodie *Natisa* dictus ab occidente Aquileiam praefluit, Tur-

Turro, praefluentes Aquileiam coloniam XV M. pass. a mari sitam. Carnorum haec regio, iunctaque Iapydum: amnis Timavus, castellum nobile vino Pucinum: Tergestinus sinus, colonia Tergeste, XXIII M. pass. ab Aquileia. Vltra quam VI M. pass. Formio amnis, ab Ravenna CLXXXIX M. pass. antiquus auctae Italiae terminus, nunc vero Istriae: quam cognominatam a flumine Istro, in Adriam effluente e Danubio amne, eodemque Istro, adversum Padi fauces, contrario eorum percussu mari interiecto dulcescente, plerique dixere falso, et Nepos etiam Padi accola.

rusque hodie *Thier* vocatus, ab oriente. Pro *Turro* MSS. Reg. Colb. etc. habent *Tarro*. Ed. P.

Aquileia Aquileia nunc quoque Italis; Gallis *Aquilée*. Oppidum quondam inclytum, nunc paene diruitum, vix domos XXXV complectitur. Hard.

XV M. Dal. et Elz. *XII M.* Nunc duobus tantum pass. millibus a mari abest. Ed. P.

Carnorum haec regio. In qua Concordia, Aquileiaque, colonias continentur, teste Ptolemaeo, lib. III, c. 1. Hard.

Iunctaque. Vet. ap. Dalec. *iuncta Iapydum regioni.* Ed. P. — Quae Carnis, inquit, coniungitur regio, Iapydum est: a Timavo incipit. A Strabone, lib. VII, p. 314, Ἰάπυδες nominantur: Ἰάπυδες Ptolemaeo, lib. II, cap. 17. Hard.

Pucinum. Πούκινον Ptolemaeo: incolis *Castel Duino*, prope Timavum, etiam nunc *Timavo* dictum. De Pucino inde cognominato, dicetur lib. XIV, cap. 8. Hard.

Tergestinus. Golfo di Trieste, id enim ei nunc quoque oppido nomen; Τέργεστον κολωνία Ptolemaeo loc. cit. Hard.

XXIII M. Antoninus XXIV M pass. Strabo, lib. V, pag. 215, stadiis 180, hoc est, XXII. M. o. pass Hard. — Lege *XXXIII M.* Ita MSS. Reg. Laudinian. Ambr. et editio princeps. Male in recentioribus emendatum *XXIII*. Inter Aquileiam et Tergestem sunt passus amplius *XXX M.* Brot.

Formio Nunc *Risano*. Ptolemaeo, Φορμίων. Hard.

Antiquus. Dalec. *antiquus Italiae auctus terminus.* Ed. P. — Ante divisionem Italiae ab Augusto institutam Hard

Cognominatam a flumine Istro. Dalec. et Elz. *cognominatam tradunt a flumine Istro* Sed vocem *tradunt* abundare, neque in Vet. exempl. neque in Chiffl. esse Dalecampius fatetur Ed P.

Eodemque ... fauces. Dalec. *eidemque Istro ex adverso Padi fauces.* Ed. P.

Fauces. Vet. apud Dalec. *faucibus.* Ed. P.

Plerique dixere. Auctor libri mirab. Auscult. pag. 1190. Auctor Peripli Ponti Euxini, pag. 10. Timagetes, ἐν τῷ πρώτῳ περὶ λιμένων, apud Schol. Apollon. ad lib. IV, v.

3 Nullus enim ex Danubio amnis in mare Adriaticum effunditur. Deceptos credo, quoniam Argo navis flumine in mare Adriaticum descendit, non procul Tergeste, nec iam constat quo flumine. Humeris travectam Alpes, diligentiores tradunt. Subiisse autem Istro, dein Savo, dein Nauporto, cui nomen ex ea causa est, inter Aemonam Alpesque exorienti.

4 XXIII. (XIX.) Istria, ut peninsula, excurrit. Latitudinem eius XL M. pass. circuitum vero CXXV M. prodidere quidam. Item adhaerentis Liburniae et Flanatici sinus. Alii Liburniae CLXXX M. pass. Nonnulli in Flanaticum sinum Iapydiam promovere, a tergo Istriae,

250. Theopompus apud Strab. lib. VII, p. 317, aliique. HARD.

Et Nepos. Sic ap. Dalec. et Elz. *et Nepos Cornelius.* ED. P.

Diligentiores. Propius tamen a vero Scymnus abesse videtur, qui quemadmodum refert Apollonii Schol. ad lib. IV Argon. v. 284, ait a Tanai amne in mediterraneum mare, atque inde in Adriaticum descendisse. H.

Istro. A Tanai primum, Pontoque Euxino in Danubium, sive Istrum, ii tradidere Argon navim primum descendisse, mox amnem Savum subiisse, qui in Danubium influit: denique ex Savo in Nauportum fluvium esse transvectam: mox humeris per Alpes sublatam in Tergestinum usque sinum. HARD.

29. *Savo.* Dalec. et Elz. *Sao,* hodie *Save.* Carniolam Croatiamque perlabitur. ED. P.

Nauporto. Vet. ap. Dalec. *Naupontо.* Hodie *Laybach* dicitur: Nauportum urbem, hodie *Ober-Laybach,* Gallis, *le Haut-Laybach,* et Aemonam, hodie *Laybach,* Carniolae metropolim, de qua mox, alluebat. ED. P.

Ex ea causa. Quod navem tulerit. HARD.

Aemonam. Vet. ap. Dalec. *Eumoniam.* ED. P.

XXIII. *Istria.* Et ipsa quoque decimae Italiae regioni contributa. HARD.

CXXV. Dal. *CXXII.* Vtraque mensura parum a vero abest. ED. P.

Flanatici. Vet. ap. Dalec. *Fanatici.* De eo sinu dicetur cap 25. ED. P.

Nonnulli. Censeri in horum numero Strabo potest, oram Iapydum inter Istros ac Liburnos stadiis mille constare testatus, lib. VII, pag. 314, hoc est, CXXV M. pass. HARD. — Si isti mensurae fides adhibenda sit, Iapydia ab extremo sinu Flanatico, hodie *Golfo di Quarnaro,* ad flumen Tedanium, hodie *Zermagna,* patebat; ad Liburniamque pertinebat reliquum inter hoc flumen et Titium, hodie *Kerka,* spatium, quod quidem vix CL M. p. pass. est, lectis omnibus littoris ambitibus. ED. P.

Flanaticum. Vet. ap. Dalec. *Fanaticum.* ED. P.

CXXX M. pass. Dein Liburniam CL M. fecere. Tudita- 2
nus, qui domuit Istros, in statua sua ibi inscripsit: « Ab Aquileia ad Titium flumen stad. M. » Oppida Istriae civium rom. Aegida, Parentium: colonia, Pola; quae nunc Pietas Iulia, quondam a Colchis condita. Abest a Tergeste C M. pass. Mox oppidum Nesactium: et nunc finis Italiae fluvius Arsia. Polam ab Ancona traiectus CXXX M. pass. est.

In mediterraneo regionis decimae, coloniae: Cre- 3
mona, Brixia, Cenomanorum agro: Venetorum au-

Ibi inscripsit. Subintellige, regionis quam domuit, latitudinem inscripsisse: stadiorum mille ab Aquileia ad Titium amnem, qui Liburniae finis, ut dicetur cap. 25. Rem gestam narrant Florus in Epit. Livii, lib. LIX, et Appianus in sexto bello Illyrico. Fragmentum quoque Fastorum Triumphalium: C. SEMPRONIVS. C. F. C. N. TVDITANVS. COS. DE. IAPVDIBVS. KAL. OCT. A. DCXXVI. *Hard.*

Stad. M. Dalec. *Stad. CC.* Vet. ap. Dalec. *Stad. M. M.* Proxima autem vero est M stadium mensura, quam dant plerique. ED. P.

Aegida. Mox Instinopolis appellata, nunc *Capo d'Istria.* Vide inscriptionem vet. apud Cluver. lib. I Ital. pag. 210. HARD.

Parentium. Nunc *Parenzo*, cum portu celebri. Παρέντιον, πόλις καὶ λιμὴν Ἰστρίας, Stephano. HARD.

Pola. Mela, lib. II, cap. 3: *sinus Polaticus*, inquit, *et Pola quondam a Colchis, ut ferunt, habitata, in quantum res transeunt: nunc Romana colonia.* Hodie *Pola.* HARD.

Nesactium. Vet. ap. Dalec. *Nexantium.* ED. P. — Ptolem. lib. III, cap. 1, Νέσακτον τέλος Ἰταλίας. Huius oppidi moenia amne praeterfluit Livius prodidit, lib. XLI, cap. 11, haud dubie Arsia fluvio, qui finis Italiae mox dicitur. Quamobrem non aliud id fuit, quam quod hodie *Castel Nuovo* dicitur, in ipso Arsiae ostio positum, *Arsa.* HARD.

Finis Italiae. Et decimae regionis. HARD.

Arsia. Chiffl. *Myrsia.* ED. P.

CXXX. Dalec. *CXX.* Via C. M. pass. est recto cursu. ED. P.

Cremona, etc. Ptolemaeo, lib. III, cap. 1, Κρέμωνα κολωνία, in Cenomanis. Deductam eo coloniam, anno V. C. 536, P. Corn. Scipione, T. Sempron. Longo coss. auctor est Livius, lib. XXI, c. 25, et epitomator eius in fine libri XX. Hodieque *Cremona.* HARD.

Brixia. Brescia, Cenomanorum gentis caput Brixia appellatur a Livio, lib. XXXII, cap. 30, et apud Ptolem. loc. cit. Κενομάνων Βριξία. Coloniam vocat inscriptio vetus apud Cluver. lib. I Ital. antiq. pag. 252. HARD.

Venetorum autem, Ateste: et oppida, etc. Vet. ap. Dalec. *Venetorum autem Adria. Ateste et oppidum*, etc. ED. P.

tem, Ateste: et oppida Acelum, Patavium, Opitergium, Belunum, Vicetia: Mantua Thuscorum trans Padum sola reliqua. Venetos Troiana stirpe ortos, auctor est Cato: Cenomanos iuxta Massiliam habitasse in Volcis. Fertini, et Tridentini, et Berunenses, Rhaetica oppida: Rhaetorum et Euganeorum Verona, Iulienses Carnorum. Dein quos scrupulose dicere non attineat, Alutrenses, Asseriates, Flamo-

Ateste. Nunc voce diminuta, *Este.* Hard.

Acelum. Ptolemaeo, Ἀκέλον, non Ἀκεῖον. Hodie *Azolo*, supra Tarvisium. Haro.

Patavium. Nunc *Padova* incolis, Gallis *Padoue.* Ὀπιτέργιον deinde Ptolemaeo, lib. III, cap. 1, in mediterraneis Venetorum oppidis, nunc *Oderzo*, in Marchia Tarvisina. Βέλουνον quoque ibidem, *Belluno.* Vicetia, *Vicenza*, inter Veronam et Patavium. Hard.

Sola reliqua Ex iis urbibus quas Tusci trans Padum condiderunt, quum rerum tota fere Italia potirentur Idrireo Virgilio, lib. X Aeneid. *Mantua dives avis* dicitur, et *Tusco ei de sanguine vires.* Haro.

Troiana stirpe. Antenore duce, si Livio credimus, initio l. I. Haro.

In Volcis Utrumque Rhodani ripam Volcae quondam tenuere. Auctor Livius, lib. XXI, cap 26 Finibus suis egressos e Gallia Cenomanos, cum Belloveso, Ambigati Biturigum et totius Celticae regis nepote, ducet Livius, lib. V, cap. 35, ubi Cenomanos Aulercos vocat. Consedere ii porro apud Volcas primum: mox per Taurinos saltus in Italiam prorupere, Brixiamque, Veronam, Cremonam, et Mantuam construsere. Vide P. Aegid. Laccary, lib. II de Colon. Galler cap 6, p. 91. Hard.

Fertini. Ita libri omnes, praeter Vet. ap Dalec. qui *Feletrini*, haud dubie pro *Feltrini*, ut habet Cassiodorus. Antonino quoque *Feltria*, in Rhaetia oppidi nomen est, a Tridento m. pass. xiv: nunc *Feltre*, supra Tarvisium. Haro.

Tridentini. Tridentum, *Trento*, ad amnem Athesim Hard

Berunenses In MSS. ubique *Beruenses.* Male, ut puto, Harduinus Millerusque eos cum Belunensibus modo appellatis confundunt. Ed. P.

Verona *Verona*, quam Athesis hodie mediam secat. Cenomanis a Ptolemaeo adscribitur. Haro.

Iulienses. Quorum Ἰούλιον Κάρνικον Ptolemaeo, lib II, cap. 14. Exstare huius vestigia aiunt circa Tilavempti amnis initia, loco dicto *Zuglio*, si audiatur d'Anville. Ed. P.

Alutrenses. Dalec. *Alutraenses.* Deinceps alphabeti ordine populi recensentur. in mediterraneo regionis decimae omnes positi Ita MSS. omnes. Cave porro hos putes ab Alvona, de qua cap. 23, cognominatos, aut ab Alno oppido, de quo Stephanus verbo Φλάνον, quum id in ora sit positum: in mediterraneo, Alutrenses. Omnino hi et Asseriates ignorantur. Haro. et Ed. P.

nienses Vanienses, et alii cognomine Culici: Foroiulienses cognomine Transpadani, Foretani, Nedinates, Quarqueni, Taurisani, Togienses, Varbari. In 4
hoc situ interiere per oram Iramine, Pellaon, Palsatium: ex Venetis Atia, et Caelina: Carnis, Segeste, et Ocra: Tauriscis Noreia. Et ab Aquileia ad duodecimum lapidem, deletum oppidum etiam invito senatu, a Claudio Marcello, L. Piso auctor est. In hac regione et XI lacus inclyti sunt, amnesque eorum partus, aut alumni: si modo acceptos reddunt, ut Adduam Larius, Ticinum Verbanus, Mincium Benacus, Ollium Sebinus, Lambrum Eupilis, omnes incolas Padi.

Alpes in longitudinem $\bar{X}$ pass. patere a supero 5

Flamonienses. Non a Flanona, de qua cap. 25, quae urbs littoralis est, sed a Flamonia, quae nunc *Flagogna*, haud procul ripa Tilavementi amnis. Hard.

Foroiuliénses. Transpadanorum cognomen his fuit, quod et alii Foroiulienses Cispadani erant in Umbria, de quibus cap 19. Provinciam occupaverunt, quam ex eorum nomine Itali *Friuli*, Germani *Friaul*, Galli *Friaul* vocant. Oppido eorum nomen hodie esse *Cividale* ait d'Anville. Foretani omnino ignorantur. Ed. P.

Nedinates. Ita MSS non *Venidates*, ut scribit Dalec. atque ita sane series ipsa elementorum exigit. H. — Nomen a Nedino, Illyrici oppido, sortiti, quod alii *Nadin*, alii *Sus et* ab incolis vocari perhibent. Miller.

Quarqueni. Qui et *Querquani*, quorum oppidum *ad Quercum* dictum, nunc agri Tarvisini vicus est, nomine *Quero*, ad amnem *Piave*, infra Feltriam, qua Tarvisium itur. Miller et Ed. P.

Taurisani. Vel Tarvisani: oppidum Tarvisium, *Treviso* hodie, nobis *Trévise*.

Varbari. Dalec. *Varuani*. Hi et Togienses omnino ignorantur. Ed. P.

Palatium. Dalec *Palsicium* Omnes istae urbes ignorantur. Ed P.

Et XI. Ita MSS. libri que editi omnes, praeter Dal. apud quem *et X* legitur Hoc est, et in undecima regione: nam Ticinum, non derimae, sed praecedentis undecimae regionis amnis est. Hard. et Ed. P.

Acceptos. Dalec *exceptos*. Ed. P.

Ut Adduam, etc. Larius lacus, *Lago di Como*; Verbanus, *Lago Maggiore*; Benacus. *Lago di Garda*; Sebinus, ab oppido Sevo, sive Sebo, *Lago di Seo*, mox *d'Iseo* appellatus. Eupilis denique, *Lago di Pusiano* Hard.

Incolas Padi. In Padum denique confluere ait eos amnes. Hard.

X pass. Hoc est, decies centena millia passuum. Siquidem denarii notam, superducta linea, signare

mari ad inferum, Caelius tradit: Timagenes XXII M. pass. deductis: in latitudinem autem Cornelius Nepos centum M. T. Livius tria M. stadiorum: uterque diversis in locis. Nam et centum millia excedunt aliquando, ubi Germaniam ab Italia submovent: nec LXX M. explent reliqua sui parte graciles, veluti naturae providentia. Latitudo Italiae, subter radices earum a Varo, per vada Sabatia, Taurinos, Comum, Brixiam, Veronam, Vicetiam, Opitergium, Arsiam, DCCXLV millia passuum colligit.

XXIV. (XX.) Incolae Alpium multi populi, sed illustres a Pola a Tergestis regionem Secusses, Subocrini, Catali, Monocaleni, iuxtaque Carnos quondam Taurusci appellati, nunc Norici. His contermini Rhaeti et Vindelici, omnes in multas civitates divisi. Rhaetos Thuscorum prolem arbitrantur, a Gallis pulsos duce Rhaeto. Verso deinde Italiam pectore Alpium, la-

decies: atque in huiuscamodi, centena millia semper intelligi, saepius ante admonuimus. HARD. — Vet. ap. Dalec. et Chiffl. *X M. pass.* ED. P.

Nepos centum M. Tol. et Salm. *Nepos col. M.* ED. P.

Tria millia stad. Hoc est, CCCLXXV M. pass. HARD.

Vicetiam. Vet. ap. Dalec. *Vincentiam.* ED. P.

Opitergium, Arsiam. Dalec. *Opitergium, Aquileiam, Tergeste, Polam, Arsiam.* ED. P.

DCCXLIV millia. Ducto itinere paulo longiore per diverticula oppidorum. H. — Tol. et Salm. *DCCXIII.* Dalec. *DCCII.* ED. P.

XXIV. *Secusses.* In MSS. *Fecues;* Chiffl. *Fecusses.* Subocrini, ab Ocra fortassis oppido vetere cognominati, de quo cap. sup. Catali (sic enim MSS. habent Reg. Colb. etc. non *Catili*, quod dat Dalec.) in veteri inscriptione laudantur, Tergestae reperta, quam Grulerus recital, pag. 408. H. et ED. P.

Norici. De his dicetur cap. 27. H.

Rhaeti. Rhaeti hodie, *pays des Grisons et Tyrol.* Vindelici, a Brigantino lacu ad Aenum amnem, qua in Danubium influit, tenuere, ubi nunc Bavaria. HARD.

Rhaetos Thuscorum. Id quoque Iustinus prodit, lib. XX, cap. 5, pag. 337 editionis nostrae: *Tusci quoque duce Rhaeto, avitis sedibus amissis, Alpes occupavere, et ex ducis nomine gentes Rhaetorum condiderunt.* ED. P.

Verso deinde. Qua deinde versus Italiam spectant Alpium iuga, ibi Latii iure donatae Euganeae gentes. Ab Euganeis Veronam esse conditam, sup. cap. vidimus. Verum caput Euganearum gentium fuisse videtur op-

tini iuris Euganeae gentes, quarum oppida XXXIV enumerat Cato. Ex iis Triumpilini, venalis cum agris suis populus: dein Camuni, compluresque similes finitimis attributi municipiis. Lepontios, et Salassos, Tauriscae gentis idem Cato arbitratur. Caeteri fere Lepontios relictos ex comitatu Herculis, 2 interpretatione graeci nominis credunt, praeustis in transitu Alpium nive membris: eiusdem exercitus et Graios fuisse; Graiarum Alpium incolas, praestantesque genere Euganeos, inde tracto nomine. Caput eorum Stonos: Rhaetorum Vennonetes, Sarunetes-

pidum nobile, quod adhuc vetustum retinet nomen, *Lugano*, ad lacum cognominatum, *Lago di Lugano*, inter lacum Verbanum, *Lago Maggiore*, et lacum Larium, *Lago di Como*. HARD.

Deinde Italiam. Vet. ap. Dalec. *deinde in Italiam*. ED. P.

Triumpilini. Quorum ager nunc *Val Trompia* dicitur Mannerto. Vallis est, quam Mela amnis per XXV M. pass. secat, cuius fauces ab urbe Brixia, V M. pass. distant. De his in Trophaeo inferius. HARD. ED. P.

Camuni. Καμοῦνοι Straboni, lib. IV, pag. 206, quos cum Lepontiis copulat. Vallis est Rhaetici iuris, quae a priscis cultoribus retinuit nomen, *Val Camonica*, supra Sevinum lacum. Ita Honor. Bouche, lib. III, cap. 1, p. 100. De his rursum inferius. Καμούνιον Dioni, lib. LIV, pag. 534. HARD.

Lepontios. Ili valles eas tenuere quae sunt circa Verbanum lacum, *Lago Maggiore*: inter quas *Val d'Ossola*, et ea quam Ticinus secat amnis: incolis *Val Leventina*, quasi Lepontina dicta. Ita Honor. Bouche, pag. 102. HARD.

Salassos. Quorum regio nunc *Valle d'Osta*: oppidum Augusta Praetoria, ut diximus cap. 21. H.

Tauriscae. Dalec. *Tauricae*. ED. P.

Interpretatione. A Graeca voce λείπω, *linquo*: quod ii relicti ibi ex comitatu seu exercitu Herculis forent, Lepontii appellati. H.

Praeustis, etc. Chiffl. *pertustis in transitu Alpium membris. Eiusdem exercitus et Graios fuisse, Graiarum Alpium et incolas*, etc. Dalec. *praeustis intra sinus Alpium nive membris: eiusdem et Graios fuisse, positos in transitu, Graiarum Alpium incolas*. Nos Harduinum secuti sumus, qui locum hunc ad exemplarium MSS. Reg. Colb. Chiffl. et Paris. fidem accurate se refinxisse ait. ED. P.

Inde tracto. Quasi εὐγένεσι, vel εὐγενεῖς ob generis praestantiam diceretur. HARD.

Stonos. Sic Harduinus; male autem, ut opinor, Broterius ex MS. Reg. 1, et ex fastis Capitolinis, ut LIGVSTIVS STOENIS, *Stoenos* restituit. Stoeni enim isti Alpes non Rhaeticas, sed maritimas, Liguriam versus, coluerunt, ut animadvertit Miller. Inque Liguribus et ipsi censiti sunt,

que, ortus Rheni amnis accolunt: Lepontiorum, qui Viberi vocantur, fontem Rhodani, eodem Alpium
3 tractu. Sunt praeterea Latio donati incolae, ut Octodurenses, et finitimi Centrones, Cottianae civitates: Caturiges, et ex Caturigibus orti Vagienni Ligures, et qui Montani vocantur: Capillatorumque plura genera ad confinium Ligustici maris.

4 Non alienum videtur hoc loco subiicere inscriptionem e trophaeo Alpium, quae talis est: IMPERATORI

ut e Stephano patet: Στοῦνος πόλις Λιγύρων, et es Epitome lib. LXII Livii: *Q. Marcius consul Stacnos gentem Alpinam expugnavit*, et cap. 6: *cum Stoenis praecipua dimicatio fuit, quae Ligurum Inalpinorum natio est*. Stoni autem, Straboni lib. IV, p. 104, Στόνοι dicti, fuisse videntur in agro Tridentino, prope fontes amnis *Chiese*, ad pagum *Storo*, ut opinatur Maennertus. Ed. P.

Vennonetes. Cuiff. *Vennonenses*. Ptolemaeo, lib. II, cap. 12. Οὐέννοιοι; Straboni, l. IV, p. 206, Οὐένωνες. Hi regionem quae nunc *Valtellina* Italis dicitur, videntur incoluisse. Ed. P.

Saunetesque. Ita libri omnes. At rectius forte Suanetes, de quibus mox iterum in Trophaeo: nam et Ptolemaeus, lib. II cap. 12, in Rhaetia Suanitas agnoscit. Hard.

Octodurenses. In Notit. Prov. civitas Valensium Octodurus: nunc *Martignac en Valais*. Agri circumiacentis incolae, *les Vaudois*. Hard.

Centrones. Κέντρωνες Ptolemaeo, in Graiis Alpibus, lib. III, cap. 1. In Notit. Gall. Civitas Centronum Tarantasia, *Tarantaise*, in Sabaudiae ducatu. Hard.

Cottianae. Cottii regis imperio subiectae: a quo et Alpes Cottiae nomen sortitae, hodie *le mont Cenis*. Hard. — Postea a Nerone in provinciae ius redactae. Ed. P.

Caturiges. Caturigum in Graiis Alpibus caput est Ebrodunum, *Embrun*. Ptolemaeo, lib. III, cap. 1, aliisque. Haud procul Ebrodino vicus est *Chorges*, qui haud obscura quidem prisci nominis vestigia retinet. Vide Nic. Chorier. lib. I, p. 12, et Honor. Bouche, lib. III, cap. 2, pag. 117. Hard.

Et ex Caturigibus. In MSS. et vetustis editionibus pro *Caturigibus et ex Caturigibus orti*, legitur tantum, et (ut opinor) verius, *Eturi e Ligaribus orti*. Deinde *Vagienni, Ligures*, etc. De Vagiennis, et Capillatis Ligaribus diximus c. 7. De Montanis Silius lib. VIII: *Tum pernix Ligur, et sparsi per saxa Vagenni*. Hard.

Montani. Quidam legunt *Appuani*, ab oppido *Appua*, hodie *Pontremoli*. Dalec.

E trophaeo. Differt ab ipso trophaeo arcus triumphalis, qui est Segusinae, sive Susae in Pedemontio, et alia ibi inscriptio est, cuius haec tantum verba eui potuerunt ab oculato teste, anno 1671: IMP. CAESARI AVGVSTO DIVI F. PONTIFICI MAXIMO TRIBVNIC. POTESTATIS XV. IMP. XIIII. Haec Plinianam oportet fuisse in Comitatu Nicaeensi,

CAESARI DIVI F. AVG. PONTIFICI MAXIMO, IMP. XIIII, TRIBVNICIAE POTESTATIS, S. P. Q. R. QVOD EIVS DVCTV AVSPICIISQVE GENTES ALPINAE OMNES, QVAE A MARI SVPERO AD INFERVM PERTINEBANT, SVB IMPERIVM POP. ROM. SVNT REDACTAE. GENTES ALPINAE DEVICTAE: TRIVMPILINI, CAMVNI, VENOSTES, VENNONETES, ISARCI, BREVNI, GENAVNES, FOCVNATES: VINDELICORVM GENTES QVATVOR, CONSVANETES, RVCINATES, LICATES, CATENATES, AMBISVNTES, RVGVSCI, SVANETES, CALVCONES, BRIXENTES, LEPONTII,

in pago *Torbia*, prope Nicaeam. Describit eam Gruterus, usque ad ea verba, *Gentes Alpinae*, pag. CCXXVI, 7, sed ex editione Dalecampii. Addidit enim tribuniciae potestatis annum XVII, quem nulli MSS. codices, nullae ante Dalecampium editiones habent. HARD.

Redactae. Gentes. Chiffl. *redactae et gentes.* Eo P.

Camuni, *Venestes*, *Vennonetes.* Chiffl. *Camuci*, *Vennestes*, *Vennonetes.* Dalec. *Camuci*, *Vennonetes.* De Triumpilinorum, Camunorum et Vennonetum situ paulo ante diximus. Venostes vallem tenuere, quae nunc Italis *Val Venosco*, ut ait Harduin. Germanis *Vinstgau*, ut ait Mannertus, in qua Athesis amnis oritur. ED. P.

Isarci. Hodie *Val de Sturo*, vel *de Sarcha*, prope *Val Camonica*, seu Camunos, et Ollium amnem: Rhaeticae ditionis. Vide Honor. Bouche, lib. III, cap. 1, p. 100. HARD.

Brevni. Horum meminit Tranquillus in Tiberio, cap. IX. Βρουνοὶ Ptolemaeo, lib. II, cap. 13, in Vindelicia. Hodie *Val Brounia*, vel *Bregna*, ad fontem Ticini amnis, prope vallem Lepontinam. Ita Honor. Bouche, loc. cit. secutus Iosn. Georg. Septaplam, in Tab. Duc. Mediol. HARD.

Genaunes. Ita MSS. omnes: in editis diminuta perperam voce, *Naunes.* Chiffl. *Gennanes.* De his et de Brennis pariter Horatius, lib. IV, Ode 14: *Drusus Genaunos, implacidum genus, Brennosque veloces, et arces Alpibus impositas tremendis Deiecit acer*, etc. Forte *Val Anaguia*, sive, ut ait d'Anville, *Val d'Agno*, inter lacum Contensem, Athesimque flumen, prope Tridentum. Ita es Lazio Honor. Bouche, p. 104. HARD.

Focunates Eorum nominis vestigia nonnulla reperiuntur, auctore d'Anville, in vico *Vogogna* dicto. ED. P.

Vindelicorum. etc Et in Vindelicia Κονσουάντας, et Ρουσικάτας, pro Ρουκτούτας, et Ατκατίους Ptolemaeus agnoscit, lib. II, c. 13. Κλαυτεκατίους (qui Plinio Catenates, forte pro *Clatinates*), Strabo, lib IV, pag. 206. Licates Licum amnem, *le Lech*, accoluere, primario oppido Δαμκατία, teste Strab. loc. cit. quod postea Augusta Vindelicorum, *Augsbourg* Honor. *Bouche*, loc. cit. Ceteorum situs incompertus. HARD.

Rucinates. Dalec. *Virucinates.* ED. P.

Ambisuntes. Ita MSS. Chiffl. *Ambisones.* Dalec. *Abisontes.* Αμβισόντιοι Ptolemaeo, lib. II, cap. 14, in Norico. Rugusci, eidem Ptolemaeo, lib. II, c.

VIBERI, NANTVATES, SEDVNI, VERAGRI, SALASSI, ACITAVONES, MEDVLLI, VCENI, CATVRIGES, BRIGIANI, SOGIONTII, BRODIONTII, NEMALONI, EDENATES, ESVBIANI, VEAMINI, GALLITAE, TRIVLATTI, ECTINI, VERGUNNI, EGVITVRI, NEMENTVRI, ORATELLI, NERVSI, VELAVNI, SVETRI. Non

12, Ρυγούσκαι in Rhaetia: ubi libri vulgati, perperam Ρεγούσκαι exhibent. Situs ignoratur. HARD. et ED. P.

Suanetes. Forte qui Sarunetes proxime ante dicti, Rheni fontium accolae. HARD.

Calucones. Chiffl. *Allucones.* Ptolemaeo, lib. II, c. 12, Καλούκωνες inter Briaantas et Suanetas. Briaentum oppidum supra Tridentum est, in Comitatu Tyroli, hodieque *Brixen.* De Lepontiorum Viberorumque situ paulo ante hoc cap. diximus. Quibus Caesarem addimus, scribentem, lib. III Bell. Gall. Rhenum oriri ex Lepontiis, et longo spatio per fines Nantuatium et Helvetiorum citatum ferri. Et hi quoque Ναντουᾶται Strabono, lib. IV, pag. 192, qui eos Rheni fontium accolas facit. HARD. — Sedunis oppidum hodie *Sion*, regionis totius caput, quam vocant *le Valais.* Veragri, ubi nunc *le Chablais*, pars Delphinatus. HARD.

Salassi, *Acitavones.* Chiffl. *Salassi*, *Centrones*, *Acitavones.* Dalec. *Salasi.* etc. De Salassia diximus superius; Acitavones ignorantur; Medulli, *la Maurienne*, ut egregie probat Honor. Bouche, p. 103. Pars Sabaudiae est. HARD. et ED. P.

Veeni. Le bourg d'Oysans, in parta Gratianopolitani agri quam vocant *le Graisivaudan.* HARD.

Caturiges. Chorges, ut diximus. ED. P.

Brigiani. Vel Brigantii, ut quidem reor, a Brigantio Delphinatus oppido, *Briançon*: in Alpibus maritimis, ut et Caturiges positi. Pro *Sogiontii*, vetustae editiones habent *Sontiontii.* HARD.

Brodiontii. Sic MSS. habent, non *Ebroduntii*, ut legit Dalec. et qui iidem sunt atque Caturiges, ut diximus cap. 5, ubi Bodionticorum caput Diniam esse vidimus. At ibi vetustae editiones *Bodientios* habent. HARD. et ED. P.

Nemaloni Forte *Miolans*, pagus haud procul Ebroduno positus, in ditione Sabaudiae, Honor. Bouche, pag. 104. HARD.

Edenates. Edemnatés appellantur in vetustis editionibus. In dioecesi Ebrodunensi urbem Sedenam, *la ville de Seyne*, hos olim tenuisse, idem auctor probat loc. cit. Esubianos vero, p. 105, prope amnem *Hubaye*, in confinio Sabaudiae, Provinciaeque, in valle cui nomen, *Vallée de Barcelone.* Veaminos in dioecesi Sanitiensi, *Senez*, inata *Toramenos*: item Triulattos, ad pagum *Alloz*: Ectinos in Glandevensi ad amnem *Tinea*: in Sanitiensi rursum Vergunnos, in pago *Vergons.* In Glandevensi iterum, oppido *Guillaumes*, Eguituros: item Oratellos, ubi nunc *le Puget de Théniers*: denique Velaunos, ubi nunc pagus *Bueil*, cui Bellio vetus nomen fuit. HARD. — Gallitae Nementurique omnino ignorantur. ED. P.

Nervsi. Ptolemaeo, lib. III, cap. 13, Νερουσίων πόλις Οὐίντιον, hodie

sunt adiectae Cottianae civitates XII quae non fuerunt hostiles: item attributae municipiis lege Pompeia. Haec est Italia diis sacra, hae gentes eius, haec oppida populorum. Super haec Italia, quae L. Aemilio Paulo, C. Atilio Regulo consulibus nunciato Gallico tumultu, sola sine externis ullis auxiliis, atque etiam tunc sine transpadanis, equitum LXXX M. peditum DCC M. armavit. Metallorum omnium fertilitate nullis cedit terris. Sed interdictum id vetere consulto patrum, Italiae parci iubentium.

XXV. (XXI.) Asiae gens Liburnorum iungitur, usque ad flumen Titium. Pars eius fuere Mentores, Hy-

Vence: cui proximum est oppidum alterum, S. Pauli cognomine, *S. Paul de Vence*. De Suetris egimus, cap. 5. HARD.

Civitates XII. Chiff. *XV*. Eo. P. — Civitatum nomine cave oppida intelligas, quae hodierno usu civitatis appellatione censentur: sed communitates quasdam, quae pagos multos continerent. Ita Caesar, lib. 1, *omnis civitas Helvetiae in quatuor pagos divisa est*. Has civitates recte coniicit Honor. Bouche, lib. III, pag. 110, esse populos, qui valles has Alpium tenuerunt, quibus haec hodie nomina: *Val de Grana, Val de Vraite, Val de Gilde, Val d'Isase, Val de Pau, Val d'Angrogne, Val de Pragelas et de Luserne, Val de Perouse, Val de Suze, Val de Lans, Val de Melon, et Val de Pont*. H.

Non fuerunt hostiles. Quoniam qui has Alpes tenebat rex Cottius, in amicitiam Octaviani receptus est principis, inquit Ammianus, lib. XV, pag. 52. *Octavii* debuit dicere. HARD.

Item attributae. Vet. ap. Dalec. *sed item attributae*. Eo. P. — Nec sunt etiam adiectae, inquit, eae quae sunt municipiis attributae, ut eo ius peterent, sive ut eorum foro ac iurisdictioni parerent. HARD. — Lex autem Pompeia anno V. C. 664, ante Christum 88, lata fuit, uti putat Car. Sigon. de ant. iur. Ital. lib. III, cap. 2. DALEC.

Aemilio Paulo. In fastis legitur *Papo*. Sed reclamant Pliniani libri omnes, tum manu exarati, et in his etiam Noster, tum typis editi. Consulatum gessisse ponuntur ii anno V. C. 529, ante Christum 225. HARD.

Gallico tumultu. Bello Gallico Cisalpino, de quo vide Florum, lib. II, cap. 4. HARD.

XXV. *Arsiae*. Amni, de quo c. 23. De Liburniae initio ac fine subscribit Flor. lib. II, c. 5: *Illyrii*, inquit, *seu Liburni sub extremis Alpium radicibus agunt, inter Arsiam Titiumque flumen longissime per totum Adriani maris littus effusi*. Hunc tractum hodie vocant *la Morlaquie*. HARD.

Mentores. Μέντορες Stephano. H.

mani, Encheleae, Buni, et quos Callimachus Peucetias appellat: nunc totum uno nomine Illyricum vocatur generatim, populorum pauca effatu digna, aut facilia nomina. Conventum Scardonitanum petunt Iapydes, et Liburnorum civitates XIV, e quibus Laciniensis, Stlupinos, Burnistas, Olbonenses nominare non pigeat. Ius Italicum habent eo conventu Alutae, Flanates, a quibus sinus nominatur: Lopsi, Varvarini, immunesque Assesiates, et ex insulis Fertinates, Curictae. Caeterum per oram oppida a Ne-

Hymani. Ita libri omnes. An potius tamen *Ismeni* legendum? Nam supra Venetos et Istros, Scymnus Chius, p. 16, Mentores locat et Ismenos: Ἐνετῶν ἔχουσι Θρᾶκες Ἴστριοι λεγόμενοι. Ὑπὲρ δὲ τούτους Ἰσμηνοὶ καὶ Μέντορες. Hard.

Encheleae. Ἐγχελέαι Stephano: Scylaci, p. 9, Ἐγχελεῖς, inter Naronem et Drilonem amnes, qui diei unius navigatione invicem distant. H.

Buni. Ita MSS. omnes, reg. Colb. etc. non *Dulini*, ut legit Dalec. E. P.

Aut facilia. Effatu scilicet. Hard. — Vet. apud Dalec. *felicia*. Eo. P.

Scardonitanum. Ab oppido Scardona, de quo cap. seq. Hard.

XIV. Chiff. *XXIV*. Eo P.

Stlupinos. Non *Stulpinos*; Ptolemaeo, lib. II, cap. 17, Στλοῦπι in oppidis Liburnorum mediterraneis: item Βοῦρνον, a quo Burnistae apud Plinium. Hard.

Olbonenses. Ita MSS omnes, Reg. 1, 2, Colb. 1, 2, 3, Parm edit. Barbarus *Albonenses* reposuit, ab Aluona Ptolemaei, lib. II, cap. 17, de qua quum mox loculurus sit Plinius, qui eam Alvonam vocat, et littoralem recte cum Ptolemaeo facit: sint autem hi Olbonenses in mediterranen positi: aut a vetere lectione minime recedendum arbitrati sumus; aut Olbonenses ab Ὀλβία, Illyridia urbe apud Stephanum, reponi posse: aut denique, quod cuipiam forte probatur, *Arbonenses*: nam eidem Stephano Ἀρβῶν πόλις Ἰλλυρίας dicitur. Haso.

Alutae. Ab Aluo, sive Aloo, quo de oppido Artemidorus apud Steph. verbo Φλάνων Μέτα δὲ τὴν Ἀλωὼν λιμήν ἐστι Φλάνων καὶ πόλις, καὶ πᾶς ὁ κόλπος οὗτος Φλανωνικὸς καλεῖται. Plinio mox Alvona. Hard.

Flanates. A quibus sinus Flanaticus, nunc *Golfo di Quarnero*. Nomen habent a Flanona: ut Lopsi, a Lopsica, de quibus oppidis mox dicetur. Hard.

Varvarini. Non *Varnbarini*, ut scribit Dalec. ab oppido Liburnorum mediterranea Οὐαρουαρίκα, lib. II, cap. 17, uti et Ἀτσία, unde Plinio Assesiates mox appellati. Hard.

Ex insulis Fertinates, Curictae. Constans haec librorum omnium lectio est, tum vero etiam Parm. edit. aliarumque ante Hermolaum, qui *Fulfinates* reposuit, quoniam unius insulae Curictae oppida duo appellat Ptolemaeus, lib. II, cap. 17, Φουλφίνιον

sactio, Alvona, Flanona, Tarsatica, Senia, Lopsica, Ortopula, Vegium, Argyruntum, Corinium, Aenona, civitas Pasini: flumen Tedanium, quo finitur Iapydia. Insulae eius sinus cum oppidis, praeter supra significatas, Absyrtium, Arba, Crexa, Gissa, Portunata. Rursus in continente colonia Iadera,

et Κούριχον. At non unam modo signari a Plinio insulam, sed plures, tum ipse hoc loco prodit, quum ait *ex insulis*, tum paulo post, iterum repetens: *insulae eius sinus, praeter supra significatas.* Hard. — Male quoque Dal. *Fulsinates.* Fertina autem, auctore Mannerto, hodie *Berwitch*, sive, ut scribunt alii, *Parvich* est; Curicta, quae Ptolemaeo, lib. II, cap. 17, Κουριχτὰ est; Straboni, lib. VII, pag. 315, Κυρακτική; hodie *Veglia* dicitur. Eo. P.

A Nesactio. De quo c. 23. in ostio fluminis Arsiae, unde Liburnia incipit. Αλούωνα et Φλανώνα, apud Ptolem. lib. II, cap. 17, hodie retinent nomen, *Albona* et *Fianona.* Apud Gruter. p. 108, Flanona. Sequuntur apud Ptolem. Ταρσατίκα, Σίνια, Λοψίκα, Ορτοπλα, Οὐηγία, Αργυρούντον, Κορίνιον, Αἰνώνα. Tersatica nunc *Tersact*, sive *Tersat*, prope urbem *Fiume*: Senia, *Segna*, *Lopsico*, *Ortopia*, *Veza*, *Carin*, etc. Hard. et Eo. P.

Flanona. Chiff. *Flamona.* Dalec. *Flavona.* Eo. P.

Civitas Pasini. Sic MSS. omnes, quamvis legat Dalec. *Aenona civitas, Pasinius flumen*, *Tedanium*, etc. Cur porro ita cognomineetur Aenona, incompertum. Hodie *Nona* vocatur. Harn et Eo. P.

Tedanium. Vel. ap. Dalec. *Telanium.* Ptolemaeo loc. cit. Τεδάνιος. Hodie *Zermagna*, ut iam superius diximus. Eo. P.

Eius sinus. Flanatici. Harn.

Significatas. Fertinam et Curictam. Harn.

Absyrtium. Plurimi scriptores omnes insulas istas communi vocabulo Absyrtides vocant a discerpto Absyrto Medeae fratre, si fabulae audiantur: Insula autem Apsyrtis apud Melam, lib. II, c. 7, reperitur: quod autem nunc sit ei nomen non satis constat. Eo. P.

Arba, Crexa, etc. Sic MSS. omnes et editi libri omnes praeter Dalec. apud quem legitur *Arba, Tragurium, Issa, Pharos, Paros ante, Crexa*, etc. Arba autem insula, quae cum Αρβα oppido in insula Scardona contra Liburnos apud Ptolemaeum confundenda non videtur, hodie, ut ait d'Anville, *Arbe* est: Cresa, Κρέσα eidem, hodie est *Cherso.* Portunata non alterius insulae nomen esse videtur, sed Gissae epitheton, tuti opportunique portus ratione magis quam re alia insignis, ac cognitae: Gissa vero ipsa nunc *Pago* vocatur. Harn. et Eo. P.

Iadera. Nunc *Zara vecchia.* Nummus Domitiani apud Golizium, Col. Augusta. Iadera. Et apud Ptolem. Ιάδερα κολωνία. Harn.

quae a Pola CLX M. pass. abest: inde triginta M. Colentum insula: XVIII ostium Titii fluminis.

XXVI. (XXII.) Liburniae finis, et initium Dalmatiae Scardona, in amne eo, XII M. pass. a mari. Dein Tariotarum antiqua regio, et Castellum Tariona: promontorium Diomedis; vel, ut alii, peninsula Hyllis, circuitu C. M. pass. Tragurium civium romanorum, marmore notum: Sicum, in quem locum Divus Claudius veteranos misit. Salona colonia, ab Iadera CXII M. pass. Petunt in eam iura descripti in decurias CCCLXXXII. Dalmatae XXII. Decuni CCXXXIX.

Colentum. Κόλλεντον insulae Scardonae oppidum Ptolemaeo dicitur, lib. II, cap. 17. Hard. — Nunc, ut creditur, *ile Mortero.* Ibi rudera antiqua, quae memorat Cl. Fortis, *Viaggio in Dalmazia*, tom. I, Epist. ult. Brot.

Titii fluminis. Τίτος ποταμός Ptolem. loc. cit. Nunc *Kerka*, ut iam superius diximus, Scardonam praeterluit. Hard.

XXVI. *Scardona in amne eo.* In Titii fluminis ripa: nunc rudera, teste Io. Lucio, lib. I, c. 4, *Scardona.* Σκαρδῶνα Ptolem. lib. II, cap. 17. Hard.

Tariotarum. Quos Αὐταριάτας, Strabo, lib. VII, pag. 316, aliique appellant, ut quidem videtur. Hard.

Promontorium. Nunc *Cabo di S. Nicolo.* Hard.

Hyllis. Ab Hyllo Herculis filio, a quo Hylles gens haec Illyrica Stephano. Χερσόνησος Ὑλλική, Scymno Chio, pag. 47. — Haec autem Hyllis peninsula eadem esse non potest, quae hodie *Sabioncello* dicitur, et quae inferius, post Naronam coloniam Nostro appellanda fuissel, sed ista peninsula, in qua situm erat oppidum Tragurium; hodie *Trau Vecchio* dictum; at istius peninsulae, si tamen peninsula vocanda sit, vix L M. pass. est circuitus, dum C M. pass. mensura peninsulae *Sabioncello* apprime convenit, unde forte coniiciendum est peninsulam Hyllim hic auctoris aut librarii hallucinatione transpositam esse. Quod etiam de Sico dicendum est, si oppidum istud hodie *Sebenico* est, ut plerique volunt; citra Tragurium enim appellandum fuisset. Ed. P.

Salona. Nunc excisa: ex eius ruinis excitatum *Spalato.* Vetus inscriptio apud Gruter. p. 23: Col. Martia. Iulia Salona. Et Ptolemaeo, Σαλῶνα κολωνία. Hard.

CXII. Male Dalec. *CCXXII*; nam verum laderam inter et Salonam intervallum excedunt CXII M. pass. a Nostro dati. Ed. P.

In decurias. Salonitano, inquit, discrepant foro populi mox appellandi: ibique habent iudicum decurias omnino CCCLXXXII. In MSS. *petunt in eam iura, iuribus descriptis in decurias.* De iudicum decuriis persaepe Cicero, aliique: ac Plinius in primis, lib. XXXIII, cap. 7. Hard.

Ditiones LXIX. Mazaei LII. Sardiates. In hoc tractu sunt, Burnum, Andetrium, Tribulium, nobilitata populi romani praeliis castella. Petunt et ex insulis, Issaei, Colentini, Separi, Epetini. Ab his castella, Piguntiae, Rataneum: Narona colonia tertii conventus, a Salona LXXII M. pass. apposita cognominis sui

CCCLXXXII. Ita MSS. Tol. et Salmant. At Reg. et Colb. Paris. et editio princeps *CCCXLII*, quam lectionem secutus est Elz. Eo. P. — *Dalmatae.* Tolet. *Delmatae.* Eo. P.

Decuri. MSS. Reg. et Colb. *Decuri.* Forte Derrii, de quibus in hoc tractu Ptolemaeus, lib. II, cap. 17, Δέρριοι, et mox Δετίωνες: item Μάζαιοι, gens Dalmatica etiam Dioni cognita, lib. LV, pag. 570. Tum Σαρδιῶται, apud eumdem Ptolem. Hard.

CCXXXIX. Ditiones. Chifflet. *CCCLXIX. Deditiones.* Ed. P.

LXIX. Mazaei. MSS. Reg. 1, 2. Par. editio princeps et Elz. *CCLXIX.* Dalec. *Mezaei.* Eo. P.

Burnum. Castellum Dalmatiae, a Liburniae oppido cognomine: de quo sup. cap. ut apparet, diversum. Hard. — Hodie *Tain*, auctore d'Anville. Ed. P.

Andetrium. Hactenus in libris vulgatis *Mandetrium.* At Ptolemaeo, lib. II, c. 17, est Ανδέτριον, pro Ανδέτριον, inter mediterraneas Dalmatiae civitates. Dioni, lib. LVI, pag 579, Ανδήριον, pro Ανδήτριον, φρούριον ἐπ' αὐτῇ τῇ Σαλώνῃ castellum Salonis adiacens. Straboni, lib. VIII, p. 315, Ανδήτριον ἐρυμνὸν χωρίον, castellum probe munitum: uti nunc quoque est, recenti nomine dictum *Clissa.* Vetus inscriptio allata a Sponio, pag. 79: ITEM. VIAM. GABINIANAM. AB. SALONIS. ANDETRIVM. APERVIT. ET. MVNIT. *Hard.*

Tribulium. MSS. *Triburium*; fortasse *Vgliane.* Eo. P.

Nobilitata P. R. praeliis. Tiberio, et Germanico, illuc ab Augusto missis. Vide Dionem, lib. LVI, p. 579. Hard.

Issaei. Issael, ab Issa, de qua esp. 30. Colentini, a Colento, de qua sup. esp. Επέτιον urbs est littoralis Dalmatiae, prope Salonas, apud Ptolem. lib. II, c. 17, quam forte interdum circumfluus maris aestus ambiret, insulamque faceret. Hodie *Viscio*, prope urbem *Almissa.* H. et Eo. P.

Piguntiae. Elz. *Peguntium.* Πηγούντιον inter oppida Dalmatiae iuxta littus posita, apud Ptolem. l. cit. Nunc *Almissa.* Hard.

Rataneum. Ραίτινον τῆς Δαλματίας πόλιν appellat Dio, lib. LVI, p. 578. Hodie *Mucarisca.* Hard.

Narona. Ptolemaeo, lib. II, c. 17. Ναρβονὰ pro Νάρωνα κολωνία. Nummus Tili apud Goltzium, Col. Narona. Hodie *Narenta.* Hard.

Tertii conventus. Tergeminos in Dalmatia Liburniaque conventus fuit, seu Iudiciarium forum: Scardonitanus, Salonitanus, et is in quo nunc versamur, Naronitanus. Hard.

Cognominis sui. Ita libri omnes. Rectius, *cognomini sibi*, vel *nominis sui.* Naronem amnem intelligit, Νάρωνα Ptolemaeus vocat, hodie *Narenta.* Hard.

fluvio, a mari XX M. pass. M. Varro LXXXIX civitates eo ventitasse auctor est. Nunc soli prope noscuntur Cerauni decuriis XXIV, Daorizi XVII, Daesitiates CIII, Docleatae XXXIII, Deretini XIV, Deremistae XXX, Dindari XXXIII, Glinditiones XLIV, Melcomani XXIV, Naresii CII, Scirtari LXXII, Siculotae XXIV, populatoresque quondam Italiae Vardaei, non amplius quam XX de-
3 curiis. Praeter hos tenuere tractum eum Ozuaei, Partheni, Hemasini, Arthitae, Armistae. A Narone amne C M. pass. abest Epidaurum colonia. Ab Epidauro sunt oppida civium rom. Rhizinium, Ascrivium, Bu-

M. Varro. In MS. et vet. ap. Dalec. *M.* deletur. Ed. P.

Cerauni, etc. Κεραύνιον Ptol. lib. II, cap. 17. Δαόριζοι deinde Straboni, lib. VII, pag. 315. Δαισιδιάται apud eumdem, pag. 314, qui Δυσιδιάται, ut arbitror, Dioni, lib. LV, p. 568. Docleatae, ab urbe Δοκλέα, in mediterraneo Dalmatiae, apud Ptolem. quae adhuc in ruinis nomen servat teste Holsten pag 32. Incolae Ptolemaen, Δοκλεάται. Hard.

CIII. Chiffl. *CVIII.*

Deremistae. Vet. ap. Dalec. *Derepistae.* Omnium istorum populorum ignoratur situs. Ed. P.

Dindari. Ptol. Δινδάριοι. Hard.

Melcomani. Ptolem. lib. II, c. 17, Κομάνιοι, fortasse pro Μελκομάνιοι, quod emendare vult Hardinius. Naresii, eidem sunt Ναρήσιοι. Ed. P.

Scirtari. Forte *Serrtii*: nam Σιρίτιον in hoc tractu agnoscit Dio, lib. LVI, pag 579. Vel sunt ii potius quos Σκίρτωνας appellat Ptolem. loc. cit. Hard.

Siculotae. Σικουλῶται Ptolem. loc. cit. et Οὐάρδοι, quos Ἀρδιαίους appellat Strabo, lib. VII, p. 315, contra insulam Pharon: Vardeos, Epitome Livii, lib. LVI. Hard.

Ozuaei. Ita libri omnes tum MSS. tum editi ante Hermolaum, qui *Oenei* sive *Onei* ex Ptolemaeo reposuit, ab Oneo urbe inter Pignentum et Naronem amnem. Verum *Ozuaei* retinemus: siquidem non tunc existantia oppida, quale fuisse Oneum satis constare potest, quum mentionem eius fecerit Ptolemaeus, qui Plinio est aliquanto recentior: sed gentes quae iam defecissent, procul dubio nunc recensentur. Hard.

Armistae. Chiffl. *Arcmistae.* Omnino ignorantur. Ed. P.

Epidaurum. Nunc *Ragusi vecchio*: cui Ragusa nova successit. Ἐπίδαυρος Ptolemaeo, lib. II, c. 17. Vetus inscript. apud Goltzium: Col. Epidavsvm. leg. ix. *Hard.*

Ab Epidauro sunt. Haec verba, quae dat Chiffl. desunt apud Dalecampium. Ed. P.

Rhizinium Straboni, lib. VII, pag. 314, et Stephano Ῥίζων. Ptolemaeo Ῥίζινον. Hodie *Risine*, in intimo recessu Rhizonici sinus, *Golfodi Gat-*

tua, Olchinium, quod antea Colchinium dictum est, a Colchis conditum: amnis Drilo, superque eum oppidum civium romanorum Scodra, a mari XVII M. pass. Praeterea multorum Graeciae oppidorum deficiens memoria, necnon et civitatum validarum. Eo namque tractu fuere Labeatae, Enderoduni, Sassaei, Grabaei, proprieque dicti Illyrii, et Taulantii, et Pyraei. Retinet nomen in ora Nymphaeum promontorium: Lissum oppidum civium romanorum ab Epi-

taro. Oppidani, Rhizonitae dicuntur Livio, lib. XLV, c. 26. HARD.

Ascrivium. Ασκρούϊον Ptolem. loc. cit. Hodie *Cattaro*. HARD.

Butua. Chiffl. *Butiaum*. Stephano, Βουθόη, Scylaci quoque pag 9 Ptolemaeo, loc. cit. Βουλούα, pro Βουτούα. Nunc *Budua*. HARD. et ED. P.

Olchinium. Οὐλχίνιον Ptolem. loc. cit. Nunc *Dulcigno*, in confinio Dalmatiae, Albaniaeque. Incolae Livio Olciniatae vocantur, l. XLV, cap. 26. HARD.

Drilo. Δρίλων Ptolem. lib. II, cap. 17. Nunc *Drino* et *Drin* dicitur. H.

Scodra. Dalec. *Scordra*. Ptolemaeo loc. cit. Σκόδρα. Nunc *Scutari*, sive *Scodar*, provinciae caput quam Turci *Sangiac de Scodar* vocant. Recte situm eius describit Livius, lib. XLIV, cap. 31: *Duo cingunt eam flumina, Clausula* (*hodie* Drinassi) *latere urbis, quod in orientem patet, praefluens; Barbana* (*hodie* Boiana) *ab regione occidentis ex Labeatide palude* (*hodie* Lac de Scutari) *oriens*. ED. P.

Labeatae, *Enderoduni*. Chiffl. *Labeatae Essaeuae*, *Enderuni*. ED. P.— Labeatum genti Gentium regem imperitasse auctor est Livius, l. XLIII, cap. 19, et idem Labeatidem terram vocat, lib. XLIV, cap. 23. Idem Gentius Lissi regnabat, ut ex Polybio, in excerptis liquet, cap. 96 quo de oppido nunc dicemus. Enderoduni caput fuit Ενδηρον Ptolemaeo, lib. II, cap. 17, inter mediterranea Dalmatiae oppida: nunc *Eudero*, in Albania, qua Serviam spectat. HARD.

Grabaei. Forte Γραβάριοι, de quibus Strabo, lib VII, p. 316 HARD. — Eorum nomen servat *Grabia*, auctore viro eruditissimo Pouqueville, *Voyage de la Grèce*, lib. I, cap. 4, pag 48. ED. P.

Illyrii. Inter Naronem et Drinum. HARD.

Taulantii. De Taulantiis Illyrica gente Stephanus: Macedoniae a Ptolemaeo adscribitur, lib. III, cap 13, atque eorum oppida fuisse Dyrrachium, Apolloniamque scribit. Sic etiam Thucyd. lib. I, pag. 17. H.— Regionem eos tenuisse, quae hodie *Musachè* dicitur, nos docet Pouqueville, *Voyage de la Grèce*, lib. III, cap 4, pag. 254. ED. P.

Pyraei De Pyraeis Pomponius, lib II. cap. 3: *Tum Pyraei et Libarni, et Istria*. HARD.

Retinet nomen. Dalecampio haec duo vocabula supposititi videntur. Nymphaeum promontorium hodie *Cabo Rodoni* vocatur. ED. P.

Lissum. Λισσός Ptolemaeo, lib. II, cap. 17. Ab Anna Comnena, lib.

dauro CM. passuum. (XXIII.) A Lisso Macedoniae provincia: gentes Partheni, et a tergo eorum Dassaretae. Montes Candaviae, e Dyrrachio LXXVIII M. pass. In ora vero Denda civium romanorum, Epidamnum colonia, propter inauspicatum nomen a Romanis Dyrrachium appellata: flumen Aous, a quibusdam Aeas

XII Alexiad. oppidulum dicitur in editio colle situm, unde prospectus usque Dyrrachium pateat. HARD. — Nunc *Alessio*, ad sinistram Drilonis amnis ripam, IV M. pass. a mari. ED. P.

Macedoniae. Nunc Albania dicitur haec regio, Macedoniae provinciae a Ptolemaeo quoque attributa, lib. III, cap. 13. HARD.

Partheni. Vet. ap. Dalec. *Parthini.* Παρθινούς vocat Dio, lib. XLI, pag. 176. Stephano quoque Πάρθος, πόλις Ἰλλυρική. τὸ ἐθνικὸν, Παρθηνός. Parthenorum sive Parthinorum pluribus locis meminit Livius, tum lib. XXIX, cap. 12: *Nuntius regi venit Romanos Dyrrhachium venisse, Parthinosque et propinquas alias gentes motas esse ad spem novandi res*, etc. Vicini ergo Dyrrachio fuere, et fortasse non immerito coniicit Pouqueville, *Voyage de la Grèce*, lib. III, cap. 8, p. 372, eos habitasse circa vicum *Presa*, leucis VII a *Durazzo*, septemtrionem inter et ortum solis. ED. P.

Dassaretae. Vet. ap. Dalec. *Dissaretae.* Δασσαρήτιοι Ptolemaeo, lib. III, cap. 13, et Livio lib. XXVII, cap. 32. Regio ipsa Δασσαρῆτις, Polybio, lib. V, pag. 621. Horum oppidum Lychnidus, Ptolem. Vnde apud Marcellin. Com. Lychnidensis Episcopus Illyrici laudatur. H. — Lychnidus non hodie est *Ochrida*, ut plerique diserunt, sed situs fuit quatuor circiter leucis ab *Ochrida* meridiem versus, haud longe ab orientali ripa lacus qui hodie *lac d'Ochrida* dicitur, ubi in colle monstrari quem tenuit locum accipimus ab inclyto viro Pouqueville, apud quem plurima de Dassaretia reperias, *Voyage de la Grèce*, lib. VII, cap. 6, pag. 47 et seq. ED. P.

Candaviae. De his Strabo, lib. VII, pag. 323. Apud Ptolem. loc. cit. ΚΑΝΔΑΟΥΙΩΝ ὀρέων mentio, pro ΚΑΝΔΑΟΥΙΩΝ. Deserta Candaviae Senecae, ep. 21, p. 230. *Qua vastos aperit Candavia saltus*, inquit Lucan. lib. VI, vs. 331. H. — Hodie *Tomoros*, sive *de Caulonias*, auctore Pouqueville, *Voyage de la Grèce*, lib. I, cap. 5, pag. 76; lib. II, cap. 1, p. 132, et cap. 5, pag. 225. ED. P.

Denda civium rom. Epidamnum colonia. Sic libri omnes, MSS. atque vulgati: quam lectionem probo, etsi eius nominis oppidum prope Dyrrachium nondum invenerim: quum civium romanorum oppida differre a coloniis non uno in loco auctor indicaverit. Quod non animadvertens Pintianus, vocem *Denda*, ne sibi molestiam faceret, confidenter expunxit. HARD.

Epidamnum. Mela, lib. II, cap. 4: *Romani nomen Epidamnum mutavere, quia velut in damnum ituris omen id visum est.* Vide et Dionem, lib. XLI, pag. 176. Nunc *Durazzo*. HARD.

Aous. Sic appellatur a Livio, lib.

Digitized by Google

nominatum: Apollonia, quondam Corinthiorum colonia, IV M. passuum a mari recedens: cuius in finibus celebre Nymphaeum accolunt barbari, Amantes et Buliones. At in ora oppidum Oricum a Colchis

XXXII, c. 5. Hodie *Voioussa* vocatur. Mela, lib. II, cap. 3: *Aeas secundum Apolloniam*. Ed. P.

A quibusdam Aeas. Sic etiam vocatur a Pomponio Mela, ut diximus. A Scylace quoque: Αἴας ποταμὸς ἀπὸ τοῦ Πίνδου ὄρους παρὰ τὴν Απολλωνίαν παραῤῥεῖ. Lycophron, v. 1015 et 1019, Αἴας Αἴαντος inflexit, qua forma Graeci ipsius Aiacis, ducis inter Graecos notissimi, nomen inflectunt. Vnde Valerii Maximi locus illustratur, ita scribentis, lib. I, cap. 5, pag. 36: *Atque illi flumen vicinum moenibus nomine Aeantem in adiutorium sese mittere dixissent*. Apolloniatae scilicet ab Epidamniis suppetias postulabant: Responderunt illi: Habetis Αἴαντα: ab eo subsidium petite. Ludebant homines Graeci in fluminis et Aiacis affini, atque adeo simili prorsus nomine. H.

Apollonia. Ad dextram Aoi fluminis ripam reperiuntur eius rudera, inter quae excitatum est celebre monasterium quod *Pollini* nomen servat. Ed. P.

Corinthiorum. Ita Thucyd. lib. I, pag. 19, et Dio, lib. XLI, pag. 174. A Corryraeis et Corinthiis conditam aiunt Strabo, lib. VII, pag. 316; Scymnus, p. 18. aliique: H. — Γυλάκεια primum a Gylace Corinthiorum coloniae duce primum vocata fuit, auctore Steph. Byz. quem sequitur Raoul Rochette, *Hist. des colonies Grecques*, t. III, c. 20. Ed. P.

IV M. Sic Chiffl. et Hard. recte, male Dalec. *VII*. Ed. P.

Nymphaeum. Livius, lib. XLII, cap. 49: *Nymphaeum in Apolloniati agro*. Egimus de eo, lib. II, cap. 110. Hard. — Locum ubi manant hi bituminis fontes IV M. pass. patere auctor est Doct. Henry Holland, *travels*, etc. vol. II, p. 339. Ab Aoo flumine et amne *Suchista*, qui in eum influit et Acroceranniis montibus circumcingitur, auctore Pouqueville, *Voyage de la Grèce*, lib. III, cap. 6, pag. 334. Ed. P.

Amantes. Horum caput Amantia, quam XXX M. pass. ab Apollonia distare ait tab. Peut. 320 stad. Scylax. Illius meminerunt et Cic. Philipp. XI, et Caesar, de Bell. Civ. lib. III, cap. 12 et 40. Reperiuntur eius rudera, auctore Pouqueville, *Voyage de la Grèce*, lib. III, cap. 6, pag. 337, iuxta vicum *Nivitza*, ad dextram ripam amnis *Suchista*, de quo sup. not. Ed. P.

Buliones. Straboni, lib. VII, pag. 326, Βυλλίονες. in nummis apud Goltzium, ΒΥΛΛΙΟΝΩΝ. Oppidum Βυλλίς, Ptolem. lib. II, cap. 13, unde Bullidensis colonia Plinio, lib. IV, c. 17. H. — Hos Strabo circa Dyrrachium et Apolloniam usque ad Ceraunios montes habitare ait. Steph. Byzant. eorum urbem πόλιν παραθαλασσίαν vocat, quae tamen non in maris littore sita fuit, nam eius vestigia et inscriptionem, in qua Bylidis nomen agnoscitur, reperit Pouqueville loco dicto *Gradista*, leucis quatuor a mari, ad dextram ripam Aoi fluminis quo ad eam navigabatur.

Digitized by Google

conditum. Inde initium Epiri, montes Acroceraunia, quibus hunc Europae determinavimus sinum. Oricum, a Salentino Italiae promontorio distat LXXXV M. passuum.

3 XXVII. (XXIV.) A tergo Carnorum et Iapydum, qua se fert magnus Ister, Rhaetis iunguntur Norici. Oppida eorum, Virunum, Celeia, Teurnia, Aguntum, Vianiomina, Claudia, Flavium Solvense. Noricis

Plura vide in *Voyage de la Grèce*, lib. III, cap. 6, pag. 340. Ed. P.

Oricum. Ὠρικός Ptolemaeo, lib. III, cap 14. Ὠρικον eam vocat Strabo, lib. VII, pag. 316. Ὠρικαν λιμένα, Herod. lib. IV, c. 93. Illius meminit Dionys. Perieg. v. 399: Ὠρικήν θ' ὑπέρ αἶαν ἐρεύβεται Ἑλλάδος ἀρχή. Illam ad Oeneum sinum, hodie *golfe de la Vallona* sive *d'Avlona*, situm fuisse et portum eius a Graecia *Porto Ragusco*, a Turcis *Liman Padischa* vocari demonstrat Pouqueville, *Voyage de la Grèce*. lib. III, c. 6, pag. 324, seqq. Ed. P.

Acroceraunia. Virgilio *Ceraunia*: nunc *Monti di Chimera*. Epirum ab Albania diremit. Hard.

Determinavimus. Cap. 15. II.

LXXXV M. Chiff. *LXXX*. Straboni, lib. VI, pag. 281, abest a Ceraunis Salentinum, stadiis DCC, hoc est, millibus passuum LXXXVII, et quingentis pass. Verum intervallum circiter LXX M. pass. est. Ed. P.

XXVII. *Ister*, sive Danubius, accolis *Donau* dictus, nobis *Danube*. Ed P.

Norici. Australem tenuere Danubii ripam usque ad Alpes Carnicas, ab Aenu amne, hodie *Inn*, ad Cetium montem, hodie *Kahlenberg*, iuxta urbem Vindobonam, cum regionibus quae nunc Cariuthia, Styriaque dicuntur. Duplex provincia inseqnentibus saeculis factum est Noricum, Ripense ad Danubium, Mediterraneum Alpes versus. Ed. P.

Virunum. Apud Gruter. pag. 569, NORICVM. COL. C. VIRVNO. Apud Ptolem. lib. II, cap. 14, in Norico Οὐίρουνον. Nunc, ut ait d'Anville, *Wolk-markt*, ad amnem Dravum, quem hodie *Drau* vocant incolae, nos *la Drave*. Hard. et Ed. P.

Celeia. Κέλεια Ptolem. loc. cit. Gruter. pag. 130, CELEIAE, reperta inscriptio in Carniolae oppido, quod vetustum nomen retinet, *Cilley*. H.

Teurnia. Ptolem. loco citato Τεουρνία. Nunc *Lurnfelde*, haud longe ab oppidulo *Spital*, auctore Mannerto. Ed. P.

Aguntum. Αγαυντον Ptolem. loco citato Fortun. Vit. S. Mart. lib. IV, v. 616: *Per Dravum itur iter, qua se castella supinant. Hic montana sedens in colle superbit Aguntus.* Haud longe a Dravi fontibus situm fuit, iuxta oppidulum *Iunichen*, ut ait idem Mannertus. Ed. P.

Vianiomina. MSS. omnes, Reg. Colb. etc. Parm. edit. *Viana monnia*. Hermolaus ex Rhaetia Ptolemaei, *Viana* primum, mox ex coniectura *Armonia* adiecti, quem in hoc tractu agnovit nemo. Vianiomina Plinii est, quae Antonino Vin-

iunguntur lacus Peiso, deserta Boiorum: iam tamen colonia Divi Claudii Sabaria, et oppido Scarabantia Iulia habitantur.

XXVIII. (xxv.) Inde glandifera Pannoniae, quae mitescentia Alpium iuga, per medium Illyricum a septemtrione ad meridiem versa molli in dextra ac laeva devexitate considunt. Quae pars ad mare Adriaticum spectat, appellatur Dalmatia, et Illyricum supra dictum. Ad septemtriones Pannonia vergit: finitur inde Danubio. In ea coloniae, Aemona, Siscia.

dobona, a Scarabantia, M. P. LIV, et alibi Vindomona dicitur, in itinere de Pannoniis in Gallias: apud Gruter. pag 540. Vianna Incolis hodie *Wien*, nobis *Vienne* Austriae caput. H. et Ed P

Claudia Κλαυδιόϊον Ptolem in Norico, loc. cit. Nunc, si Cluverio fides, *Clausen* Bavariae vicus. Ed. P.

Flavium Solvense. Apud Gruter. inscriptio reperta Cibini in Hungaria, FL. SOLVA. Hodie, ut ait Mannertus, *Solfeld*, haud longe a *Klagenfurt*. Ed. P.

Lacus Peiso. Rectius forte *lacu Speiso*: ut sit, lacu illo coniungi Noricia deserta Boiorum. H. — Plerique, quos inter d'Anville, hunc lacum eum esse existimant quem incolae hodie *Neusiedler See* vocant, haud longe a Vindobona: Mannertus autem, qui nomen eius rectius Pelso scribi ait, eum esse vult quem hodie *Balaton* sive *Platten See* vocant, quem vide *Geog der Griechen und Romer*. vol. III, pag. 565. Ed. P.

Deserta Boiorum. Deserta haec, quibus a Pannonia discernebatur Noricum, facile agnoscuntur in ea regione montibus et sylvis scatente qua circumdatur lacus *Balaton*. Ed. P.

Sabaria. Hodie *Savar*, ad flumen *Raab*, in Hungariae Austriaeque confinio. Ibi reperta inscript. quam refert Gruterus, pag. 389, C C. S. hoc est, Colonia Claudia Sabria Σαβαρία Ptolem. lib II, cap. 15, In Pannonia superiore. Et apud Goltz. Claudii nummus, COL. SABAR. CLAVDIANA. AVGVSTA. *H. et Ed P.*

Scarabantia A Sabaria, M. P. XXXIV, apud Antonio. Hodie *Sopron*, sive *Oedenburg*, in eodem tractu. H.

XXVIII. *Inde glandifera*. Ita MSS. omnes, non *in glandifera*. Hoc est, post eas gentes, ac urbes, quas antea memoravit, glandiferae sunt Pannoniae. Apud Hygeonum, lib. de Limitibus constit. pag. 206, leguntur in Pannonia sylvis glandiferis vectigal constitutum. HAAD.

Pannonia vergit. Carniolae partem, deinde Croatiam, Sclavoniam, Hungariamque complexa, Danubium usque. HAAD.

Aemona. *Laybach*, ut diximus cap. 22. Carniolae primarium oppidum Ἡμονα Ptolemaeo, lib II, cap. 15, sub Norico Pannoniae. HAAD.

Siscia. Σίσκα Ptolem. loc. cit. Vulgo *Sissek*, ad Savum amnem. H.

Amnes clari et navigabiles in Danubium defluunt, Dravus e Noricis violentior, Savus ex Alpibus Carnicis placidior, cxx M. pass. intervallo. Dravus per Serretes, Serrapillos, Iasos Andizetes: Savus per Colapianos, Breucosque. Populorum haec capita. Praeterea Arivates, Azali, Amantes, Belgites, Catari, Cornacates, Eravisci, Hercuniates, Latovici, Oseriates, Varciani. Mons Claudius, cuius in fronte Scordisci, in tergo Taurisci. Insula in Savo Metubarris, amnicarum maxima. Praeterea amnes memorandi, Colapis in Savum influens iuxta Sisciam, gemino alveo

Dravus... Savus. Elz. hic et infra, *Draus... Saus.* Nomen retinent *Drau*, sive *Drave* et *Sau*, sive *Save*. Δράβος et Σαῦος dicuntur lib. VII, pag. 314, Straboni, qui perperam, ut animadvertit Hard. Savum in Dravum, Dravum in Noarum, et Noarum, accepto ex lapydibus Colapi, in Danubium influere contendit, dum, ut tradit Noster, Savus et Dravus suo quisque alveo Danubium intrat. Ed. P.

CXX. Dalec. *CXV.* Ed. P.

Serretes. Hi et Serrapilli, Carinthiam tenuere, ripamque geminam Dravi amnis. Haan.

Iasos. Ἰασσίους appellat Ptolem. lib. II, cap. 15. Haan.

Andizetes. Chiffl. *Sandizetes.* Dal. *Sandrizetes.* Andizetes restituit Hard. ex Strabone, lib. VII, pag. 314, in quo reperiuntur Ἀνδιζητίοι. Ignoratur eorum situs. Ed. P.

Colapianos. A fluvio Colapi, cuius mox Plinius, aliique meminere. H.

Breucosque. Βρεῦκοι Ptolem. lib. II, cap. 16, et Straboni, lib. VII, pag. 314. Βρευκοὶ Dioni, lib. LV, p. 568. Eorum, sequentiumque omnium populorum situs ignoratur. H. Ed. P.

Azali, etc. Ἀζαλοὶ Ptolemaeo in Pannonia superiore, lib. II, c. 15. Ἀμαντῆνοι, in inferiore, cap. 16. Catari, forte pro *Cartari*: nam in inferiore Pannonia Κοῦρτα oppidum apud Ptolem. Sic Cornacates (ita enim habent MSS. non *Corneates*, ut Dalec.), a Κόρνακον eiusdem Pannoniae oppido apud Ptolem. Hard.

Catari. Vet. ap. Dalec. *Cartari.* Ed. P.

Eravisci, sic enim alphabeti series exigit, non *Aravisci*, ut scribit Dalec. ii sunt qui Ptolemaeo in inferiora Pannonia, lib. II, c. 17, Ἀράβισκοι. Idem ibi Ἑρκουνιάτας Amantenis subiicit. In superiore Λατοβίκους, Οσσιριάτας, et Οὐαρκιανοὺς locat, cap. 15. Haan.

Claudius. Tauriscos a Scordiscis, hoc est, Hungaros Sclavosque a Croatis disterminans. Hard.

Scordisci. Chiffl. *Cordici.* Ed. P.

Metubarris. Hodie *Zagrabria.* H.

Colapis. Dalec. *Calapis.* Hodie *Kulpa.* Ed. P. — Κόλοψ Dioni, lib. XLIX, pag. 414, qui eum amnem

insulam ibi efficit, quae Segestica appellatur. Alter amnis Bacuntius in Savum Sirmio oppido influit, ubi civitas Sirmiensium et Amantinorum. Inde XLV M. passuum Taurunum, ubi Danubio miscetur Savus. Supra influunt Valdasus, Vrpanus, et ipsi non ignobiles.

XXIX. (XXVI.) Pannoniae iungitur provincia, quae Moesia appellatur, ad Pontum usque cum Danubio decurrens. Incipit a confluente supra dicto. In ea Dardani, Celegeri, Triballi, Timachi, Moesi, Thraces, Pontoque contermini Scythae. Flumina clara, e Dardanis Margis, Pingus, Timachus: ex Rhodope Oescus: ex Haemo, Vtus, Escamus, Ieterus.

ait Sisciae urbis moenia primum alluisse, post vero a Tiberio Caesare ducta fossa, totam urbem circumambiisse, insulamque facere, mox redire in pristinum alveum. Σεγεστικὴν vocat idem, lib. LI, pag. 461, insulam quae Plinio Segestica dicitur. Strabo, lib. VII, pag. 314, Σεγεστικήν. HAAD.

Efficit. Dalec. *efficiens.* ED. P.

Alter amnis Bacuntius. Ita MSS. Reg. et Colb. Quid si legas *alteram Bisacuntius in Savum Sirmio oppido influens.* Vt sit intellectus Bisacuntium amnem alteram efficere insulam, qua Sirmienses et Amantini continerentur. HARD.

Bacuntius. Chiffl. *Acultius.* Hodie *Bossut* dicitur. ED. P.

Sirmio. Hodie *Sirmich.* ED. P.

Vbi civitas. Non oppidum, sed ditio, ager, communitas. HARD.

Taurunum. Ταυροῦνος, ubi se Savus Istro immiscet, inquit etiam Arrianus in Indicis, pag. 517. H. — Hodie *Tzeruinka*, ut volunt d'Anville et Brot. ED. P.

Supra influunt. In Danubium scilicet, supra Savum Dravumque, intelligi vult Hard. in Savum supra Taurunum Brot. et Mannert. ED. P.

Valdasus. Dalec. *Valdanus.* Hodie *Walpo* est, et Vrpanus hodie *Sarroiez*, si audiatur Hard. Valdasus, *Bosna*, et Vrpanus, *Verbas*, si Broterio Mannertoque fides. ED. P.

XXIX. *Quae Moesia.* A Belgrada ad Pontum, ubi nunc Servia, et Bulgaria est. Τὴν Μοισίαν vocat Dio, lib. LI, pag. 461. HAAD.

Incipit a confluente. Vbi Danubio Savus miscetur, ut dictum est. H.

In ea Dardani, etc. Haec pariter Tzetaea, Chiliad. XI, Hist. 396. Δάρδανοι Ptolemaeo, in Mysia superiore, lib. III, cap. 9. Vbi nunc Servia est. Τριβαλλοὶ in inferiore, cap. 10. Timachi ab oppido Τίμακον Mysiae superioris, apud eumdem Ptolem. H.

Timachi. Dalec. *Trimachi.* ED. P.

Margis. Hodie *Morava*, per Serviam in Danubium labens. Oppidum ei olim appositum fuit eiusdem nominis, Margum, cuius mentio in

Illyrici latitudo, qua maxima est, CCCXXV M. passuum colligit. Longitudo a flumine Arsia ad flumen Drinium DCCC M. A Drinio ad promontorium Acroceraunium, CLXXII M. Agrippa prodit universum hunc sinum Italiae et Illyrici ambitu, XVII. In eo duo maria (quo distinximus fine): Ionium, in prima parte; interius Adriaticum, quod Superum vocant.

XXX. Insulae in Ausonio mari praeter iam dictas, memoratu dignae, nullae: in Ionio paucae: Calabro

Notitia Imp. Rom. cap. 52, sub dispos. ducis Moesiae primae. HARD.

Pingus, etc. Hodie fortasse *Bik*, in Danubium iuxta *Gradistie* influens Timachus certe *Timok*, in idem flumen supra urbem *Widin* incidens. ED. P.

Oescus. Nunc *Iskar* in Bulgaria. Et Oescum oppidum ab amne cognomine, in Notitia Imp. cap. 31, p. 54. Triballis adscribitur a Ptolem. lib. III, cap. 10. HARD.

Vtus, etc. Et hi Bulgariam alluunt. Vtus, hodie est *Vid*, Escamus, *Osma*, et Ieterus *Iantra*. ED. P. — Vium oppidum in Notitia Imp. cap. 31, p. 53. Sub dispos. ducis Daciae Ripensis. HARD.

Escamus. Chiffl. *Aescamus*. ED. P.

Longitudo. Haec Martianus totidem fere verbis, lib. VI, cap. de secundo Europae sinu, p. 209. Tamen MSS. Reg. et Colb. DXXX. HARD.

A flumine Arsia ad flum. Drinium DCCC. Sic Hard. Brotierus autem *DXXX* legit ex MSS. Reg. 1, 2, 5. Vtrum anteponendum sit dubium esse potest, quum animadvertimus verum inter Arsiam flumen et Drinium intervallum circiter CCCXXX M. pass. esse, recto cursu quantum fieri potest, et circiter DCC M. pass. per omnes littorum anfractus atque circuitus. — *A Drinio*, etc. Mallet Dalecamp. veterem lectionem, quae sic habet: *a Drinio ad promontorium Acroceraunium* CLXX *M. Agrippa prodidit: universum autem hunc sinum Italiae et Illyrici ambitu XIII*. Drinius amnis ille est quem Drilonem superius dixit, cap. 26. — *CLXXII*. Brot. ex MSS. Reg. et ed. princ. *CLXXV*. Chiffl. *CLX*. Vera autem longitudo a Drinio ad promontorium Acroceraunium, hodie *capo della Linguetta*, circiter CXL M. pass. est. ED. P. — *XVII*. Sic cum Brotterio legimus ex MSS. Reg. 1, 5, et edit. princ. non *XIII* cum Harduino, nec *XIV* cum Chiffletio. Nam *XVII* M. pass. id est, septies decies centenis millibus passuum: non minor est totius Adriatici maris ambitus. — *Quo distinximus*. In hoccine libro, cap. 16. HARD.

Ionium. In libris vulgatis hactenus *Infernum sive Ionium*: at has voces *Infernum sive* expungendas admonent MSS. Reg. 1, 2, Colb. 1, 2, 3, Paris. etc. a quibus absunt. Diversum enim Ionium mare ab Infero est: nihilque magis alienum a vero quam sinu hoc Europae secundo mare Inferum contineri. HARD.

littore ante Brundusium, quarum obiectu portus efficitur: contra Apulum littus Diomedea, conspicua monumento Diomedis: et altera eodem nomine, a quibusdam Teutria appellata.

Illyrici ora mille amplius insulis frequentatur, natura vadoso mari, aestuariisque tenui alveo intercursantibus. Clarae: ante ostia Timavi, calidorum fontium cum aestu maris crescentium: iuxta Istrorum agrum, Cissa, Pullaria, et Absyrtides Graiis dictae, a fratre Medeae ibi interfecto Absyrto. Iuxta eas Electridas vocavere, in quibus proveniret succinum, quod illi electrum appellant, vanitatis graecae certissimum documentum: adeo ut quas earum designent, haud umquam constiterit. Contra Iader est Lissa: et quae appellatae. Contra Liburnas Grateae ali-

XXX. *Diomedea.* Diomedis tumulo ac delubro nobilis, ut dicetur lib. X, cap. 61. Διομήδεια Stephano et Scymno, pag. 18. Hard.

Et altera. Sic Strabo, lib. VI, p. 231. Hard. — Tres sunt contra urbem *Tremoli* insulae, quas *isole di Tremiti* Itali vocant, scilicet *S. Domenico*, quae videtur esse Diomedea, *S. Nicolo* et *Capraja*, e quibus utra sit Teutria incertum est. Ed. P.

Vadoso mari. Dalec. *vadosi maris.* Ed. P.

Calidorum. Meminit iam huius insulae, lib. II, cap. 106. Hard.

Pullaria. Dalec. *Pullariae.* Ed. P.

Absyrtides. Iisdem verbis Stephanus: Ἀψυρτίδες, νῆσοι πρὸς τῷ Ἀδρίᾳ, ὑπὸ Ἀψύρτου παιδὸς Αἰήτου ἐν μάχῃ δολοφονηθέντος ὑπὸ τῆς ἀδελφῆς Μηδείας. Vide etiam Hygin. fab. 23; Apollod. de Diis, lib. 1, pag. 63 et 65. H.

Interfecto Absyrto. Sic MSS. omnes; quidam tamen legunt *interfecto nomine Absyrto.* Dal.

Vanitatis graecae certissimum documentum. Quum ea appellatione nec ullae unquam ibi insulae fuerint, et eadem alibi statuantur a Graecis, ut Plinius recte admonet, lib. XXXVII, cap. 11. Absyrtidibus sic iunxit Electridas Scymnus Chius, pag. 16. Hard.

Contra Iader. Sic MSS. omnes librique editi, praeter Chifflet. qui pro *Lissa*, *Basilissa* legit. Lissae meminit Antoninus in Itiner. Maril. enumerans insulas quae sunt inter Dalmatiam et Istriam: *Apsorus*, inquit, *Issa*, *Lissa*, etc. Hard.

Et quae appellatae. Hoc est, et aliae quae sunt a nobis supra dictae, cap. 25. Crexa, Gissa, Colentum. H. — Harduino non assentitur Dalec. apud quem legitur *quaeque appellatae contra Liburnos Creteae aliquot*, etc. Ed. P.

Liburnas. Dalec. et Elzev. *Liburnos.* Ed. P.

Grateae. Ita MSS. Reg. et Colb. non

quot: nec pauciores Liburnicae, Celadussae contra Surium: Bavo, et capris laudata Brattia, Issa civium romanorum, et cum oppido Pharia. Ab his Corcyra, Melaena cognominata, cum Gnidiorum oppido, distat XXV M. passum, inter quam et Illyricum Melita, unde catulos Melitaeos appellari Callimachus au-

Creteae, ut Dalec. Scylaei Caryand. in Periplo, pag. 9, prope Pharum et Issam Crateae insulae nominantur: Κρατειαὶ νῆσοι, κατὰ Φάρον καὶ Ισσαν. Haro.

Nec pauciores. Forte, *nec pauciores XL*. Totidem enim Liburnicas insulas agnoscit Strabo, VII, pag. 315. Haro. — Tolet. *nec non Trucones*. Ed. P.

Celadussae. Dal. *Celadussae. Contra Surium, bubus et capris laudata Brattia*. Eruditus Harduinus, ex infelici coniectura, ut ait Brot. eum Pintiano, male emendavit: *Celadussae. Contra Tragurium · Bavo: et capris laudata Brattia*. Brot. *Celadussae contra Surium: Bubua et capris laudata Brattia*. Nos *Celadussae contra Surium* legimus cum MSS. Reg. 1, 5, et edit. princ. et *Bavo* cum MSS. Reg. 1, 2, Colb. 1, 2, 3, quamvis *Bubua* ex edit. princip. legat Broterius. Celadussae autem insulae, quarum et Mela meminit, lib. II, cap. 7, inter Surium insulam, hodie *Zuri*, et oram Sicensem, nunc *Sebenico*, sitae sunt, ut ait Brot· praecipuaeque inter illas *Kaswan*, *Capri*, *Smolan*, *Tihat*, *Sestre*, nonnullaeque aliae minores quas inter nominandae sunt *Parvich*, *Zlarin*, etc. Bavo in Tab. Peut. segm. 4, et in cod. Theodosian. leg. III, de Haereticis, insula Boa dicta, sub imperatoribus romanis exsiliis fuit famosa. *Bua* hodie vocatur. Ed. P.

Brattia. Meminit Anton. in Itiner. Marit. Nunc *Brazza*. In Tab. Peutinger. segm. 4, *insula Brattia: insula Pharia*. Haan. — Ibi capri agniqua sunt adhuc exquisitissimi saporis, teste Cl. Fortis, *Viaggio in Dalmazia*, tom. I, epist. ult. Brot.

Issa civium romanorum. Dalec. *Issa civium romanorum reliqua*. Ισσα Scymno, p. 17, Stephano aliisque. Hodie *Lissa*. Ed. P.

Pharia. Straboni, lib. VII, p. 315, Φάρος, olim Πάρος, Pariorum colonia. Nunc *Lesina*. Haro.

Corcyra. Nunc *Curzola*, teste Io. Lucio. Oppidum a Cnidiis conditum testatur quoque Scymnus, pag. 18. Μέλαινα seu Nigra cognominata est, ob umbrosam sylvarum proceritatem. Haan. et Brot.

XXV M. passuum. Dalec. *XXII*. Ed. P.

Melita. Alia haec est ab Africana Melita, vulgo *Malte* dicta; haec *Meleda*, nonnunquamque *Zapuntello* dicitur. Ed. P.

Callimachus. Et Stephanus et auctor Etymolog. Hanc laudem alteri Melitae alii adiudicant. Litem decidere haud proclive: quum in neutra hodie catelli similes reperiantur. H.

ctor est: XV millia passuum ab ea tres Elaphites. In Ionio autem mari ab Orico III millia passuum, Sasonis piratica statione nota.

XV. Dalec. *XII*. Ed. P.

Tres Elaphites. Elzev. *IV Elaphites*. Ed. P. — In MSS. Reg. 4, et editione principe, *VII Elaphites*. Quod verius crediderim. Plures enim ibi sunt insulae quam quatuor. Ita autem sunt dictae a cervorum copia. Brot.

Ab Orico III millia passuum, Sasonis. Sic editio princeps et Harduinus, exiliore fortasse numero. Male MSS. Reg. 4, 5, M. M. P. Male quoque Dalec. *M. millia passum*. Brotorius *XII millia passuum* emendare vult, "Quod, inquit, satis indicat Scylax, pag. 10, quum ait ex insula Sasonis in Oricum navigationem esse tertiae diei partis, εἰς Ὠρικον πόλιν ἐστὶ παράπλους ἡμέρας τρίτον μέρος. Paulo supra dixerat ab Orico ad mare stadia esse LXXX, στάδια π_ε. Haec insula, hodie *Sasino* dicta, X M. pass. distat a *Porto Raguseo*, quem Orici portum fuisse superius diximus. Multa de illa erudit. Pouqueville, *Voyage de la Grèce*, lib. I, c. 5, pag. 72 et seqq. Ed. P.

Digitized by Google

C. PLINII SECVNDI

NATVRALIS HISTORIAE

LIBER IV.

I.

Tertius Europae sinus Acroceraunis incipit montibus, finitur Hellesponto: amplectitur praeter minores sinus XIX XXV centena millia passuum. In eo Epirus, Acarnania, Aetolia, Phocis, Locris, Achaia,

I. *Tertius Europae sinus.* Ionium mare, Aegaeumque complectitur. H.

Acroceraunis. De quibus dictum est, lib. sup. cap 26, *Monti della Chimera*, prope Aulonem, *Vallona* sive *Avlona.* Haao.

Minores sinus XIX. Tertii sinus, inquit, universa adnavigatio colligit vicies quinquies centena millia passuum, minoribus sinubus, qui sunt numero undeviginti, non enumeratis. Prior enim numerus sinuum est minorum, quos auctor hic negat a se numerari: sequens vero, millium passuum, quae universa ipsius tertii sinus adnavigatio colligat. Marlianus quoque, lib. VI, cap. de tertio sinu Europae, pag. 209, ex hoc Plinii loco: *Tertius hic*, inquit, *sinus Europae sinus habet decem et novem, provinciasque complures.* Cui quidem sententiae, praeter conditivos codices, Reg. 1, 2, Colb. 1, 2, Paris. res ipsa per se suffragatur: totidem enim tertius hic maior Europae sinus complectitur, uti ex Plinio ipso intelligimus: quorum haec nomina: Ambracius, Ionius, sive Leucadius, Corinthiacus, Crissaeus, Cylleuius, Cyparissius, Asinaeus, Coronaeus, Laconicus, Aegilodes, Gytheates, Saronicus, Opuntinus, Pagasicus, Macedonicus, Mecybernaeus, Melas, Gasthenes, Thermaeus. Quibus addere et Strymonicum possis, de quo cap. 17, ut sint omnino XX, qui numerus in Chiffl. cod. legitur. Haau. — Chiffl. apud Dalecampium, *praeter minores, sinus XX XXVI.* Ed. P.

Messenia, Laconia, Argolis, Megaris, Attica, Boeotia: iterumque alio mari eadem Phocis et Locris, Doris, Phthiotis, Thessalia, Magnesia, Macedonia, Thracia. Omnis Graeciae fabulositas, sicut litterarum claritas, ex hoc primum sinu effulsit. Quapropter in eo paululum commorabimur.

2 Epiros in universum appellata, Acroceraunii incipit montibus. In ea primi Chaones, a quibus Chaonia: dein Thesproti, Antigonenses: locus Aor-

Laconia. Rectius puto, cum Mela, lib. II, cap. 3, pag. 32, *Laconice.* H.

Argolis. Argolis quoque Melae, et Martiano, qui haec habet a Plinio, lib. VI, cap. de tertio Europae sinu, p. 209. Graecis Αργεια. Hard.

Alio mari. Dalecamp. *ab alio mari.* Aegeo scilicet, hodie *Archipel* dicto. En. P.

Epiros. Haec Martianus iisdem verbis loco citato. Hodie *Sangiacs de Janina, de Delvino, de Chamouri et Vavodilik*, seu *Principauté d'Arta*, ut nos docet, tom. I, pag. 24, eruditissimus vir Pouqueville, cuius egregium opus, cui titulus est *Voyage en Grèce*, multa usque ad hunc diem vel doctissimis viris ignota atque penitus abscondita in vividum lumen protulit. Minime mirum ergo lectori videbitur, si saepe saepius nos hunc tam fidum testem invocemus, tam certum ducem sequi non dubitemus. Plurimum item nobis proderit in dispellendis quae incumbunt veteri Graeciae tenebris, accuratissima et excellens mappa, quam nuper edidit inclytus vir *le chevalier* Lapie, inter regios geographos princeps. Hard. et Ed. P.

Chaones. Χάονες Straboni, lib. VII, pag. 323. Hos ait Epiro toti primum imperitasse, deinde Molossos. Chaonum fuit castellum Chimera, in Acroceraunia, de quo mox dicetur. Hard. — Hodie *canton de Chimera, Iapourie, Arborie, Paraoaloma* et *Philates*, ut ait Pouqueville, tom. I, Introduction, pag. xxiv. En. P.

Thesproti. Θεσπρωτοὶ Straboni, p. 324. Horum oppidum Buthrotum, de quo statim. Hard. — Hodie *Paramythia*, auctore Pouqueville, loco cit. Ed. P.

Antigonenses. Ab oppido, cuius meminit Ptolemaeus, lib. III, cap. 14, in Chaoniae mediterraneo, Αντιγόνεια. Stephanus quoque: Αντιγόνεια, πόλις Χαονίας ἐν Ηπείρῳ: et Polyb. II, pag. 130. Hard. — Oppidum hoc et fauces Antigonias dictas M. passibus a *Tebelen*, meridiem versus se reperisse putat, haud immerito, ut videtur, erud. Pouqueville, op. cit. tom. II, lib. IV, cap. 1, p. 7 et 8. Ed. P.

Locus Aornos. Familiaris Plinio locutio est, ut *locum* vocet, ubi oppidi veteris ruinae, ac vestigia supersint. Stephanus oppidi meminit, pag. 90, Αορνος, πόλις. Id porro loci nomen, quoniam tetrum ob halitum careret avibus, ex re factum. Sic Virgilius de Cumarum spelunca, Aen. lib. VI, vers. 239: *Quam super haud ullae poterant impune volantes Ten-*

nos, et pestifera avibus exhalatio: Cestrini, Perrhaebi, quorum mons Pindus, Cassiopaei, Dryopes, Selli, Hellopes, Molossi, apud quos Dodonaei Iovis

dere iter pennis: talis sese halitus atris Faucibus effundens supera ad convexa ferebat: Vnde locum Graii dixerunt nomine Aornon. Harn. — Pluribus autem locis nomen istud indixere Graeci, quorum celeberrimus in Thesprotia fuit. Ed. P.

Cestrini. Ab oppido Cestria, da quo mox dicetur, regio Cestrine nomen habuit, Chaoniae portio: unde Cestrini boves apud Hesychium, pag. 522: Κηστρινικοὶ βόες, οἱ ἐν Χαονίᾳ, ἢ πρότερον Κεστρίνι προσηγορεύετο· ἔστι δὲ μοῖρα τῆς Ἠπείρου διαφόρους ἔχουσα βοῦς. A Cestrino Helenii F. nomen accepisse Κεστρινήν, auctor est Pausan. in Corinth. sive lib. II, pag. 127. Harn. — Nunc *Chamouri* sive *Cham-Sangiac* dicitur auctore Pouqueville, lib. IV, cap. 6, t. II, pag. 121. Ed. P.

Perrhaebi Περῥαιβοί, Macedoniae confines, Pindi montis incolae, apud Strabon, lib. IX, pag. 440. Harn. — Perrhaebia, hodie *Zagori*, auctore Pouqueville, tom. I, Introd. p. xxiv Pindus, etiam nunc veteri nomine notus, *Grammos* quoque hac in parte dicitur. Ed. P.

Cassiopaei. Κασσιεπαῖοι, quorum oppidum Κασσιόπη, apud Ptolem. lib. III, cap. 4, et Pandosia, teste Strabone, lib. VII, pag. 334, qui Κασσωπαίους vocat: Stephanus, verbo Χαονία, Κασωπούς. Scylax, pag. 11: Μετὰ δὲ Θεσπρωτία Κασσωπία. Et p. 12, Κασσωπῶν χώρα. Harn. — Has tenuerunt regiones quae nunc *Spiantza* et *Lamari* dicuntur auctore Pouqueville.

Dryopes. Δρύοπες. His alias alii sedes attribuunt. In Peloponneso Strabo, lib. IX, pag. 434, alibique passim. Varias horum migrationes refert Pausan in Messen. lib. IV, pag. 281. Harn. — Eorum etiamnunc nomen retinet regio, quam in Epiro incoluerunt, hodie *canton de Drynopolis* dicta, auctore Pouqueville, loc. cit. Ed. P.

Selli. Vet. apud Dalec. *Sellae.* Ἕλλοι Pindaro, Homero Σέλλοι, teste Strabone, lib. VII, p. 328, qui Dodonaei Iovis fanum apud eam gentem fuissa perhibet: a Pindaro tamen Dodonam Thesprotis adiudicari: post Molossorum ditionis coeptam haberi. Hesychius, Ἕλλοι, Ἕλληνες οἱ ἐν Δωδώνῃ. II. — Nunc *canton de Souli* dicitur eorum regio, auctore Pouqueville, l. cit. et lib. IV, c. 5, tom. II, pag. 91. Ed. P.

Hellopes. Hos vero Stephanus eosdem cum Hellis, siva Sellis facit. Ἐλέγετο καὶ ἡ περὶ Δωδώνην χώρα Ἑλλοπαία, ἧς οἱ οἰκήτορες Ἕλλοι καὶ Σέλλοι. Hesiodum sequitur, quem Strabo laudat, loco cit. Harn. — De his omnibus vide Pouqueville, qui, tom. I, p. 125 seqq. demonstrare conatur Hellopes et Molossos has tenuisse regiones, quae hodie dicuntur *canton de Ianina*, *de Pogoniani*, *de Sarachovitzas* et *de Courendas*; templum Dodonaei Iovis situm fuisse loco etiamnunc vocato *Proskynisis*, iuxta *Gardiki*; Dodonam urbem iuxta *Castritza*, leucis duobus meridiem versus; Tomarum montem, collam vico *Gardiki* vicinum fuisse, et centum fontes quorum hic meminit Plinius illos esse, qui nunc prope vi-

templum, oraculo illustre: Tomarus mons, centum fontibus circa radices, Theopompo celebratus.

3 Epirus ipsa ad Magnesiam Macedoniamque tendens a tergo suo Dassaretas supra dictos, liberam gentem; mox feram Dardanos habet: Dardanis laevo Triballi praetenduntur latere, et Moesicae gentes: fronte iunguntur Medi ac Denselatae: quibus Thraces, ad Pontum usque pertinentes. Ita succincta Rhodopes, mox et Haemi vallatur excelsitas.

4 In Epiri ora castellum in Acroceraunis Chimera,

cum *Besdounopoulo* reperiuntur. Non dissimulare tamen possumus auctoritatem doct. viri Pouqueville nuper (*Journal des Savants*, *avril* 1828), probabilibus argumentis impugnatam fuisse. En. P.

Molossi. Μολοττοὶ Straboni, lib. VI, pag. 326. Horum oppidum, praeter Dodonem, Ambracia fuit, de qua mox dicemus. Haro.

Apud quos. Stephanus: Δωδώνη, πόλις τῆς Μολοσσίδος ἐν Ἠπείρῳ, μεθ' ἣν Δωδωναῖος Ζεὺς ἐν Ἠπείρῳ. De querceu loquaci, quam Dodonae fabulae reponunt, et de aere Dodonaeo, Mythologos consule. Haro.

Tomarus, etc. Haec Solinus iisdem verbis, cap. xix, p. 22. In MSS. *Talarus.* Parm. edit. *Tomarus.* Stephanus, Τόμαρος, ὄρος Δωδώνης, ὅ τινες Τομοῦρον, οἱ δὲ Τμάρος. Straboni, lib. VII, pag. 328, Τάμαρος. Haro.

Supra dictos. Libro sup. cap. 26. De Dardanis, Triballis, Mnesis, eodem libro, cap. 29. Haro.

Laevo. Ab ortu solstitiali. Haro.

Fronte. Dalec. *a fronte.* Ab australi parte. Haro. et En. P.

Medi, ac Denselatae. Μεδῶν τινες, καὶ Δανθηλητῶν, Straboni, lib. VII, pag. 318. Rectius fortassis Μαιδῶν, cum diphthongo scripseris, ut differant a Medis Asiae. Sic enim Stephanus: Μαιδοὶ ἔθνος Θρᾴκης, πλησίον Μακεδονίας. Sic Aristotel Hist. Animal. lib. IX, cap. 45. Ptolemaeo denique, lib. III, cap. 11, regio ipsa Μαιδική appellatur. Haro.

Denselatae. Vet. apud Dalec. *Denseleti*, alii *Dentheletae.* Solinus, cap. x, p. 27: *Strymonem accolunt dextro latere Denselatae.* Idem Denselatae Tullin, in Pison. n. 84, quorum opera C. Sentius praetor reliquarum Thracum vires et arma elusit. Partem enim illi tenuere Thraciae: quam τὴν Θρᾴκην τὴν Δανθηλητῶν appellat Dio, lib. LI, pag. 461; Ptolemaeus, lib. II, cap. 11: Δανθηλητικὴν ἐπαρχίαν, Dantheleticam praefecturam. Stephano, p. 221, Δανδαλῆται, ἔθνος Θρᾳκικόν. H. et En. P.

Ita succincta. Tot gentes, inquit, primum Rhodopes, deinde Haemi montis iuga excelsa tenent, et a tergo, latere, fronte claudunt. Hoc Martianus, lib. VI, pag. 209, non intellexit. Haro.

Chimera. Χειμέριον est Pausaniae, in Thesprotide, lib. VIII, sive Arcad. p. 465, et Thucydidi, lib. I, p. 22

sub eo Aquae regiae fons. Oppida: Macandria, Cestria: flumen Thesprotiae Thyamis: colonia Buthrotum: maximeque nobilitatus Ambracius sinus, D pass. faucibus spatiosum aequor accipiens, longitudinis XXXIX M. pass. latitudinis XV M. In eum defertur am-

et 33. Straboni quoque eius nominis promontorium est, lib. VII, p. 324. In Novella Leonis, apud Leuncl. pag. 99, inter Aetoliae Episcopos; ὁ Χιμάρας legitur. Haad. — Etiamnunc *Chimara* vocatur. Ed. P.

Aquae regiae. Vt Romani Aquas Sestias, Statiliasque, a Sextio Statilioque appellabant, qui balnea struxerant: sic Aquam regiam, βασιλικὰ ὕδατα dictum hunc fontem puto, quo res Epiri aliquis usus fuerit, Thermas ibi ad publicos usus exstruxerit. Haru. — Fons iste, quem non vidit Pouqueville, minime enim ei annuendum puto, quum illum iusta *Drimodes*, sive *Dermades* reperisse coniicit, exhaustus hodie videtur. Illius meminit Anna Comnena Alexiad. lib. X, pag. 299, his verbis: ὁ δὲ Κοντοστέφανος ἐν τῷ πρὸς Χιμάραν ἀπιέναι βλαπείου χάριν. Ed. P.

Macandria, Cestria. De his duobus oppidis, caeteri scriptores Graeci pariter ac Latini silent. Cestrinen tamen Thesprotidi vicinam Thucydides facit, lib I, pag. 32. Haad. — Macandria ignoratur. Cestria hodie *Palaeo-Kistes* dicta, nonnulla servat nominis antiqui vestigia. Ed. P.

Thyamis Chifflet. *Thyamias.* Pausaniae quoque in Attic. lib. I, p. 19, Thucydidi loco citat. Athenaeo, lib. III, pag. 73, et Straboni lib. VII, p. 224, Θύαμις: hodie *Calama.* Haro. et Ed. P.

Buthrotum. Βουθρωτόν Straboni, loco citato, qui et colonos habuisse Romanos docet, ἐποίκους ἔχον Ῥωμαίους. Hodie *Butrinto.* Stephanus insulam vocat: sed familiare Graecis nimirum est peninsulas ipsas appellare νήσους, insulas. Sic Pelopis insulam dixere Peloponnesum, quam esse peninsulam constat, et per Isthmum continenti copulari. H.

Ambracius. Hodie *Golfe de Prévésa* et *d'Arta.* Actiaca Augusti victoria maxime nobilitatus. Ed. P.

D. passuum faucibus. Martianus, qui haec transcripsit, *angustis faucibus* indefinite scripsit. Angustiarum spatium, quo libri hactenus editi caruerunt, restituimus ex Reg. 2, aliisque codicibus MSS. quibus subscribit Strabo, lib. VII, pag. 324, ostium Ambracii sinus affirmans haud multo amplius patere stadiis quaternis, quae passus omnino quingentos efficiunt. H.

Longitudinis XXXIX M. pass. latitudinis XV. In MSS. *latitudinis XII.* Vero vicinior videtur Polybius, qui lib. IV, pag. 455, hunc sinum latitudine centum stadiis, sive tribus leucis et 195 hexapod. et longitudine trecentis stadiis, seu undecim leucis et 850 hexapod. patere ait; recentiores enim nautae, auctore Pouqueville, *Voyage de la Grèce*, lib. V, cap. 6, tom. II, pag. 311, cum Polybio omnino consentiunt. Ed. P.

In eum defertur. In Ambracium sinum. Ita Ptolemaeus, lib. III, cap. 14. Martianus, lib. VI, cap. de tertio sinu Europae, pag. 209: *Ambracius*

Digitized by Google

nis Acheron, e lacu Thesprotiae Acherusia profluens XXXVI M. pass. inde, et mille pedum ponte mirabilis omnia sua mirantibus. In sinu oppidum Ambracia. Molossorum flumina, Aphas, et Arachthus. Civitas Anactoria: locus Pandosia.

sinus faucibus angustis aequor acciviens, in quod defertur amnis Acheron, infernae fabulae errore famosus. Strabo nihilominus non hunc Acherontem vocat, sed eum qui in Thesprotium sinum, portumque cognomento Dulcem, γλυκὺν λιμένα, longe ab Ambracio sinu versus septentrionem, ex eadem Acherusia palude delabitur, lib. VII, pag. 424. Pausaniae lib. I, pag. 30, caeterisque, Ἀχιρῶν. Hard. — Egregie demonstrat Pouqueville, *Voyage de la Grèce*, lib. IV, cap. 6, et lib. V, c. 2, hic in errorem inductum fuisse Plinium, Strabonique et Thucydidi et Polybio adhibendam esse fidem, qui Acherontem esse id flumen dicunt, quod hodie *Mavro-Potamos* vocatum, ex *Olytzika* monte egreditur, per Acherusia stagna diffunditur, et in mare influit iuxta *Phanari*, portum efficiens qui ob aquae dulcis ab eo invectae abundantiam a veteribus et recentioribus *Glykys* est appellatus. Quod quidem testatur Dio, de Aug. lib. I, Καλεῖται οὕτως (Γλυκὺς) ὅτι πρὸς τοῦ ποταμοῦ τοῦ ἐς αὐτὸν εἰσβάλλοντος γλυκαίνεται. Ed. P.

Acherusia. Ἀχερουσία λίμνη Straboni, loco citato, et Thucyd. lib. I, pag. 32. H. — Hodie *lac Tchouknida* et *marais de Valandoraco*, cuius partem arari oryzaque fertilem esse nos docet Pouqueville, lib. IV, cap. 6, tum II, pag. 145. Ed. P.

XXXVI... inde. Hoc est, a sinu Ambracio, in quem defertur, ad Acherusium lacum, unde effluit. In MSS. *XXII.* Hard. — Omnia haec falsa, nam praeterquam Acheron in Ambracium sinum non influit, ut super. nota 35 diximus, vix XX M. passuum est hunc sinum inter et Acherusiam lacum intervallum. Ed. P.

Ambracia. In Acherontis ripa. Dicaearchus, p. 64, et Scymnus, pag. 19. Ἀμβρακία.. Cives, Ἀμπρακιῶται Aeliano, Histor. Anim. lib. XII, cap. 40. Hard. — Nonnulla eius rudera, arcemque adhuc stantem, loco dicto *Rogous*, circiter XIV M. pass. a mari reperit erudit. Pouqueville, qui Strabonis interpretis gallici errorem reprehendit, in Strabone pro ὀλίγων σταδίων, ὀκτὼ σταδίων legere volentis. Ed. P.

Aphas. Is est quem Stephanus Acantem vocat, et ex eodem monte, quo Arachthum, fluere sit, quam ob causam ambo a Plinio copulantur. Ἄκμων, inquit Stephanus, ἄκρα τοῦ Πίνδου ὄρους, ἐξ οὗ ὁ Ἴναχος καὶ Ἄλας ῥεῖ ποταμός Cave tamen Palmerio credas, qui in Graecia antiqua, hunc Acantem cum Aoo eundem credidit, de quo libro sup. dictum est, cap. 26. H. — *Avas* vocatur ab erudit. d'Anville in Graeciae veteris mappa; hodie *fl. d'Arta* dicitur. Ed. P.

Arachthus. Ἀραχθος, Ambraciam urbem praeterlabitur, teste Strabone, lib. VII, pag. 325, et Dicaearcho Messenio, pag. 164, qui Ἀρατθον nominat. Meminit Arachthi Livius lib.

II. Acarnaniae, quae antea Curetis vocabatur, oppida: Heraclia, Echinus, et in ore ipso colonia Augusti Actium, cum templo Apollinis nobili, ac civitate libera Nicopolitana. Egressos sinu Ambracio in Ionium excipit Leucadium littus: promontorium Leucates.

XXXVIII, cap. 34. et lib. XLIII, c. 21, et Ptolem. lib. III, c. 14. Hodie *Lourcha* sive *Rogous*. Hard. et Ed. P.

Anactoria. MSS. Colb. 1, 2, Chifflet. *Anactorica*. Straboni lib. XVIII, pag. 455, et Thucyd. lib. I, pag. 37, Ἀνακτόριον, quam urbem prope Actium in Acarnania statuit. Stephano, Ἀνακτόρεια et Ἀνακτορία. Hard. — Huius urbis reperiuntur rudera, XL stadiis ab Actio, ut ait Strabo, iuxta vicum *Konidari*, extremo sinu *Golfe de Mavri* dicto: ex eius ruinis IV M. pass. orientem inter et austrum excitatum est oppidum *Vonitza*. Ed. P.

Locus Pandosia. Dalec. *lacus*, spreta Chiffl. cod. auctoritate. Locum appellat, quoniam exciso oppido, solum tum nomen exstabat. Hesychius: Πανδοσία, πόλις τῆς Ἠπείρου, καὶ Ἰταλίας. Cassiopaeorum oppidum fuisse ait Strabo, lib. VII, pag. 324. Vide quae de Pandosia diximus, lib. III, cap. 15. Eius rudera reperit Pouqueville, loco dicto *Turco Palaka*, VIII M. pass. a *Margariti*, ortum solis versus. Ed. P.

II. *Quae antea Curetis*. Chiffl. *Curetes*. Scholiastes Pindari, pag. 31: Αἰτωλὸς ἔφυγεν εἰς τὴν πρότερον Κουρῆτιν. Αἰτωλίαν δὲ ὕστερον ἀπ' αὐταῦ κληθεῖσαν. Cur vero Curetis appellata sit, ex Strabone disces, lib. X, pag. 463. Demetrius apud Steph. pag. 29: Τὴν γὰρ νῦν Ἀκαρνανίαν, Κουρῆτιν ὠνόμαζον. Ipseque Stephanus, pag. 381: Κούρης, ὁ Ἀκαρνανίας. Quam in rem adducit Homeri versum ex Iliad lib. IX, vers. 425. Subscribit et Pans. lib. VIII, sive Arcad. pag. 492. Hodie *Cantons de Vonitza et Xeromeros*. Hard. et Ed. P.

Heraclia. Ἡράκλεια, quae ex urbibus eius nominis apud Stephanum, vigesima prima est, κὰ. Ἀκαρνανίας πόλις. Et apud eundem, Ἐχῖνος, πόλις Ἀκαρνανίας. Hard. — Heracliae situs ignoratur, Echini locum occupare *Vonitza* putat Lapie, *carte de la Grèce*, *Paris*, 1826. Echinus lacus hodie *lac Boulgari* dicitur, auctore Pouqueville. Ed. P.

Actium cum templo Apollinis Strabonem vide lib. VII, pag. 325, et Suet. in Aug. cap. 18, multosque alios. Eius rudera reperit Pouqueville, loco dicto *Punta*, contra *Prévéza*, in altero freti littore sitam. Ed. P.

Nicopolitana. Νικόπολις, Straboni loco citato. Ibi exstructa, ubi castra ad Actium Augustus habuerat Dio, lib. LI, pag. 443. Hard. — Reperiuntur eius ruinae leucae unius intervallo a *Prévéza*, septemtrionem versus Ed. P.

Leucates. Λευκάτας Straboni lib. X, p. 452; Λευκὰς ἄκρα Ptolemaeo, lib. III, cap. 14. Hard. — Livio, lib. XXVI, c. 26, XXXVI, cap. 15, et XLIV, cap. 1. Hodie *Capo Ducato*, sive *Capo tis Kiras*; dummodo hic de isto promontorio, quo insula finitur meridiem versus meminisse voluerit Plinius. Ed. P.

Digitized by Google

Dein sinus, ac Leucadia ipsa peninsula, quondam Neritis appellata, opere accolarum abscissa a continenti, ac reddita ventorum flatu congeriem arenae accumulantium: qui locus vocatur Dioryctos, stadio-
2 rum longitudine trium. Oppidum in ea Leucas, quondam Neritum dictum. Deinde Acarnanum urbes, Alyzea, Stratos, Argos Amphilochicum cognominatum. Amnis Achelous e Pindo fluens, atque Acarnaniam

Dein sinus. Ionius, qui et Leucadius. Hard.

Peninsula. Vide quae diximus lib. II, cap. 92. Ed. P.

Neritis. Νηρῆτις. Hard.

Ac reddita. Vet. ap. Dal. *ac edita.* Continenti rursum adnexa. Ed. P.

Qui locus... Dioryctos. Dalec. *qui lacus*, contra Chiffl. fidem. Appellationis causam prodidit Strabo lib. X, pag. 452, quum ait Corinthios διορύξαντας τὸν Ισθμὸν, perfodientes Isthmum, insulam fecisse Leucadem. Διορυκτὸς itaque fossam, fretumve hic sonat. Vide Dionys. Halicarn. Antiq. lib. I, pag. 40. Hard. et Ed. P.

Stadiorum... trium. Hoc est, passuum CCCLXXV. Hard.

Leucas. Λευκάς. Hodie *Amaxiki*, sive *Santa Maura*. Ed. P.

Neritum. Straboni, lib. X, p. 454, Νήριτος. Eustathio in Iliad. B, p. 306: Τὴν δὲ ῥηθεῖσαν Λευκάδα, Νήριτον ἐν Οδυσσείᾳ καλεῖσθαί φασι. Stephano pag. 493, Νήριχος et Νήριτος. Hard.

Alyzea. Dalecampius *Halizea.* Αλυζία Thucydid. lib. VII, et Straboni, l. X, p. 450, XV a mari stadiorum intervallo, hoc est, pass. MDCCCLXXV; Ptolemaeo, lib. III, cap. 14, syllabis permutatis Αζόλεια. pro Αλύζεια. H. — Iuxta *Candili*, orientem versus, XVI M. pass. a *Vonitza* ad meridiem videntur rudera eius, auctore Pouqueville, lib. X, cap. 2. H. et E. P.

Stratos. Στρατός, πόλις Ακαρνανίας, Stephano: Polybio quoque agnita, Histor. lib. V, cap. 496. Στράτος πόλις μεγίστη τῆς Ακαρνανίας. Thucyd. lib. II, pag. 153. Meminit et XXXVI, c. 11, XXXVIII, 4, et XLIII, 21, 22, 23, Livius qui male illam inter Aetoliae urbes recenset. Reperiri integra huius urbis moenia, portasque et turres, iuxta vicum *Lepenou* stadiis decem (945 hexapod.) ab Acheloi vado, nos monet Pouqueville, lib. X, cap. 3, pag. 491 seqq. Ed. P.

Argos. Αργος Αμφιλοχικὸν Ptolemaeo, loco cit. in oppidis Amphilochorum mediterraneis. Hinc regioni nomen inventum, Αμφιλοχία apud Thucyd. lib. III, pag. 244: *Argos Amphilochum XXII mill. ab Ambracia abest*, inquit Livius, lib. XXXVIII, cap. 10. Hard. — Amphilochia hodie *Chazi*, sive Deliciae vocatur, urbis autem reliquiae semisepultae fluctibus et a piscatoribus *Philochio* sive *Philo-Castron* dictae, in Ambracio sinu, haud longe a fluminis *d'Arta* ostio, occideoteos versus, conspiciuntur, auctore Pouqueville, lib. IV, cap. 5, pag. 285. Ed. P.

Achelous. Αχελῶος, ὁ ὁρίζων Ακαρνάνας καὶ Αἰτωλοὺς, inquit Strab. lib.

ab Aetolia dirimens, et Artemitam insulam assiduo terrae invectu continenti annectens.

III. (II.) Aetolorum populi Athamanes, Tymphaei, Ephyri, Aenienses, Perrhaebi, Dolopes, Maraces, Atraces, a quibus Atrax amnis Ionio mari infunditur.

VIII, pag. 335. Nunc *Aspropotamos*. Solinus, Plinii alioqui exscriptor perpetuus, ab auctore suo imprudenter descivit dum haec prodidit, c. 7, p. 22: *Acarnania Aracyntho. eminet: hanc ab Aetolia Pindus dividit, qui Acheloum parit.* Scribendum enim fuit, si studuit veritati, *Hanc ab Aetolia Achelous dividit, quem Pindus parit.* Locum hunc Solini Salmasius intactum praetermisit. Hard.

Artemitam. Stephanus, ex Artemidoro, Chersonesum ait esse quamdam circa amnis Acheloi ostia, Ἀρτέμιταν λεγομένην. Ἀρτεμίταν Strab. vocat, lib. I, p. 59, unamque esse prodidit Echinadum insularum, aggestis arenarum cumulis continenti adnexam. Haro.— Exsiccato illo Acheloi brachio, quod in sinum hodie *Golfe d'Anatolico* dictum tendebat, continenti adnexa est, *Anachaides* nunc vocatur. Ed. P.

III. *Athamanes.* Ἀθάμαντες Diodoro, Bibl. lib. XIX, pag. 595. Ἀθάμανες Ptolemaeo, lib. III, cap. 14. Amphilochiis magis orientales Τυμφαῖοι Stephano, pag. 674 et 715, a Τύμφη monte, hodie *Olytzika*, quem ille Thesprotis adiudicat. Ephyri item Ἐφυροι Homero dicti, apud Paus. lib. IX, in Boeot. pag. 597, ab urbe cognomine, quae olim Thesprotorum fuit. Strabo, lib. VII, pag. 324: Κίχυρος, ἡ πρότερον Ἐφύρα, πόλις Θεσπρωτῶν. Aenieoses, ab Aenia oppido Perrhaeborum. Stephanus: Αἰνία, πόλις Περραιβῶν... καὶ Αἰνιᾶνες οἱ οἰκοῦντες. Apud Herod. Pol. l. VII, p. 445, n. 185, Περραιβοὶ, καὶ Αἰνιῆνες καὶ Δόλοπες. Περραιβία regio ap. Diod. Sicul. Bibl. lib. XIX, pag. 681. Meneladem Dolopiae civitatem ad Pindum montem Livius collocat, lib. XXXIX, cap. 26. Μαραχοὶ, καὶ Δόλοπες in Epiro simul copulantur a Xenophonte, Histor. Graec. lib. VI, pag. 580. Hard.— Vide quae de Athamanta, hodie *Djoumerca* et *Radovitch*, disertissime disputat Pouqueville, lib. V, cap. 5, pag. 295 seqq. Idem Tymphaeae urbis rudera reperiri nos monet iuxta vicum *Paliouri* leucis quatuor ab *Ianina*, occidentem versus. Aenieoses illam Perrhaebiae, hodie *Zagori*, partem tenuerunt quae hodie *canton de Nea Patra* dicitur. De illis vide Pouqueville, *Voyage de la Grèce*, *introd.* p. XXII. — Dolopia hodie *Anovlachie* vocatur. Haro. et Ed. P.

Maraces. Chiffl. *Marages.* Ed. P.

Atraces. Vet. apud Dalec. *Atrages.* Illos Harduinus ab oppido cognomine nomen traxisse opinatur, quo de oppido dicturi sumus, cap. 15, in Thessalia, cui id contributum fuit; cum Nostri autem verbis pugnare videtur haec sententia, qui illos Atraci amni, qui *Ionio mari infunditur*, vicinos fuisse innuit. Atrax ille mihi quidem ignotus, certe diversus fuit ab illo, de quo meminerunt in Thessalia, Strabo lib. IX, p. 440 et 673; Ptolem. lib. III, cap. 13; Stephan. Byzant. et Livius lib. XXXII, cap. 15, et

Aetoliae oppidum Calydon est septem millibus quingentis pass. a mari, iuxta Evenum amnem. Dein Macynia, Molycria: cuius a tergo Chalcis mons, et Ta-
2 phiassus. At in ora promontorium Antirrhium, ubi ostium Corinthiaci sinus, minus mille passuum lati-

XXXVI, cap. 10 et 13. Nam hic hodie *Micro Tzygoto* dictus in Peneum, hodie *Salembria*, infunditur, nomenque traxit ab Atrace, Lapitharum rege, si Apollodoro § 11, cap. 7, 57, Diodoroque lib. IV, § 37, fides. E. P.

Calydon. Καλυδὼν Dicaearcho, in Aetolia, pag. 165, et Thucyd. lib. III, pag. 241. Hic silva, aperque Calydonius appellatus, vatum carminibus decantatus. Hard. — Eius rudera agnovit Pouqueville Eveno vicina, septemque millibus quingentis pass. a mari, si flumen sequaris, iuxta vicum *Mauvromati*. Ed. P.

Septem millibus quingentis pass. Dalec. *septem millium quingentorum passuum.* Eo. P.

Evenum. Εὔηνος, qui prius Lycormas dicebatur. Strabo, lib. VII, pag. 327. De Calydone et Eveno, Lucanus lib. VI, cap. 365: *Et Meleagream maculatus sanguine Nessi Evenos Calydona secat.* E Pindo fluere admonet Dicaearchus, pag. 165, Ποταμός τ' Εὔηνος ἐκ Πίνδου ῥέων. Hard. — *Fidaris* hodie vocatur. Ed. P.

Macynia. Stephanus: Μακρύνεια, πόλις Αἰτωλίας: sed ipsa series litterarum suadet Μακύνεια legi oportere. Apud eumdem, et apud Diod. Bibl. lib. XII, pag. 112, est Μολυκρία, πολις Αἰτωλίας. Apud Scylacem, p. 14. Μολύκρεια. Alcaeus in Anthol. lib. I, c. 5, epigr. 15, dixit Μακύνου τείχη. Hard. — Earum urbium locum tenere hodie vicos *Koukvo Castron* leucae unius intervallo a castello *de Roumélie*, et *Manalouli* opinatur Pouqueville lib. X, cap. 6. Ed. P.

Cuius a tergo Chalcis mons, et Taphiassus. Sic emendamus, secuti vestigia codicum Reg. 1, 2, et Par. quibus suffragatur Eustathius in Dionys. vs. 496, p. 70, ubi *Chalcis* nomen esse montis apparet, Καλχίς, inquit (lege Καλκίς, ex eodem Eustathio, in Iliad. B, p. 279), ὄρος ἐστὶν Αἰτωλίας, ἀφ' ἧς ὁ Ἀχελῶος ἕρπει. Vide etiam Strabonem, lib. X, p. 451 et 460. Fuit et montis radicibus apposita cognominis civitas, cuius Stephanus meminit: Ptolemaeus item, lib. III, cap. 15, in oppidis Aetoliae mediterranea: et Strabo, lib. IX, p. 427, ubi de Aetolia: Αὐτοῦ δὲ καὶ ἡ χαλκίς, ἧς μέμνηται καὶ ὁ ποιητής, ἐν τῷ Αἰτωλικῷ καταλόγῳ... αὐτοῦ δὲ καὶ ὁ Ταφίασσος λόφος, etc. Eadem ex re ipsa Ὑποχαλκίς appellata ab Hesychio, διὰ τὸ κεῖσθαι ὑπὸ τὸ ὄρος. Libri prius editi, *cuius a tergo Chalcis, et mons est Taphiassus.* H. — Chalcis mons vocatur hodie *Varassova.* E. P

A tergo. Versus septemtrionem. H.

Taphiassus. Vet. apud Dal. *Praesus.* Ταφίασσος λόφος Straboni, lib. IX, pag. 427, Ταφίαστος lib. X, p. 460. Hodie *Clocovvo* dicitur. Ed. P.

Antirrhium. Αντίρριον ἄκρον Ptolemaeo, lib. III, cap. 15. Hard. — Antirrhium et Rhium promontoria occupant hodie castella *Dardanelles de Lépante* dicta, faucibus Corinthiaci sinus utrimque apposita; alterum Antirrhio promontorio impositum *ehdr*

tudine influentis, Aetolosque dirimentis a Peloponneso. Promontorium quod contra procedit, appellatur Rhion. Sed in Corinthiaco sinu oppida Aetoliae, Naupactum, Pylene: et in mediterraneo Plevron, Halicyrna. Montes clari: in Dodone, Tomarus: in Ambraciâ, Crania: in Acarnania, Aracynthus: in Aetolia, Acanthon, Panaetolium, Macynium.

teau de Roumélie vocatur, alterum *château de Morée*. Eo. P.

Minus mille. Strabo, lib. VIII, p. 335, Rhium et Antirrhium, quinque duntaxat stadiorum freto dispesci ait, hoc est, pass. DCXXV. Septem stadia Thucydides habet, quae mensura ad Plinianam accedit. Hard.

Rhion. Ρίον ἄκρον τὸ καὶ Δρέπανον, Ptolemaeo, lib. III, c. 16. Hard.

Naupactum. Chiffl. Ναύπακτος Ptolemaeo, lib. III, c. 15. Hodie *Enebatché*, sive *Lépante*, unde et sinui Corinthiaco nomen, *le Golfe de Lépante*. En. P.

Pylene. Stephano, Πυλήνη πόλις Αἰτωλίας. Πλευρών πόλις Αἰτωλίας. De utraque Papinius: *sensit scopulosa Pylene, Fletaque cognatis avibus Meleagrica Plevron*. Meminit et Πυλήνης Strabo, lib. X, pag. 451. Πλευρῶνος Pausanias in Achaic. lib. VII, pag. 417, Thucydid. lib. III, pag. 241. Strabo, lib. X, pag. 450. Pleuronem monti Aracyntho applicat. Hard. — Pylene hodie omnino ignoratur; Plevron nunc *Kyra tis Irinis* dici videtur. Eo. P.

Halicyrna. In libris hactenus editis *Halysarna*, quam in hoc tractu Veterum nemo agnovit. Nos ex Stephano, qui Strabonem sequi se profitetur, *Halicyrna* rescripsimus: Ἁλίκυρνα, inquit, κώμη Ἀκαρνανίας· Στράβων· ὁ οἰκήτωρ Ἁλικυρναῖος. Acarnaniae autem, non Aetoliae, dici oppidum ne quis miretur: nulla enim alia Graeciae provincia est tam incertis notata limitibus: modo pressa angustius, modo laxius diffusa ut sunt fere regnorum fata. Hard. — Locus hodie ignoratur. En. P.

Tomarus. De quo cap. 1, notis 17 et 20. In MSS. hoc loco, *Tmarus*. Vet. apud Dalec. et Chiffl. *Talarus*. En. P.

Crania. Κράνεια. Atque ab eo monte regioni quoque inditum nomen videtur: qua de re Theopompus apud Stephanum: Κράνεια, χωρίον Αμβρακιωτῶν. Hodie, ut videtur, *Gribovo* dicitur. Eo. P.

Aracynthus. Solinus, cap. VII, p. 22: *Acarnania Aracyntho eminet*. Martianus quoque, lib. VI, pag. 210. Ἀράκυνθος Dionysio, v. 431, et Straboni, lib. X, pag. 450. Boeotiae Stephanus hunc montem adiudicat. H. — *Zygos* hodie vocatur. En. P.

Acanthon. Ἀκάνθων. Athamaniae urbem sic vocatam esse auctor est Stephanus: a monte fortasse cognomine, qui hodie *Djourmerca* esset. Eo. P.

Panaetolium. Crebra sane apud Livium, lib. XXXI, cap. 29, totoque passim opere de bello Macedonico, Panaetolii mentio est: sed pro concilio, conventuque Aetoliae populorum: non pro oppidi montisve, aut

IV. (III.) Proximi Aetolis Locri, qui cognominantur Ozolae, immunes. Oppidum Oeanthe. Portus Apollinis Phaestii, sinus Crissaeus. Intus oppida: Argyna, Eupalia, Phaestum, Calamissus. Vltra Cirrhaei Phocidis campi, oppidum Cirrha, portus Chalaeon, a quo

loei nomine. Hard. — Hodie *Plocapari* mons dicitur. Eo. P.

Macynium. A quo nomen dusit sita in eo monte Macynia urbs Aetolorum, sicut a Chalcide monte oppidum Chalcis, ut diximus. Hard. — Nomen istius montis non refert eruditi Lapie mappa. Eo P.

IV. *Proximi Aetolis*. Haec totidem verbis Scylax, p. 14. Hard.

Ozolae. Ὀζόλαι Straboni, lib. IX, pag. 416, qui et Occidui sive Hesperii cognominabantur: hos ab Opuntiis, et Epicnemidiis, Epizephyriisque Locris Parnasso monte dispescente: eiusdem occiduum latus Ozolae obtinebant, hodie *cantons de Malandrino et de Salone*. Hard. et Eo. P.

Oeanthe. Οἰάνθη, πόλις Λοκρῶν, Stephano. Capella Plinium de more transcribit. Scylax, pag. 14: Μετὰ δὲ Αἰτωλοὺς Λοκροί εἰσιν ἔθνος, ἐν οἷς εἰσιν Ὀζόλαι καλούμενοι. Καὶ πόλεις αἵδε· Εὔανθις, Αμφισσα. Oeanthem, Οἰάνθην voluit dicere. Sic Ptolemaeum emendabis, apud quem lib. III, cap. 15, Εὐανθία pro Οἰάνθη legitur. H. — Ejus rudera se agnovisse putat Pouqueville, duobus circiter leucis ab urbe *Galaxidi*, quam quondam Oeanthes portum fuisse suspicatur. Eo. P.

Portus Apollinis. Et eius mentio apud Martianum, libro. VI, cap. de de tertio sinu Europae, pag. 210. Φαιστὸν alioqui in Achaia et Peloponneso Stephanus agnoscit. Hard. — Illum hodie *port d'Ianachi* Lapie vocat in sua supra citata Graeciae mappa. Eo. P.

Crissaeus. Κρίσσαιος κόλπος, Thucyd. lib. II, pag. 157, et Straboni, lib. VI, p. 259. Hodie *Baie de Salone ou de Castri*. E Corinthiaco sinu effluit, versus septemtrionem. Hard. et Eo. P.

Argyna. Αργυνα, cuius incolae Αργύνιοι, uti ex Stephano colligimus, verbo Αργεννος, eam regionem Boeotiae adscribente. Hard. — Locus omnino ignoratur. Eo. P.

Eupalia. Εὐπαλία, πόλις Λοκρίδος, Stephano, qui ab Artemidoro Εὐπάλιον ait appellari. Eupalium quoque Livio, lib. XVIII, cap. 8. Rudera eius reperiri ait Pouqueville, quo loco hodie est monasterium sancti Ioannis, ad amnem Pindum, hodie *Morno*, haud longe a mari. De Phaesto in Locris, et Calamisso, caeteri scriptores silent, situsque omnino ignoratur. Eo. P.

Phocidis campi, etc. Hic Martianus Plinium de more transcribit, loco citato. Sic Pausanias in Phoc. lib. X, pag. 684: Τὸ δὲ πεδίον τὸ ἀπὸ τῆς Κίρρας. Fuit autem Cyrrha Delphorum navale, inquit Pausanias, lib. X, pag. 609, et Strabo, lib. IX, pag. 418 Hodie *Asprospiti* vocant. Hard. — Infra vicum hodie *Xero-Pigadi* dictum sita fuisse videtur. Eo. P.

Chalaeon. Χάλαιον, πόλις Λοκρῶν, apud Steph. ut circiter mill. pass. a Cirrha, orientem versus, ruinae eius reperiuntur. Eo. P.

VII M. pass. introrsus liberum oppidum Delphi, sub monte Parnasso, clarissimum in terris oraculo Apollinis. Fons Castalius, amnis Cephissus praefluens Delphos, ortus in Lilaea, quondam urbe. Praeterea oppidum Crissa, et cum Bulensibus Anticyra, Naulochum, Pyrrha, Amphissa immunis, Tithrone, Tri-

A quo VII M. Sic quoque Martianus. HARD. — Chiffl. *a quo IV M.* ED. P.

Delphi. Nunc *Castri*, ut ex inscriptionibus ibi repertis liquet. Martianus quoque ea hoc Plinii loco: *Oppidum Delphi*, inquit, *sub monte Parnasso, clarum oraculis Apollinis.* HARD.

Sub monte.... Apollinis Chiffl. *sub monte Parnassi: et clarissimi in terris oraculo Apollinis.* ED. P.

Castalius. Fatidicis aquis celebratus. Vnde nomen acceperit, disce ex Pausania, lib. X, sive Phocid. pag. 623. HARD.

Cephissus. Hausit hoc Plinius ab Homero, Iliad. II, vers. 523, sive in Catal. vers. 30: Οἵτε Αἴλαιαν ἔχον πηγῇς ἔπι Κηφισσοῖο. *Cephisi ad fontes et qui Lilaeam habebant.* Laudat hunc Homeri versiculum Strabo in Boeoticis, lib. IX, pag 407. HARD. — *Mavro-Potamos* hodie vocatur. ED. P.

Lilaea. Chiffl. *Libaea.* Scholiastes Lycophr. p. 145, Αἴλαια πόλις Φωκίδος. Pausanias, loco citato, a Philippo deletam scribit, et CXX stadiis a Delphis dissitam ait. Agnoscuntur rudera eius ad Cephissi fontem, paulo ampliore in leucarum intervallo a *Castri.* ED. P.

Crissa. Κρίσσα, unde Crissaeo sinui nomen. Strabo, lib. IX, pag. 418. Nonnus, lib. XIII. Dionys. pag. 358, Κρίσαν ἀιτδομένην. HARD. — Etiamnunc *Crissa* sive *Crisso.* ED. P.

Bulensibus. Ab oppido Phocidis mediterraneo Βοῦλεια, cuius meminit Ptolemaeus, lib. III, cap. 15, hi nomen habent. Pausaniae, lib. X, Phoc. pag. 683, Βοῦλις, et Stephano. Bullienses et Bullenses, eosdem esse falso credidit Hermolaus Barbarus: quum Bulenses signati nunc a Plinio, a Bulide sive Bulia fiant, Phocidis oppido, ut diximus: Bullienses, quorum meminit Cicero in Pison. gens sit circa Dyrrachium Apolloniamque, quos libro superiore Plinius, cap. 26, Straboque Bulliones nominarunt: Bullidenses sive Bulliensis Caesar. HARD. — Rudera urbis reperiuntur loco *Palaeo-Castro* dicto, inata portum Sancti Lucae, qui Mychus quondam vocatus fuit. ED. P.

Anticyra. Quoniam Cyrrhae opposita fuit, Αντικύρρα, apud Strabonem, lib. IX, pag. 418, dicebatur: Ptolemaeo, lib. III, cap. 15, Αντίκυρρα. Mox neglecta etymologiae ratione, Αντίκυρα. Elleboro ibi nato percelebris, ut et altera Anticyra ad Maliacum sinum posita. HARD. — Iuxta oppidum *Aspraspitia* sita fuisse videtur. ED. P.

Naulochum, *Pyrrha.* Ναύλοχος, Πύρρα. Ναύλοχος navium stationem sonat. HARD. — Fortasse *port d'Agio-Sideri*, sive *Djesphina.* ED. P.

Pyrrha. Vetus apud Dalec. *Pyrrhonea.* Situs omnino ignoratur. ED. P.

Amphissa. Αμφισσα Ptolemaeo, lib. III, cap. 15. Locrorum Ozolarum

tea, Ambrysus, Drymaea regio, Daulis appellata. Dein in intimo sinu angulus Boeotiae alluitur cum oppidis, Siphis, Thebis, quae Corsicae cognominatae

mediterraneum oppidum Harpocrationi quoque, pag. 21, et Stephano. H. — Hodie *Salone*. Eo. P.

Tithrone, Tritea. Τιθρώνη, Τριτία, val cum Stephano, Τρίτεια, μεταξὺ Φωκίδος, καὶ Λοκρῶν τῶν Οζολῶν. *Tithrone* maluimus quam *Trichone* scribere. Est enim Τριχώνιον, non Locridis, sed Aetoliae oppidum, Stephano, et Pausaniae, in Corinth. lib. II, pag. 155. Locrorum contra Τιθώνιον, apud eumdem, lib. X in Phocic. pag. 677, a Drymaea stadiis omnino viginti dissitum. Τεθρώνιον, Herodoto dicitur, Vran. lib. VIII, pag. 473, n. 33, et cum Tritensibus copulat, quos Τριτίας vocat: Τριταιέας Thucydides cum Oeenthensibus, lib. III, pag. 240. In notitia Eccles. pag. 23, provinciae Helladis Achaiae, hae sedes assignantur: Αμφισσα, Τιθώρα, Αμβρυσος, Αντίκυρα. Haec sane Τιθώρα, Tithrone Pliniana est. In MSS. et in adit. Perm. locus hic insigniter vitiatus legitur: *Tricone, Tricorymbus, Miraenaque regio.* Est autem, ut id obiter dicemus, quoniam nunc primum mentio aius occurrit, Notitia haec Ecclesiastica opus Hieroclis grammatici, cui nomen ille fecit, Συνέκδημος Ιεροκλέους Γραμματικεῦ, uti intelligimus ex Constantino Porphyrogennete, Thematum lib. II, c. 1: Μαρτυρεῖ δὲ τῷ λόγῳ καὶ Ἱεροκλῆς ὁ Γραμματικός ὁ γράψας τὸν Συνέκδημον τὸ τῶν Δολόγκων ἔθνος τῇ Θρᾴκῃ συναριθμούμενον, λέγων οὕτως. Εἰσὶν αἱ πᾶσαι ἐπαρχίαι καὶ πόλεις αἱ ὑπὸ τὸν βασιλέα τῶν Ρωμαίων διοικούμεναι τὸν ἐν Κωνσταντινουπόλει· ἐπαρχίαι μὲν ξδ' πόλεις δὲ πλέ. Quae verba totidem plane syllebis huic Notitiae praefiguntur in MS. nostro. Harp. — Tithrones ruinae iuxta *Moulki* reperiri, Triteae autem quo loco hodie *Turcochorion* opinatur Pouquevilla, lib. XI, cap. 2, p. 147.

Ambrysus. Vet. apud Delec. *Amphrysus. Ambrysus* Livio, libro XXXII, cap. 18. Apud Pausaniam, Phocic. lib. X, pag. 681, Αμβρυσος et Αρυσος. Stephano quoque, Αμβρυσος πόλις Φωκίδος· τινὲς διὰ τοῦ β φασίν. Strabone denique, lib. IX, pag. 423, Αμβρυσος. Permutant Graeci saepe has lileras φ et β. Vnde Bryges iidem qui postmodum Phryges appelleti. Harp. — Nunc pagus est, cui nomen *Dystomo.* Eo. P. — Huic oppido et Cyparissi prius nomen fuisse, auctores sunt Pausanies et Stephanus a nobis laudeti: quibus et Dicaearchum adiunximus eo carmine, cuius mendum obitar sanare operae pretium fuerit. Sic enim ille in descript. Graeciae, pag. 166: Εν τῇ μεσογείᾳ δ' ἐστὶ Κυπάρισσος πόλις. Κάρισσά τε· μετ' αὐτὴν δ' Αὔλις· ἡ Βοιωτία, etc. Sic lego: Κρίσσα τε· μετ' αὐτὴν Δαυλίς, etc. Harp.

Drymaea. Chiffl. *Mycaenaque.* Oppidi nomen est Δρυμαία, Pausaniae, Phocic. lib. X, cap. 677. Herodoto quoque, Vran. lib. VIII, pag. 473, n. 33. Daulis pariter Thucydidi, lib. II, pag. 118, circumiacentis regionis nomen fuisse videtur: ἐν Δαυλίᾳ, inquit, τῆς Φωκίδος. Oppidum tamen ceteris appellatur, Homarum secutis, Iliad. II: Κρίσσαν τε ζαθέην, καὶ Δαυλίδα, καὶ Πανοπῆα. Harp. — *Dadi* hodie vocatur. Eo. P.

Digitized by Google

sunt, iuxta Heliconem. Tertium ab hoc mari Boeotiae oppidum Pagae, unde Peloponnesi prosilit cervix.

V. (IV.) Peloponnesus, Apia ante appellata, et Pelasgia, peninsula haud ulli terrae nobilitate postferenda, inter duo maria, Aegaeum et Ionium, platani folio similis, propter angulosos recessus, circuitu DLXIII M. pass. colligit, auctore Isidoro. Eadem per sinus paene tantumdem adiicit. Angustiae, unde procedit, Isthmos appellantur. In eo loco erumpentia e diverso, quae dicta sunt, maria, a septemtrione et

Siphis. Vet. apud Dalec. *Gymnis.* Stephano, Τίφαι, ἐπίνειον νῆς Θεσπιακῆς, Thespiarum navale. De Thespiis Boeotiae, cap. 12. Et Σίφαι in Boeotia, apud Ptolamaeum, lib. III, cap. 15. Apud Pausaniam, lib. IX, Boeot. pag. 690, Σίφαι. HARD. — Hodie *Palaeo-Castro*, ad sinum qui hodie *port de Dobréna* vel *Polaca* vocatur. ED. P.

Quae Corsicae. Quoniam oppido ei nomen alterum Κόρσεια fuit, teste Pausania, loco citato, pag. 577, unde cives deinde Thebas transducti, primarium Boeotiae oppidum, de qua cap. 12. Stephanus, Κορσιαὶ, πόλις Βοιωτίας. Scylax, pag. 14: Μετὰ δὲ Φωκεῖς Βοιωτοί εἰσιν ἔθνος, καὶ πόλεις αὐδε. Κορσιαὶ, etc.

Heliconem. Chiffl. *Helieonem montem.* Hodie *Palaeo-Vouno*, sive *Zagora.* ED. P.

Pagae. Πηγαὶ Thucyd. lib. I, pag. 67, et Ptolemaeo, lib. III, cap. 15. HARD. — Hodie *Alepochori.* ED. P.

V. *Peloponnesus.* Nunc *la Morée.* BROT.

Apia ante. Scilicet ante Pelopis adventum, inquit Pausanias in Corinth. lib. II, pag. 94, ab Api Telchinis F. tota regio Ἀπία cognominata est. Vide etiam Stephanum, verbo Ἀπία. Nicolaus Damasc. in Excerptis, pag. 492, trifariam pariter appellatam scribit: Api regnante, quem Phoronei filium facit, Apiam: Pelasgo indigena rea tanente, Palasgiam: sub Pelope, Peloponnesum, quo demum in uomine acquievit. Sic Eustathius quoque in Dionys. vers. 415. Didymus Schol. Id. Homeri Iliad. I, vers. 30. Aeschylus denique in Supplicibus, versu 123, Ἀπίαν βοῦν vocat: et versu 784, Ἀπίαν χθόνα. HARD.

Peninsula haud ulli. Transcribit haec Capella a Plinio, lib. VI, cap. de tertio sinu Europae, p. 210. H.

Platani folio. Ita Strabo, lib. VIII, pag. 335, et Mela, lib. II, cap. 3, pag. 32. HARD.

Recessus. Vet. apud Dalecamp. *incessus.* Sinuum anfractus. H. et ED. P.

DLXIII. M. pass. Paululum ab Isidoro diversus abire videtur, loco citato, et Agathemerus, Geograph. lib. I, cap. 5. HARD.

Per sinus. Si omnium sinuum angulosorumque recessuum oram interiorem adnavigando legas. HARD.

Quae dicta sunt, etc. Rhodig. ci-

exortu, eius omnem ibi latitudinem vorant: donec contrario incursu aequorum tantorum, in quinque M. pass. intervallo exesis utrimque lateribus, angusta cervice Peloponnesum contineat Hellas. Corinthiacus hinc, illinc Saronicus appellatur sinus: Lecheae hinc, Cenchreae illinc, angustiarum termini, longo et ancipiti navium ambitu, quas magnitudo plaustris transvehi prohibet: quam ob causam perfodere navigabili alveo angustias eas tentavere, Demetrius rex, Dictator Cae-

tato ad verbum hoc loco, haec verba, *quae dicta sunt, a septemtrione et ortu*, non legit, lib. XXI, cap. 19. Dalec.

A septemtrione et exortu. Ionium a septemtrione: ab oriente, Myrtoum, sive Aegaeum, Peloponnesi totam, quaotà est, latitudinem vorant, lancinantque. Rursum de Peloponneso Plinius infra, cap. 9: *Tot sinus Peloponnesi oram lancinant, tot maria allatrant. Siquidem a septemtrione Ionium irrumpit: ab occidente, Siculo pulsatur: a meridie, Cretico urgetur: ab oriente brumali Aegaeo: ab oriente solstitiali, Myrtoo.* Hard.

Tantorum, in quinque. Proponebat Dalec. *tantum quinque.* Ed. P.

In quinque M. pass. Ita plane MSS. omnes. Solinus tamen, cap. VII, p. 23, *quatuor non amplius mill. pass.* Totidem habet et Mela, lib. II, cap. 3, pag. 34. Agathemerus tamen, Geograph. lib. I, cap. 5, XL stadiorum id esse intervallum ait, quae omnino sunt quinque mill. pass H. — Spatium illud hodie dicitur *Hexamili*, id est, sex millia passuum; quod recens milliarium graecum brevius sit romano. Brot.

Contineat. Barbarus, quem sequitur Dalec. imprudenter, ut Pelicerius admonet in notis MSS. *contingat* hoc loco reposuit, quum antea in impressis libris, et nunc ubique in MSS. Reg. 1, 2, Colb. 1, 2, et Paris. *contineat* legeretur. Quominus, inquit Plinius, tota abruptus a Graecia Peloponnesi tractus recedat ac dividatur, angusta illa cervice terrarum, quasi tenui vinculo tenetur, ac retinetur. Sic *angusto tramite Helladi Peloponnesum adnecti*, Mela dixit, lib. II, cap. 3, pag. 34. Hard.

Hellas. Graecia proprie dicta, in qua Attica caeteraeque regiones, describendae cap. 11 et subsequentibus. Hard.

Saronicus... sinus. De quo cap. 9. Hard.

Lecheae. Pausaniae, Corinth. lib. II, p. 86, Λέχαιον. Item Straboni, lib. VIII pag. 380, et Ptolemaeo, lib. III, cap. 16. Eidem Pausaniae, pag. 88., Λέχη. Portus fuit, seu navale, ἐπίνειον Κορινθίων, nunc arenis obductus. Vide Hesychium, verbo Λιόλκος. Hard.

Cenchreae. Κεγχρεαὶ Diodoro Sic. Bibl. lib. XIX, pag. 705, et Straboni, loc. cit. Κεγχρειάς Thucydides vocat, lib. VIII, p. 569. Corinthiorum emporium Livio, l. XXXII, cap. 17. Etiam hodie *Kechries* vocant. Hard.

Angustias eas. Sic ap. Chiffl. Deest

sar, Caius princeps, Domitius Nero, infausto (ut omnium patuit exitu) incepto. Medio hoc intervallo, 5 quod Isthmon appellavimus, applicata colli habitatur colonia Corinthus, antea Ephyra dicta, sexagenis ab utroque littore stadiis, e summa sua arce, quae voca-

vero apud Dalecamp. vocula *eas*. Ed. P.

Demetrius rex. Is, cui cognomen ab exitio urbium Poliorceles fuit, ut ait Seneca, epist. IX, pag. 175. Asiae rex, Antigoni F. qui Graeciam fere totam suae ditionis fecit. Vide etiam Strabonem, lib. I, pag. 54. Hasn.

Dictator Caesar. Ita Dio, lib. XLIV, pag. 242; Plutarchus in Caesare, p. 735; Sueton. in Iulio, cap. XLIV, II.

Caius princeps. Caius nempe, quem vocant Caligulam. Vide Suetonium in eius vita, cap. XXI. Hasn.

Nero. Suetonius in Nerone, cap. XIX. Dio, lib. LXIII, p. 722 Quousque perducta sit Isthmi perfossio a Nerone coepta, docet Philostratus, lib. IV de vita Apoll. c. 8, pag. 181. Tentasse id etiam Alexandrum Macedonem, auctor est Pausanias, Corinth. II, 86. Haso.

Infausto. Chiffl. *nefasto*. Ed. P.

Ut omnium patuit exitu. Vet. apud Dalec. *omnium*, *ut patuit exitu*, *incoepto*. Ed. P. — Nam Demetrius quidem, a Seleuco genero victus, in custodia periit, ut refert Plutarch. in Antonino, pag. 957. Dictator Caesar, Caligula, Nero, illata per vim nece obiere. Animadvertimus hanc istius loci interpretationem displicuisse Spanhemio, de Vsu Numismatum, tom II, pag. 408, ibique eum contendere, *exitu* hic idem valere tantum, atque *irrito conatu*. Nescit *exitum* a Plinio poni pro exitio, sive caitiali fato: idque huius in primis loci sententiam poscere, quum *infausto praecesserit*. Sic idem Plinius, lib. VIII, cap. 74, *usque od Seiani exitum* dicit, pro exitiali clade. Hasn. — Ego tamen Spanhemii magis quam Harduini interpretationem arridere mihi fatebor. Ed. P.

Medio hoc intervallo. Martianus, qui haec transcripsit, loc. cit. *in medio*. Hasn.

Applicata. Vet. apud Dalec. *applicatu*. Ed. P.

Coloniae Corinthus. *Olim*, inquit Mela, lib. II, cap. 3, p. 34, *clara opibus, post clade notior, nunc romana colonia, ex summa arce, quam Acrocorinthon oppellant maria utraque contuens*. Missos eo a Caesare Dictatore colonos libertini generis, ipso quintum, M. Antonio collega consule, auctor est Dio, lib. XLIII, pag. 239; Plutarchus in Caesare, p. 734. Hinc nummi antiqui: COL. IVLI. CORIN. et LAVS. IVLI. CORINT. et C. I. C. A. *Colonia Iulia Corinthus Augusta*. Hasn. — Nomen hodieque servat. Ed. P.

Ephyra. Εφύρα, usque ad Corinthum regem, a quo nomen accepit. Heraclid. de Polit. Corinth. Εφυρα Stephano, verbo Κόρινθος. Haso.

Sexagenis ab utroque littore stadiis. Sexagenis scilicet a Corinthiaci sinus littore, a Saronico autem sinu plus quam centum et viginti stadiis. Ed. P.

tur Acrocorinthus, in qua fons Pirene, diversa duo maria prospectans. LXXXVII mill. pass. ad Corinthiacum sinum traiectus est Patras a Leucade. Patrae colonia, in longissimo promontorio Peloponnesi condita, ex adverso Aetoliae et fluminis Eveni, minus mill. pass. (ut dictum est) intervallo ipsis faucibus, sinum Corinthiacum LXXXV millia pass. in longitudinem usque ad Isthmon transmittunt.

VI. (v.) Achaiae nomen provinciae ab Isthmo incipit: antea Aegialos vocabatur, propter urbes in littore per ordinem dispositas. Primae ibi, quas diximus, Lecheae Corinthiorum portus. Mox Oluros Pel-

Acrocorinthus. Montem editum fuisse auctor est Strabo, lib. VIII, p. 379, cuius ascensus stadiorum esset omnino XXX. Sub ipso vertice fons Pirene, Πειρήνη. HARD.

Duo maria. Ionium et Aegaeum. Quare *bimaris Corinthus*, ab Horatio appellatur, lib I, Ode 7. HARD.

LXXXVII. mill. pass. Chiffl. *LXXXIX.* Eo. P. — Plinius, lib. II, cap. 112, addit passus quingentos. HARD.

Ad Corinthiacum. Vet. apud Dal. *per Corinthiacum*. Eo. P.

Patrae colonia. Hodie *Patras*. Primum Aroen vocatam, appellatione a terrae cultu petita, mox a Patreo Agenoris nepote Patras, auctor est Pausanias in Achaic. Coloniam eo deductam ab Augusto, Strabo, lib. VIII, p. 387. Atque id nummi testantur Claudio principe cusi, cuiusmodi in Museo nostro Parisiensi asservantur. COL. PATR. et apud Erizzo, pag. 88, COL. A. A. PATR. *Colonia prima Augusta Patrensis*. HARD.

LXXV millia pass. Vide quae diximus de hac Corinthiaci sinus longitudine, lib. II, cap. 112. HARD.

Transmittunt. *Tramittunt* in Chiffl. exemp. perpetuo ita scribitur. DALEC.

VI. *Achaiae nomen*. Transcribit haec Martianus, lib. VI, c. de tertio sinu Europae, pag. 210. Achaia haec porro proprie appellata, longe ab ea diversa est, quae Hellas Ptolemaeo cognominatur, hodie *Livadia*: qua Locrorum regio, Boeotia, Attica continentur. Αἰγιαλὸν quondam appellatam esse et Pausanias tradit, Eliac. prior, lib. V, pag. 287, et lib. VII, pag. 396. HARD.

Antea. Sic apud Chiffl. Dalec. *ante*. Eo. P.

Propter urbes in littore. Est enim Graecis αἰγιαλὸς littus. HARD.

Lecheae. Proponebat Dalecampius *Lechaeum*. Vix supersunt vestigia. ED. P.

Oluros. Chiffl. *Olyrus*. Stephano, Ὀλουρος, πολίχνιον τῆς Ἀχαΐας, οὐ πόρρω Πελλήνης. Fuit nimirum Oluros castellum, propugnaculumque quoddam in ora conditum, ab incolis Pellenes oppidi, LX stadiis intus recedentis a mari supra pagum *Vlogoca*: quo ipso in tractu Strabo, lib. VIII, pag. 386, Pellenen locavit. Vox

lenaeorum castellum. Oppida: Helice, Bura: in quae refugere, haustis prioribus, Sicyon, Aegira, Aegion, Erineos. Intus Cleonae, Hysiae. Panhormus portus, demonstratumque iam Rhium: a quo promontorio quinque M. pass. absunt Patrae, quas supra memoravimus: locus Pherae. In Achaia, IX montium Scioessa

Ὁλουρος Graecis idem quod Πάνορμος sonat, de quo mox. Harn et Ed. P.

Helice, Bura. Ἑλίκη, Βοῦρα. Ptolemaeo, lib. III, cap. 16. De his egimus, lib. II, cap. 94. Biennio ante Leuctricum praelium absumptam mar; Helicen, auctor est Strabo, lib. VIII, pag. 384. Contigit autem id praelium anno 2, Olymp. 102, Diodoro teste. Harn. — Nonnulli aliquot Helices vestigia placido mari emergere testantur, v circiter M. pass. a *Vostitza* ortum solis versus. Burae Acropolis reliquiae inde pari intervallo meridiem versus conspiciuntur, auctore Pouqueville, lib. XII, cap. 8, p. 419. Ed. P.

In quae refugere. Melius: *Et in quae refugere.* Dalec. — Oppida deinde, in quae incolae priorum, quae hausit mare, transmigrarunt, qui tantae cladi superstites esse potuerunt, fuere ista: Sicyon, Aegira, etc. Σικυών, Αἴγειρα, Αἴγιον, Ἐρινεὸς λιμήν, Herod. Clio, lib. I, n. 145, pag. 62, et Ptolem. lib. III, c. 16. Scylaci quoque, pag. 15. Aegii memiolt Homerus in Catalogo, v. 81: Πελλήνην τ' εἶχον, ἠδ' Αἴγιον ἀμφενέμοντο. Ἐρινεοῦ λιμένος Pausanias, Achaic. lib. VII, pag. 442, at Thucydid. lib. VII, pag. 513. Αἴγειρα etiam apud Pausaniam, pag. 440. Harn. — Sicyon hodie *Vasilica* dicitur, Aegira, *Palaeo-Castron*, in fluminis *Chelo-Potamos* dicti valla, Aegion, ut iam diximus *Vostitza*; Erineos, *Artotina*. Ed. P.

Intus Cleonae. Κλεωναὶ Homero in Catal. vers. 77, a Corintho stadiis LXXX, ut scribit Eustathius pag. 294. Notae etiam Ptolemaeo Κλεωναί, lib. III, cap. 16, et Straboni, lib. VIII, pag. 377, ubi situm eius describit. Harn. — Monstrantur rudera eius supra vicum *S. Basile*. Ed. P.

Hysiae. Ὑσιαὶ Argolicae, quarum meminere Strabo, lib. IX, p. 404, et Pausanias in Arcad. lib. VIII, pag. 464 et 542. Incolae Hysiatae. H. — Fortasse hodie *Vromo-Limni*. Ed. P.

Panhormus. Chiffl. *Palinhormos.* Graecis Πάνορμος portum significat omnibus navibus excipiendis aptum. Meminit illius Pausanias, Achaic. l. VII, pag. 442. Harn. et Ed. P.

Quinque mill. pass. Strabo, l. VIII, pag. 387, stadiis XL, eadem prorsus mensura. At Pausanias, loco citato, stad. L. Harn. — Quod praesens confirmat locorum status. Ed. P.

Locus Pherae. Modus hic loquendi Plinio familiaris, oppidum plane deletum innuit: rudera modo ac vestigia superesse. Hae sunt quae Stephano Φαραὶ et Φηραὶ Ἀχαΐας. At Straboni, lib. VIII, pag. 388, at Pausaniae Achaic. lib. VII, pag. 440 Φάρα, Dymae coloniae contermina, de qua statim dicturi sumus. Harn.

In Achaia IX montium. Vet. apud Dalecamp. *Scioessa. Notissimus fons Cymothoe.* Ed. P. — In Achaia, inquit, quae regio montibus novem attollitur, Scioessa fons notissimus

notissimus, fons Cymothoë. Vltra Patras oppidum Olenum, colonia Dyme: loca, Buprasium, Hyrmine: promontorium Araxum, Cyllenes sinus, promontorium Chelonates: unde Cyllenen quinque M. pass.

est. Solinus, cap. VII, pag. 22: *Propter oppidum Patras*, inquit, *Scioessa locus novem collium opacitate umbrosus*. Male Plinium Solinus iotellexit. Neque enim Scioessam locum esse voluit, qui montes haberet novem: sed e novem Achaiae montibus Scioessam esse notissimum. Sic ipse Plinius paulo post cap. seq. Messeniam reginnem esse duodeviginti montium. Σκιόεσσα (subintellige ὑπώρεια, vel ἀκρώρεια) umbrosum silvarum opacitate montem significat· Κυμοθόη, fontem aquarum incitato cursu rapidum. Haao.

Olenum. Ὠλενος πόλις Ἀχαΐας Stephano. Straboni quoque, lib. VIII, p. 386. Dymen inter et Patras. H. — Hodie *Cato Achaia* vocatur. Eo. P.

Dyme. Δύμη Straboni, lib. VIII, pag. 341, et Ptolemaeo, lib. III, c. 16. Cives Δυμαῖοι. Regio ipsa Καυκωνίς, incolae Καύκωνες appellati. Missos eo colonos a Pompeio Magno, idem Strabo admonet, p. 387 et 388. Haao. — Hodie *Palaeo-Castron* una circiter leuca a *Cato Achaia* occasum solis versus. Eo. P.

Loca. Deletis oppidis manent vestigia, inquit, Buprasii et Hyrmines. Meminit utriusque Homerus in Catalogo, Iliad. II, vers. 422, et ea eo Strabo, lib VIII, p. 340. Stephanus quoque et Hesychius: Οἱ δ' ἄρα Βουπράσιόν τε, καὶ Ἠλίδα δῖαν ἔναιον, Ὄσσον, ἐρ' Ὑρμίνῃ, καὶ Μύρσινος ἐσχατόωσα. Haao. — Buprasium amnem ad cuius ripam stetisse videtur urbs cognominis, cuius situs omnino incertus, ille est qui hodie *Verga* dicitur, auctore Pouqueville, hic qui vocatur *Risso* sive *Mana*, auctore Lapie, qui promontorium Hyrmina, cui vicina esse debuit urbs Hyrmine, hodie *Capo Clarenza* esse opinatur. Eo. P.

Araxum. Chiffletian. *Axarus*. Ἀραξᾶς Straboni, lib. VIII, p. 337, caeterisque geographis: a Dyme, stadiis LX, Ex adverso Acarnaniae respondere ait Agathemerus, Geog. lib. I, pag. 5. ἄκρον Ἀραξᾶς, ἀντιπρόσωπον Ἀκαρνανίας. Hodie *Capo Papa*. Haao. et Eo. P.

Chelonates. Ο Χελωνάτας Agathemero, loco citato, et Straboni, lib. VIII, pag. 337. Dorica dialecto communi, Χελωνίτης ἄκρα Ptolemaeo, l. III, c. 16. Hodie *Capo Clarentza*, sive *Tornèse*. Haao.

Cyllenen. Κυλλήνη Eleorum navale apud Thucyd. lib. I, p. 22. *Mercurium ibi natum arbitrantur*, inquit Mela, lib. II, cap. 8. Haao. — De istius urbis situ inter eruditos minime convenit; nam Chandler eam *Clarentza* hodie esse opinatur; Pouqueville, anglum viatorem reprehendens, Cyllenes locum occupare *Andravida* sive *Andravilla* contendit: Lapie, in sua Graeciae mappa illam supra flavium *Verga* ad maris littus ponit. Mannertus eam urbi *Clarentza* vicinam fuisse putat, quae quidem opinio cum Plinii verbis magis concordare videtur, qui Cyllenem, quinque, aut, ut quidam legunt, duo M. pass. a promontorio Chelonate dissitam fuisse ait. Eo. P.

Castellum Phlius: quae regio ab Homero Araethyrea dicta, postea Asopis.

Inde Eliorum ager, qui antea Epei vocabantur: 3 ipsa Elis in mediterraneo, et a Pylo XII M. passuum intus delubrum Olympii Iovis, ludorum claritate fastos Graeciae complexum. Pisaeorum quondam oppidum, praefluente Alpheo amne. At in ora promontorium

Quinque. Sic apud Chifflet. Apud Dalec *duo.* Eo. P.

Phlius. Φλιοῦς Ptolemaeo, in mediterraneae Sicyoniae oppidis, lib. III, cap. 16, et Straboni, mox laudando. Hard. — Innumera oppidi templorumque eius rudera ad Asopum amnem, leucis V a Corintho occasum solis versus, reperit Pouqueville, *Voyage de la Grèce*, lib. XV, cap. 2, pag. 307. Eo. P.

Quae regio. Phliasia, dicta, Φλιασία Straboni, lib. VIII, pag. 382, quam et Araethyraeam prius appellatam scribit. Homeri locus est Iliad. II in Catalogo, v. 77, quem et Pausanias refert, Corinth. lib. II, pag. 107. H.

Asopis. Ασωπία, Pausaniae, Corinth. lib. II, pag. 85. et Straboni, loco citato. *Asophis* prius perperam legebatur. Hard.

Eliorum ager. Strabo, lib. VIII, p. 340: ὕστερον δ' ἀντ' Ἐπειῶν Ἠλεῖοι ἐκλήθησαν. Hesych. p. 348: Ἐπειοί, οἱ Ἠλεῖαι, καὶ οἱ πλησιόχωροι. Ipsa urbs Ἦλις Ptolemaeo, lib. III, cap. 16, caeterisque. Hard. — *Palaeopolis* hodie dicitur, ad pagum *Calivia*, ad Peneum hodie *R. de Gastouni.* Ed. P.

A Pylo. Haec Pylos Eliaca, seu Thriphyliaca appellata Straboni, lib. VIII, pag. 351: ὁ Πύλος Ἠλειακός, ἢ Τριφυλιακός. Hard. — Nonnulla reperiuntur eius rudera iuxta vicum *Tchelebi*, ad Ladonem, qui in Peneum influit. Eo. P.

Olympii Iovis. Stadiis ab Elide trecentis, Strabo, lib. VIII, p. 353, hoc est, pass. mill. XXXVII, et quingentis pass. Hard. — Reperiuntur eius rudera, nec non Pisaeorum oppidi, quod rivulus ab Olympico campo seiungebat, ad dextrom Alphei, hodie *Ophea*, sive *Rouphia*, ripam, iuxta pagum *Antilalo.* Eo. P.

Fastos Graeciae. Olympicorum enim ludorum beneficio, exacta postmodum notitia temporum observata: per Olympiadas deinceps, quod spatium annorum quatuor fuit, compositi ordinatique fasti, in quibus res gestae et insignia quaeque notari consueverunt. Ludorum Hercules auctor: Instaurator Iphitus existimatus. Olympias prima coepit annis quinque et triginta ante Romam conditam. H.

Pisaeorum. Vet. apud Dalec. *Pisaeorum quondam.* Aliis: *Pisa Oenomani quondam.* Eo. P. — Πίσα πόλις τῆς Ολυμπίας, Stephano. Ptolemaeo, Ολυμπία Πίσα, lib. III, c. 16. Deletae urbis situm causamque excidii describit Pausanias in Eliac. post lib. VI, p. 386. Regio Πισάτις Straboni, lib. VIII, pag. 356, qui urbis rudera inter duos montes, Ossam et Olympum exstare quibusdam creditum, Pisam ullam umquam exstitisse negatum ab aliis tradit. Hard.

Ichthys. Amnis Alpheus navigatur VI pass. mill. prope oppida, Aulona, et Leprion. Promontorium Platanodes: omnia haec ad occasum versa.

VII. Ad meridien autem Cyparissius sinus cum urbe Cyparissa LXXII millium passuum circuitu. Oppida: Pylos, Methone: locus Helos, promontorium Acritas:

Ichthys. Ἰχθὺς ἄκρα in Elide, iuxta Alphei ostia, Ptolemaeus, lib. III, cap. 16. Hodie *Capo Catacolo.* Ed. P.

Alpheus. Parmen. edit. *Alpheus navigatur prope sex oppida.* At oppida duo tantum enumerantur. Dalecampius, *navigatur in oppida.* At MSS. reclamant, 1, 2, Colb. 1, 2, Paris, Chiffl. et vet. Dalec. in quibus legitur, *navigatur VI prope oppida.* Non videre priores scilicet, numero solo adnotato millia passuum significari in exemplaribus manu exaratis, in quibus hae voculae, *mill. pass.* nusquam fere occurrunt, sed subintelliguntur. Ἀλφειός Ptolemaeo, loco citato, caeterisque. Navigatur Alpheus, inquit, procul a mari, iuxta ipsa Arcadiae, quae pars mediterranea Achaiae est, oppida duo, Aulona et Leprion, ad sex usque millia passuum ab iis oppidis. Αὐλών, πόλις Ἀρκαδίας, Stephano. De Leprio dicemus cap. 10. Haan. — Vet. apud Dalec. *navigabilis prope sex oppida, Aulos,* etc. Ed. P.

Aulona. Dalec. *Aulos.* Situs eius omnino ignoratur. Ed. P.

Platanodes. Ita MSS. omnes, et Parm. edit. *Platanistus* nobis obtrusit Hermolaus, pro voce legitima Πλατανώδης, quae et apud Strabonem exstat, lib. VIII, pag. 348, etsi mendose ibi Πλατανώδης nunc legitur. Platanistus autem, Πλατανιστοῦς, sive Μάκυστος (habet enim geminam hanc appellationem apud eumdem Strabonem, pag. 345), regio intus est: oppidumque desitum, non in ora, sicuti praesens locus sibi exigit, promontorium. H. — Nomen hodie ignoratur. Ed. P.

VII. *Cyparissa.* Κυπαρισσαία Stephano: Ptolemaeo, lib. III, cap. 16, Κυπάρισσαι, in Messenia, Eustathio, in Iliad. B, pag. 297. πόλις Μεσσηνίας. Hodie *Arcadia.* Incolae, Straboni, lib. VIII, pag. 345, Κυπαρισσαῖς. Hic porro ager Messeniacus incipit, Ptolemaeo, lib. III, c. 16, oppida quae sequuntur, Messeniae accensente. Cyparisso sinui ab oppido nomen, *Golfo d'Arcadia.* H.

Pylos. Πύλος in Messenia, prope Μεθώνην. Haec Messeniaca Pylos, ab aliis diversa: fuit enim tergemina civitas eius nominis, ut Strabo admonet, lib. VIII, pag. 351. Frustra Meursio Tylos hoc loco, vel Oetylos scribente, in Miscell. Lacon. lib. IV, pag. 274. H. — Haec Messeniaca Pylos, non autem, ut ait Harduinus, Ellaca supra memorata, Nestoris patria fuit. Multi eam loco hodie *Zonchio* dicto stetisse volunt; sed Pouqueville, *Voyage de la Grèce*, lib. XVIII, cap. 2, pag. 26, et cap. 5, pag. 72, illam nomen etiamnunc servare et *Pylo*, sive *Pilo* dici. Vide quoque eruditi Lapie mappam. Ed. P.

Methone. Μεθώνην Messeniae Ptolemaeus, loco citato, et Strabo, lib. VIII, pag. 359. Laconiae Stephanus adiudicat, Thucydiden secutus, lib.

sinus Asinaeus, ab oppido Asine, Coronaeus a Corone. Finiuntur Taenaro promontorio. Ibi regio Messenia duodeviginti montium. Amnis Pamisus. Intus autem ipsa Messene, Ithome, Oechalia, Arene, Pteleon,

II, pag. 116. Hodie *Palaeo Castro*, iuxta *Modon*, ortum solis versus. Ed. P.

Locus Helos. Seu loci id nomen fuerit circa Alpheum, seu urbis iam dirutae. Strabo, lib VII, pag. 350: Ἕλος δ' οἱ μὲν περὶ τὸν Ἀλφειὸν χώραν τινά φασιν· οἱ δὲ καὶ πόλιν. Haao. — Diversa certe fuit haec Helos Messeniaca, ab illa quae in Laconia fuit, haud longe ab Eurotae ostiis, ortum solis versus, loco dicto *Tsyli*. Ed. P.

Acritas. Ἀκρίτας ἄκρα Ptolem. lib. III, c. 16, et Paus. in Messen., lib. IV, pag. 282, iuxta Methonem Straboni, lib. VIII, pag. 359. Hodie *Capo Gallo*. Ed. P.

Asinaeus. Ἀσιναῖος ἀπὸ τῆς Μεσσηνιακῆς Ἀσίνης, Straboni loco citat. Exciderat hoc oppidum aetate Pausaniae, ipso teste, Corinth. lib. 2, pag. 154. Loco hodie *Iaratcha* dicto stetisse videtur. Sinui nomen alterum Messeniaco, a Messene fuit. Strabo, loco cit. Haao. et Ed. P.

Coronaeus. Ab oppido Κορώνη, quod oppidum Messenae proximum est, apud Ptolem. lib. III, cap. 16. Hodie *Petalidi*. Sinus ipse Messeniaci pars quaedam est, et recessus interior. H. et Ed. P.

Taenaro. Ταίναρον, Pausaniae in Lacon. lib. III, pag. 212; Ταινάρια ἄκρα Ptolem. loco citat. Asinaeum sinum a Coronaeo disterminat: hodie *Cap Matapan*. H.

Ibi regio. Haec quae diximus oppida, inquit, regio Messeniaca complectitur, et simul montes XVIII. H.

Pamisus. Πάμισος, Pausaniae in Messen. lib. IV, p. 280. Eidem Πάμισος, pag. 221. Mela, lib. II, cap. 3: *In Asinaeo flumen Pamissum*. Hodie *Pirnatza* vocatur. Haao. et Ed. P.

Messene. Μεσσήνη. Homero in Catalogo Iliad. B, vs. 89, Μέσση. Hodie *Mavromati*. In nummo ex aere mediocri, in Museo nostro, caput turritum, idemque velatum est, argumento liberae civitatis: titulus, ΜΕΣΣΗΝΙΩΝ. Parte altera, Aesculapii stantis effigies est, sine epigraphe: latere sinistro corona laurea. Sequuntur deinde Ἰθώμη Μεσσήνης Stephano, et Pausaniae, in Mess. lib. IV, pag. 223. Arx ea Messenea fuit, ut Corinthi Acrocorinthus: auctor Strabo, lib. VIII, p. 361. Οἰχαλία Straboni, lib. VIII, pag 350, prope Messenen, unde Μεσσηνὶς Οἰχαλία Stephano. Stephanus Plinio suffragatur: geminam enim Arenen distinguit: Messeniacam alteram, alteram Triphyliacae regionis. Ἀρῆναι δύο πόλεις, Μεσσήνης καὶ Τριφυλίας. Messeniacam Plinius modo appellat: Homerus Triphyliacam, Iliad. B, in Catalogo, v. 98: Οἱ δὲ Πύλον τ' ἐνέμοντο, καὶ Ἀρήνην ἐρατεινήν. Strabo nihilominus Ἐρανὰ hanc Messeniacam mavult appellari: Arenenque, quod nomen ait Pyliorum oppidi ab Homero proxime citati, male putasse quosdam hanc prius vocatam, non uno in loco testatur, lib. VIII, pag. 348 et 361. H. — Ithomes, quae Messenes arx fuit, monti cognomini, hodie *Vourcano*,

Thryon, Doryon, Zancle, variis clara temporibus. Huius sinus circuitus LXXX M. pass, traiectus vero XXX M.

VIII. Dehinc a Taenaro ager Laconicus, liberae gentis: et sinus circuitu CVI mill. traiectu XXXIX mill.

imposita, nulla supersunt vestigia; Oechaliae locum monasterium occupat: Arene hodie *Sareni* vocatur. Ed P.

Pteleon, etc., Πτελεὸν, Θρύον Homero in Catalogo Iliad. B, vers. 99, Δώριον. Sola Zancle in hoc tractu caeteris scriptoribus neglecta: etsi variis singula temporibus, deinceps alia ex aliis, claruisse Plinius asseveret. Constans tamen haec est consentiensque librorum omnium manu exaratorum, impressorumque lectio, quam vel leviter movere, nullo suffragante codice, religio est. Arridebat alioqui mihi meum commentum, quod deinde placuisse Hermolao animadverti: existimabam scilicet legi commode ita posse, quoniam de Zancle Messeniae oppido caeteri scriptores silent: *Pteleon, Thryon, Dorion, Thamyrae vatis clara temporibus;* Homerus enim favere coniecturae admodum videtur, Iliad. B, in Catalogo. vers. 101: Καὶ Πτελεὸν, καὶ Ἕλος, καὶ Δώριον, ἔνθα τε Μοῦσαι Ἀντόρσαι Θάμυριν τὸν Θρῆϊκα παῦσαν ἀοιδῆς. Hunc Thamyram Plutarchus vocat, lib. advers. Epicur. p. 1093. Θάμυριν Apollodorus, de Diis, lib. I, pag. 11. Hunc Musae cantu superatum et oculis et arte privarunt. Rem totam, et simul Homeri locum Statius espressit, Thebaid. lib. IX, vs. 181: *Quos Helos et Pteleon, Getico quos flebile vati Dorion: hic fretus doctas anteire canendo Aonidas, multos Thamyris damnatus in annos Ore simul citharaque*, etc. Lucanus similiter, lib. VI, v. 352: *Pteleosque et Dorion ira Flebile Pieridum.* Pellicerius in libris MSS. pro *Zancle*, *quondam*, supponit. Nos exemplarium vestigia religiose secuti, Zanclem retinemus: atque ut Messenios Siciliae a Messeniis Graeciae ortos esse omnes confitentur, sic eorundem Siculorum oppidum Zanclem ab oppido Messeniae Graecae cognomine traxisse appellationem credimus: quae quidem Graeca Zancle, caeteraque quae hic recensentur, deserta tum loca, ac fere tantummodo nomina, floruisse olim omnia dicuntur, clarque fuisse, non eodem tamen simul tempore, ut fit, sed deinceps, atque alia ex aliis. H. — In vet. apud Dalec. legitur *Zande*, non *Zancle*. Ed. P.

Huius sinus. Messeniaci: hodie *Golfe de Coron.* H.

VIII. *Liberae gentis.* Strabo, de Spartanis seu Lacedaemoniis, lib. VIII, pag. 365, eos in eximio honore habitos a Romanis ait, libertatemque retinuisse: praeter socias operas nihil quidquam Romanis pependisse: καὶ ἔμειναν ἐλεύθεροι, πλὴν τῶν φιλικῶν λειτουργιῶν ἄλλο συντελοῦντες οὐδέν. Hodie huius tractus incolae, *les Mainotes* vulgo appellantur: a Turcarum quoque tyrannide perpetuo liberi. Hard.

Et sinus. Laconicus: hodie *Golfo di Kolokythia.* Ed. P.

CVI mill. Ita Reg. 1, 2, Colb. 1, 2, Paris. Tolet. etc. non *CCVI.* H.

Oppida: Taenarum, Amyclae, Pherae, Leuctra: et intus Sparta, Theramne: atque ubi fuere Cardamyle, Pithane, Anthane: locus Thyrea, Gerania. Mons Tay-

Taenarum. Solin. cap. VII, p. 22: *est et oppidum Taenaron, nobili vetustate* Ταίναρον, a promontorio eiusdem nominis, stadiis XL dissitum, teste Pausan. in Lac. lib. III, p. 212. Hodie *Kisternès.* H. et Eo. P.

Amyclae. Αμύκλαι Strabori, lib. VIII, p. 363: *Silentio quondam suo pessumdatae*, inquit Solinus, loc. cit. Hodie *Sclavo-Chorio.* H. et Eo. P.

Pherae. Φεραὶ Ptolemaeo, in Messenia, lib. III, cap. 16; Φηραὶ Straboni, lib. VIII, pag. 367, et Hom. Iliad. B, Φαραὶ Messeniacae Stephano, cuius oppidi civis Φαραίτης: apud Pausan. in Lac. l. III, p. 261, Φαρεάτης. Hodie *Chitries.* Hard. et Eo. P.

Leuctra. Λεῦκτρον τὸ Λακωνικὸν, Straboni, lib. VIII, p. 361, longe diversum oppidum a Leuctris Baeotiae, Lacedaemoniorum clade nobilitatis. Hodie *Levtros.* H. et Eo. P.

Sparta. Quae et Λακεδαίμων. Quatuor circiter mill. pass. a ruderibus antiquae Lacedaemonis excitatum est occasum solis versus, oppidum *Mistra*; facto ei nomine a minuto caseo, quem sic indigenae vocant. Ruderibus nomen hodie est *Paleochori*, quasi παλαιὰ χώρα, *vetus ager.* H.

Theramne. Vat. apud Dalec. *Theremae.* Eo. P. — Θεράμναι Stephano, pag. 303: Θεράπνη Pausaniae, iuxta Spartam, in Lacon. lib. III, p. 187. Harpocrat. Θεράπνη τόπος ἐστὶν ἐν Λακεδαίμονι. Ruinae tantum supersunt nullo nomine notae. Hard. et Eo. P.

Cardamyle. Καρδαμύλη Homero, Iliad. I, vers. 150. Πιτάνη, Pausaniae in Lacon. lib. III, pag. 192. Pindaro quoque, Olymp. od. 6, iuxta Eurotam amnem. H.

Anthane. In MSS. et edit. Parm. *Antiane. Anthia* ego anteposuerim, ex Homero, Iliad. I, vers. 150, quem sequi in primis Plinius videtur: Καρδαμύλην, Ενοπήν τε, καὶ Ἱρὴν ποιήεσσαν Φηράς τε ζαθέας ἠδ' Ανθειαν βαθύλειμον, etc, quanquam Stephano Ανθάνα quoque; sive Ανθήνη, πόλις Λακωνικὴ dicitur, et Harpocrationi, pag 28, Ανθήνη, πόλις τῆς Λακωνικῆς. Thucyd. quoque, prope Thyream Ανθήνη, est, lib. V, pag. 573. Sed Anthiam habet Solinus Plinii simia, c. VII, p. 22. H. — Vet. apud Dalec. *Anxiane. Anteia.* Eo. P.

Locus Thyrea. Θυρέα Straboni, lib. VIII, pag. 360. Meminit Herodotus, Clio, lib. I, n. 12, p. 34, loci sive agri, qui Thyrea vocatur, χώρου καλεομένου Θυρέης, in confinio Laconicae Argoli aeque, Diodoro teste in Bibl. lib. XII, pag. 116. Vastatam incensamque urbem, docet Thucydid. lib. IV, pag. 289. Solin. cap. XII, XXII: *Vbi quondam fuere Thyreae, nunc locus dicitur: in quo anno XVII regni Romuli, inter Laconas et Argivos memorabile bellum fuit.* Statius, Thebaid. lib. IV, v. 47: *Et Lacedaemonium Thyre lectura cruorem.* Hard.

Gerania. Γεροντία Pausaniae, in Lacon. lib. III, pag. 204. Hanc ab Homero dictam esse Ενόπην, Iliad. I, v. 150, tum ipse prodidit, pag. 214, tum etiam Strabo, lib. VIII, p. 360. Messeniae a Stephano accensetur. H.

getus: amnis Eurotas, sinus Aegilodes, oppidum Psammathus. Sinus Gytheates ab oppido: ex quo Cretam insulam certissimus cursus. Omnes autem Maleae promontorio includuntur.

4 IX. Qui sequitur sinus ad Scyllaeum, Argolicus appellatur, traiectu quinquaginta M. pass. idem ambitu CLXII millium. Oppida: Boea, Epidaurus Limera co-

Taygetus. Ταῦγετον ὄρος Straboni, lib. VIII, pag. 562, *Pente Dactylon*, seu *Pente Dactyli* cognominatur. Ed. P.

Eurotas. Εὐρώτας, hodie *Vasili Potamo*. Multa de eo Strabo, lib. VIII, pag. 343. Ed. P.

Aegilodes. Αἰγιλώδης. Ita totidem plane apicibus MSS. Reg. 1, 2, Colb. 1, 2, Paris. aliique. Ab Aegila Laconicae pago videtur id nomen factum ei sinus Laconici intimo recessui. Meminit eius loci Pausanias, in Messen. lib. IV, p. 247: ἔστι καὶ Αἴγιλα τῆς Λακωνικῆς, ἔνθα ἱερὸν ἵδρυται ἱερὸν Δήμητρος. Non placet Pelicerii coniectura in notis MSS. *Helodes* legentis, ex Strabone, lib. VIII, p. 343, a vicina Spartae ora palustri. H. — Sinus Aegilodes, hic mihi esse videtur, qui in eruditi Lapie mappa *Port Poulikhra* appellatur. Ed. P.

Psammathus. Ψαμμαθοῦς, πόλις Λακωνική, Stephano. Portus est Scylaci, Ψαμαθοῦς, pag. 16. H.

Gytheates. Ab oppido quod Strabo, Γύθιον, loco citato. Plinius ipse, lib. VI, cap. 39, Gythium vocat. Pausanias in Lacon. lib. III, pag. 273, Γύθειον. Stephanus quoque, cui gentile nomen est Γυθεάθης. Livius *Gytheum*, lib. XXXIV, cap. Hodie, ut videtur, *Porto Phinaki*; male autem nobis hunc sinum nominasse hic videtur Plinius, pro Boeate sinu, hodia *baie de Vatika*, unde in Cretam certissimus et brevissimus cursus. Ed. P.

Certissimus. Proponebat Dal. *brevissimus*. Ed. P.

Omnes autem. Sinus videlicet, Laconicus, Aegilodes, Gytheatesque. Μαλέα ἄκρα ei promontorio nomen est apud Scylacem, p. 16, et Ptolem. lib. III, cap. 16. Μαλέαι apud Strabon. lib. VIII, pag. 363, ἄκρα τῆς Μαλέας apud Pausan. loco citato, pag. 207. Hactenus perperam editum, *omnia* et mox *Maleo* pro *Maleae*. Hodie est *Capo S. Angelo*, sive *Malio*. H.

IX. *Scyllaeum*. Σκύλλαιον Straboni, lib. VIII, pag. 368, et Scylaci, pag. 19; Σκύλλιον ἄκρον Ptolemaeo, lib. III, cap. 16. Nunc *Cap Skylli*. H.

Argolicus. *Golfo di Napoli*, sive *di Nauplia*. Ed. P.

CLXII. Ita MSS. Reg. 1, 2, Colbert, etc. non, ut editi, CLXXII. H. — Vet. apud Dalec. *CII mill*. Ed. P.

Boea. Dalec. *Boea*. Βοία πόλις Scylaci, p. 16. Apud Pausan. Lacon. lib. III, pag. 204, inter oppida Eleutherolaconum, ista numerantur: Βοιαί, Ζάραξ, Επίδαυρος ἡ Λιμηρά, etc. Illius incolae Βοιαταί appellati. Ζάρηξ Stephano, πόλις Λακωνική. Pausaniae quoque, Attic. lib. I, pag. 72, a Zarece Musico. Epidauro id cognomen inditum, a commoditate portuum, ait Schol. Thucyd. διὰ τὸ πολ-

gnomine, Zarax, Cyphanta portus. Amnes: Inachus, Erasinus, inter quos Argos Hippium cognominatum, supra locum Lernen, a mari duobus M. pass. novemque additis millibus, Mycenae: et ubi fuisse Tiryntha tradunt: et locus Mantinea. Montes: Artemius, Apesan-

λοὺς ἔχειν λιμένας· ἀντὶ τοῦ Αἰμενηρά. H. — Boea, hodie *Palaeo Castron* vocator; Epidaurus Limera, *Palaea Emvasia*, supra *Monembasia*; et Zarax, *Porto Kari*. Ed. P.

Cyphanta. Κυφάντα λιμὴν in Argolico sinu, apud Ptolem. lib. III, cap 16. Et Κυφάντων inde oppidum stadiis decem a mari, teste Pausan. in Lacon. lib. III, pag. 206. Hodie *Porto Botte* sive *Stilo*. Ed. P.

Amnes. Ἴναχος. Argos Hippium alluit, apud Strabon. lib. VIII, p. 370, quamobrem et Inachium mox appellatur. Eodem Argiae agro labi dicitur Ἐρασῖνος, pag. 361, ubi de eius ortu, cursuque multa. H. — Inachus amnis hodie *Xera* dicitur. Ed. P.

Argos Hippium. Sive quod idem est Ἱππόβοτον, ut Homerus cecinit, Iliad. III, v. 75, quod pascendis equis campos haberet optimos. Vida Varron. de Re Rust. lib. II, cap. 3, pag. 75. Huius navala ac portus Nauplia fuit, ut ex iis Scylaeis verbis contici potest, pag. 19: Μετὰ δὲ Λακεδαίμονα πόλις ἐστὶν Αργος, καὶ ἐν αὐτῇ Ναυπλία πόλις καὶ λιμήν. Et Strabo, lib. VIII, p. 368: ἡ Ναυπλία τὸ τῶν Αργείων ναύσταθμον. Hodie etiamnunc *Argos*, ut leucis a *Nauplie de Romanie*, vel *Napoli*: unde sinui nomen. H.

Locum Lernen. Dalec. *lacum*, sed libri MSS. omnes *locum*: ut non de palude illa haec accipienda sint, quam hydra, Herculisque labor nobilitavit; sed de loco, qui multo propior mari, amni paludique Lernae, cognominis fuerit. Αἴρνην oppidum in Laconica Ptolemaeus locat, lib. III, cap. 16, situ praepostero. Rectius Mela, lib. II, cap. III, p. 34: *In Argolico sinu sunt noti amnes, Erasinus atque Inachus: et notum oppidum Lerne*. H. — *Milos* hodie vocatur. Ed. P.

Duobus millibus. Dalecamp. *M. M.* Ed. P.

Mycenae. Μυκῆναι. Negat has iam tum aevo suo superfuisse Strabo, lib. VIII, pag. 177. H. — Hodie *Carvathi*. Ed. P.

Vbi fuisse. Intercidisse innuit. Τίρυνθα Strabo quoque nominat, pag. 372. Excisam ab Argivis docet Pausanias, Corinth. lib. II, pag. 115 et 132. Hasc. — Hodie *Palaea Nauplia* dicitur. Ed. P.

Mantinea. Diversa haec est ab Arcadica, de qua cap. 10. Illam enim superstitem, hanc deletam, familiari illo suo Atticismo, *locus*, admonet. H.

Montes. Artemius est, qui Pausaniae, Cor. l. II, p. 130, et Arcad. l. VIII, p. 464, Αρτεμίσιος, dicitur, ab Αρτέμιδος, hoc est, Dianae templo, istic dedicato. Apesantus, Απέσας Pausaniae eidem, Corinth. lib. II, pag. 211. Sic *elephas* et *elephantus* dicimus. Mons Nemeae dicitur ex Pindaro, et Callimacho, apud Stephan. Αστερίων amni cognominis videtur, qui ex eo monte manat, quem in Argivo agro labi Pausanias prodidit, Corinth. lib. II. De Parparo

tus, Asterion, Parparus, aliique undecim numero. Fontes: Niobe, Amymone, Psamathe. A Scyllaeo ad Isthmum CLXXVII M. pass. Oppida: Hermione, Troezen, Coryphasium: appellatumque alias Inachium, alias

caeteri scriptores silent. H. — Artemisius hodie *Megavouni*, sive *Maleyo* dicitur; caeteri ignorantur. Ed. P.

Aliique. Vt Αυκώνη, ex quo Erasinum erumpere Pausanias ait, loco citato, p. 129. Et *Neris* apud Statium, Theb. lib. IV, vers. 46, quod montis Argivi nomen esse Placidus Lactantius ex Callimacho refert, etc. H.

Niobe. A Niobe Pelopis sorore, Amphionis coniuge, nomen habet. Vide Strabon. lib. VIII, p. 360. H.

Amymone. Αμυμώνη prope Lernen paludem, teste Strabone, pag. 371. Ovid. Metam. lib. II, vs. 239: *Quaerit Boeotia Dircen, Argos Amymonen*. Idem Amymonius, idem postea Lernaeus fons appellatus, inquit Hygin. fabul. 169, fol. 37. A Danai filia nomen accepisse, auctor est Pausanias, Corinth. lib. II, p. 156. H.

Psamathe. Ψαμάθη. Meminit fontis huius Valer. Argon. I, 364: *Qui tenet undisonum Psamathen*. H.

Hermione. Ερμιόνη Pausaniae, Corinth. lib. II, pag. 149, et Straboni, lib. VIII, pag. 373. Ptolem. quoque lib. III, c. 16, prope Scylleum. H. — *Castri* hodie vocatur. Ed. P.

Troezen. Τροιζήν. Mela, lib. II, cap. 3: *Troezenii fide societatis Atticae illustres*. H. — Hodie *Demala*. Ed. P.

Coryphasium. Id promontorio nomen est in hoc ipso tractu, apud Pausaniam in Messen. lib. IV, pag. 284, Κορυφάσιον, Hard.

Alias Inachium. Et praeter memorata proxime oppida, inquit, Argos etiam est Hippum cognominatum, appellatumque idem alias Inachium, ab Inacho amne quo alluitur: alias Dipsium, ab amoenitate. Argos Inachium, sive Dipsium, diversum ab Argo Hippio paulo antea citato, perperam credidisse Plinium, Pintianus existimavit, et eum secutus Pelicerius in notis MSS. quum Straboni, lib. VIII, pag. 369 et 370, tria haec eiusdem Argi nomina fuerint. Inachium sane ab amne Inacho non longe fluente, ut Plinius antea admonuit, est appellatum. A siti, δίψα, hoc est, desiderio, translatione poëtica, ob agri amoenitatem, ut auctor est ibidem Strabo, nomen alterum invenit: vel ab aquarum penuria, ut quosdam existimasse videbimus lib. VII, cap. 17, quum sit irrigua maxime regio, et ἔνυδρος. Quod vero illud proxime antea Plinius iam obiter appellarit, in causa fuere omnes ii duo, Inachus et Erasinus, qui Argivum agrum perlabuntur, de quibus quum ageret, circumiri ambobus Argos significavit. Nunc vero oppidorum singulorum seriem, ordinemque contexens, iterum illud ipsum Argos appellat, varisque eius nomina repraesentat. Quanquam si diversum istud a priore Argos statuere quis velit, Stephanum sententiae suae suffragatorem et auctorem forta non poenitendum habuerit. Nam praeter Hippium Argos, quod et Dipsion vocat, aliud prope Troezenem agnoscit, sextum eius nominis, ἔστι, κατὰ Τροιζῆνα. Hard.

Dipsium Argos. Portus Schoenitas, sinus Saronicus, olim querno nemore redimitus, unde nomen: ita Graecia antiqua appellante quercum. In eo Epidaurum oppidum, Aesculapii delubro celebre: Spiraeum promontorium, portus Anthedon, et Bucephalus: et quas supra dixeramus, Cenchreae, Isthmi pars altera cum delubro

Portus Schaenitas. Σχοινίτης λιμήν. Secuti sumus vestigia veterum codicum, Reg. 1, 2, Colb. 1, 2, Paris. et Tolet. in quibus *portus Choenitas* legitur, Melamque ipsum, lib. II, cap. 3, pag. 34, cuius haec verba: *Portus Saronicus, et Schoenitas et Pogonus.* Πώγων Graecis Latinisque omnibus portus Troezeniorum est. Quod vero in libris nunc editis, *portus Coenites* legitur, factum id Hermolai emendatione, a Coenis oppido, quod prope Toenarum Ptolemaeo, Pausaniaeque memoratum procul ab hoc tractu abest, et Laconici sinus est, non Argolici, in quo describendo versamur. Neque tamen portus hic Schoenitas, in ipso aditu Saronici sinus positus, hodieque *porto Estemo* dictus, cum altero fere cognomine, Schoenunte scilicet, confundi debet, quod a Pintiano factitatum est, quum is in intimo eiusdem sinus recessu prope isthmum iaceat, ut dicturi sumus cap. 11. Hard.

Saronicus Σαρωνικὸς κόλπος, Ptolem. lib. III, cap. 16. Hodie, *Golfo d'Egina*, ab insula Aegina in eo sinu posita, sive *Golfo d'Athina.* Eo. P.

Ita Graecia. Id confirmat Callimachi scholiastes, ad illum poëtae versum 22 hymni in Iovem: Ἢ πολλὰς ἰφύτερθε σαρωνίδας. Σαρωνίδας, inquit, δρῦς· διὰ τὸ σεσηρότα, καὶ συνεστραμμένον τὸν φλοιὸν ἔχειν. Hesychius: Σαρωνίδες, αἱ διὰ παλαιότητα κεχηνυῖαι δρύες. Aliter tamen Pausanias, et Eustath. in Dionys. H.

In eo. Meridionali et occidentali sinus Saronici littore. Ἐπίδαυρος Straboni lib. VIII, p. 374, in medio sinu, contra Aeginam insulam. De Aesculapii illic delubro fuse Pausanias disserit, Corinth. lib. II; Strabo, lib. VIII, p. 374. aliique. Hard. — Nomen hodieque servat *Epidavros*; extatque etiam integrum fere theatrum vetus. Eo. P.

Spiraeum. Hodie *Capo Franco.* Hanc oram similiter Saronici sinus Ptolemaeus describit: Ἐπίδαυρος, Σπείραιον ἄκρον, Ἀθηναίων λιμὴν (pro Ἀνθηδὼν λιμὴν), Βουκέφαλον λιμήν. H. Eo. P.

Anthedon. Diversa haec plane ab Anthedone Boeotiae, ut situs ipse admonet, quum sit in opposito Saronici sinus littore, meridionali scilicet: illa, boreali, extra Peloponnesum et Achaiam. In MSS. Reg. 1, 2, Colb. 1, 2, Paris. et Chifflet. *Anthedus.* H. — Portus Anthedon si eruditi viri Lapiae Graeciae mappam consulas, is est qui hodie *Port des Athéniens* vocatur, Spiraeo promontorio vicinus, et Bucephalus ille qui in meridionali parte sinus hodie *Baie de Keckries* dicti reperitur. Eo. P.

Quas supra. Cap. 5. Eo. P.

Isthmi pars altera. Haec Solinus totidem plane verbis exscripsit, cap. 7, pag. 21. Hard.

Neptuni, quinquennalibus inclyto ludis. Tot sinus Peloponnesi oram lancinant, tot maria allatrant. Siquidem a septemtrione Ionium irrumpit: ab occidente, Siculo pulsatur: a meridie, Cretico urgetur: ab oriente brumali, Aegaeo: ab oriente solstitiali, Myrtoo, quod a Megarico incipiens sinu, totam Atticam alluit.

X. (VI.) Mediterranea eius Arcadia maxime tenet, undique a mari remota: initio Drymodes, mox Pelasgis appellata. Oppida eius: Psophis, Mantinea, Stymphalum, Tegea, Antigonea, Orchomenum, Phe-

Neptuni. Qui quidem ex eo ΠΟΣΕΙΔΩΝ ΙΣΘΜΙΟΣ appellatur, in nummo Neronis Aug. e Gaza Regia. H.

Quinquennalibus. Ausonius sic etiam locutus, Idyll. 25: *Haec quoque temporibus quinquennia sacra notandis Isthmia Neptuno dâta sunt.* At Isthmia tamen, non pentaeterica, sed trieterica fuerunt, Pindari aevo, ut ex ipso liquet, Nemeor. Ode 6, v. 69, et eius Scholiaste: hoc est, tertio quoque anno edebantur. H.

Tot sinus. Omnino decem, tam exiguam Peloponnesi oram undequaque lancinant, vel ut Pomponius loquitur, lib. II, cap. 3, pag. 34, lacerant. H.

Peloponnesi. Ita MSS. omnes: editi perperam *Peloponnensem*, id quod neque grammaticae leges ipsae ferre possunt. H.

Ab oriente brumali, Aegaeo. Insititia haec verba videntur: carent enim iis MSS. plerique: habet ea tamen, Solinus, lib. VII, cap. 22, qui haec transcripsit a Plinio. H.

Myrtoo. Τὸ Μυρτῷον Straboni, lib. VII, pag. 323, pars est Aegaei maris. Hard.

Mediterranea eius. Peloponnesi scilicet Arcadia umbilicum tenet. H.

Drymodes. Ita MSS. omnes, Δρυμώδης, silvosa, nemorosa, stirpibus arboribusque conferta. Prius *Drymodis* perperam legebatur. H.

Pelasgis. Nicolao Damasc. in Excerptis, pag. 194 Pausaniae, lib. VIII in Arcad. pag. 459, et Stephano, Πελασγία. H.

Oppida eius. Ψωφὶς, πόλις Ἀρκαδίας Stephano, et Pausaniae loco cit. pag. 424. Ptolemaeo quoque, lib III, cap. 16. Hard. — Exstant rudera eius iuxta pagum *Martinitza*, ad amnem *Lavardgiou*. Ed. P.

Mantinea. Μαντίνεια Straboni, lib. VIII, pag. 388; Pausaniae, pag. 467; Plutarcho in Agide, p. 808, et Xenoph. Hist. Graec. lib. V, p. 551. Poëtica licentia, Nonno, lib. XIII. Dionys. pag. 368, Μαντινέη. Hic pugna ad Mantineam dicta, ubi Epaminondas cum Lacedaemoniis et Arcadibus postremo praelio conflixit, in qua victor ex vulnere paulo post occubuit, anno 2, Olymp. 105. H. — Nunc *Paleopoli* sive *Goritza* dicitur. Ed. P.

Stymphalum. Στύμφαλον est etiam Stephano: Pausaniae, pag. 460, a fonte cognomine, Στύμφηλος; a monte, Hesychio, Στύμφηλος, πόλις ἡ

neum, Palantium, unde Palantium Romae: Megalopolis, Gortyna, Bucolium, Carnion, Parrhasie, Thel-

ὄρος Αρκαδίας, mallem, καὶ ὄρος. H. — Videntur rudera eius iuxta pagum *Kionia*. Eo. P.

Tegea. Τεγέαν vocat Plutarchus in Agide, pag. 811, Incnlae, Τεγεᾶται, Thucyd lib V, p. 388. Τεγέα quoque dicitur Pausaniae, lib. VIII Arcad. pag. 458. et Ptolemaen, lib. III. cap. 16. Hodie *Palaeo Episcopi*. Vt eadem alt plane eum Tene Arcadica, nulla satia idonea argumenta suadent, etsi Vossius in Melam, pag. 148, saepe Teneatsa diei asseverat: qui Tegeatae dici deberent. Tene sive Tenea Arcadiae a Cicerone memoratur, lib. VI, epist. ad Attic. 2, pag. 474: *Lepreon Arcadiae*, *Tene*, *Aliphera*, *Tritia*. H.

Antigonea. Vet. ap. Dalec. *Antigonia*. Ed. P. — In locum veteris Mantineae excitata urbs, atque in eius vicinio: unde pro eadem a plerisque habita. Ptolemaeus, lib III, c. 16, Αντιγόνεια, ἡ καὶ Μαντίνεια. In gratiam Antigoni regis id nomen Mantineae factum, auctor est Pausan. Arcad. lib. VIII, pag. 468. H.

Orchomenum, *Pheneum* Vtriusque meminit Homerus, Iliad. B. in Catalogo, v. 412· Οἱ Φένεόν τ' ἐνέμοντο, καὶ Ορχόμενον πολύμηλον. Herodoto, Polym. lib. VII, pag. 451, n. 202, Ορχόμενος τῆς Αρκαδίης, ut a Thessalico Orchomeno distinguntur, de quo c. 15. H. — Orchomenum hodie *Kalpaki* vocatur. Pheneum *Phonia*. Eo. P.

Palantium. Παλάντιον πόλις Αρκαδίας, Stephano. Romae palatium, de Arcadici oppidi Παλλαντίου nomine, ab Evandro rege appellatum esse, quod nomen consecuta aetas, duabus submotis litteris *l* et *n*, extulerit, auctor est etiam Pausanias, Arcad. lib. VIII, pag. 525, et Dionys. Halic. Antiq. Rom. lib V, pag. 25. Virgilius *Pallanteum* oppido nomen fecit: Solinus quoque, c. 1, pag. 2, et cap. VII, pag. 22. Hano. — Iuxta pagum *Thana* pauca reperiuntur vestigia eius. Eo. P.

Megalopolis. Polybii historici Megalopolitani patria, de qua Comicus, apud Strabon. lib. VIII, pag 388: Ερημία μεγάλη ἐστὶν ἡ Μεγαλόπολις. *Est solitudo magna nunc Megalopolis*. Hano. — Circa pagum *Sinano* agnoscuntur multa illius rudera. Eo. P.

Gortyna, *Bucolium*. In libris hactenus editis, *Catina*, *Bocalium*. In MSS Reg. 1, 2, Paris. et vet. Dalec. *Cartina* In Reg. 2 et Chifll. *Bucolium*. Vet. ap. Dalec. *Buphagium*. Pro *Cartina*, *Gortyna* reposuit ex Pausania Hermolaus. Is enim auctor est a Gortyne Stymphali F. ad amnem Gortynium in Arcadia Γόρτυνα πόλιν conditam fuisse, Arcad. lib. VIII, pag. 460. Nos *Gortyna* maluimus, tum ex veteris scripturae vestigiis, tum ex illo Rhiaoi poëtae, apud Stephanum, verbo Μέλαναι: Γόρτυναν Ηραίας τε, πολυδρόμους τε Μελαίνας. Bucolium similiter amplexi sumus, admoniti a Thucydide, qui sub finem lib. IV, pag. 342, Βουκολίωνα iuxta Mantineam locat. Gortyna loco hodie *Marmara* dicto, IV circiter M. pass. a *Ravli*, sive *Raphti*, ortum solis versus, ad amnem Gortynium, nunc *Dimitzana*, aita fuisse videtur, ut refert in mappa sua erud. Lapie.

pusa, Melaenae, Heraea, Pyle, Pallene, Agrae, Epium, Cynaetha, Lepreon, Arcadiae, Parthenium, Alea, Methydrium, Enispe, Macistum, Lampe, Clitorium,

Bucolii locum tenet *Troupiais*. H. et Ed. P.

Carnion. Ab amne, ut videtur, cognomine, qui Καρνίων a Pausania appellatur, in Arcad. lib. VIII, pag. 510. In libris hactenus editis, *Carmon*. Forte etiam Κρώμων esse possit, cuius idem Pausanias meminit loc. cit. Haad. — In MS. legi, ait Dalecampius, *Charnion*; in Chiffl. *Cramnon*. Ipse proponebat *Carnon*. Omnino ignoratur. Ed. P.

Parrhasie. Dalec. *Parrhasiae*. Ed. P. — Παῤῥάσιοι incolae appellati a Pausan. pag. 498, et Strabone, lib. VIII, p. 336. Oppidum ipsum Παῤῥασία Homero, in Catalogo, v. 115. Stephano quoque: Scholiastae Apollonii, ad lib. II, v. 523, Παῤῥασία. Haad. — Regio hodie *canton de Phanari* dicitur: oppidi locus ignoratur. Ed. P.

Thelpusa. Vet. ap. Dalec. *Telpusa*. Ed. P. — *Thelpusa* sive *Thalpusa* legator, nihil interest. Nam Stephanus, Θάλπουσα inquit, πόλις τῆς Αρκαδίας Ορχομενοῦ. Et in Notitia Eccles. Provinciae Achaiae, pag. 23: Τέγεα, Θάρπουσα, Μαντινα, pro Θάλπουσα, Μαντίνεια. Hanc ipsam esse arbitror, quam Androtion apud Stephan. pag. 229, Διλφουσίαν πόλιν Αρκαδίας vocat. Pausaniae Arcad. lib. VIII, pag. 464, Θέλπουσα? in nummis ΘΕΛΠΟΥΣΙΩΝ. Haad. — Hodie *Vanina* esse creditur. Ed. P.

Melaenae. Dalec. *Melanaea*. Ed. P. — Stephanus: Μέλαιναι, πόλις Αρκαδίας, ἀπὸ Μελαινέως, etc. Ovidio, Papinioque, *virides Melaenae*. Pausaniae, pag. 497: Μέλαιναι, ἀπὸ τοῦ Μελαινέως. Haad. — Situs omnino ignoratur. Ed. P.

Heraea. Ηραία, Pausaniae, loc. cit. et Stephano. Haad. — Illius locum tenere pagum *Saint-Jean* nos docet Pouqueville, *Voyage de la Grèce*, lib. XVII, cap. 2, pag. 515 et seqq. Plerorumque sequentium oppidorum situs ignoratur. Ed. P.

Pyle. Forte rectius *Pylae*, ex Stephano: Πύλαι, τόπος Αρκαδίας, καὶ Πυλαία. Haad. — Corrupte quidem MS. Reg. 1, *Fylae*: sed probat emendandum *Pylae*. Brot.

Pallene. Ita rescripsimus, tum ope codicum Reg. 1, 2, Colb. 1, 2, Paris. et Chiffl. tum admonitu Scholiastae Apollonii, ad Argon. lib. I, vers. 177, qui Pellenen quidem Achaiae, de qua cap. 6; Arcadiae vero Pallenen dici, recte animadvertit: ἡ Αχαϊκὴ Πελλήνη, διὰ τοῦ ε· ἡ δὲ ἑτέρα ἡ τῆς Αρκαδίας διὰ τοῦ α γράφεται. Παλλήνη. Haad. — Dalec. *Pellana*. Ed. P.

Agrae, etc. De Agris Arcadiae, praeter Plinium, nemo Epium Herodoto memoratur, lib. IV, Melpom. n. 148, pag. 271. Κύναιθα Straboni, lib. VII, pag. 388, et Pausaniae, lib. VIII, pag. 485. Hodie *Kerpeni* vocatur. Αέπρεον Arcadiae, Ciceroni, lib. VI, ad Attic. ep. 2, et Herod. loc. cit. Parthenium videtur a monte cognomine appellatum, de quo mox. Haad.

Alea, etc. Αλέα, Pausaniae, pag. 489. Ab Arcadiae rege dicta, cui nomen Αλεὼς apud Diodor. Sic. Bibl. lib. IV, pag. 239. Haad. — *Lavea* hodie dicitur. Ed. P.

Methydrium. Μεθύδριον Pausaniae,

Cleonae: inter quae duo oppida, regio Nemea, Bembinadia vocitata. Montes in Arcadia, Pholoe cum oppido: item Cyllene: Lycaeus, in quo Lycaei Iovis delubrum: Maenalus, Artemisius, Parthenius, Lampeus,

pag. 512. Ενίσπη Homero in Catal. vers. 606. Μάκιστος Stephano. Αάμπη a monte eiusdem nominis, de quo postea. Κλείτωρ Ptolemaeo, lib. III, capite 16, et Pausaniae, pag. 487. Κλειτωναὶ Straboni, lib. VIII, pag. 377. Hard. — Methydriom *Palaeo-Pyrgos* hodie vocatur, sequentia oppida nunc ignorantur. Eo. P.

Lampe. Vet. ap. Dalec. *Lampes.* Fortasse ad Lampeum montem sita fuit, de quo mox Noster. Iusta pagum *Carnesi* reperiuntur nonnulla Clitorii rudera, auctore Pouqueville. Eo. P.

Cleonae. Dalec. *Cleone.* Hanc urbem, Herculi dicatam, amplam fuisse testantur ruinae, quae supra vicum *S. Basile* reperiuntur. Eo. P.

Nemea. Νέμεα eo ipso situ statuitur a Pausan. Arcad. lib. VIII, pag. 477, et a Strabone, loc. cit. Ibi et vicus Bembina, apud eumdem Strab. ἡ Βέμβινα κώμη, unde regioni, ut arbitror, Bembinadiae cognomen. Βεμβίναν χωρίον haud procul Megalopoli agnoscit Plutarchus in Agide, p. 806. Hic sacrae Graeciae certamina fieri consueverunt, Nemeaea appellata. Haro. — Nemea vallis, in qua Iovis templi ruinae conspicuntur, *Coutzomati* hodie vocatur. Eo. P.

Montes. Sic etiam Mela, lib. II, cap. 3, pag. 33. Hard.

Pholoe cum. Stephano, Φολόη, πόλις Αρκαδίας. Pausan. in Eliac. poster. lib. VI, pag. 385, Φολόη ὄρος. Hard. — Mons hodie *Olenos*, *Hagioi pantes*, etc. dicitur: urbis situs ignoratur. Eo. P.

Cyllene. Κυλλήνη ὄρος Pausaniae in Arcad. lib. VIII, pag. 482, cuius in summo vertice aedes est Mercurii Cyllenii. Κυλλήνη ὄρος pariter Straboni, lib. VIII, p. 388, et Scholiastae Pindari, pag. 55. Melae, *Cyllenius.* Haro. — *Chelmos* hodie vocatur. Eo. P.

Lycaeus. Dalec. *Lyceus*, et infra *Lycei Iovis.* Eo. P. — Vbi Λυκαίου Διὸς ἱερόν, et Λυκαιάτις χώρα, circumiaceos ager a Pausania appellatur, pag. 501 et 511. Item Straboni, loc. cit. Hard. — Sub diversis nominibus noscitur hodie, nempe *Nomiane* et *Hellenitza.* Eo. P.

Maenalus. Schol. Pindari, p. 89, Μαίναλος, ὄρος Αρκαδίας, καὶ πόλις. Cives Μαιναλιοι, apud Thucyd. lib. V, pag. 391. Haro.

Artemisius. De quo cap. 9. Αρτεμίσιος Apollodoro, de Diis, lib. II, p. 111. Haro. — Pars eius alia hodie *Megavouni*, alia *Gymnovouni* dicitur. Eo. P.

Parthenius. Παρθένιον ὄρος Diodoro Sic. Bibl. pag. 239; Scholiastae Pindari, pag. 56, aliisque. Livius, lib. XXXIV, cap. 26: *Parthenio monte superato, praeter Tegeam*, etc. H. — Superiori iungitur. Eo. P.

Lampeus. Scholiastes Apollonii, ad Argon. lib. I, v. 127, Αάμπεια, ὄρος Αρκαδίας, ἀφ' οὗ καὶ ποταμὸς ῥεῖ Ερύμανθος. Partem esse Erymanthi montis auctor est Pausan. Arcad. lib. VIII, pag. 491. Hard. — *Zembi* hodie vocatur. Eo. P.

Nonacris: praeterque, ignobiles octo. Amnes: Ladon, e paludibus Phenei: Erymanthus e monte eiusdem nominis, in Alpheum defluentes.

2 Reliquae civitates in Achaia dicendae, Aliphiraei,

Nonacris. Nonacrin Arcadiae urbem, haud procul Pheneo, ad Stygis aquam, Νώνακριν appellat Herodotus, Erato, lib. VI, n. 74, p. 358, a monte, ut apparet, cognomine. Stephanus quoque, et Hesych. H.

Octo. E quibus Στύμφηλος Hesychio; Καύκων, Scholiastae Callimachi, pag. 3; Ἀκακήσιον eidem, p. 19; Κάρνειος, vel Κερύνειος λόφος, eidem, pag. 17, aliique. Haro.

Ladon. Λάδων Pausaniae, Arcad. lib. VIII, pag. 494, et Dionysio, v. 417. Huic amni celeritatem poëtae, tarditatemque promiscue, ut metri ratio, non ut res ipsa postulat, attribuunt. Ovidius, Fast. lib. V, v. 89: *Arcades huc, Ladonque rapax*. Idem, Metam. lib. I, v. 702: *Donec arenosi placidum Ladonis ad amnem Venerit*. Haro. — Hodie *Landona*. Ed. P.

Phenei. Ab Hermolao Barbaro Pheneus hic pro Arcadico amne agnoscitur: nobis cum Pelicerio in notis MSS. atque adeo cum Plinio ipso, qui paulo ante Phenenm vocavit, oppidum est: fluit, inquit Plinius, ex paludibus quae sunt circa Phenenm Ladon: Erymanthus vero, ex monte Erymantho. Est, inquam, oppidum Phenenm sive lacus, ex Ovidio, apud quem legimus, Metam. lib. XV, v. 332: *Est lacus Arcadiae, Pheneum dixere priores, Ambiguis suspectus aquis, quas nocte timeto: Nocte nocent potae; sine noxa luce bibuntur*. De paludibus circa Pheneum, Strabo, lib. VIII, pag. 389. E palude Pheneatici agri fluere Ladonem amnem scribit Pausanias, lib. VIII, p. 486. Hard.

Erymanthus Ita Pausan. in Eliac. prior. sive lib. V, p. 298: ἐκ δὲ Ἐρυμάνθου τοῦ ὄρους ὁμώνυμος τῷ ὄρει ποταμός. Stephanus quoque, p. 273. Quin et Hesychius orbem ait fuisse amni montique cognominem. Hard. — Amnis hodie *Dogana* vocatur. Ed. P.

Defluentes. Ita Frobenius scripsit, quum ante eum *defluens* legeretur tum in MSS. codd. Reg. 1, 2. Colb. 1, 2, Paris. Chiffl. vet. Dalec. etc. tum in editionibus Parm. Venet. aliisque: ut de solo Erymantho affirmari videatur, in Alpheum delabi. Frobenio tamen Pausaniam adstipulari non semel intellexi; et Arcad. lib. VIII, pag. 496, et Eliac. prior. lib. V, pag. 298, ubi Ladonem simul et Erymanthum defluere disertis verbis asseverat. Haro.

In Achaia. Non in Arcadia solum, de qua dictum est proxime: sed in Achaia, seu Peloponneso tota. H.

Aliphiraei. Chiffl. *Alithraei*. Ed. P. — Stephano, Ἀλίφειρα, πόλις Ἀρκαδίας; Pausaniae, Arcad. lib. VIII, p. 497, Ἀλίφηρα. Livius, lib XXVIII, cap. 8, et Cicero ad Attic. lib. VI, ep. 2, Alipheram vocant. Haro. — Falso hanc urbem hodie esse *Palatia*, ut incolae quidem opinantur, contendit Pouqueville, *Voyage de la Grèce*, lib. XVII, cap. 2, tom. V, p. 516. Ed. P.

Abeatae, Pyrgenses, Paroreatae, Paragenitae, Tortuni, Typanei, Thriasii, Trittenses. Vniversae Achaiae libertatem Domitius Nero dedit. Peloponnesus in latitudine a promontorio Maleae, ad oppidum Aegium Corinthiaci sinus cxc M. pass. patet. At in transver-

Abeatae. Ab oppido Ἀβέα, in Messenia apud Ptolem. lib. III, cap. 16. Haro.

Pyrgenses. Quorum oppidum Πύργος vocatur, in Arcadia, apud Herodot. Melpom. lib. IV, num. 148. H.

Paroreatae. Παρορεᾶται. Aotea *Pareatae* mendose legebatur. Παρώρεια sive Παρωρεία, urbs est Arcadiae apud Stephanum, et Pausan. Arcad. lib. VIII, pag. 512, cuius incolae Nicolao Damasceno, apud eumdem Stephan. et Herodoto, Vran. lib. VIII, pag. 486, n. 37, Παρωρεῆται. *Pareatae* in Thesauro Ortelii deinceps expungendi. Hard. — Quo autem loco Paroreae urbs sita fuerit omnino ignoratur. Ed. P.

Paragenitae, Tortuni. De Paragenitis et Tortunis nihil compertum adhuc. Hard.

Typanei. Chiffl. *Typhanaei.* Ed. P. — ab oppido Elidis, de quo Stephanus: Τυπανέαι, πόλις Τριφυλίας. Ptolemaeus, lib. III, c. 16, in mediterraneis Elidis urbibus habet Ὑπανέαν et Τυμπάνειαν, unum, ut saepe solet, in duas civitates distrahens. H.

Thriasii. Libentius *Thriusii* sane agnoverim: eosque, nisi me coniectura fallit, Plinius intelligit, quos Stephanus Θριουσίους vocat, ab oppido Elidis et Achaiae, iuxta Patras: Θριοῦς, πόλις πάλαι τῆς Ἀχαΐας, νῦν δὲ τῆς Ἠλείας... τὸ ἐθνικὸν, Θριούσιος. Haro.

Trittenses. Bene MS. Reg. 4, *Tritienses.* Βαοτ. — ab oppido Achaiae Tritia, hodie *Chalanthistra*, cuius Cicero cum Aliphera meminit, ad Attic. lib. VI, ep. 2, quae et Τρίταια, Achaiae civitas, Arcadiae contributa, ut Pausanias ait, Eliac. poster. lib. VI pag. 366; unde et Τριταιεῖς iidem, seu Tritaeenses appellati. Haro.

Nero dedit. Ita Plutarchus in T. Flaminio, pag. 376, Philostr. lib. V, sub finem; Dio, lib. LXIII, pag. 720; Suetonius in Nerone, cap. XXIV. H.

In latitudine. Maluisset Dal. *latitudinem.* Ed. P. — Sive latitudinem, sive longitudinem dixerit, nihil interest: est enim utraque propemodum aequalis, ut ait Strabo, pag. 335. H

Ad oppidum Aegium. Ita rescribi a nobis oportere, non ut prius legebatur, *ad oppidum Lechaeum*, tum MSS. suasere, Reg. 1, 2, Colb. 1, 2, Paris Chiffl. et quos Pintianus vidit: tum etiam Strabo, qui haec totidem verbis graece, lib. VIII, pag. 336: Τὸ δὲ ἀπὸ τοῦ Νότου πρὸς τὸν Ἄρκτον, ὅ ἐστι τὸ ἀπὸ Μαλεῶν δι' Ἀρκαδίας εἰς Αἴγιον. *A meridie versus septentriones, a Maleae promontorio per Arcadiam, usque ad Aegium.* Tum vero denique, id quod longe validissimum est, res ipsa clamat ita legendum esse: quum a Maleae promontorio ad Lechaeum oppidum in Isthmo fere positum vix Peloponnesi dimidia latitudo colligi possit: eadem ab eo promontorio ad Aegium, in faucibus fere Coriothiaci sinus, sit maxima. Quod vero ad hanc latitudinis mensuram attinet, admonitu codicum proxime laudato-

sum ab Elide Epidaurum, CXXV M. ab Olympia Argos per Arcadiam LXVIII mill. Ab eodem loco ad Phliunta dicta mensura est. Vniversa autem, velut pensante aequorum incursus natura, in montes VI atque LXX extollitur.

XI. (VII.) Ab Isthmi angustiis Hellas incipit, nostris Graecia appellata. In ea prima Attica, antiquitus Acte vocata. Attingit Isthmum parte sui, quae appellatur Megaris, a colonia Megara, e regione Pagarum. Duo haec oppida excurrente Peloponneso sita sunt, utraque ex parte velut in humeris Helladis. Pagaei, et amplius

rum, CLXXXX rescripsimus, sive CXC, quum prius perperam legeretur CLX, quanquam et in numero nostro denarii fortasse nota redundat: quum intervallum Strabo l. cit. esse asseveret stadiorum mille et CCCC, quae passuum millia efficiunt omnino CLXXV, HARD. — Vet. apud Dalec. et Chiffl. *Rhegium*. ED. P.

Epidaurum. Illud Aesculapii delubro celebre oppidum, de quo cap. 9. HARD.

Ab Olympia. Pisa Olympia, de qua nos iam supra egimus ad cap. 6. ED. P.

LXVIII mill. Ita Reg. 1, 2, Colb. 1, 2, Paris. Chiffl. non, ut editi, LXIII. HARD.

Dicta mensura. Cap. 6. HARD.

Velut pensante. Terrarum quam fecit iacturam, lacerata ora tot sinibus, ingressuque aequorum, multitudine montium compensante natura. HARD.

XI. *Ab Isthmi*. Haec totidem verbis Solinus, cap. VII, pag. 23, et Martianus, cap. de tertio Europae sinu, lib. VI, pag. 210. HARD.

Hellas. Igitur Peloponnesus extra Helladis fines: alii etiam eo nomine Peloponnesum complexi. Helladis nomen vagum, certas sedes et fixas nullas habuit: modo angustis limitibus coarctatum, modo dilatatum longius. HARD.

Nostris. Vet. ap. Dal. *a nostris*.

Acte vocat. Ακτή et Ακτική, teste Eustathio in Dionys. v. 413, pag. 60. Id nomen ei haesit, inquit Harpocration, quod maxima pars Atticae littoralis sit: est enim ἀκτή littus, et maritima regio. Harpocr. verbo, Ακτή. Vide et Gellium, lib. XIV, cap. 6, p. 777. Stephanus autem ab Ακταίω quodam eam appellationem derivatam nugatur. HARD.

Megaris. Μεγαρὶς τῆς Αττικῆς μέρος, Strabo, lib. IX, p. 392. HARD.

Colonia Megara. Nunc etiam retinet nomen *Megara*. HARD.

Pagarum. Quas in intimo recessu sinus Corinthiaci, prope Isthmum positas vidimus, cap. 4. Πάγαι Μεγαρικαὶ Straboni in Epitome lib. VII. HARD. — Earum locum tenere *Psato* opinatur Kruse, *Alepochori* Lapie. ED. P.

Pagaei, et amplius. Vet. apud Dalec. *Pagaei CLII passibus et amplius*. ED. P.

Aegosthenienses contributi Megarensibus. In ora autem, portus Schoenus. Oppida: Sidus, Cremmyon, Scironia saxa VI mill. longitudine. Geranea, Megara, Eleusin. Fuere, et Oenoa, Probalinthos: nunc sunt

Aegosthenienses. Stephanus: Αἰγόσθενα, πόλις Μεγαρίδος· τὸ ἐθνικὸν, Αἰγοσθενεύς, Pagaei, inquit Plinius, et praeterea Aegosthenienses additi Megareosibus, Megaridem regionem constituunt. Ita Pausan. Attic. lib. I, pag. 82. H. —*Aegosthenae* locum tenet nunc *Porto Germano.* Ed. P.

In ora autem. Saronici sinus littore, prope Isthmum, Corinthum, et Cenchreas. Σχοινοῦς λιμὴν Straboni, lib. VIII, pag. 369. H —Schoenus hodie *Porto Cocosi.* Ed. P.

Sidus. Salmasius in Solin. p. 142, Siduntem expungit. *Sidus enim*, inquit, *ibi non est.* At est profecto tum in vetustis exemplaribus, Reg. 1, 2, Colb. 1, 2, Paris. in quibus legitur, corrupte quidem, sed ita nihilominus, ut vestigia appareant non obscura sincerae lectionis: *oppida duo-cremmyon.* Est etiam apud Scylacem, pag. 20: ἔστι δὲ καὶ ἔξω τοῦ ἰσθμοῦ χώρα Κορινθίοις, καὶ τεῖχος Σιδοῦς, καὶ ἕτερον τεῖχος Κρεμμύων. Quid potuit excogitari quod descriptioni Plinianae apposite magis congrueret? Stephano quoque, Σιδοῦς Μεγαρίδος ἐπίνειον dicitur. Haan. — *Leandia* hodie vocatur. Ed. P.

Cremmyon. Lege notam proxime superiorem Dalec. *Cremyon.* Fortasse hodie *Kenella.* Ed. P.

Scironia saxa Mela, lib. II, c. 3: *Scironia saxa, saevo quondam Scironis hospitio etiamnunc infamia.* Quod hanc regionem montanam latrociniis infestam praedo habuerit, cui Σκείρων nomen fuit, teste Strabone, lib. IX, pag. 391, et Ovidio, Metam. lib. VII, v. 445, aliisque: inde Σκειρωνίδες πέτραι, Zephyrique inde spirantes, Σκείρωνες appellati sunt. Hodie *Caki scala*, locus adhuc infestus praedonibus. *VI mill.* cum Solino, c. VII, pag 23, reponimus, ex fide codicum Reg. 1, 2, Colb. 1, 2, Paris. et Chiffl. Martianus, lib. VI, pag. 240; corrupte pro *VI* habet *XXXVI.* In libris hactenus editis, *III mill.* prioris videlicet numeri nota *V*, in *II*, seu binarium divulsa, ut videtur. Haan.

Geranea. Γεράνεια Thucydidi, lib. I, pag. 70. Inter Corinthum et Megaram, μεταξὺ Μεγάρων καὶ Κορίνθου, inquit Stephanus. Haro.— Nulla exstare videntur rudera, sed Geranii montes in hoc tractu etiamnunc cognoscuntur. Ed. P.

Megara. Paulo ante obiter memorata: nunc suo loco iterum reddita. Haro.

Eleusin. Ἐλευσὶν πόλις, Straboni, lib. IX, p. 395, ubi Cereris Eleusinae fanum. Rudera oppidi supersunt, quibus hodie nomen est *Lefsina.* H.

Oenoa, etc. Fuit Atticae pars Tetrapolis appellata, a quatuor urbibus, quarum haec omnia: Οἰνόη, Προβάλινθος, Τρικόρυθος, Μαραθών. Auctor Straho, lib. VIII, pag. 383. Fuit Oenoe, hod. *Pera Chora*, praesertim bello Peloponnesiaco clara. Vide Thucyd. lib. VIII, pag. 624, et lib. II, pag. 442 Haro.

Nunc sunt. Vet. apud Dalec. *quae nunc non sunt.* Ed. P.

Digitized by Google

ab Isthmo LV millia pass. Piraeeus, et Phalera portus, quinque millia pass. muro recedentibus Athenis iuncti.
2 Libera haec civitas, nec indiga ullius praeconii amplius: tanta claritas superfluit. In Attica fontes, Cephissia, Larine, Callirhoe Enneacrunos. Montes: Bri-

Ab Isthmo LV. Ita MSS. A Schoenunte tamen, unde Isthmus inchoat, distat Piraeeus Straboni stadiis circiter CCCL, lib. IX, pag. 391, hoc est, pass. fere XLIV mill. Hard. — Dalec. *quinquaginta duo*. Chiffl. *LIV*. Anteponendum esse *LV* recentiores etiam mappae ostendunt, lectis quidem omnibus littorum ambitibus. Ed. P.

Piraeeus. Πειραιεύς Straboni, loco citato. Statius, *Munychia, et trepidis stabilem Piraeea nautis*. H. — Hodie *Porto-Dracone* incolis Turcis *Kalen*; nautis *Porto-Lione*, appellatione sumpta ab eximia leonis effigie, quae in ipso portus aditu spectabatur, antequam an. 1636 a Venetis in urbem suam translatus fuisset. Ed. P.

Phalera. Steph. et Harpocr. Φαληρόν. Herod Φαληρός, Terpsich. lib. V, pag. 315. Hunc Demetrio Phaleraeo cognomen. Hodie *Trypyrghi*, quasi a turri tergemina. Hard.

Quinque millia. Adstipulatur Strabo, lib. IX, pag. 395, qui de his muris agens Piraeeo Athenas ingentibus, XL stadiorum, inquit, est longitudo: ταῦτα δ' ἦν μακρὰ τείχη, τετράκοντα σταδίων τὸ μῆκος. Martianus quoque, lib. VI, pag. 240, agnovit quinque millia; etsi mensuram hanc intervalli a Piraeeo Athenas, perperam ille tribuerit saxorum Sciron cosum latitudini. Hard.

Libera haec civitas. Concessum a Romanis ut suis legibus uterentur, ac libertatis ius datum, etiam Strabo prodidit, lib. IX, p. 398, ἐφύλαξαν τὴν αὐτονομίαν αὐτοῖς, καὶ τὴν ἐλευθερίαν. Hodie *Atina*, sive Αθῆνα incolis: nautis, *Satines*, ex geminis vocibus εἰς Αθήνας, una conflata. H.

Cephissia. Κηφισία Laërtio, in Platone: subintellige κρήνη. Gellius, lib. XVIII, cap. 10: *In Herodis C. V. villam, quae est in agro Attica, loco qui appellatur Cephissia, aquis et lucis et nemoribus frequentem, aestu anni medio concesseram*. De Larine nihil compertum. Hard.

Callirhoe Enneacrunos. Haec divulsa perperam a se invicem vocabula in libris ad hunc diem editis leguntur, *Callirhoe, Enneacrunos*: quum sit tamen geminum illud fontis unius nomen, a scaturiginibus novem *Enneacrunos* appellati. Neque enim Solinum moror, planum nugarum scriptorem; nec satis solertem Plinii simiam, qui quum haec transcriberet, duos putavit, cap. VII, pag. 23: *Callirhoen*, inquit, *fontem stupent: nec ideo Cruneson fontem alterum nullae rei memorant*. Magis Suidam audio, pag. 907: Εννεάκρουνον, κρήνη τις Αθήνησι, Καλλιρρόη καλουμένη πρότερον. Placidumque Lactantium, in Statii lib. XII, vers. 629, pag. 422: *Callirhoe, fons novem capitibus means*. Immo et duodenis: unde et δωδεκάκρουνος ab aliis est appellatus. Suidas ipse testis, verbo Δωδεκάκρουνος, κρήνη, inquit, Αθήνησιν, ἣν Θουκυδίδης ἐννεάκρουνον. Quod iterum repetit, in Εννεάκρουνος. Hesychius quo-

lessus, Aegialeus, Icarius, Hymettus, Lycabettus: locus Ilissos. A Piraeeo XLV mill. pass. Sunium promontorium, Thoricos promontorium. Potamos, Ste-

que: et Tzetzes Chiliad. 8 Hist. 154. vers. 259, longe disertius: Η Καλλιρόη τις κρηνίς τυγχάνει ταῖς Ἀθήναις, Ἥπερ καὶ ἐννεάκρουνος τὸ πρώην ἐκαλεῖτο. Ἐγὼ δὲ Δωδεκάκρουνον οὕτως εἰρήκειν στόμα, Καθὼς τοῖς πάλαι. Hard.

Brilessus, etc. Ex his ii Straboni memorantur, lib. IX, p. 399, Βριλησσός, hodie *Turko-vouni*, Ὑμηττός, unde mel Hymettium, et Λυκαβηττός. Hymetto nomen hodie *Trelovouno*. Sunt et qui corrupte vocent *Monte-Matto* pro *Monte Hymetto*. Lycabettum a luporum multitudine appellatum putat Hesychius. Solinus quoque, cap. VII, p. 23, Aegialeum et Icarium nominat. Sunt qui Aegileum malint. Sunt sane apud Stephanum, Αἰγιλία et Ἰκαρία, inter Atticae pagos: a quibus vicinorum montium derivari appellatio potuit. Si quid coniecturae indulgendum est, legi etiam forsan possit, pro *Aegialeus*, *Encaleus*. Nam Tzetzes Chiliad. I, vers 978, Ἐγκάλεον ὄρος Atticae montem laudat, e regione Salaminis insulae positum. Sed indico tantum, non iudico. Hard.

Locus Ilissos. Sic MSS. omnes, Reg. 1, 2, Colb. 1, 2, Paris. Chifflet. et quos Pintianus vidit, Tolet. et Salmant. Parmensis editio corrupte, *lacus Selinos*: nec minus vitiose Barbarus, *amnis Ilisos* reposuit. Ilissos Atticae oppidi nomen fuit, teste Stephano, onde Musae Ilissides cognominatae: Ἰλισσός, πόλις τῆς Ἀττικῆς, ἐν ᾧ τιμῶνται αἱ Μοῦσαι Ἰλισσίδες. Est tamen in eadem Attica, et Ἰλισσός amnis, cuius in ripa ara fuit Musarum Ilissiadum, teste Pausania in Attic. lib. I, pag. 33; Dionysio item, vers. 434; Strabone, lib. IX, p. 400, aliisque: unde et amni et finitimo oppido communis esse ea appellatio potuit. Sic enim Suidas admonet: Ἰλισσός, ὄνομα τόπου καὶ ποταμοῦ. Hard.

XLV mill. Sic apud Chiff. Dalec. vero *XLII mill.* Ed. P.

Sunium. Σούνιον ἄκρον Ptolemaeo, lib. III, cap. 15; Scymno, pag. 23, aliisque. H. — Nunc *Capo Colonna*. Ed. P.

Thoricos. Θόρικος. In libris hactenus impressis, *Doriscum promontorium*. In MSS. Reg. 1, 2, Colb. 1, 2, Paris et Chiff. *Doriscos*. Nos intrepide *Thoricos* rescribimus: tum quia Dorisci Atticae promontorii, locive, nulla usquam se mentio adhuc obtulit: Thorici vero oppidi, populive post Sunium promontorium meminere complures: Strabo, lib. IX, p. 398, Σούνιον· εἶτα Θόρικος εἶτα Ποταμός δῆμος, etc. quem graeci scriptoris locum Plinium modo eredus exscripsisse. Stephanus quoque, Θόρικος, δῆμος τῆς Ἀκαμαντίδος φυλῆς. Mela denique, lib. II, cap. 3, p. 33: *Thoricos et Brauronia, olim urbes, iam tantum nomina*. De Dorisco Thracise Plinius libri huius cap. 18; de Thorico vero in gemmis, l. XXXVII, cap. 18, *in loco qui Thoricos vocatur*. Hard.

Potamos. Ποταμὸς δῆμος, Strabo, lib. IX, pag. 399. Diogenis Laërtii patria, inter Sunium et Euripum. Sequitur apud Strabonem Στειρία, cuius et Stephanus meminit: eam hoc loco restituimus, quum in MSS. le-

ria, Brauron, quondam oppida. Rhamnus pagus, locus Marathon, campus Thriasius, oppidum Melita, et Oropus, in confinio Boeotiae.

XII. Cuius Anthedon, Onchestos, Thespiae liberum oppidum, Lebadea: nec cedentes Athenis claritate,

gatur *Sterebrauron*. In libris haetenus vulgatis desideratur. Hard. — Potamos, si Harduinum audiamus, hodie *Porto de Raphti* dicitur: Lapie autem *Porto Raphti* illum esse in mappa sua indicat, qui veteribus portus Prasia dictus fuit, et Potamon supra illum statuit, ad ostium parvi cuiusdam fluminis, Steriamque supra Potamon. Ed. P.

Brauron. Βραύρων, ubi Dianae Brauroniae sacellum. Strabo, lib. IX, p. 399. Mela, lib. II, cap. 33: *Thoricos, et Brauronia, olim urbes; nunc tantum nomina.* Ibi sepulchrum Iphigeniae, inquit Nonius, Dionys. l. XII, p. 362. Hard. — Iuxta *Paleo-Braona* reperiuntor rudera eius. Ed. P.

Rhamnus. Ραμνοῦς Straboni, loco citato, ad Euripi oram. De eo rursum lib. XXXVI, cap. 4. Hodie *Tauro-castro*, vel *Ebreo-castro*. H.

Locus. In MSS. et Vet. deletur. Dalec.

Marathon. Μαραθών Persica maxime clade pernotus, inquit Mela, lib. II, cap. 3, pag. 33. Contigit ea, duce Miltiade, anno tertio Olympiad. 72. Hard. — Nomen hodieque servat. Ed. P.

Thriasius. Θριάσιον πεδίον, Stephano, et Straboni, lib. IX, pag. 395 H. — Nunc sine nomine, Athenas inter et Eleusim. Ed. P.

Melita. Sic MSS. omnes, editionesque castigatissimae. Μελίτη Αττικῆς, unde Gelades oriundus, Phidiae magister, apud Io. Tzetzen, Chiliad. VIII, Hist. 192, v. 326. Frustra Miletum hoc loco Sponius obtrudit, hoc est, Athenarum urbis regionem, pro Atticae oppido. Signat hunc Atticae locum et vetus inscriptio ab eodem Sponio relata, p. 407, ΑΕΩΝΙΔΗΣ ΑΕΩΝΙΔΟΥ ΜΕΛΙΤΕΥΣ. Hard.

Oropus Ὠρωπός, Boeotiae a Stephano adiudicatur. Hodie *Orepo* sive *Ropo*. Distat a mari duobus mill. De eo Livius lib. XLV, c. 27. Ed. P.

XII. *Anthedon*. Ἀνθηδὼν πόλις Βοιωτίας, Stephano: in Boeotico littore, contra Euboeam, Straboni, lib. IX, pag. 404. Hard. — Nonnulla videntur eius rudera VIII M. pass. ab *Egripo*, septemtrionem inter et occasum solis. Ed. P.

Onchestos. Ογχηστος Homero in Catal. v. 13. Ογχηστὸς Straboni, lib. IX, pag. 410. Hard. — Iuxta Copaim lacum, hodie *lac de Topolias*, reperiuntur eius rudera. Ed. P.

Thespiae. Θεσπιαὶ Straboni, l. IX, pag. 409, sub Helicone monte: ubi rudera oppidi superesse modo iam tum aevo suo ipse prodidit: testantur etiam inscriptiones ibi repertae nuper, a vico *Erimo castro* M. D. pass. IV M. pass. a *Neochorio*. Homero, in Catalog. v. 5, Θέσπεια. H. et Ed. P.

Lebadea. Λεβάδεια Straboni, pag. 414. Λεβάδεια Pausaniae, Boeot. lib. IX, pag. 604. Λεμβάδεια Harpocr. p. 485. In inscriptione nuper reperta, sed forte recente, ΛΕΒΑΔΕΙΕΩΝ. Hodie *Livadia*. Hic Iovis Trophonii

quae cognominantur Boeotiae Thebae, duorum numinum Liberi atque Herculis (ut volunt) patria. Et Musis natale in nemore Heliconis assignant. Datur et his Thebis saltus Cithaeron, amnis Ismenus. Praeterea fontes in Boeotia, Oedipodia, Psamathe, Dirce, Epicrane, Arethusa, Hippocrene, Aganippe, Gargaphie. Montes, extra praedictos, Mycalessus, Hadylius, Acontius. Reliqua oppida, inter Megaram et Thebas: Eleu- 2
therae, Haliartus, Plataeae, Pherae, Aspledon, Hyle,

fanum, de quo Livius, lib. XLV, p. 580. Haao.

Thebae, duorum. Exscripsit haec Solinus, cap. VII, pag. 23, Θῆβαι Βοιώτιαι. Incolia *Tiva.* Haan.

Cithaeron. Κιθαιρών Straboni, p. 409, iuata Thebas. Haan. — *Elatea* hodie dicitur. Ed. P.

Ismenus Ισμενός, ποταμὸς Βοιωτίας, Stephaoo. Ισμενὸς Dicaearcho, p 167. Ισμήνιος Pausaniae, lib. IX, p. 556. Haro. — Nunc sine nomine. Ed. P.

Praeterea fontes. Oedipodiam, Psamathen, Arethusam, Dircen, Hippocrenen, et Aganippen Solin. appellat, c. VII, p. 23. Scholiastes Nicandri in Theriac. p. 40, Ψαμάθη, κρήνη ἐν Βοιωτίᾳ. Pausaniae, hi memorantur, Boeot. lib. IX, p 569, Οἰδιποδιακρήνη, sic nuncupato fonte, quod in eo paternae caedis cruorem Oedipus abluerit. Δίρκη, p. 578, a Lyci uaore. Schol. Pindari, p. 101, Δίρκη, πηγὴ ἐν Θήβαις. Αγανίππη, io Helicone monte, pag. 581. Γαργαφία κρήνη, p. 548. De Gargaphie, Herod. Calliop. lib. IX, n. 19, et Ovidius, Metamorph. lib. III, vers. 155. Επικρήνη, dorice, Επικράνα, a Capella memoratur, lib. VI, cap. de tertio ainu Eoropae, pag. 210. In Pliniaoia libris hactenua editia, perperam *Epigranea.* Haan. — Sola Aganippe nomen nunc babere videtur; nempe *Talatz*, aive *Taleza* dicitur incolis; iuxta pagum *Koukoura*, agnoscitur Hippocrene. Ed. P.

Extra praedictos. Praeter Heliconem, et Cithaerooem. Haao.

Mycalessus. Μυκαλησσός, ab urba cognomine, de qua moa. Haau.

Hadylius. Sic reponendum censuimus, quum prius corrupte legeretur *Adylisus.* Hadylii certe montis, aive Hedylii, meminere complures: Harpocration, p. 137, ex Demosthene et Theopompo, Ηδύλιον ὄρος ἐν Βοιωτίᾳ, ὡς καὶ Θεόπομπος, etc. Suidaa, pag. 1169, Ηδύλιον ὄρος, ὅπερ ἐστὶν ἐν Βοιωτίᾳ. Αδύλιος Dorica lingua, pro Ηδύλιος. Haro.

Acontius. Ακόντιον ὄρος, Straboni, lib. IX, p. 416, et Plutarch. in Sylla, pag. 464 Haro.

Eleutherae, etc. Ελευθεραὶ Stephano. Αλίαρτος Pausaniae, Boeot. l. IX, p. 590, iuata vicum *Mazi.* Πλάταια Homero, Iliad. II, in Catalog. v. 14, ubi Didymus Schol. τὰς Πλαταιάς vocat: incolas Πλαταιεῖς Pausaoias, initio libri IX, hodie *Kochla.* Φεραὶ Straboni, in Tanagrica Boeotiae regione, prope Mycalessum, l. IX, p. 405. Ασπληδὼν Stephano, et Straboni, pag. 414. Υλη Homero, in Catalogo, vers. 7, et Straboni, p. 407.

Thisbe, Erythrae, Glissas, Copae: iuxta Cephissum amnem Larymna, et Anchoa: Medeon, Phlygone, Acraephia, Coronea, Chaeronea. In ora autem infra Thebas, Ocalee, Heleon, Scolos, Schoenos, Peteon, Hyrie,

Reperiuntur rudera eius ad Hylicam lacum, hodie *Likaris* dictum. Θίσβη, Stephano, et Homero, v. 9. Ερυθραὶ Homero, vers. 6, et Straboni, pag. 409. Γλίσσας Homero, vers. 11, ubi Eustathius, p. 269, Γλίσσας, Γλίσσαντος. Κῶπαι Stephano, et Dicaearcho, pag. 166, infra *Topolias*, in paludibus quas efficit Copais lacus; quem alii Cephissidem vocant, cum Strabone, p. 406, quod Cephissus amnis hunc impleat: cui lacui nomen hodie est, non *Lago Stivo*, ut quibusdam ereditum, sed *Limni tis Livadias*, Λίμνη τῆς Λιβαδίας, et *Lago Topolias*. H. et En. P.

Plataeae. Dalec *Plateae*. En. P.

Hyle. Dalec. *Hylae*. Harduin. *Hyle* pro *Hylae* cum Homero et Strabone rescripsit. En. P.

Larymna et Anchoa. Ita reposuimus, tum ex vestigiis codicum Reg. 1, et Paris. tum ex re ipsa situque oppidorum, iuxta Cephissum amnem, quorum nomina Λάρυμναν et Αγχόην Strabo refert, lib. IX, p. 406, ubi Cephissus exit in mare. Larymnam enim ibi geminam distinguit: Locridis alteram, de qua postea Plinius, alteram Boeotiae. *Lamia* autem et *Anchua* (sic enim libri hactenus editi prae se ferunt), nec Graecorum ulli, nec latinis scriptoribus memorantur: etsi iis nominibus Thesaurum suum Ortelius locupletavit. Hard.

Medeon, etc. Μεδεών Stephano et Homero, Iliad. II, v. 7. Φλυγόνιον in Phocide, Stephano, et Pausaniae, Phoc. lib. X, 613. Hasd.

Acraephia. In libris impressis *Graephis*. In MSS. Reg. 1, 2, etc. *Graephis*. Sylburgius in Pausan. et eum secutus Ortelius *Cirphis*, quae Straboni Κίρφις, l. IX, p. 416. Phocidis urbs mediterranea, iuxta Delphos: perperam, ut apparet. Nos indubitata coniectura *Acraephia*, cum Stephano reposuimus: Ακραιφία, inquit, πόλις Βοιωτίας· οἱ δὲ Ακραίφιον, etc. Pausaniae, Boeot. l. IX, Ακραίφνιον dicitur: Ptolemaeo, lib. III, cap. 15, in oppidis Boeotiae mediterraneis Ακρεφία, pro Ακραιφία; Straboni, Ακραιφίαι, lib. IX, pag. 410, quas cum Coronea, Onchesto, Haliartoque copulat. Denique Ακραιφία πολις Herodoto, Vran. lib. VIII, pag. 507, n. 135, haud procul palude Copaide, ubi videntur rudera eius *Kartitza* dicta. Hard. et En. P.

Coronea. Κορώνεια, et Χειρώνεια, in oppidis Boeotiae mediterraneis, apud Ptolemaeum, lib. III, cap. 15. Haec Plutarchi natalibus clara, hodie *Kaprenia*, *Capournia*, sive *Kopourna* vocatur, illa iuxta vicum *Korumnies* sita fuisse videtur. Dalecamp. *Chironaea*, *Chaeronia*. H et En. P.

Infra Thebas. An infra Boeotias Thebas? an vero etiam illud *infra Thebas*, nomen oppidi est in ora positi, quod Υποθήβας Homerus vocat, Iliad. II, in Catalog. v. 12: Οἵτε Πλάταιαν ἔχον, ἠδ' οἱ Γλίσσαν ἐνέμοντο. Οἵ θ' Υποθήβας εἶχον ἐυκτίμενον πτολίεθρον. Hasd.

Ocalee, etc. Dalec. *Ocale*, *Elaeon*, *Scolos*, *Scaenos*, *Peteon*, *Hyriae*. En. P. — Ωκαλέη Homero Iliad. II, in Catal. vers. 8, ubi Didymus po-

Mycalessus, Hilesion, Pteleon, Olyros, Tanagra liber populus: et in ipsis faucibus Euripi, quem facit obiectu insulae Euboeae, Aulis capaci nobilis portu. Boeotos Hyantas antiquitus dixere.

Locri deinde Epicnemidii cognominantur, olim Leleges appellati, per quos amnis Cephissus defertur in mare. Oppida: Opus, unde et sinus Opuntius, Cynos. 3

stea vocatam ait Ωκάλειαν. Ελεών pagus Tanagricus, Straboni lib. IX, p. 404, cui a paludibus nomen est. Homerus, vers. 4, Σχοῖνόν τε, Σκῶλόν τε laudat. Σχοῖνος, hodie *Morikios*, Thebis distat stadiis L, ut auctor est Strabo, lib. IX, pag. 408. Σκῶλος sub Cithaerone est. Ηττεὼν agri Thebani pagus, prope viam quae ducit Anthedona, εἰς τὴν Ανθηδόνα. Strabo, pag 410. Υρία, Homero, v. 3, et Suidae: Stephano. Ὑρία, πρὸς τὸν εὔριπον: eaedem Hysiae, Υσίαι, appellatae a Pausania, Boeot. lib. IX, p. 545, et Strabone, pag. 404, ubi et Μυκαλησσὸς pagus Tanacricus dicitur, in via qua Thebis Chaleidem Euboeae itur. Haro.

Hilesion. Ειλέσιον cui ab ἕλος, hoc est, a palude circumiacente factum nomen esse Strabo testatur, lib. IX, pag. 406. Meminit eius oppidi Homarus Iliad. II, in Catal. v. 6. Nonnus quoque, lib. XIII, 2. Dionys. p. 354, cum Scolo, Thisbe, caeteisque, quae hic appellantur: εἰλέσιον, καὶ Σκῶλον, ἀλικοππέδα τε Θίσβην, etc Quibus adducti testimoniis *Hilesion* hoc loco scripsimus, quum prius *Hyreseon* legeretur: quae vox nihili est. Haao.

Pteleon, Olyros. In MSS. *Pteleon, Ollarum.* Haro.

Olyros. Chiffl. *Ollarum.* Ed. P.

Tanagra. Ab Aulide stadiis XXX dissitum Ταναγραίων πολίχνιον, Straboni, l. IX, p. 403. Haro. — Haud longe a *Skoimandri.* Ed. P.

Obiectu insulae Euboeae. Vet. ap. Dalec. *obiecta insula Euboea.* Ed. P.

Aulis Αὐλίς, portus inclytus statione quondam mille navium Agamemnoniae classis, inquit Livius, l. XLV, cap. 27, et Mela, lib. II, c. 3. Ne rudera quidem hodie Aulidis supersunt, sed is M. o. pass. infra *Egripo* agnoscitur portus eius de quo Solinus, cap. VII, pag. 23: *Euboea insula laterum obiectu efficit Aulidis portum.* Haro. et Ed P.

Hyantas. Υαντας, Strabo, lib. IX, pag 401, iidem et Leleges olim appellati, ex eodem Strabone, Scymno, pag. 24, et Solino, cap. VII, pag. 23. De Hyantibus multa Pyodari Schol. pag. 56 et 155. Haao.

Olim Leleges. Testis Hesiodi versus, quem Strabo recitat l. VII, pag. 322: Ητοι γὰρ Λοκρὸς Λελέγων ἡγήσατο λαῶν. Pars hi fuere Boeotiae: Solinus, loco citato: *Boeoti iidem sunt qui Leleges fuerunt, per quos defluens Cephissos amnis in maria conditur.* Επικνημίδιοι porro a Cnemide monte oppidoque eius orae cognominantur. Strab. lib. IX, p. 425 Haao.

Cephissus. De quo dictum est, c. 4. Haao.

Opus. Οπούς, Οπούντος, Straboni, pag. 425, ubi et Οπούντιος κόλπος,

Phocidis in littore unum Daphnus. Introrsus in Locris, Elatea, et in ripa Cephissi (ut diximus) Lilaea: Delphosque versus, Cnemis, et Hyampolis. Rursus Locrorum in ora, in qua Larymna, Thronium, iuxta quod Boagrius amnis defertur in mare. Oppida: Narycion, Alope, Scarphia. Postea Maliacus sinus ab incolis dictus: in quo oppida, Halcyone, Econia, Phalara.

et Κύνος Opuntiorum navale. Κύνος Homero, in Catalogo, vers. 38. Cynum Locridis, emporium Opuntiorum vocat Livius, libro XXVIII, c. 6. Hard. — III M. pass. a *Talanti*, ortum solis versus, reperiuntur rudera eius. Ed. P.

Vnde et sinus Opuntius. Sic apud Chiffl. Dalec. et Elz. *unde Opuntinus sinus.* Vocatur hodie *golfo di Talanti.* Inde Cynos VIII M. pass. iuxta turrim hodie *Lebanitis*, sive *Lebatanis* dictam. Ed. P.

Daphnus. Δαφνοῦς Straboni, pag. 416 et 424. Hard. — Ad sinum sita fuit iuxta quem reperitur pagus *Neochorio.* Ed. P.

Elatea. Ἐλάτεια Stephano, et Appiano in Syriae. p. 98; Straboni, p. 407; et Ptolemaeo, lib. III, cap. 15. Hard. — Hodie *Elevta*, sive *Levta.* Ed. P.

Vt diximus. cap. 4. Hard.

Cnemis. Κνημίδες χωρίον ἐρυμνόν, munitum oppidum, apud Strabonem, pag. 226. In littore contra promontorium extremum Euboeae antiquis Ceneum, nunc *Lithada* vocatum, videntur rudera eius. Ὑάμπολις, Homero in Catalog. v. 28, et Pausan. Phocic. lib. X, pag. 609; Straboni, pag. 416; Livio quoque, lib. XXXII, c. 18. Hodie *Bogdana.* Vtraque versus Opuntem, et Euboeam posita, procul et Delphis. Quamobrem haec verba, *versusque Delphos*, ad Lilaeam, mutata interpunctione, retulimus. Dalec. *Hiampolis.* Hard. et Ed. P.

Larymna. Haec Locridis Larymna, inferior appellata, ad ostia Cephissi amnis. Strabo, pag. 405, Λάρυμνα. Hard. — Inter vicos *Potzumandi* et *Martini* videntur rudera eius. Ed. P.

Thronium. Id acceptum ex Homero, Iliad. II, in Catalogo, v. 40: Θρόνιόν τε Βοαγρίου ἀμφὶ ῥέεθρα. H. — Boagrius nunc sine nomine rivulus est, ad dextram cuius ripam videntur Thronii rudera, II M. pass. a mari. Ed. P.

Narycion, etc. Νάρυξ et Ναρύκιον Stephano. Αἰόπη deinde Straboni, p. 426, et Diodoro Sic. Bibl. lib. XII, pag. 101. Αἰώπη Thucydid. lib. II, p. 117. Denique Σκάρφεια Λοκρίδος, prope Termopylas, Stephano, et Appiano in Syriae. pag. 98. Hard. — Narycion ignoratur: Alopes vestigia ad rivulum *Perem* reperiuntur, XII M. pass. a Thronio ortum solis versus; Scarphiae rudera videntur III M. pass. infra Throonium in laeva Boagrii ripa, ut in mappa sua indicat Lapie. Ed. P.

Ab incolis. Ab incolis, inquit, sinus hic nomen traxit. Ii Straboni Μαλιεῖς appellantur, lib. IX, pag. 416. Hard. — Maliacus sinus, nunc *le golfe de Zeitoun.* Bart.

Halcyone, Econia. Halcyonensium unicum, quod quidem sciam, monumentum exstat in nummo Severi

XIII. Doris deinde, in qua Sperchios, Erineon, Boion, Pindus, Cytinum. Doridis a tergo mons est Oeta.

XIV. Sequitur mutatis saepe nominibus Aemonia: eadem Pelasgicum Argos, Hellas, eadem Thessalia, et Dryopis, semper a regibus cognominata. Ibi genitus Rex nomine Graecus, a quo Graecia: ibi Hellen, a quo

Imp. ex aere minore, qui in Parisiensi nostro Cimelio asservatur, cuius epigraphe, AAKYONIΩN. De Econia nihil compertum. At qui pro utraque voce *Alalcomenen*, *Itoniamque* substituunt, confidenter nimium libris derogant fidem, ut indulgeant coniecturae. Hard.

Phalara. Φάλαρα a Stephano πόλις Θετταλίας dicitur, cuius in confinio posita. In sinu Maliaco a Livio collocatur, lib. XXXVI, c. 29, prope Lamiam, Phthioticae Thessaliae oppidum, de quo mox. Φαλωρτάς Lycophr. vers. 1147. Hard. — Leucis duobus a *Zeitoun* reperiuntur eius vestigia. Ed. P.

XIII. *Sperchios.* Ab amne cognomine, de quo statim dicemus. Σπέρχειος. Ptolemaeo, lib. III, cap. 13, inter Echinum, et Sperchii amnis ostia, in Phthiotide. Hard.

Erineon, etc. Dorienses, inquit Strabo, lib. IX, p. 427, regionem incoluere, a quatuor urbibus Tetrapolim appellatam. Vrbium haec nomina, Ἐρίνεον, Βοῖον, Πίνδος, Κυτίνιον. H. — Erineon fortasse hodie *Paleo-Choria*, Boium, *Bralo.* Ed. P.

Oeta. Mela, lib. II, cap. 3: *Novissime calcatum Graio Herculi solum, Oetaeus saltus.* A Thermopylis et ortu solis, ad oceasum Ambraciumque sinum porrigitur. H. — *Catavothra-vouno* hodie vocatur. Ed. P.

XIV. *Sequitur.* Transcripsit haec Solin. c. VIII, p. 24, et Martianus, lib. VI, cap. de Thessalia, p. 240. Αἰμονίαν ab Aemone rege Thessaliam appellatam esse, Strabo docet, lib. IX, pag. 443, et Dionys. Halicarn. lib. I, pag. 49, et Hesychius, et Stephanus: Πελασγίαν idem Stephan. et Eustath. in Dionys. v. 427, pag. 61. Hellas, teste Pausania, Lacon. l. III, p. 201, ab Hellene rege dicta est: a Thessalo, Thessalia, ex eodem Strabone, et ex Velleio, lib. I, p. 3. Δρυοπὶς Herodoto Glio, lib. I, n. 56, pag. 21. De Dryope, vide Strabonem, l. VIII, p. 373. Hard.

A quo Graecia. Stephanus: Γραικός, ὁ Ἑλλην, ὁ Θεσσαλοῦ υἱός, ἀφ' οὗ Γραικοὶ οἱ Ἕλληνες. Haud obscure innuit Graecorum nomen quam Hellenum esse aliquanto antiquius. Consentientem habet Apollodorum, de Diis, lib. I, pag. 27: Ἕλλην μὲν, inquit, ἀφ' αὐτοῦ, τοὺς καλουμένους Γραικούς, προσηγόρευσεν Ἕλληνας. Vbi interpres Latinus: *Hellen de se Hellenas, qui postea Graeci vocati sunt, nominavit.* Debuit sic potius reddere, *qui prius Graeci vocabantur.* Hoc Tanaq. Faber, qui versionem recensuit praetermisit. Quod porro ad vocem Γραικός attinet, Hesychius Ραῖκος prius dictum opinatur, mox a Romanis addita littera Graecos nuncupatos: Ραῖκος, inquit, Ἕλλην. Ρω-

Hellenes. Hos eosdem Homerus tribus nominibus appellavit, Myrmidonas, et Hellenas, et Achaeos.

2 Ex his Phthiotae nominantur Dorida accolentes. Eorum oppida, Echinus in faucibus Sperchii fluminis, Thermopylarum angustiae: quo argumento IV millia passuum inde Heraclea, Trachin dicta est. Mons ibi Callidromus: oppida celebria, Hellas, Halos, Lamia, Phthia, Arne.

μαῖοι δὲ τὸ γ προσθέντες, Γραικὸν φασι. Hard.

Hellen. De Hellene, Thessaliae rege, Pausanias in Achaic. lib. VII, p. 396. Deucalionis filium facit Thucyd. lib. I, pag. 3, et Strabo, lib. IX, p. 432. Euseb. quoque in Chron. pag. 96: Ἑλλὴν υἱὸς Δευκαλίωνος, ἀφ' οὗ Ἕλληνες οἱ Γραικοὶ μετεκλήθησαν. H.

Homerus. Ilid. II, in Catalogo, v. 191, ubi de Phthiae et Helladis incolis: Μυρμιδόνες δὲ καλεῦντο, καὶ Ἕλληνες, καὶ Ἀχαιοί. Vide etiam Strabonem, pag. 433. Hard.

Phthiotae. Φθιῶται, regioque ipsa Φθιῶτις Strabori, p. 433. Hos Thessaliae contributos esse iussit Augustus, ut refert Pausan. in Phoc. lib. X, pag. 622. Hard. — Haec Phthiotis nunc pars est provinciae *Vaivodilick de Zeitoun* dictae. Ed. P.

Echinus. Ἐχῖνος Phthioticae ditionis, apud Strab. loc. cit. in intimo Maliaci sinus recessu, apud Scymnum, p. 25: Κόλπος δὲ κεῖται Μαλιακός, ἐν τῷ μυχῷ Ἐχῖνος. In Conc. Calched. *Petrus Echiniensis.* Hard. — Nunc *Echinou.* Ed. P.

Sperchii. Σπερχειὸς Strabori, loc. cit. et Ptolem. lib. III, c. 13. H. — *Hellada* hodie vocatur. Ed. P.

Thermopylarum. Livius, l. XXXVI, cap. 15: *Extremos ad orientem montes Oetam vocant: quorum quod altissimum est, Callidromon appellatur: in cuius valle ad Maliacum sinum vergente iter est non latius quam sexagiuta passus: haec una militaris via, qua traduci exercitus, si non prohibeantur, possint. Ideo Pylae, et ab aliis, quia calidae aquae in ipsis faucibus sunt, Thermopylae locus appellatur: nobilis Lacedaemoniorum adversus Persas morte magis memorabili quam pugna.* Vide etiam Strabonem, pag. 428. H. — Nunc quoque *Thermopyles*, sive *Boca di Lupo*. Ed. P.

Trachin dicta est. Ob viarum asperitatem: est enim τραχὺς *asper*. Hinc Ἡράκλειαν Τραχῖνα dixerunt. Strabo, pag. 429. Ab Hercule conditam Stephanus ait, et Eustathius, in Iliad. II, pag. 320. H. — Male illam hodie esse *Zeitoun* ait Broterius; reperiuntur rudera eius ad Aesopum amnem, qui in Sperchium influit. Pro *Thermopylarum angustiae: quo argumento* proponebat Dalec. *Thermopylarum angustiae, aquarum argumento.* Ed. P.

Callidromus. Nullo hodie proprio nomine designari videtur. Ed. P.

Oppida celebria. Fuere, inquit, oppida haec quondam celebria, Ἑλλάς, Ἅλος, Λαμία, Φθία, Ἀρνη. Ita libri omnes, tum impressi, tum manu exarati. Palmerius tamen in

Digitized by Google

XV. (VIII) In Thessalia autem Orchomenus, Minyeus antea dictus: et oppidum Almon, ab aliis Salmon, Atrax, Pelinna: fons Hyperia. Oppida: Pherae, quarum a tergo

Exercitationibus, p. 321, *Hallos*, *Halos*, legi oportere omni ope contendit, non *Hellas*, *Halos*. At praeter consensum exemplarium, perspicua res est ea nunc oppida commemorari a Plinio, quae Homerus ipsa belli Troiani tempore claruisse scribit: e quibus Hellas, Halos, Phthia, locum praecipuum obtinent: nam Iliad. II, in Catal. vers. 189: Οἳ θ' Ἅλον, οἵ τ' Ἀλόπην, οἵ τε Τρηχῖν' ἐνέμοντο, Οἵ τ' εἶχον Φθίην, ἠδ' Ἑλλάδα καλλιγύναικα. Vbi Eustathius, pag. 320, Helladem ait ab Hellene conditam: Ἅλον a quibusdam tenui spiritu signari, ab aliis denso: Ἑλλὰς δὲ ὑπὸ Ἕλληνος ἐκτίσθη... τινὲς δὲ οἴονται δασύνεσθαι τὴν Ἅλον. Ac rursum p. 332, Strabonem ait duos in Thessalia fontes agnoscere, Messeida et Hyperiam, prope Hellada et Pharsala, πλησίον τῆς πόλεως Ἑλλάδος, καὶ Φαρσάλων. Φθία porro non regionis modo Phthiotidis nomen est, sed et oppidi: Eustath. in Iliad. II, pag. 320, Φθία πόλις καὶ μοῖρα Θετταλίας. Ita etiam Stephanus. Λαμία Strab. lib. IX, p. 433, unde Lamiaco bello nomen impositum est, quod anno proximo ab Alexandri obitu coeptum. In Notitia Eccles. Prov. Thessalonicae, p. 23, Λαμία. Lamiam Livius vocat, lib. XXVII, cap. 30. Ἄρνη denique Stephano Thessaliae urbs dicitur, Boeotorum colonia, Ἄρνη πόλις Θεσσαλίας, ἄποικος τῆς Βοιωτίας. H.—Lamia nunc est *Zeitoun*, aliae ignorantur. Ed. P.

XV. *Minyeus*. Ita MSS. At Parmensis editio: *In Thessalia autem amnis Orchomenus*, etc. Vt et amni et oppido commune id nomen esse existimetur, legique deinde oporteat, *et oppidum: Almon*, etc. Cui lectioni adstipulari videtur Homerus: Ἔστι δέ τις ποταμὸς Μινυήϊος εἰς ἅλα βάλλων. Ὀρχομενὸς Μινυεύς, oppidum, de quo Pausan. in Boeot. lib. IX, p. 597, ab Orchomeno Minyae fil. unde Minyae Orchomenii appellati cives, ut ab Orchomeniis Arcadicis distinguerentur. Thucyd. lib IV, p. 303: Ὀρχομενὸν τὸν Μινύειον πρότερον καλούμενον, νῦν δὲ Βοιώτιον. De oppido loquitur. H. — Apud Chifflet. legitur *Mynilus* pro *Mynieus*. Ed. P.

Almon. Ita MSS. omnes, Reg. 1, 2, Colb 1, 2, Paris. non, ut editi, *ab aliis Elmon*. Confirmat veterem scripturam Stephanus: Ἅλμων, inquit, πόλις Βοιωτίας, ὡς Ἑλλάνικος, καὶ Σάλμων αὐτὴν φησι. Etsi reprehenditur a Stephano Hellanicus. Eadem Μινύα dicta quondam, si ei: dem Stephano fides. Μινύα, inquit, πόλις Θετταλίας, ἡ πρότερον Ἀλμωνία. Hard.

Atrax. Ἀτραξ, et Ἀτραξία, πόλις Θεσσαλίας, Stephano. Vicina Peneo amni, apud Strab. lib. IX, pag. 440. Hard.

Pelinna. Quum *Pelinna* reposuit Hermolaus, ait Pelicerius in notis MSS. eum fecisse contra librorum omnium fidem, vetustarumque editionum, Parm. Venet. etc. in quibus *Palamna*, pro *Phalanna* legitur: atque adeo contra ipsum Strabonem, qui lib. IX, p. 440, iuxta Peneum flumen citata Atrace: *Phalanna*, inquit, *Perrhaeborum oppidum, haud procul Tempe, Peneo et ipsa assidet*;

Pieris ad Macedoniam protenditur, Larissa, Gomphi, Thebae Thessaliae, nemus Pteleon: sinus Pagasicus. Oppidum Pagasae, idem postea Demetrias dictum, Tricca, Pharsalici campi cum civitate libera, Cranon,

Η δὲ Φαλάννα Περραιβικὴ πόλις πρὸς τῷ Πηνείῳ πλησίον τῶν Τεμπῶν. Ac certe ea quae a Strabone Phalanna describitur, ipsa est, quae a Plinio, cap. 16, Magnesiae adiudicatur, ut suo loco ostendimus. Quamobrem locum hic habere Phalanna non potest, sed Livius lib. XXXVI, cap. 10 et 14, Pelinnaeum, Strabonisque lib. IX, pag. 438, Πελίννιον: quod illi quidem circa Atracem, Larissam, Triccamque constituunt. Stephanus vero aliquanto disertius quam ceteri, in Phthiotide: Πέλιννα, πόλις Θεσσαλίας, ἐν τῇ Φθιώτιδι. Haso.

Hyperia· Ὑπέρεια Straboni, lib. IX, pag. 432: in media Pheraeorum civitate, ex eodem, pag. 439, atque ex Eustath. in Iliad. II, p. 332. Falli Hesychium putamus, qui Ὑπέρειαν ait esse τῶν Φαιάκων πόλιν καὶ κρήνην, quum nemo alius eius oppidi meminerit in eo tractu, ac Φερῶν κρήνην dicere tantummodo debuisse videstur. Haso.

Pherae. Φεραί, in mediterraneo Thessaliae, ἐν μεσογείᾳ Θετταλίας, pag. 24, Harum meminit etiam Corinth. Pausan. lib. II, p. 127, Φερῶν τῶν ἐν Θετταλίᾳ. Haso.—Hodie *Velestina*. Eo. P.

Pieris. Vel Pieria regio, de qua cap. 17. Male in libris editis, *Pierus*, quod montis nomen, de quo mox Plinius. Haro.

Larissa, etc. Λάρισσα, Thessaliae oppidum, iuxta Peneum, Stephano. *Larissa Thessala*, Solino, cap. VIII, pag. 24. H. — Etiamnunc *Larissa* vocatur, sive *Ienitcheri*. Eo. P.

Gomphi. Γόμφοι, in Estiotis Thessaliae gente, apud Ptolem. lib. III, cap. 13, et in Notitia Eccl. pag. 32. Apud Scylacem, pag. 24, Αμφίναιον, pro Γόμφοι νέον. H. — Nunc *Cleisoura*. Eo. P.

Thebae. Θήβη Θεσσαλίας τῆς Φθιωτιδος, Stephano, et Scylsci, pag. 24. In Conc. Sardic. *Modestus a Thessalia de Thebis*. Maritimum emporium Thessalorum Livius vocat, lib. XXXIX, cap. 25. H.—Nonnulla reperiuntur illius rudera VIII M. pass. ab urbe *Volo*, meridiem inter et occasum solis. Eo. P.

Nemus Pteleon. Iuxta urbem cognominem, quae Straboni, lib. IX, pag. 433 et 435, Πτελεὸν dicitur. H.

Pagasae. Dal. *Pagasa*. Eo. P.—Παγασαὶ Strabori Pheraeorum navale, lib. IX, pag. 436, a Pheris dissitae stadiis XC; seu pass. XI M. CCL. H. — Sitae fuerunt ubi nunc castellum urbis *Volo*; sinui numen *Port de Volo*. Eo. P.

Demetrias dictum. Exhausta civibus urbe Pagasica, et Demetriadem transductis, a novi oppidi conditore Demetrio Poliorceta: Pagasarum nomen antiquatum, Demetriadis appellatio invaluit. Strabo, loc. cit. H. — Videntur rudera eius II M. psss. a *Volo*, meridiem versus. Eo. P.

Tricca. Τρίκκα Ptolem. lib. III, c. 13, in Estiotis, Thessaliae gente. Τρίκκη Homero in Catalogo, v. 236, et Hesychin. H. — Sita fuit ubi nunc est urbis *Tricala* castellum. Eo. P.

Cum civitate. Φάρσαλος Scylaci, p. 24, inter urbes Thessaliae mediter-

Iletia. Montes Phthiotidis, Nymphaeus quodam topiario naturae opere spectabilis: Buzygaeus, Donacesa, Bermius, Daphissa, Chimerion, Athamas, Stephane. In Thessalia sunt quatuor atque triginta: quorum no- 2
bilissimi, Cerceti, Olympus, Pierus, Ossa: cuius ex adverso Pindus et Othrys, Lapitharum sedes: hi ad occasum vergentes: ad ortus, Pelios: omnes theatrali modo inflexi, caveatis ante eos septuaginta quinque

raneas. Hanc Enipeus amnis praeterlabitur, ut auctor est Strabo, lib. IX, pag. 422. Hard. — *Pharsalus*, nunc *Farsa*, sive *Sataldgé* vocatur. Ed. P.

Cranon. Κρανὼν Straboni, p. 441, et Stephano, in iis campis, quae Tempe nominantur. H. — Haec Cranon quam in campis Tempe collocat Stephanus, ea esse mihi videtur de qua in insequenti capite meminit Noster. Ed. P.

Iletia. Ptolemaeo, lib. III, cap. 13. in Pelasgiotide Thessaliae regione, Πέγιον, pro Πέτιον. Hard. — Situs ignoratur. Ed. P.

Nymphaeus. An Τυμφρηστὸς Thessaliae mons, cuius Strabo meminit, lib. IX. pag. 433. Βερμίου ὄρους meminere Ptolem. lib. III, cap. 13, et Strabo lib. VII, pag. 338. Pro *Daphissa*, forte *Delphusa* legendum. De caeteris adhuc nihil compertum. H.

Cerceti. Chifflet. *Ceraci*. Ed. P. — Qui Ptolemaeo, lib. III, c. 13, Κερκετήσιος dicitur: Livio Cercelius in Thessalia, lib. XXXII, cap. 14. Hinc corrigendus liber Missorum Theodosii, qui Cercerium vocant: *Epirus, Achaia, Attica, Thessalia: hae finiuntur, ab oriente, mari Aegaeo: ab occidente, mari Adriatico: a septentrione, montibus Cercerio, Olympo, Pelio*, etc. H.

Olympus, etc. Mela, lib. II, cap. 3: *Olympus, Pelion, Ossa, montes gigantum fama belloque memorati. Hic Musarum parens domusque Pieria*, etc. H. — *Ossa* hodie *Kissovo* dicitur, caeteri autem regionis istius montes aut veteri, aut nullo nomine noscuntur. Ed. P.

Pierus. Chiffl. *Pieris*. Ed. P. — Πίερος et Πιέριον ὄρος Scholiastae Thucydidis, ad lib. V, p. 352. H.

Cuius ex adverso. Hic Plinium pro suo more transcribunt, Solinus cap. VIII, p. 24, et Capella, lib. VI, cap. de Thessalia, pag. 211. Πίνδος et Οθρυς simul ab Herodoto quoque copulantur, lib. VII, Polym. n. 129. De Lapithis, vide Diod. Sic. Bibl. lib. IV, p. 271. H. — Pindus vetus nomen servat, Othrys *Veloutzi* et *Goura* vocatur. Ed. P.

Ortus. Degebat Dalec. *ortum*. Pelios nunc *Plesnid* et *Zagora* vocatur. Ed. P.

Caveatis ante eos. Haec sincera lectio est tum codicum MSS. Reg. 1, 2, Colb. 1, 2, Paris Chiffl. tum vetustarum editionum, quas Frobenius prior interpolavit, ut *cunceatis* rescriberet. Caveatis, hoc est, in interiacente campo clausis. A theatri cavea, metaphora sumpta. H.

urbibus. Flumina Thessaliae, Apidanus, Phoenix, Enipeus, Onochonus, Pamisus. Fons Messeis. Lacus Boebeis; et ante cunctos claritate Peneus, ortus iuxta Gomphos: interque Ossam et Olympum nemorosa convalle defluens quingentis stadiis, dimidio eius spatii navigabilis. In eo cursu Tempe vocantur quinque mill. passuum longitudine, et ferme sesquiiugeri latitudine, ultra visum hominis attollentibus se dextra laevaque leniter convexis iugis. Intus sua luce viridante allabi-

Apidanus, etc. Απιδανός, Φοίνιξ, Stephano: Ενιπεύς Straboni, p. 432. Pharsalum praeterlabitur: in Apidanum influit: Apidanus in Peneum. Ονόχωνος Tzetzae, Chiliad, 9. v. 706; Herodoto, lib. VII, Polym. p. 423, n. 129: Απιδανός, Ονόχωνος, Ενιπεύς, καὶ Πάμισος. Phoeniceem in Apidanum fluere, ait Vibius Sequester, pag. 336. Ex Olympo labi Enipeum, Livius, lib. XLIV, cap. 8. Horum plerosque carmine complexus Ovidius, Metam. lib. I, v. 579: *Populifer Sperchios, et irrequietus Enipeus, Apidanusque senex*, etc. H. — Apidanus nunc *Gourapotamos*, Enipeus, *Vlocho-iani*, Onochonus *Reiani* dicuntur. Ed. P.

Onochonus. Dalecamp. *Onochous*. Ed. P.

Pamisus. Vet. ap. Dalec. et Chiffl. *Lammissus*. Ed. P.

Messeis, etc. Μεσσηΐς Straboni lib. IX, pag. 434. Valerius Flaccus, lib. IV: *Flevit Amymone, flerunt Messeides undae; Flevit et effusis revocans Hyperia lacertis*. De Hyperia diximus initio huius capitis. H. — Vet. ap. Dalec. *Nesson*. Ed. P.

Boebeis. Βοιβηΐς palus Strab. pag. 436. Pheris vicina et oppidulo, cui Βοίβη nomen fuit. Meminit oppidi lacusque, Stephanus. Ovid. Metam. l. VII: *iuncosaque littora Boebes*. H. — *Carlas* hodie vocatur. Ed. P.

Peneus. Πηνειός Graecis: hodie *Selembria*. Ed. P.

Interque Ossam. Ita Strabo, pag. 430. Ἄσσα.

Dimidio eius spatii navigabilis. In eo cursu. In Dalec. *spatio* legitur pro *spatii*. Vet. ap. Dalec. *Dimidio navigabilis: Spatia eius in eo cursu*. Ed. P.

Tempe. A religione loci nomen hoc primum inditum est Τέμπος Aeolibus idem est quod τέμενος, et lucum fanumque significat. Vnde Mela, lib. II, cap. 3: *Hic sacro nemore nobilia Tempe*. Sequior deinde aetas amoena quaelibet loca Tempe appellavit. H. — Vide accuratam inclytae huius vallis descriptionem quam dat Pouqueville, *Voyage de la Grèce*, lib. IX, cap. 5, t. III, p. 369 et seq. Ed. P.

Vocantur. Vet. ap. Dalec. *vocant*. Ed. P.

Convexis iugis. Intus... allabitur. Proponebat Dalec. *convexis iugis, intus vero luce viridante. Allabitur*. etc. Ed. P.

Sua luce viridante. Ita MSS. Alii *renidente* malunt. Pintianus, *Peneus vero luco viridante*. Salmas. pag. 153, *sub luco viridante*. H.

tur Peneus, viridis calculo, amoenus circa ripas gramine, canorus avium concentu. Accipit amnem Orcou, nec recipit: sed olei modo supernatantem (ut dictum est Homero) brevi spatio portatum abdicat: poenales aquas dirisque genitas, argenteis suis misceri recusans.

XVI. (IX.) Thessaliae annexa Magnesia est, cuius fons Libethra. Oppida: Iolcus, Hormenium, Pyr-

Accipit amnem Orcon. Barbarus *Euroton* reposuit, quum ubique prius constanter legeretur *Orcon*: tum in MSS. Reg. 1, 2, Colb. 1, 2, Paris. Chiffl. tum in edit. Parm. aliisque: quo nomine Plutonium inferumque amnem, quia hunc Dii iurare consueverint (ὅρκον enim iusiurandum Graeci appellant) fodicari modo omnis dubito: alioqui, undenam poenales eius aquae sint, quod mox subiicitur, dirisque genitae, non apparebit. De hoc ipso fluvio Homerus, Iliad. II, in Catalogo, v. 262, ubi proprio eum nomine Τιταρήσιον vocat: Ος ῥ' ἐς Πηνειὸν προΐει καλλίῤῥοον ὕδωρ, Οὐ δ' ὅγε Πηνειῷ συμμίσγεται ἀργυροδίνῃ. Ἀλλά τέ μιν καθύπερθε ἐπιῤῥέει, ἠΰτ' ἔλαιον. Ὅρκου γὰρ δεινοῦ, Στυγὸς ὕδατος, ἐστὶν ἀπόῤῥωξ. Nam aquae Stygis, inquit, horrendique Orci, cuius est grave iuramentum, rivus est. Lucanus ex eodem Homeri loco, lib. VI, v. 375: *Solus in alterius nomen quum venerit undae, Defendit Titaresus aquas, lapsusque superne Gurgite Penei pro siccis utitur arvis. Hunc fama est Stygiis manare paludibus amnem, Et capitis memorem, fluvii contagia vitis Nolle pati, superumque sibi servare timorem.* Εὐρώταν aliquo hunc amnem, et Τιταρήσιον appellavit Strabo, lib. IX, pag. 440, et post illum Eustathius, in Iliad. II, pag. 336. *Euroton* oemo. H.

Homero. Iliad. II, in Catalogo, v. 262. Haan.

XVI. *Libethra.* Fons Libethrius, Magnesiae est, inquit Solinus, cap. VIII, pag. 24. Τὰ Λίβηθρα Cononi, apud Phot. in Bibl. cod. 186, pag. 452. Martiano, lib. VI, pag. 244, *Libetris*; Melae, lib. II, cap. 3. pag. 32, *Hic Libethra, carminum fontes.* Λιβηθρίδες Νύμφαι hinc dictae Straboni, lib. IX, pag. 440. H.

Iolcus, etc. Ἰωλκός Straboni, pag. 436. Ορμίνιον eidem, et Ορμίνιον, pag. 438. Hesychio Ὁρμενος. Πύῤῥα, Phthiotidis promontorium est, pag. 435. An pro Pyrrha, Πειρεσίαι locum hic habere possit, quam πόλιν Μαγνησίας vocat Scholiastes Apoll. ad Argon. lib. II, v. 584, amplius considerandum. Μηθώνη, Homero, Iliad. II, in Catal. v. 223. Ολίζων Straboni, pag 436, unus e pagis Demetriadi contributis. H. — Magnesia, *canton de Zagora* hodie dicitur; oppidum autem Ioleus iuxta *Goritza* situm fuit, Hormenium, iuxta *Milias*, Pyrrha loco *Korakai Pyrgos* dicto, Methone prope *Neochori*, Olizon, loco dicto *Kortos* iuxta vicum *Argalasti*. En. P.

Sepias. Σηπιὰς ἄκρα, Ptolem. lib. III, cap. 13. Eustathio, in Iliad. II, pag. 327: Σηπιὰς, ἀκρωτήριον ἐν τῷ

rha, Methone, Olizon. Promontorium, Sepias. Oppida: Casthanaea, Spalathra: promontorium Aeantium. Oppida, Meliboea, Rhizus, Erymnae: ostium Penei. Oppida, Homolion, Orthe, Thespiae, Phalanna, Thaumacie, Gyrton, Cranon, Acharne, Dotion,

Ἰωλκῷ. H. — *Hagios Georgios* hodie vocatur. Eo. P.

Casthanaeo. Ita scripsi, pro *Castana.* Vet. ap. Dalec. *Casiana.* Κασθάναια Herodoto lib. VII, Polymn. pag. 444, n. 173. Καστάναια, Straboni lib. IX, pag. 443. Lycophroni tamen Καστάναια, et Stephano, et Melae lib. II, cap. 3, *Castanaea.* Sub Pelio monte. Haso. — Prope *Tzankarada.* Eo. P.

Spalathra. Vrbs maritima Magnesiae Σπάλαθρα, Scylaci, p. 24. Stephanus: Σπαλήθρη, πόλις Θεσσαλίας. Ἑλλάνικος δὲ Σπάλαθραν αὐτὴν φησίν. H. — Iuxta pagum *Hagia Eutimio* sita fuisse videtur. Eo. P.

Aeantium. Αἰάντιον, Ptolem. lib. III, cap. 13. H. — Nunc *Trikeri* dicitur. Eo. P.

Meliboea, etc. Μελίβοια, πόλις Θετταλίας, Stephano: Ῥιζοῦς, πόλις Θετταλίας, eidem: Ἐρυμναί, Straboni lib. IX, pag. 443, quae Scylaci, pag. 24, et Stephano, Εὐρυμναί. In radicibus Ossae montis sitam, ac super Demetriadem immiscere Meliboeam auctor est Livius lib. XLIV, cap. 13. Idem lib. XXXIX, cap. 13, Enrymenas alteram vocat. Haso. — Meliboea iuxta *Mintzeles* sita fuit, Rhizus iosta *Pesi-Dendra*, Erymnae iuxta *Conomio.* Eo. P.

Ostium Penei. In Thermaicum sinum excurrentis. Mela, lib. II, cap. 3. H.

Homolium. Ὁμόλιον Straboni loco cit. ad Ossam, sive ad Ossae montis partem quam Ὁμολον vocat: Scholiastes Theocriti: Idyll. 6, v. 103. Dicaearchus, p. 164, Ὁμόλην. Vltra Peneum a Scylace quoque locatur: Ὁμολίου Μαγνητικῆς πόλεως, ἣ ἐστι παρὰ ποταμόν. Haso.

Orthe. Ὀρθὴν Homerus vocat Iliad. II, in Catalogo, v. 246, et Strabo, pag. 440. H.

Thespiae. Thespiarum Thessaliae (nam et Boeotiae fuerunt) meminit Stephanus. At MSS. non *Thespiae*, sed *Ireniae* habent. H.

Phalanna. Thomae vet. addit. Dalec. — Chiffl. *Palinna.* Eo P. — Orthen ipsam, inquit Strabo loc. cit. quidam pro Phalannaeorum arce accipiunt. Est autem Φάλαννα urbs ad Penneum prope Tempe, Perrhaebicae quondam ditionis: sed inde ad Dolopas Athamanasque, Perrhaebi a Lapithis relegati. Haec Phalanna est, quam prope Gyrtonem Livius collocat, lib. XLII, cap. 54. H. — Hodie *Tournovo.* Eo. P.

Thaumacie. Dalec. *Thaumaciae.* Eo. P. — Θαυμακοῦς Strabon, pag. 434. Θαυμακία Stephano. Homero, in Catalogo, v. 123, Θαυμακίη. Situm urbis, causamque nominis Livius eleganter describit, lib. XXXII, cap. 4. H. — Hodie *Democo* Eo P.

Gyrton, Cranon. De Cranoniis Gyrtoniisque Thucydides, lib. II, p. 115, Γυρτώνιοι, Κρανώνιοι. Oppida, Γυρτών, Κρανών, Strab. pag. 442. H. — Gyrton nunc *Tcheritchani* vocatur; Cranon autem, *Crania.* Eo. P.

Melitaea, Phylace. Porro Epiri, Achaiae, Atticae, Thessaliae in porrectum longitudo quadringentorum octoginta mill. pass. traditur: latitudo ducentorum octoginta septem millium.

XVII. (x.) Macedonia postea centum quinquaginta populorum, duobus inclyta regibus, quondamque terrarum imperio, Emathia antea dicta. Haec ad Epiroticas gentes in solis occasum recedens post terga Magnesiae atque Thessaliae, infestatur a Dardanis.

Acharne, etc. Ἀχάρνη Graecis. Δώτιον Stephano, Thessaliae urbs dicitur: Μελίτειαι quoque, quam et Μελίτειαν a Theopompo appellari ait. Denique et Φυλάκη πόλις Θετταλίας, quam Thebis Phthioticis proximam Strabo, pag. 435, in ipso Othrye monte positam, auctor est Theocriti Scholiastes, Idyll. III, ad v. 45. H.— Hodie ignorantur. Eo. P.

Dotion. Chiffl. *Dorion*. Eo. P.

Porro Epiri, *Achaiae*, *Atticae*, *Thessaliae in porrectum longitudo*, etc. In editione Parmensi, *Ponio Epiri*, etc. *Potuiae* reposuit Barbarus, etsi in Boeotia a Stephano collocantur Nos *porro* legimus, ut sit illud periodi sequentis initium. *Porro Epiri*, etc. Quod vero ad latitudinem spectat, quae CCLXXXVII mill. passuum obtinere dicitur, Martianus, lib IX, cap. de Thessalia, pag. 214, habet CCLXXXVII ac soli Thessaliae hanc mensuram adiudicat: sed Plinius non intellexit: neque nunc aut primum, aut semel. *Longitudo*, inquit, *Thessaliae habet M. CCCCLXXX. Latitudo CCXXXXVII*. In depravatos Plinii codices incidere Missi Theodosii, ut praefixa ei libro praefatio qualiscumque testatur, quum aliam longitudinis latitudinisque mensuram ex eo referunt: *Epirus*, inquiunt, *Achaia, Attica, Thessalia...patent in longitudinem M. P. CCCCX, in latitudinem, CCCLXXV*, *iuxta Plinium Secundum in quinto* (*quartum dici certe oportuit*), *in longitudinem CCCCXXX* (*pro CCCCLXXX*) *in latit. CCCLXXXVIIS* (*pro CCLXXXVII*). Sic ipse Plinius, lib. III, descriptioni Boeticae subiungit, *porro longitudinem universam eius*, etc. H. — MSS. Reg. 1, 2, et editio princeps, *latitudo centum nonaginta septem*. In MS. Reg. 5, *ducentorum nonaginta septem*. Bnot. — Chiffl. *longitudo CCIX*. Eo. P.

XVII. *Macedonia*. Hic pro suo more Plinium Solinus et Capella transscribunt: ille, cap. 9, pag. 25, iste lib. VI, cap. de Macedonia, pag. 211. Sic Mela, lib. II, cap. 3, pag. 31. Macedoniam in quatuor provincias fuisse divisam nummi testantur inscripti, ΠΡΩΤΗΣ ΜΑΚΕΔΟΝΩΝ: ΔΕΥΤΕΡΑΣ ΜΑΚΕΔΟΝΩΝ, et ΤΕΤΑΡΤΗΣ ΜΑΚΕΔΟΝΩΝ. *Macedonum primae*, *secundae*, et *quartae* provinciae. H.

Duobus. Philippo Graeciae domitore, et Alexandro etiam Asiae, Mela, loc. cit. H.

Emathia. Stephanus: Ἠμαθία... ἡ γῦν Μακεδονία. H.

Partem eius septemtrionalem Paeonia ac Pelagonia protegunt a Triballis. Oppida: Aege, in quo mos sepeliri reges: Beroea: et in regione quae Pieria appellatur a nemore, Aeginium. In ora Heraclea, flumen Apilas. Oppida: Pydna, Aloros. Amnis Aliacmon. Intus Aloritae, Vallaei, Phylacaei, Cyrrhe-

Pelagonia. Vet apud Dalec. *Paflagonia.* Eo. P.

Triballis. Moesiae populis, de quibus libro sup. cap. 29. H.

Aege. Solinus quoque, cap. 13, p. 26: *Vrbem quoque condidit, quam dixit Aegan, in qua sepeliri reges mos erat.* De hoc more Athenaeus, lib. IV, p. 155: Diodorus in Excerptis, pag. 267; Iustious, lib. VII, c. 1 et 2, aliique. Oppidum Αἰγαί, Athenaeo et Stephano appellatur. Io MSS. *Aegia.* Αἰγία quoque Theophrasto, lib. de Ventis Αἰγαία Ptolemaeo, lib. III, cap. 13. H. — *Moglena* hodie vocatur, auctore d'Anville. Eo. P.

Mos sepeliri. Sic Dalec. Chiffl. *sepeliri mos.* Eo. P.

Beroea. Βέρροια Ptolemaeo, in Emathia, lib. III, cap. 13. Stephano, Βέροια. In Notitia Eccles. pag. 21, Βερνα, pro Βέροια, vel Βέρροι potius. In radicibus Bermii montis a Strabone collocatur, lib. VII, pag. 330. H. — Hodie *Kara-Veria.* Eo. P.

Et in regione. Deletur io vet. ap. Dalec. vocula *et.* Eo. P.

A nemore. De Pieria silva, in quam Perseus a Paulo victus aufugit, Livius, lib. XLIV, pag. 571. H.

Aeginium. Meminere huius oppidi Livius, lib. XXXII, cap. 46, et Strabo, lib. VII, pag. 327, Αἰγίνιον. H.

Heraclea. Ηράκλεια Μακεδονίας, Stephano: Scylaci, p. 25, Ηράκλειον. Fuit haec olim iuris Aetolici. Describitur a Livio, lib. XXXVI, 22: *Sita est Heraclea*, inquit, *in radicibus Oetae montis: ipsa in campo*, etc. Flumine Asopo allui deinde subiungit, quem Plinii esse Apilam credimus. H. — Heraclea videtur esse hodie *Platamona*, et flumen Apilas, fluviolus nunc *Sphetili* dictus. Eo. P.

Pydna, Aloros. In MSS. Reg. 1, 2, etc. *Pygna, Doros.* Io editis, *Phina, Oloros.* Sed de Oloro, postea. Interim *Pydna* priore loco legi oportere perspicuum ex eo est, quod ipse a Ptolemaeo prope Αλιάκμονος amnis ostia, perinde atque a Phoio collocatur, lib. III, cap. 13. In Pieriae quoque regionis ora maritima, etiam et a Strabone, in Excerptis lib. VIII, pag. 330: ἡ μὲν οὖν Πυδνα Πιερική ἐστι πόλις. Eadem quoque Κύδνα appellatur a Theogeoe io Macedonicis, ut Stephanus auctor est: unde et Mela, lib. II, cap. 3, hunc tractum describens, *inter Peneum*, inquit, *et Axium, Cydne, Aloros.* De Aloro quoque, quam pro Oloro restituimus, adstipulatur emendationi nostrae Scylax, pag. 25: Αλιάκμων ποταμός, inquit, Αλωρὶς πόλις, etc. H. — Vet. ap. Dalec. *Cinna, Eloros.* Pydna videtur esse *Kytros*, sive *Kidros*; Aloros haud longe a *Libanova* stetisse videtur. Eo. P.

Aliacmon. Αλιάκμων Herod. lib. VII, Polym. n. 127, et Ptolemaeo, lib. III, c. 13, io Pieria. H. — *Indge-Carasou* hodie vocatur. Eo. P.

stae, Tyrissaei. Pella colonia. Oppidum Stobi civium Rom. Mox Antigonea, Europus ad Axium amnem, eodemque nomine, per quod Rhoedias fluit. Eordeae, Scydra, Mieza, Gordyniae. Mox in ora Ichnae: flu-

Intus Aloritae, etc. Ab oppido, ut quidem videtur, Aloro, de quo modo dictum est: horum regione, a mari introrsus recedente, atque in pagos aliquot distributa. H.

Vallaei, Phylacaei. Dalec. *Vallei, Philacei.* Ed. P. — A gemino Pieriae regionis oppido hi nomen habent: alterum Φυλακαί, Ptolem. lib. III, cap. 13. Οὐάλλαι alterum appellatur. Hard.

Cyrresthae, Tyrissei. Dal. *Tirissei.* Ed. P. — Et his nomen dedere oppida duo Emathiae regionis apud Ptolem. loc cit. Κυρτὰς (pro Κυῤῥός), et Τύρισσαι Κύῤῥος, est Thucyd. lib. II, p. 169. A Cyrrho Syriae oppido, eiusdem nominis cum hoc Macedonico, Cyrrhestae quoque derivantur. Hard.

Pella colonia. In nummo Hadriani, apud Patin. pag. 195, COL. IVL. AVG. PELL. *Colonia Iulia Augusta Pella.* Vetus fuit Macedonum regia, ubi Philippus et Alexander, nati et educati. Huius situm describit accurate Livius, lib. XLIV, cap. 46. Hodie *Palatitza.* H. et Eo. P.

Stobi. Στόβοι Ptolemaeo, lib. III, cap. 13, in Pelagonia. Stobos Pelagoniae Livius quoque nuncupat, lib. XXXIII, cap. 19. In Vespasiani nummo, apud Patin. pag 142. MVNICIPI. STOBENSIVM. Vlpianus, lib. L, Dig. tit. 15, de Censibus, *Stobenses iuris Italici sunt.* H. — *Stoli* vocantur rudera eius. Ed. P.

Antigonea. Dalec. *Antigonia,* neglecta Chiffl. lectione. Ed. P. — Stephanus quoque Ἀντιγόνειαν Macedoniae adiudicat, atque ab Antigono Gonatae fil. conditam. In Mygdonia a Ptolemaeo collocatur, lib. III, cap 13. H.

Europus. Εὔρωπος Ptolemaeo, loc. cit. in Matia, sive Macetia: et Stephano. H.

Eodemque nomine. Hoc est, eodem aliud nomine, scilicet *Europus*, in Almopiorum regione, apud Ptolem. lib III, c. 13. H.

Per quod. Vet. ap. Dalec. *aliud per quod* Eo.P.

Rhoedias. MSS. *Rhodias.* An Λουδίας, *Ludias*, hodie *Karasma*, quem Strabo lib. VIII, pag. 330, ex palude fluere ait, quam Axius amnis implet, iuxta Pellam? Et Λυδίαν prope Axium Ptolemaeus agnoscit. H. et Eo. P.

Eordeae. Dalec. *Heordae.* Vet. ap. Dalec. *Phorbae.* Ed. P. — Εορδαῖαι gemiae sunt Stephano, ambae Mygdoniae regionis, quae Macedoniae pars fuit. Eordeam urbem appellat Livius lib. XLII, cap 53. In Notitia Eccles. pag. 21, Εορδία. H.

Scydra. Dalec. *Scypra.* Eo. P. — Σκύδρα, Μακεδονικὴ πόλις, Stephano, et Ptolem. lib. III, cap. 13, in Emathia. H.

Mieza. Μίεζα Stephano, ubi Aristotelis ludos philosophicus, teste Plutarcho, in Alex. pag. 668, Apud Ptolem. in Emathia, Μύεζα, pro Μιεζα. H.

Gordyniae. Dal. *Gordiniae.* Ed. P. — Γορδυνία, Stephano urbs Macedoniae. Ptolemaeo, Γορτυνία. Thucyd. lib. II, p. 169, Γορτυνία. Vtique corrupte. H.

vius Axius. Ad hunc finem Dardani, Treres, Pieres,
2 Macedoniam accolunt. Ab hoc amne Paeoniae gentes: Paroraei, Eordenses, Almopii, Pelagones, Mygdones. Montes Rhodope, Scopius, Orbelus. Dein praeiacente gremio terrarum, Arethusii, Antiochienses, Ido-

Ichnae. Ἰχναι, πόλις Μακεδονίας, Stephano. Ἰχναὶ, Herodoto, lib. VII, Polymn. pag. 421, n. 123. H.

Axius. Ἀξιός ποταμός, Straboni lib. VII, p. 330. In Thermaicum sinum exit. H. — Nunc dicitur *Vardar.* Ed. P.

Dardani. Etiam Dardanorum urbis in Macedonia positae meminit Livius lib. XXVI, cap. 25; qui tamen non Macedoniam ipsam, sed Moesiam incoluere. Ed. P.

Treres. Τρῆρες Thucydidi, lib. II, pag. 166, et Πίερες, pag. 168. Herodoto quoque Πίερες memorantur. Pol. lib. VII, n. 112. Scomium Treres incolunt, quo de monte dicemus inferius. Hard.

Paeoniae gentes. Quarum nomina mox recensentur. Regio haec latissime patuit, contigitque Moesiam et Triballos, ubi nunc Bulgaria est: quamobrem et pro Bulgaris nonnunquam accepti: Παίονες δὲ οἱ Βούλγαροι, inquit Tzetzes, Chiliad. 10, v. 186. Hard.

Paroraei. Chiffl. *Parocei.* Ed. P. — Παρωραῖοι Straboni, lib. VII, p. 326. Παρώρεια et Παρωραία Stephano, Macedoniae urbs. Hard.

Eordenses. Dalec. *Heordenses.* Ed. P. Εορδοὶ Herodoto, Polymn. lib. VII, n. 185, pag. 445. Εορδοὶ ἐκ τῆς Γορδίας, καὶ ἐξ Αλμωπίας Αλμωπας, Thucydidi appellantur, lib. II, pag. 168. Hard.

Almopii. Ita MSS. omnes, non *Armopii.* Stephanus quoque, Αλμωπία, χώρα τῆς Μακεδονίας, etc. cuius incolae Αλμωπες et Αλμώπιοι. Et in Notitia Eccles. Prov. Macedoniae primae, Αλμοπιά, pro Αλμωπία, pag. 21. Hard.

Pelagones, etc. Πελαγόνες, quorum regio Πελαγονία, et Mygdonum Μυγδονία. De priore Livius, lib. XLV, c. 29 et 30: *Quartam Macedoniae regionem, Eordei, et Lyncestae, et Pelagones incolunt: iuncta his Atintania, et Stymphalis,* etc. Eadem Tripolis est appellata, a tribus oppidis, Azoro, Pythoo, Doliche. Idem Livius, lib. XLII, cap. 53. De posteriore Stephanus: Μυγδονία, μοῖρα Μακεδονίας. Mygdonum ditionis fuit Antigonea, de qua supra. Hard.

Montes. Ροδόπη τὸ ὄρος, Ptolem. lib. III, cap. 11. Hard.

Scopius. Scomium Thucydides vocat, lib. II, pag. 166, et est monti Rhodopae adnexus: Σκόμιον ὄρος, ἔρημον καὶ μέγα, ἐχόμενον τῆς Ροδόπης. Hic Treres habitant, de quibus supra. Hard.

Orbelus. Ορβηλος Macedoniae mons, Tzetzae, Chil. XI, v. 905, et Straboni in Epitome, lib. VII, pag. 329. H. — Nunc *Argentaro* vocatur. Ed. P.

Dein praeiacente. In meditullio Macedoniae, ab ortu versus occasum fusi. Hard.

Arethusii. Ab Arethusa dicti, de qua inferius hoc cap. Hard.

Antiochienses. Ab urbe Mygdoniae Antiochia, ad cuius similitudinem in Adiabene Nisibin Macedones, Mygdoniae quoque Antiochiam cogno-

menenses, Doberi, Aestraeenses, Allantenses, Audaristenses, Morylli, Garesci, Lyncestae, Othryonei, et liberi Amantini atque Orestae: coloniae, Bullidensis,

minarunt, ut dicetur lib. VI, c. 16. Haan.

Idomenenses. Stephanus: Εἰδομένη, πόλις Μακεδονίας. In notitia Eccles. Prov. Macedon. pag. 21, Ἰδομένη. H.

Doberi, Aestraeenses. In libris editis, *Doberienses, Trienses.* In MSS. Reg. 1, 2, Colb. 1, 2, et Paris. *Doberies, Trienses.* Nos fere cum Hermolao, *Doberi, Aestraeenses;* Δοβῆρες Herodoto non semel appellantur, Terpsich. lib. V, p. 294, n. 16, et Polymn. lib. VII, p. 448, n. 213. Horum oppidum in Paeonia Thucydides collocat, lib. II, p. 167, Δόβηρον τὴν Παιονικήν. Stephanus quoque, pag. 244. Apud Ptolem. lib. III, c. 13, in Paeonia pariter Δήβορος. In Notitia Eccles. Prov. Macedoniae primae, p. 21, Διόβορος. Utrobique nomen in mendo iacet, pro Δόβηρος. Aestriensium vero, quos Ptolemaeus loc. cit. Αἰστραίους vocat, oppidum ipse Αἴστραιον ait nuncupari, de gentis nomine. Hadrianus apud Stephanum, verbo Αἰστραία: οἵτ' ἔχον Αἰστραίαν τε, Δόβηρά τε. In Notit. Eccles. Prov. Maced. 2, p. 23, Εὐστραῖον pro Αἴστραιον. Hasn.

Allantenses. Αλλάντη Stephano urbs Macedoniae, cuius cives Αλλάντιοι. Haan.

Audaristenses. MSS. Reg. 1, 2, Colb. 1, 2, etc. *Adaristenses.* Ptolem. lib. III, cap. 13, in Pelagonia, propo Stobos Αὐδάριστον oppidum collocat. Haan.

Morylli. Ab oppido Paraxiae regionis in Macedonia, apud Ptolem. lib. III, cap. 13, quod Μόρυλλος dicitur. Hard.

Garesei. Chiffl. *Garesti.* Ed. P. — Quorum oppidum in Orbelia Macedoniae regione, apud Ptolem. loc. cit. Γαρίσκος. Haan.

Lyncestae. Quorum regio Λυγκηστίς Ptolemaeo, loc. cit. ipsi Λυγκισταὶ Straboni, lib. VII, pag. 323, et Stephano appellati: Pelagonibus proximi. Λυγκισταὶ Diod. Sic. Bibl. lib. XVII, pag. 533. Λυγκησταὶ Thucyd. lib. II, p. 168, et eorum oppidum Λυγκός, lib. IV, pag. 307. Haan. — Lyncestarum memioit etism Livius lib. XLV, cap. 30, in quarta Macedoniae regione, et Lyncum oppidum eorum appellat l. XXVI, c. 25, et XXXI, 33; sed ignoratur situs eius. Ed. P.

Othryonei. Dalec. *Othrionei.* Ed. P. — Forte ii qui montis Θρυος, de quo cap. 15 aversa, seu partem borealem incolerent, ita nuncupati. H.

Amantini. Sive Amantes, sive Amantiani, ut Caesar appellat, Bell. civ. lib. III. De his egimus lib. III, c. 26. Amantiam urbem Orestiadi regioni Ptolemaeus attribuit. Hard.

Orestae. Proxime hi Epirum contingunt, Molossis etiam geoti Epiroticae a Stephano contributi: Ορέσται, Μολοσσικόν ἔθνος. Macedoniae, a Livio, lib. XXXIII, cap. 34, ubi de libertate iis a T. Quinctio Flaminio concessae: *Orestis*, inquit (*Macedonum ea gens est*) *quod primi ab rege* Philippo *defecissent, suae leges redditae.* Ab Oreste matricida nomen Orestiadi regioni factum ait Strabo, lib. VII, p. 326. Horum praecipuum

et Diensis: Xylopolitae, Scotussaei liberi, Heraclea Sintica, Tymphaei, Toronaei.

3 In ora sinus Macedonici oppida Chalastra, et intus Phileros, Lete: medioque flexu littoris Thessalonica, liberae conditionis. Ad hanc a Dyrrachio CXIV millia

oppidum Λαοδίκειαν vocat Thucyd. lib. IV, pag. 342. Hard.

Bullidensis. Βουλλὶς Ptolem. in Elimintarum regione, prope Dyrrachium: maritimum oppidum est in Macedoniae finibus, quamobrem Illyrico plerumque accensetur: Stephanus: Βύλλις πόλις Ἰλλυρίδος παραθαλασσία. Vide quae diximus lib. III, cap. 26. Haar.

Diensis Δῖον κόλωνα, Ptolemaeo, lib. III, cap. 13, in Pieria Macedoniae regione. Item Stephano. Vlpianus, lib. L Digest. tit. 15, de censibus: *Dienses iuris Italici sunt.* Haro.

Xylopolitae. Dalec. *Xipolitae.* Ed. P. — Ξυλόπαλις in Mygdonia, Ptolem. loc. cit. Hard.

Scotussaei. Σκότουσσα Ptolem. lib. III, cap. 13, prope Ἡράκλειαν Σιντικὴν, a regione in qua posita est, sic cognominatam. Haud procul amne Strymone collocatur Heraclea Sintice a Livio, lib. XLV, cap 29. Quamobrem in Notitia Eccles. pag. 24: Ἡράκλεια Στρυμονοῦ vocatur. Incolae Σίντιες ἄνδρες Homero, ut refert Strabo in Epit. lib. VII, pag. 331. Haar.

Tymphaei. Dalec. *Tymphei.* Ed. P. — Diversi hi plane a Tymphaeis Aetolorum populis, de quibus dictum est cap. 3. In Bisaltarum regione, aut certe inter Strymonem et Axium sedes hi habuerunt. Haar.

Toronaei. Ita rescripsimus admonitu codicum Reg. 1, 2, Colb. 1, 2, Paris. in quibus *Toronaei* scribitur, non ut in editis *Coronaei*, quos in hoc terrarum tractu nemo vetustiorum scriptorum agnoscit. A Torone autem oppido, de quo inferius hoc cap. hi Toronaei appellantur. Sic populos gentesque uno veluti orationis ductu perstringit, quorum deinde oppida singillatim, suo quaeque situ, appellat. Hard.

Sinus Macedonici. Dalec. *in ora sinus Macedonici oppidum.* Ed. P. — Antonomasticῶς hic sinus Macedonicus appellatur; quoniam e Macedonico mari effluit, ut ait Strabo lib. VII, pag. 323. Eum alii et ipse Plinius alias, ac plane modo, Thermaicum nominat, a Therme oppido: nunc vocant *le golfe de Saloniki.* H.

Chalastra. Stephanus: Χάλαστρα πόλις Θρᾴκης περὶ τὸν Θερμαῖον κόλπον, in Thermaico sinu. Haar.

Et intus Phileros, Hoc est, longius a mari, MSS. Reg. 1, 2, etc. *Pyloros*, quod multo sincerius videtur, Πυλωρός. Hard.

Lete. Stephano, Λέτη, πόλις Μακεδονίας. Harpocrationi, Λετή. Plinio, lib. XXXI, c. 46, *Litae.* Haar.

Thessalonica. Hodie *Saloniki.* Vulgo nobis *Salonique.* Bart.

CXIV. Sic Harduin. et libri omnes scripti et editi. Broterius ex Polybio *CCLXVII. Pessime*, inquit, *in libris scriptis et editis CXIV, id absurdum est, ut patet ex ipso locorum situ. Emendandum fuit, CCLXVII. Hanc enim esse distantiam inter Dyrrachium et Thessalonicam docet accuratissimus*

passuum. Therme. In Thermaico sinu oppida, Dicaea, Pydna, Derrha, Scione. Promontorium Canastraeum. Oppida: Pallene, Phlegra. Qua in regione 4
montes, Hypsizorus, Epitus, Halcyone, Leoomne. Oppida: Nyssos, Phinelon, Mendae: et in Pallenensi

scriptor Polybius apud Strabonem, lib. VII, p. 323. *Id etiam constat auctoritate ipsius Plinii infra cap.* 18, *ubi consentientibus scriptis et editis libris*: Philippi colonia: absunt a Dyrrachio CCCXXV mill. pass. Sic Broterius; nos autem, quum animadvertimus ex probatissimis mappis, recto quidem cursu CCIV M. pass. esse inter urbes *Durazzo* et *Saloniki* intervallum, CCIV pro CXIV legendum esse non dubitamus, quod tamen reponere non ausi sumus, libris omnibus in CXIV consentientibus. Ed. P.

Therme. Θέρμη Stephano unde Thermaico sinui nomen. Ab hac transducti cives fuere Thessalonicam, unde a quibusdam ipsa Therme Thessalonica credita, ut a Strabone, in Excerptis, pag. 330. Tzetzes Chiliad. 10, vers. 176, vicum fuisse Thermen putat, ex quo deinde Thessalonica creverit. Hard.

Dicaea, Pydna. In MSS. proxime appellatis, *Diecapadina*: quae Hermolaus in *Dicaea, Pydna* convertit. Verum utut est de Dicaea, locum hic habere certe Pydna non potest, quam procul a Thermaico sinu in Pieria Macedoniae regione sitam esse superius vidimus, ex Ptolemaeo caeterisque. Hard.

Derrha, Scione. Ita libri omnes, praeter Vet. ap. Dalec. in quo legitur *Deris*, pro *Derrha*. Ed. P. — In Notitia Eccles. Prov. primae Macedoniae, pag. 21, Σερρᾶι, pro Δερρᾶι. Incolae apud Thucyd. lib. II, pag. 469, Δερραῖοι. Forte huc pertinet et promontorium eiusdem nominis, quod prope Toronem, et Canastraeum a Ptolemaeo collocatur, lib. III, cap. 13, Δερρὶς ἄκρα. De Scione in hoc tractu Mela lib. II, cap. 2. Σκιώνη a Stephano Thraciae adsignatur, quemadmodum et ipsa Therme, et Pallene, de qua mox: quod ea loca diu Thraces tenuerint. In Pallenensi Isthmo, cum Potidaea Scione locatur a Thucyd. lib. IV, pag. 334. Hard.

Canastraeum. Κανάστραιον ἄκρον Ptolemaeo, loc. cit. et Herod. lib. VII, num. 123. Hard. — Hodie *Canouistro* auctore d'Anville, aut, ut in recentioribus mappis, *Paillouri*. E.P.

Pallene, Phlegra. In Phlegrae locum Pallene successit: quare a multis pro eadem habita. Herod. Polym. lib. VII, num. 123: τὴν νῦν Παλλήνην, πρότερον δὲ Φλέγρην καλεομένην. Eadem habet et Stephanus. H.

Qua in regione. In ora sinus Macedonici. Hard.

Halcyone. Dalecampius dat *Alchione*. Ed. P.

Leoomne. Dal. *Leuomne*. Ed. P.

Nyssos, Phinelon, Mendae. Sinceram codicum MSS. Reg. 1, 2, Colb. 1, 2, et Paris. scripturam exhibemus, quanquam nihilo saniorem, quam quae ab Hermolao excogitata est, nec ullo sat idoneo argumento constabilita, *Nissos, Brygion, Eleon*. Quanquam scio Βρύγιον a Stephano Μακεδονίας πόλιν appellari: sed neque situum commonstrat eius oppidi,

Isthmo quondam Potidaea, nunc Cassandria colonia: Anthemus, Olophyxos: sinus Mecybernaeus. Oppida:

nce quae sunt hoc tractu posita, ut Mendae, Therme, Pallene, caeteraquae eius modi, Macedoniae solet assignare, sed Thraciae. Quam ob causam *Nyssos* pro *Nissos* edi curavimus: quod Hesychius, pag. 672, Νύσσαν et Νῦσιον, sive Νύσσιον montem Thraciae vocat, cui cognominis esse civitas ea potuerit. Aestimandum porro aliis relinquimus, num locum hic habere possit *Eion*, Thraciae civitas, colonia Mendaeorum, cuius meminit Harpocration p. 141: Ἠιών, πόλις Θράκης, Μενδαίων ἀποικία, ex Thucydide. H. — Pro *Brygion* quod ap. Dalec. est, legitur in Chiffl. *Phrix.* Ed. P.

Mendae. Μένδη, πόλις Θρᾴκης, Stephano. Thucyd. quoque lib. IV, pag. 334. Iucolae Μενδαῖοι apud Athen. lib. I, pag. 29, et vinum Mendaeum. Melae, lib. II, cap. 2, *Mende.* At Pausaniae Eliac. prior. lib. V, p. 334, Μένδαι, in Thracia. Haan.

Pallenensi Isthmo. Volebat Pint. *Pellenes Isthmo.* Ed. P. — Isthmus ille, nunc *Calandro*, vel *les portes de Cassandre.* Brot.

Potidaea. Strabo in Excerptis, lib. VII, pag. 330: Η πρὶν μὲν Ποτιδαία, νῦν δὲ Κασσάνδρεια. A Cassandro Antipatri fil. Nummus Neronis, apud Patin. pag. 115, COL. IVL. AVG. CASSANDRENS. Vlpianus, Digest. lib. L, tit. 15, de Censibus, *Cassandrenses iuris Italici sunt.* De Pallenensi Isthmo, Mela eleganter admodum, lib. II, c. 2, *Pallene*, inquit, *soli tam patentis, ut quinque urbium sedes sit atque ager. Tota in altum abit: angusta satis unde incipit. Ibi est Potidaea. At ubi laxius patet, Mende Scioneque referendae.* H. — Ignoratur certus urbium earum situs. Ed. P.

Anthemus. Harpocration, p. 28: Ἀνθεμοῦς, πόλις Μακεδονική, καὶ οἱ ἀπ' αὐτῆς, Ἀνθεμούντιοι. Item Stephano, et prius Herodoto lib. V Terpsich. num. 94, p. 325. H. — Haud longe a *Saloniki* rudera. Ed. P.

Olophyxos. Dal. *Holophyxos.* Ed. P. — Ολόφυξος πόλις ἐν Θρᾴκῃ, circa montem Athon, Stephano et Thucyd. lib. IV, pag. 325. Haan.

Sinus Mecybernaeus. Legendum sane: *Olophyxos: sinus Mecibernaeus* non ut vulgo in libris ad hunc diem editis: *Olophyxos sinus, Mecyberna:* quum neque Olophyxos cuiuspiam sinus appellatio sit: et sequens vox *oppida*, id quod prosime antecedit non esse oppidum, abunde declaret. Est autem Mecybernaeus sinus, qui postea Mecyberna excisa Toronicus a Torone est cognominatus. Testis Mela, lib. II, cap. 3, pag. 34: *In littore*, inquit, *flexus Mecybernaeus inter promontoria Derrim, et portum qui* Κωφὸς *dicitur: urbes, Toronen et Physcellam: atque unde ipsi nomen est, Mecybernam incingit.* Et paulo expressius Scymnus Chius, pag. 26: Εἶτ' ἐστὶ κόλπος λεγόμενος Τορωνικός, Οὗ πρότερον ἦν τις Μηκυβέρνη κειμένη· Ἐξῆς Τορώνη τοῖς τόποις ὁμωνύμως. Quae sic latinus interpres edidit: *Deinde sinus est, Toronicum quem nominant, Vbi antea quae Mecyberna constitit, Ex quo Torona, quae loci est cognominis.* Haec quum sint adeo luce clariora, miror a recentioribus geographis confidenter esse pronunciatum, diversum plane a Toronico esse Mecyber-

Physcella, Ampelos, Torone, Singos: fretum, quo montem Athon Xerxes rex Persarum continenti abscidit, in longitudine passuum M. D. Mons ipse a planitie excurrit in mare LXXV mill. passuum. Ambitus radicis centum quinquaginta mill. colligit. Oppidum in cacumine fuit Acrothon: nunc sunt Vranopolis, Palaeotrium, Thyssus, Cleonae, Apollonia, cuius

naeum sinum. Hard. — Hodie dicitur *golfe de Cassandre*, sive *d'Hagios Mamas*. Eo. P.

Physcella. Dalec. *Physcela.* Chiffl. *Mycella.* Eo. P. — Haec Melae pariter memorata, lib. II, cap. 3, p. 34. H.

Ampelos. Pro *Singos* legitur ap. Chiffl. *Siggostolos*; in vet. ap. Dalec. *Soggostedes.* Eo. P. — Eodem prorsus ordine Herodotus, Polymn. lib. VII, num. 22, pag. 422, Ἄμπελος, Τορώνη, Σίγγος. Sic etiam Ptolemaeus lib. III, c. 13. Huius Singi incolae Σιγγαῖοι apud Thucyd. lib. V, pag. 356. Situs omnino ignoratur. Hard. et Eo. P.

Xerxes. Haec Solinus a Plinio, cap. 9, pag. 25. Plinius ab Herodoto, Polym. lib. VII, num. 24, pag. 394, a quo et Mela lib. II, cap. 2: *Qua continenti Athos adhaeret, Xerxe in Graios tendente, perfossus transiugatusque est, factus freto navigabili pervius.* Fossam qua montem a continenti seiunxit, fretum vocant, quoniam ibi mare immissum ferveat. Athos hodie *Monte Santo*, sive *Hagion-Oros* dicitur, quod nomen traxit a triginta monasteriis et sex millibus qui eum incolunt, coenobitis Eo. P.

Centum quinquaginta millia. Georgerinus, archiepiscopus Samius, ait ambitum esse CLXX mill. pass. Tantae autem altitudinis est mons Athos, ut Lemnon insulam, nunc *Stalimene*, quadraginta millibus passuum distantem, umbra sua, quum sol occidit, aliquando tegat, teste eodem Georgerino. Eo. P.

Oppidum fuit. Interiisse significat, atque in eius locum Apolloniam esse suffectam, cuius incolae, ut prius Acrothoi, Macrobii cognominarentur. Mela loco cit. *In summo fuit oppidum Acroathon: in quo, ut ferunt, dimidio longior, quam in aliis terris aetas habitantium erat.* Acrothon contracte pro *Acroathon* dicitur: cives Ἀκρόθωοι, aut ipsum etiam oppidum a Thucydide appellatur, lib. IV, p. 325. Acrothon Solino, c. XI, pag. 31. Herodoto, Polym. lib. VII, num. 22, pag. 394, Ἀκρόθοον, Θύσσος, Κλεωναί. Hard.

Vranopolis. Ab Alexarcho condita, Cassandri Macedoniae regis fratre, ut refert Heraclides Lembius, apud Athen. lib. III, p 98. Hard.

Palaeotrium. In MSS. *Palaeorium*, Παλαιώριον, rectius. Hard.

Thyssus, Cleonae. Habet haec oppida, praeter Herod. loc. cit. Thucyd. lib. IV, p. 325: Θύσσον, καὶ Κλεωνάς, καὶ Ἀκροθώους, etc. Cleonas in Atho monte conditas a Chaleidensibus refert Heraclides in Polit. Chalcid. In nummo argenteo Alexandri Magni, eoque maximi moduli, apud D. de Boze, scriptum est KAE. Κλεωναίων. Hard.

5 incolae Macrobii cognominantur. Oppidum Cassera, faucesque alterae Isthmi, Acanthus, Stagira, Sithone, Heraclea, et regio Mygdoniae subiacens: in qua recedentes a mari, Apollonia, Arethusa. In ora rursus Posidium, et sinus cum oppido Cermoro, Amphipolis liberum, gens Bisaltae. Dein Macedoniae terminus amnis Strymon, ortus in Haemo. Memorandum, in septem lacus eum fundi, priusquam dirigat
6 cursum.

Haec est Macedonia, terrarum imperio potita quondam: haec Asiam, Armeniam, Iberiam, Alba-

Apollonia. Quae, ut diximus, e ruinis Acrothoi crevit. Hard.

Isthmi. Quem duo sinus efficiunt, Singiticus, et Strymonicus, in radicibus montis Atho. Hard.

Acanthus, Stagira. Quidam apud Dalec. legunt: *Acanthus, Singus, Suagyra, Sitone.* Ed. P. — Ἀκανθος καὶ Στάγειρος, Herod. Polymn. lib. VII, num. 115, pag. 419, et Thucyd. lib. V, pag. 356. Ἀκανθος καὶ Στάγειρα, Stephano, et Eusebio in Chron. ad Olymp. 31. Acanthos a fossa montis Atho stadiis septem dissita, teste Scymno, p. 27. Στάγειρα Philosophi patria. Hard.

Sithone. Pint. *Sithonia.* Dalec. *Sitone.* Ed. P. — Circumiecta regio Σιθωνίη appellata, Mecybernam quoque, Olynthum, Turonenque complexa, ut auctor est Herod. Polym. lib. VII, num. 123. Hard.

Heraclea. Diversa, credo, ab ea quae superius Sintica appellata est. H.

Apollonia. Chiffl. *Erechisa* pro *Arethusa.* Ed. P. — Recedens a mari, sinu Thermaico, versus occasum Απολλωνία, et Αρέθουσα, πόλεις Ελληνίδες, apud Scylac. p. 25. Stephano, Απολλωνία Μακεδονίας et Αρέθουσα Θράκης. Hinc Arethusii superius memorati. In Amphaxitide, hoc est, in regione circa Axium amnem Αρέθουσα collocatur. Hard.

Posidium. Ποσειδήϊον, Neptuni fanum. Ed. P.

Et sinus. Qui ab influente amne olim Strymonicus apud Strabonem lib. VII, pag. 331, nunc *golfo d'Orfano*, sive *di Contessa* dicitur. H. et Ed. P.

Cermoro. Ita libri omnes. Hard.

Amphipolis liberum. Subintellige oppidum. Circumiacentis agri incolae Bisaltae appellati. Hinc apud Athen. lib. III, p. 77, in codicibus emendatis legitur, περὶ τὴν Βισαλτικὴν Αμφίπολιν. Diodoro, Bibl. lib. XII, p. 118, Βισσαλτικοί. In Museo nostro parisiensi nummus ex aere: ΘΕΟC. KAICAP. CEBACTOC. In aversa parte Europa tauro insidet, ut vulgo creditur, cum epigraphe, ΑΜΦΙΠΟΛΙΤ. H. — Dalemp. *Amphipolis libera gens, Bisaltae.* Ed. P.

Macedoniae terminus. Ita Scylax pag. 26, et Martianus lib. VI, cap. de Macedonia pag. 214. Στρυμών, Στρυμόνος graece. Hodie *Strouma*, sive *Kara-sou.* Hard. et Ed. P.

niam, Cappadociam, Syriam, Aegyptum, Taurum, Caucasum transgressa: haec in Bactris, Medis, Persis dominata, toto Oriente possesso: haec etiam Indiae victrix, per vestigia Liberi Patris atque Herculis vagata; haec eadem est Macedonia, cuius uno die Paulus Aemilius Imperator noster septuaginta duas urbes direptas vendidit. Tantam differentiam sortis praestitere duo homines.

XVIII. (XI.) Thracia sequitur, inter validissimas Europae gentes, in strategias quinquaginta divisa. Populorum eius, quos nominare non pigeat, amnem Strymonem accolunt dextro latere Denseletae et Medi, ad Bisaltas usque supra dictos: laevo, Digeri, Bessorumque multa nomina ad Nestum amnem Pan-

Paulus. Devicto Perseo Macedoniae rege. Vide Livius lib. XLIV sub finem, et initio libri XLV. A Paulo Aemilio has urbes una hora direptas ait Plutarchus in eius vita, pag. 272, ἐν ὥρᾳ μιᾷ .. ἑβδομήκοντα πόλεις πορθηθῆναι. Hard.

Duo homines. Alexander M. et Paulus Aemilius. Hard.

XVIII. *In strategias.* Στρατηγίας, praefecturas. Hard.

Dextro latere. Meridionali. H. — Sive potius occidentali. Ed. P.

Denseletae, et Medi. De his egimus cap. 1. Plinium hic de more transcribunt Solinus, cap. x, p. 27, et Martianus lib. VI, cap. de Thracia, pag. 211. Hard.

Ad Bisaltas. Sic apud Chiff. Deest apud Dalec. vox *ad*. Ed. P.

Digeri. Stephanus, Δίγηροι, ἔθνος Θρᾴκιον, ex Polybii lib. XIII. H.

Bessorumque. Βισσικὴ στρατηγία Bessica Thraciae praefectura, supra Maedicam, apud Ptolemaeum lib. III, cap. 11. Horum urbs primaria Philippopolis: alias Coeletis, quae gens Bessorum fuit, attributa. Eadem Bessa fortassis vetusta nomenclatione appellata: *Bessae* enim in Thracia mentio, non in Itinerario modo Antonini, sed et in lege XXX de Decurion. Cod. Theod. Hard.

Ad Nestum. Νεστός, Νισσός, Μεστός. In magno nominum ambitu amnem hunc esse oportuit, quem Νεστὸν a Scymno Chio pag. 28, Pausan. in Eliac. Post. lib. VI, pag. 352, et Scylace pag. 26. Nestum a Martiano: ab Aristotele, Histor. Animal. lib. VI, cap. 31, pag. 776, et lib. VIII, cap. 33, pag. 985, Νεσσόν: Nessum quoque a Livio lib. XLV, c. 29. In MSS. omnibus Plinianis, Reg. 1, 2, Colb. et Paris. *Mestum* appellari video. In nummo Caracallae, ΟΥΛΠ. ΝΙΚΟΠΟΛΕΟΣ ΠΡΟΣ ΜΕΣΤΩ. Graecis hodie *Mesto* appellatur, et *Kara-sou*. Hard. et Ed. P.

gaei montis ima ambientem, inter Elethos, Diobessos, Carbilesos: inde Brysas, Sapaeos, Odomantes, Odrysarum gens fundit Hebrum, accolentibus Cabyletis, Pyrogeris, Drugeris, Caenicis, Hypsaltis, Benis, Corpillis, Bottiaeis, Edonis. Eodem sunt in tra-

Pangaei montis ima. Chifflet. *Ima Pangaei montis.* Pangens nunc *Despoto Dagh.* Eo. P.

Elethos, etc. Ἀτζίους videtur hos appellasse Thucydides lib. I, p. 166. Diobessos vero Δίους, p. 165, qui Diobessi nunc cognomioantur, quoniam Bessorum, ut dictum est, plura sunt nomina. Carbilesi qui fuerint, non liquet. Nisi Κάδησος, quam Thraciae urbem fuisse Hesychius prodidit, locum hic habere possit. Hard.

Diobessos. Dalecampius *Diobesos.* Ed. P.

Inde Brysas. Stephano Βρύκαι, ἔθνος Θράκης. H. — Ita MSS. etiam ipsi. Sed Brygas forte rectius tum ex Strabone lib. VII, p. 295, tum ex ipso Plinio lib. VI, cap. 41, qui Phrygas Thracium genus esse prodiderunt, Brygas appellatos. Brysas tamen etiam Heraclides laudat, in Polit. Eorum: et ab iis mellificii rationem inventam tradidit. Ed. P.

Sapaeos. Qui Σάπαι et Σάπαιοι Stephano. Horum urbes Aenos, Cypsela, Bisanthe, etc. Σαπαῖοι Appiano, Civ. lib. IV, pag. 650. H.

Odomantes. Ὀδομάντιοι, ἔθνος Θράκης, Stephano. Ὀδρυσαι quoque, quorum et Dio meminit, lib. LI, pag. 462. Martianus p. 212, *Hebrum Odrysiae uives complent.* Odomanticae regioni Amphipolim Ptolemaeus assignat, lib. III, cap. 13, quam Bisalticae ditionis esse diximus: Bisaltiae eidem Odrysas Tzetzes adscribit, Chiliad. I, vers. 303, ἐξ' Ὀδρυσσῶν πατρίδος Βισαλτίας. Hard.

Odrysarum. Vet. apud Dalecamp. *Othrysarum.* Eo. P.

Fundit. Sic apud Chifflelian. *Infundit* apud Dalec. Eo. P.

Hebrum. Ἕβρος amnis, Ptolem. lib. III, cap. 11. Nunc *Marizza.* Hard.

Cabyletis, *Pyrogeris.* Etsi vulgatam scripturam intactam exhibemus, quam MSS. codices tueri videntur, haud levis tamen suspicio est *Pyrgoceris* legi oportere; seu permutatis syllabis, quod eodem recidit, *Cercopyrgis.* Est enim inter episcopatus provinciae Rhodopes in Notitia Eccles. p. 21, Κερκόπυργος. Sed adhuc certior forte coniectura videtur de Cabyletis (hactenus *Carbiletis* legebatur), nam Cabylen oppidum inter Bessos Danubiumque cepisse Lucullus dicitur ab Eutrop. lib. VI, p. 788. Κάβυλα est Phavorino. Hard.

Caenicis. Quorum Καινικὴ στρατηγία, Caenica Thraciae praefectura, apud Ptolemaeum lib. III, cap. 11. Oppidum Bizya, de quo inferius. Stephanus ex Apollodoro, Καινοί, ἔθνος Θρᾴκιον, *Caeni* Livio, lib. XXXVIII, cap. 40. Hard.

Hypsaltis. Qui Stephano, Ὑψηλῖται, κατοικία Θράκης, Thraciae praefectura, verbo Ὑψηλίς. Hard.

Benis. Horum Βεννικὴ στρατηγία, Bennica Thraciae praefectura, Ptolem. loco citato. Oppidum Βίννα, sive Βίνα Stephano. Hard.

Corpillis. Κορπιλλικὴ praefectura

ctu Selletae, Priantae, Doloncae, Thyni, Coeletae maiores Haemo, minores Rhodopae subditi. Inter quos Hebrus amnis: oppidum sub Rhodope Poneropolis antea, mox a conditore Philippopolis, nunc a situ Trimontium dicta. Haemi excelsitas sex mill. passuum subitur. Aversa eius et in Istrum devexa Moe-

Thraciae, apud Ptolemaeum, loco citato. Horum urbs Perinthus fuit, et Ganos, et Apros. Apud Appianum, lib. IV de Bellis Civil. pag. 650, Τούπιλοι pro Κόρπιλλοι corrupte legitur: apud Stephanum quoque mendose ΚΟΛΠΗΛΟΙ. Hard.

Bottiaeis. Βοττιαῖοι dicuntur Herodoto, Polymn. lib. VII, n. 185, p. 415, et Thucyd. lib. I, pag. 38. Laudatur Aristotelis opus de Politia Βοττιαίων, a Plutarcho in Theseo pag. 6. Hard.

Edonis. Ἠδωνοὶ Stephano, ἔθνος Θράκης. Regio Ἠδωνική, oppidum Δράβησκος Thucydid. lib. I, p. 66. Horum urbes apud Ptolem. lib. III, cap. 13, Oesyma, et Neapolis, de quibus inferius. Hard.

Eodem sunt in tractu. Hoc est, Hebrum perinde accolunt. Hard.

Selletae. Praefectura Σελλητική Ptolem. lib. III, cap. 11. Horum oppidum fuit colonia Deultum, de qua inferius. Neque Dionis Σελλῖται, lib. LIV, pag. 545, neque Stephani Σελλῖται, huc pertinent, sed supra Byzantium reiiciendi. Hard.

Priantae. Solino quoque Priantae dicti. Haec Βριαντική regio appellata ab Herod. Polymn. lib. VII, p. 418, ubi Xerxis iter a campo Dorisco, de quo mox, describitur. Hard.

Doloncae. Δόλογκοι Stephano, Solino *Doloncі*, cap. x, pag. 27. A Dolonco rege nomen factum ait Eustathius, in Dionys. vers. 323, pag. 46. Hard.

Thyni. De his dicemus, lib. VI, cap. 11. Hard.

Coeletae. Coeletae quoque Livio appellati, lib. XXXVIII, capite 40. Iidem *Caelaletae* Tacito, Annal. lib. III, cap. 38, sed corrupte. Κοιλητική στρατηγία, seu praefectura, Ptolemaeo lib. III, cap. 11. Hard.

Oppidum. Coeletarum scilicet. H.

Poneropolis, etc. Sic ante Plinium Theopompus, Philippic. lib. XIII, teste Suida, verbo Δούλων πόλις. Sic appellata, quod pessimi quoque (πονηροὺς Graeci dicunt) in eam transducti. A Philippo Macedone nomen habet, ut auctor est Stephanus: non a Philippo Imp. ut quibusdam visum est. Commodi nummus in Museo Parisiensi, ΦΙΛΙΠΠΟΠΟΛΕΙΤΩΝ. Nunc *Philippopoli*. A triplici monte cui insidet, etiam Ptolemaeo lib. III, cap. 11. Τριμόντιον. Hard.

Trimontium. Vet. apud Dalec. *Termontium.* Ed. P.

Haemi. Αἷμος Ptolem. lib. V, cap. 11; aliis Αἵμος. Parem ei monti excelsitatem tribuit Solinus, cap. x, cap. 27, et Martianus, lib. VI, cap. de Thracia, pag. 212. Vide quae diximus, lib. VI, cap. 65. Etiamnunc *Haemus*, sive *Emineh Dagh* et *Balkan*. Hard. et Ed. P.

Aversa eius. Terga dixit Martianus, hoc est, partem montis borealem,

si, Getae, Aorsi, Gaudae, Clariaeque: et sub iis Arraei Sarmatae, quos Areatas vocant, Scythaeque, et circa Ponti littora Moriseni, Sithoniique, Orphei vatis genitores obtinent.

3 Ita finit Ister a septemtrione: ab ortu Pontus ac Propontis: a meridie Aegaeum mare: cuius in ora a Strymone, Apollonia, Oesyma, Neapolis, Datos. In-

et quae in Istrum vergit. De Moesis diximus lib. III, c. 29. De Getis et Aorsis dicemus libri huius cap. 25. Haad.

Aorsi. Dalec. *Aoti.* Ed. P.

Gaudae, Clariaeque. MSS. omnes, *Dariaeque.* Haan.

Arraei Sarmatae. Vbi nunc Bulgaria est, ut creditur. Haan.

Areatas. Forte pro *Areotas*, Ἀρειώτας, Martios, bellicosos: vel potius Aroteres, ut sit illud Scytharum genus, quod Tomos olim Calatinque tenuisse paulo post dicetur. Hard.

Moriseni. In Notitia Eccles. Hierocleis, ut appellant, inter civitates episcopales Thraciae Μόριζος scribitur. Haan.

Sithoniique. Regio Σιθωνία Stephano. Sed longe haec disiuncta a Sithonia Herodoti, de qua superius diximus. Haec in qua versamur, montuosa, et Ponto proxima, ostiisque Danubii, in Bulgariae finibus. De hac cecinit Virgilius, Eclog. X, v. 66: *Nec, si frigoribus mediis Hebrumque bibamus, Sithoniasque nives hiemis subeamus aquosae.* Haan.

Orphei vatis. Quem Ciconum regem, Rhodopesque montis incolam fuisse ferunt, circa Hebrum amnem. Plinium Solinus hoc etiam loco et Capella describunt. Haad.

Ita finit. Hi Thraciae limites, inquit. Nunc enim, perstrictis antea cursim raptimque populis ac gentibus, singula deinceps oppida designare aggreditur. Haan.

Pontus ac Propontis. Pontus, *la Mer Noire*; Propontis, *la mer de Marmara.* Baot.

Apollonia. Inter amnes Neston et Strymona positam fuisse in ora, Mela prodit, lib. II, cap. 2. Haec Apollonia Ionum in Thracia videtur esse, quam Stephanus appellat, Ἀπολλωνίαν τῶν ἐπὶ Θρᾴκης Ἰώνων. Nunc *Polina*, auctore d'Anville. Haro. et Ed. P.

Oesmya. Οἰσύμη ἐν Θρᾴκῃ πόλις, Scylaci, p. 26, et Harpocrationi, ex Antiphonte. Νέαν πόλιν haud procul Philippis sitam agnoscit Dio, libro XLVII, pag. 348. Vtramque locat in Edonide, quam Macedoniae adscribit, Ptolemaeus, lib. III, c. 13. Notitia Ecclesiastica antiqua, in provincia primae Macedoniae, pag. 21, Νέα πόλις. Memoratur in Actis, cap. XVI, 11. Haad. — Neapolis quo loco est *la Cavale* stetisse opinatur d'Anville. Ed. P.

Datos. In MSS. omnibus et edit. Parmens. *Batos.* Dalec. *Pastos.* Nos *Datos* cum Hermolao: sed certioribus, quam ille habuerit, argumentis ducti. Nam, praeter Herodotum, qui, lib. IX, Δάτον ait esse oppidum Edonidis regionis, praeter Suidam et Harpocrationem, qui Δάτον Thraciae adiudicant: Scylax in Periplo, p. 26,

tus Philippi colonia: absunt a Dyrrachio cccxxv mill. pass. Scotusa, Topiris, Nesti amnis ostium. Mons Pangaeus, Heraclea, Olynthos. Abdera libera civitas, stagnum Bistonum et gens. Oppidum fuit Tirida,

hunc ipsum terrarum trsctum, atque haec ipsa oppida persecutus, eodem habet ordine: Νεάπολις, Δάτον πόλις ἑλληνίς, καὶ ποταμὸς Νεστὸς, Ἄβδηρα πόλις, etc. Placuerat nihilominus quibusdam *Pastos* hoc loco substituere: et quoniam apud Ptolemaeum, lib. III, c. 11, inter Thraciae praefecturas, Ἀστικὴ, h. e. *urbana* numeratur, ut coniecturae suae suffragatorem haberent, addita litterula corruperunt, et παστικὴ commenti sunt, otiose an malitiose? De Astice regione, hoc ipso capite Plinius. Hard.

Philippi colonia) *Philippos, quae est primae partis Macedoniae civitas, colonia*, dixit Lucas in Actis, c. xvi, 12. Hi sunt Philippenses, Pauli epistola nobilitati. Hic campi Philippici, ubi Cassius et Brutus devicti. Dio, lib. XLVII. Virg. Georg. I, 49 sqq. Hard. — Haud longe a *la Cavale* rudera eius. Ed. P.

Scotusa. Vet. apud Dalec. *civitas Scotusa*. Ed. P. — Ab ea diversam esse necesse est, de qua egimus sup. cap. Hard.

Topiris. Τοπιρὶς Ptolemaeo, l. III, c. 11. Aliis Τοπηρός: in nummis quos citat Holstenius, p. 114, ΤΟΠΗΡΟΥ, et ΤΟΠΕΙΡΟΥ. In Notitia Eccles. Prov. Rhodopes, pag. 21, Τὸ πυρός (divulsa perperam voce, pro Τοπυρός), νῦν Ρούσιον. Hard.

Pangaeus. Παγγαῖον ὄρος. Hard.

Heraclea Sintica appellata sup. cap. sub monte Pangaeo. Hard.

Olynthos. Dalecamp. *Olinthos*. Ed. P. — Ὄλυνθος Graecis ad Sithoniam regionem pertinens, de qua egimus sup. cap. Herod. Polymn. lib. VII. n. 123. Hard.

Abdera. Τὰ Ἄβδηρα, ad Nestum amnem, Herod. Polymn. lib. VII, pag. 422. Democriti patria. Incolae stupori mentis obnoxii, locum dedere paroemiae, *Abderitica mens*. Unde Martialis: *Abderitanae pectora plebis habes*. Libertatem Abderitis restitutam narrat Livius, lib. XLIII, c. 6. Hard.

Bistonum. Βιστονὶς λίμνη Ptolemaeo, lib. III, c. 11. Accolae Βίστονες Stephano, et Herod. Polymn. lib. VII, pag. 418, n. 110. Hard.

Fuit Tirida. Ita rescripsimus admonitu codicum Reg. 1, 2, Colb. 1, 2, Paris. et Chifflet. vetustiorumque editionum ante Hermolaum, qui *Tinda* rescripsit ex Stephano: is enim, Τίνδη, inquit, Θράκης Χαλκιδικὴ πόλις. Verum est haec Chalcidice Macedoniae regio, quae quidquid est terrarum, circa montem Aethon, Singon, Achantonque complectitur, teste Ptolemaeo, lib. III, cap. 13, quo in tractu Tinda a Stephano collocatur, hoc est, a Diomede, et equorum stabulis longissime, ut nihil cum iis potuerit habere commune. Et Hermolaum tamen Salmasius sequitur: nec veretur Solinum Capellamque erroris arguere, qui et ipsi a Plinio *Tirida* accepere. Mela, lib. II, c. 2, turrim ibi solum superesse prodidit. *Regio ulterior*, inquit, *Diomedem tulit, immanibus equis mandendos solitum obiectare advenas, et iisdem ab Hercule obiectum. Turris quam Diomedis vocant, signum fabulae remanet,*

Diomedis equorum stabulis dirum. Nunc sunt Dicaeae, Ismaron: locus Parthenion, Phalesina, Maronea prius Ortagurea dicta. Mons, Serrium, et Zone: tum locus Doriscus decem mill. hominum capax. Ita Xerxes ibi dinumeravit exercitum. Os Hebri. Portus Stentoris. Oppidum Aenos liberum cum Polydori

et urbs quam soror eius suo nomine nominavit, Abdera. Interiisse id oppidum hac loquendi forma innuit. Hard.

Dicaeae. Dalec. *Dieeae.* Ed. P. — Δίκαια πόλις Θράκης, Stephano. Δικαιόπολις dicitur ab Harpocratione prope Abdera. Hard.

Ismaron. Ισμαρος Thraciae oppidum in Ciconum regione, Scymno teste et Stephano. Ibi et mons oppido cognomine, de quo Virgilius, Georg. lib. II: *Iuvat Ismara Baccho Conserere.* Hard.

Parthenion. Stephanus: Παρθένιον, πόλις Θράκης. Hard.

Maronea. Μαρώνεια, Thraciae oppidum Harpocrationi, Mela, lib. II, cap. 30: *Tum Nestos fluvius, et ripis eius adiacens Maronea.* Hinc vinum Maroneum, de quo lib. XIV, c. 6. II. — Etiamnunc *Marogna.* Ed. P.

Ortagurea. Forte *Orthagorea*, ab Ορθαγόρας Bacchi comite, quem Aristophanes appellat in Εκκλησ. p 751. Hard.

Serrium. Σέρρειον ὄρος Appiano, Bell. Civil. lib. IV, pag. 648. Σέρρειον ἄκρη Herod. Polymn. lib. VII, pag. 406, et Stephano. Hic Ciconas idem Herodotus, Serrheum castellum Livius statuit, l. XXXI, pag. 372. II.

Zone. Ζώνη, Ciconum oppidum, Stephano. Mela, lib. II, c. 2: *Serrium, et quo canentem Orphea secuta narrantur nemora, Zone.* Hard.

Doriscus. Δορίσκος, Herodoto, loco citato, et Harpocrationi. Mela, loco citato: *Trans Hebrum Doriscos, ubi Xerxes copias suas, quia numero non poterat, spatio mensum ferunt.* Animadvertit Pellicerius in notis MSS. codices manu exaratos ita prae se ferre: *Doriscus X M. hominum*, quod ipse supposita denarii notae lineola, decies centena millia significare ait, quot Xerxes in suo exercitu habuisse traditur. At neque hanc lineolam superpositam MSS. exhibent: et si exhibierent, temere ab amanuensibus adiectam putarem. Nam decem millia tantummodo hominum ea campi planitie continebantur: sed singulas eo cogens advocansque myriadas, hoc est, hominum decem millia, totum ita recensuit exercitum. Ita Herod. Polymn. lib. VII, pag, 406, num. 59. Hard. — Vel. apud Dalec. *centum viginti mill. hominum.* Ed. P.

Os Hebri. Iuxta Aenum urbem, de qua mox. Sic Herod. Melpom. lib. IV, pag. 254, num. 90: Εβρος ἐς θάλασσαν τὴν παρ' Αἶνω πόλι. Hard.

Stentoris. Στέντορος. Quare apud Ovidium, Trist. lib. I, eleg. 9, perperam reponunt: *Saltus ab hac terra brevis est Stentora petenti:* pro *Tempyra.* Et Στεντορίδα λίμνην prope Aeoum habet Herod. Polymn. l. VII, n. 58. Hard.

Aenos. Αἶνος Straboni, lib. VII, pag. 319, et Sylaci, pag. 26. Mela, lib. II, cap. 2: *Eximia est Aenos, ab Aenea profugo condita. Circa Hebrum*

tumulo, Ciconum quondam regio. A Dorisco incurvatur ora ad Macron Tichos centum viginti duorum mill. pass. Circa quem locum fluvius Melas, a quo sinus appellatur. Oppida: Cypsella, Bisanthe, Maron Tichos dictum, qua a Propontide ad Melanem sinum inter duo maria porrectus murus procurrentem excludit Chersonesum.

Iamque Thracia altero latere a Pontico littore incipiens, ubi Ister amnis immergitur, vel pulcherrimas in ea parte urbes habet, Istropolin Milesiorum, 5

Cicones, etc. Prius idcirco Αἴνειαν dictam Conon ait apud Photium, in Bibl. cod. 186, pag. 453. Negant alii ab Aenea id oppidum potuisse condi. Aenum et Maronem liberas civitates appellat Livius, lib. XXXIX, c. 24. De Polydori tumulo, Solinus, cap. x, pag. 28, Etiamnunc *Ênos*. Haro. et Eo. P.

Ciconum. Κίκονας Graeci vocant. Herod. lib. VII, aliique. Hard.

Macron Tichos. Id est, longum murum. Brot.

Fluvius Melas, etc. Haec totidem verbis Pomponius, lib. II, cap. 2. Μέλας κόλπος, sic appellatus, teste Oppiano, Halieut. lib. IV, vers. 517, quia profundissimus. Μέλας nigrum sonat. Hodie sinui nomen est hodie ab Aeno oppido, *golfe d'Ênos*. Μέλανος ποταμοῦ καὶ κόλπου meminit Herod. Polymn. lib. VII, p. 405. Hard.

Cypsela. Κύψελλα, Ptolem. lib. III, cap. 11. Τὰ Κύψελα, Thucyd. l. V, p. 367. Stephano et Appiano in Mithridat. pag. 207. Cypsela Livio, lib. XXXI, p. 372. Mela, lib. II, cap. 2, pag. 29: *Tum Bisanthe Samiorum, et ingens aliquando Cypsela. Post locus quem Graii* Μακρὸν τεῖχος *appellant, et in radice magnae peninsulae sedens Lysimachia.* Hard.

Bisanthe. Βισάνθη Ptolemaeo lib. III, cap. 11, et Plutarcho in Alcibiad. pag. 211. H.

Melanem sinum. Nunc *le golfe de Saros.* Brot. — Chifflet. *Meleam sinum.* Eo. P.

Porrectus murus. Dalec. *porrectis muris*, spreta Chifflet. cod. auctoritate. Eo. P. — Porrectus per totam Isthmi longitudinem murus a reliqua Thracia separat ingentem peninsulam, quam Thraciae Cherronesum appellant, longissime procurrentem in mare. H.

Chersonesum. Dalec. *Cherronesum.* Eo. P.

Iamque. Rectius id, quam quod antea legebatur, *namque*. Nam quae reddatur illo *namque* ratio, nulla prorsus apparet. Nunc vero declarat se perlustrato latere Thraciae meridionalis, usque ad Cherronesum, ea praetermissa, ad alterum latus transilire, quod solis exortum spectat, et a littore Ponti Euxini, Danubiique ostiis incipit. H.

Vel pulcherrimas in ea parte. In Thracia universa. Vossius in Melam, pag. 125, *tres pulcherrimas* invitis MSS. reponit. H.

Istropolin Milesiorum. A Milesiis

Tomos, Calatinque, quae antea Acervetis vocabatur. Heracleam habuit, et Bizonen terrae hiatu raptam: nunc habet Dionysopolin, Crunos antea dictam. Alluit Ziras amnis. Totum eum tractum Scythae Aro-
6 teres cognominati tenuere. Eorum oppida: Aphrodisias, Libistos, Zigere, Borcobe, Eumenia, Partheno-

conditam. Ἴστρον πόλιν Μιλήσιοι κτίζουσιν. Auctor Peripli Ponti Euxini, pag. 11. H. — Hodie *Kara-Kerman* appellatur, auctore d'Anville. Ed. P.

Tomos. Tomi, Ovidii exsilio celebrati. Vnde Trist. lib. III, eleg. 9: *Inde Tomos dictus locus hic, quia fertur in illo Membra soror fratris consecuisse sui.* Et Trist. lib. IV, eleg. 10, v. 97: *Quum maris Euxini positos ad laeva Tomitas Quaerere me laesi principis ira iubet.* In Notitia Eccles. Provinciae Scythiae adscribitur. Nummus Caracallae in Museo nostro Parisiensi, ΜΗΤΡΩΠ. ΠΟΝΤΟΥ. ΤΟΜΕΩC. H. — Tomi, nunc *Tomeswar*; dicti quoque *Baba.* Βαοτ.

Calatinque. Κάλατις in ipso Ponti littore, ἐν τῇ παραλίᾳ τοῦ Πόντου, Stephanus Scylaci, pag. 26, et aliis Κάλλατις, geminato λ. Et in nummo Gordiani Pii, apud Patin. pag. 372, ΚΑΛΛΑΤΙΑΝΩΝ. Heracleotarum colonia dicitur Memnoni, in Bibl. Photii, cod. 224, pag. 721. H.

Acervetis. MSS. *quae antea Cerbatis.* Vossius in Melam, pag. 425. Cerastis, a loco sacro qui Mileti fuit, Κεραστίς appellatus, ut auctor Etymologici prodidit, quod ibi fixa arietum cornua ab Apolline fuissent. H.

Bizonen. Βιζώνη, cuius pars maximo terrae motu hausta, teste Strabone lib. VII, pag. 319. Pagus superfuit. Βιζώνη πολίχνιον apud auctorem Peripli Ponti Euxini, pag. 12. Mela lib. II, cap. 2, p. 9: *Fuit hic Bizone: motu terrae intercidit: est portus Crunos: urbes, Dionysopolis,* etc. H.

Crunos antea. Chiffl. *Crunon.* Ed. P. — Ob fontes in agro circumiacente scaturientes. Auctor Peripli, loc. cit. Διονυσόπολις πρῶτον ὠνομάζετο Κρουνοὶ, διὰ τὰς τῶν ἐγγὺς ὑδάτων ἐκρύσεις. Eadem et Stephanus habet. In Notitia Eccles. Provinciae Scythiae tribuitur. H. — Hodie vocatur *Baltchik*, ut vult d'Anville. Ed. P.

Aroteres. Ἀροτῆρες, hoc est, aratores. H.

Cognominati. Vet. ap. Dalecamp. *dicti.* Ed. P.

Aphrodisias. Scythiae quoque accensetur a Stephano in Ponti littore: Ἀφροδισιὰς Σκυθίας, παραλία, etc. Notitia Eccl. antiqua, in provincia Thraciae Europae, pag. 21, Ἀφροδισία. Caetera oppida, vel nomina potius Scythica caeteris neglecta scriptoribus, ipsaque etiam Εὐμένεια, quamquam Graeca appellatione gaudet. H.

Borcobe. Vet. ap. Dalec. *Rocobe.* Ed. P.

Parthenopolis. Inter devicta a Lucullo oppida in hac parte terrarum ab Eutropio memoratur lib. VI, p. 788: *Inde multas,* inquit, *super Pontum positas civitates aggressus est. Illic Apollonian evertit, Calatim, Parthenopolim, Tomos, Istrum, Bizyam omnem cepit.* H.

polis, Gerania, ubi Pygmaeorum gens fuisse proditur: Cattuzos Barbari vocant, creduntque a gruibus fugatos. In ora a Dionysopoli est Odessus Milesiorum. Flumen Panysus. Oppidum Tetranaulochus. Mons Haemus vasto iugo procumbens in Pontum, oppidum habuit in vertice Aristaeum. Nunc in ora Mesembria, Anchialum, ubi Messa fuerat. Astice regio 7

Gerania. Γεράνεια. Solinus cap. x, pag. 28: *Quondam urbem Geraniam, Cattuzam barbari vocant, unde a gruibus Pygmaeos ferunt pulsos. Manifestum sane in septemtrionalem plagam hieme grues frequentissime convolare.* Factum nomen inde oppido: sunt enim αἱ γέρανοι grues. H.

Cattuzos. Ita MSS. omnes, et quod est haud paulo certius, Stephanus ipse: Κάττουζα, inquit, πόλις Θρᾴκης ἐν ᾗ κατῴκουν οἱ Πυγμαῖοι οἱ οἰκήτορες Καττουζοί· ὅθεν δὲ τὰς γεράνους ὁρμᾷν, etc. Sic enim MSS. Graeci legunt. Prius in libris Plinii editis *Catizos* legebatur. H. — Dalec. *Proditur, quos Catizos.* Eo. P.

Odessus Milesiorum. A Milesiis conditum, Ὀδησσὸν κτίζουσι Μιλήσιοι, inquit auctor Peripli Ponti Euxini, pag. 12. Strabo quoque lib. VII, pag. 319. Inter Calatim et Apolloniam Antonini Severi nummus, apud Patin. pag. 304, ΟΔΗCCEΙΤΩΝ. H. — Hodie *Varna* esse videtur, ut quidem coniicit d'Anville. Eo. P.

Panysus. Πάνυσος. Antea *Pomisus*, perperam. Nos *Panysus* cum Ptolemaeo lib. III, cap. 10, prope Odessum etiam hunc ipsum locante. MSS. *Pannisis.* H. — Nunc *Dophné-Soui*, auctore d'Anville. Eo. P.

Tetranoulochus. Ναύλοχος idem a Strabone appellatur, loc. cit. Mesembrianorum oppidum, iuxta montem Haemum, ibi incumbentem mari. Τετρανάυλοχος ei, a quatergemina statione navium, nomen est. Locum hic *Terta* non habet, etsi habere oportere censuit Hermolaus: quum sit id oppidum Thraciae mediterraneum Ptolemaeo lib. III, cap. 11. Haro.

Aristoeum. Ab Aristaeo Apollinis fil. conditum, quum in montem Haemum ad Bacchum ibi degentem se contulit. Diodorus Siculus, Bibl. lib. IV, pag. 282. H.

Mesembria. Μεσημβρία Scylaci p. 27, caeterisque Geographis. Olim Menembria, quasi Menae oppidum, ut ait Strabo lib. VII, p. 319. Αγχίαλος deinde Ptolemaeo lib. III, c. 11, et Melae lib. II, c. 2. H. — Mesembria, nunc *Misevria* dicitur, Anchialum, *Akkiali*, ut quidem ait d'Anville. Eo. P.

Astice regio. Sic ap. Chiffl. Dalec. *Astice regio. Fuit oppidum, nunc est Apollonia.* Eo. P. — Quae Ptolemaeo loc. cit. Αστικὴ στρατηγία, Astica seu Vrbana Praefectura, quae ab Apollonia ad Perinthum usque pertinuit. Απολλωνία quoque post Mesembriam a Scylace nominatur, p. 27. Mela, loc. cit. *Mesembrio, Anchialos, et intimo in sinu (Ponti Euxini) atque ubi Pontus alterum sui flexum angulo finit magno, Apollonio.* Anthium vero Ανθεια Stephano dicitur: Apollonia Milesiorum, Rhodiorumque colonia. H. — Insequentibus temporibus Apol-

habuit oppidum Anthium: nunc est Apollonia. Flumina: Panissa, Rira, Tearus, Orosines. Oppida: Thynias, Halmydessos, Develton cum stagno, quod nunc Deultum vocatur, veteranorum: Phinopolis, iuxta quam Bosphorus. Ab Istri ostio ad os Ponti pass. DLV mill. alii fecere. Agrippa adiecit LX. Inde ad murum supra dictum centum quinquaginta: ab eo Cherronesus CXXVI mill.

8 Sed a Bosphoro, sinus Casthenes. Portus Senum:

lonia Sozopolis vocata fuisse videtur, unde nunc ei nomen *Sizeboli*, auctore d'Anville. Ed. P.

Panissa, *Rira*. MSS. Reg. 1, 2, Colb. 1, 2, etc. *Panyssas*, *Ryzas*. Panysum, credo, adhuc intelligit, de quo proxime antea dictum est. H.

Tearus. Τέαρος Herodoto, Melpom. lib. IV, n. 90, ubi de eo amne multa. Hard.

Thynias. Dalec. *Thynnins*. Ed. P. — Θυνιάς Graecis, in Astice praefectura, prope Apolloniam et Halmydesson. Scymnus Chius pag. 30, Θυνιάς· Τῆς Ἀστικῆς Θρᾴκης ὑπάρχουσ' ἐσχάτη, Μεθ' ἣν πόλις ἐστὶν σύνορος ἡ Ἀπολλονία. Et auctor Peripli Ponti Euxini pag. 14: Θυνιὰς εὐλίμενος ἄκρα τῆς Ἀστικῆς Θρᾴκης ὑπάρχουσα, ἀπὸ δὲ Θυνιάδος εἰς Ἁλμυδησσόν, etc. Describit huius orae oppida Ovid. Trist. lib. I, Eleg. 9, v. 35. H. — Nunc *Tiniada*. Ed. P.

Halmydessos. Dal. *Almedessos*. Ed. P. — Ἁλμυδησσός plerisque Graecorum: Herodoto lib. IV Melpom. 90, et Stephano, Σαλμυδησσός. Harn. — Nonnulla servat veteris nominis vestigia, utpote quae hodie *Midjeh* vocatur, auctore d'Anville. Ed. P.

Veteranorum. Subintellige, colonia. Ptolemaeo lib. III, cap. 13, in mediterraneis Thraciae civitatibus, Δεούελτος κολωνία. Antonini Severi nummus, apud Patin. pag. 301, et Mamaeae pag. 343, COL. FL. PAC. DEVLT. *Colonia Flavia Pacensis Deulton*, non *Pacifera*, ut Patinus interpretatur. Ad Panysum amnem. In Novella Leonis Δεόελτος. Harn. — Hodie *Zagora*. Ed. P.

Phinopolis. Φινόπολις, πόλις πρὸς τῷ Ποντῷ Stephano, et Ptolemaeo lib. III, cap. 11, in ipso ore Ponti. Hard.

Bosphorus. Leg. *Bosporus*, nunc *le canal de Constantinople*. Brot.

Adiecit. *LX*. Ita MSS. at editi, *XL*. Harn.

Ad murum. Μακρὸν τεῖχος. H.

CXXVI. Hoc est, a muro longo procurrit in mare Cherronesus, per CXXVI millia passuum, quae Cherronesi longitudo est. In MSS. Reg. 1, 2, Colb. 1, 2, Paris. *CXXV*. Hard.

Casthenes. Ita constanter libri omnes, *Casthenes*. Nos olim cum eruditis viris *Lasthenes* suspicabamur satius fore, ut esset pro Ἀτωσθένης, vel Ἀτωσθένιος. *Sosthenes* rescribere contra fidem codicum MSS. non audemus: tametsi meminit portus Sosthenii prope Byzantium Nicephorus CP. in historiae Breviario, ad annum

et alter, qui Mulierum cognominatur. Promontorium Chrysoceras, in quo oppidum Byzantium liberae conditionis, antea Lygos dictum. Abest a Dyrrachio septingentis undecim millibus passuum. Tantum patet longitudo terrarum inter Adriaticum mare et Propontidem. Amnes: Bathynias, Pydaras, sive Atyras. Oppida Selymbria, Perinthus latitudine cc passuum 9

717: Ο δὲ λοιπὸς ἅπας στόλος τῷ Θρακικῷ προσπλεύσας Βοσπόρῳ, τῷ λιμένι τῷ καλουμένῳ Σωσθενείῳ προσορμίζεται, καὶ αὐτοῦ διεχείμαζεν. *Caeterae naves ad Thracium Bosphorum advectae ad Sosthenium portum applicant, et ibidem hiemant.* Exstat et in Anthologia Graeca lib. IV, cap. 25, Leontini Scholastici epigramma in imaginem saltatricis in Sosthenio: Λεοντίου Σχολαστικοῦ εἰς εἰκόνα ὀρχηστρίδος ἱσταμένης ἐν τῷ Σοσθενίῳ. Εἰμὶ μὲν Ἑλλαδίη Βυζαντιάς, ἐνθάδε δ' ἔστην Ἠχὶ χοροστασίην εἶαρι δῆμος ἄγει, Ὀπόθι πορθμῷ γαῖα μερίζεται. ἀμφότεραι γὰρ Ἀντυγες ὀρχηθμοὺς ἤνεσαν ἡμετέρους. *Helladie dicor Byzantia: visor ibidem, Suevit ubi populus ducere vere choros: Terrarum facit aequor ubi divortia: quippe Laudabat numeros orbis uterque meos.* H. — *Sinus Castenes* lego: sinus ille est inter *le Panar* et *Galata*: Byzantium, nunc *Constantinople*. Bnot.

Portus Senum. Tolet. *Ceron.* Pint. *Serium.* Ed. P.

Chrysoceras. Χρυσοῦ κέρατος promontorium, hoc est, *aurei cornu*, de quo lib. IX, cap. 20. Plinium Solinus cap. x, p. 48; et Capella lib. VI, c. de Thracia, p. 212, de more transcribunt: et Missi Theodosii, quorum verba recitabimus in nota proxime sequenti. H.

Antea Lygos. Sunt qui *Longos* hic legant, ex MSS. quibusdam. Perperam. Vulgatam scripturam defendit Ausonius, Epigram. 1 de claris urbibus, pag. 69, ubi de Constantinopoli, et Carthagine: *Ite pares tandem memores, quod numine divum Augustas mutastis opes, et nomina: tu quam Byzantina Lygos, tu Punica Byrsa fuisti.* Hinc codicem Missorum Theodosii emendabis: *Promontorium Chrysone aeras* (*lege* Chrysoceras) *in quo oppidum Byzantium, liberae conditionis, antea Logos dictum:* (*scribe* Lygos). *Abest a Dyrrachio DCCXI M. passuum. Tantum patet longitudo terrarum inter Adriaticum mare et Propontidem.* Quae verbis totidem iam proxime Plinius. H.

Abest, etc. Ita Solinus, et Martianus loc. cit. H.

Bathynias. Vet. ap Dalec. *Bathynias, Pidaras, et Atyras sive Thydas.* Ed. P.— Βαθυνίας pariter et Αθύρας, inter Byzantium et Selymbriam, ap. Ptolem. lib. III, c. 11. Αθυρας quoque Stephano memoratur. Certus autem situs omnino ignoratur. Harn. et Ed. P.

Selymbria. Σηλυμβρία Stephano: a Selye sic appellata: Βρία enim, inquit, Thracibus oppidum sonat: ut Selymbria, vel Σηλυβρία (sic enim Ptolemaeus scribit, loc. cit.), sit quasi Selyos oppidum. De vi vocis Βρία, eadem tradidere Strabo lib.

continenti annexa. Intus Bizya, arx regum Thraciae, a Terei nefasto crimine invisa hirundinibus. Regio Caenica, colonia Flaviopolis, ubi antea Zela oppidum vocabatur. Et a Bizya quinquaginta millia pass. Apros colonia, quae a Philippis abest centum octoginta octo mill. pass. At in ora amnis Erginus: oppidum fuit Ganos: deseritur et Lysimachia iam in Cherroneso.

VII, p. 319, et Nicolaus Damascenus in Excerpt. pag. 494. H. — Nunc *Selivria*, ut ait d'Anville. En. P.

Perinthus. Eadem Heraclea Thraciae Perinthus cognominata. Sozomenus, lib. IV, cap. 7, Hypatianum Heracleae Perinthi Episcopum vocat. Procop. lib. IV, de aedif. Iustin. vicinam Byzantio Heracleam Perinthum, Ηράκλειαν Πέρινθον, olim Provinciae Europae metropolin ait fuisse: tunc vero locum post Constantinopolim proximum obtinere. Hodie *Grekli* H. et En. P.

CC passuum. MSS. omnes, *CC pedum.* H. — Bene MSS. et editio princeps, *CC pedum.* Male recentiores editiones, *CC passuum.* Brot.

Intus Bizya. In Astice regione sive praefectura, arx regum Astarum. Stephanus: Βιζύη πόλις Θρᾴκης, τὸ τῶν Αστῶν Βασίλειον. Haec a Plinio Solinus exscripsit, cap. x, pag. 28. H. — Hodie *Vyzia.* En. P.

A Terei. A MSS. Reg. 1, 2, Colb. 1, 2, vox *crimine* abest: unde scribendum fortassis: *a Terei incesto.* En. P. — Nota fabula, de qua consulendus Ovidius lib. VI Metam. v. 647; maxime vero Hyginus fab. 45, *Philomela.* Neque nullo habenda in pretio, quae de hac re tota habet Aldrovandus, Ornithol. lib. XVII, cap. 6, pag. 684, ubi hunc locum aversari hirundines putat, ob eam potius causam, quod Boreae magis violentiae pateat, cuius venti flatum perhorrescere id avium genus constat. Haro.

Regio Caenica. Vbi Caeni incolae appellati, vel Caenici, de quibus dictum est initio huius capitis. H.

Flaviopolis. Colonia quoque dicitur, loc. cit. Et in Thes. Goltzii pag. 279. Nummus Titi Imp. Col. Flaviopolis. *Hard.*

Vocatur. In vet. ap. Dalec. vox ea deletur. En. P.

Apros colonia. Ptolemaeo, inter urbes Thraciae mediterraneas, Απρος κολωνία. Et Stephano, Απρος, et in Notitia Eccl. pag. 21. H.

Erginus. Malebat Dalec. *Eginus.* En. P. — Meminit huius amnis Mela lib. II, cap. 2. H.

Fuit Ganos, etc. Vet. ap. Dalec. *Oppidum Ganos. Fuisse fertur et Lysimachia in Cherroneso.* En. P. — Hoc est, defecit iam Ganos: deficit vero et Lysimachia, quae in Cherroneso est: huius enim, ut nondum dirutae ac deletae meminit Plinio recentior Ptolemaeus lib. III, cap. 11, Λυσιμαχία. Γάνος vero (sic enim habent MSS. non *Gonos*): Scylaci memoratur inter Thraciae oppida, pag. 27. Γάνος iuxta Bisanten apud Xenoph.

Digitized by Google

Alius namque ibi Isthmos angustia simili est, eodem 10
nomine, et pari latitudine: illustrant duae urbes utrimque littora, quae haud dissimili modo tenuere: Pactye a Propontide, Cardia a Melane sinu: haec ex facie loci nomine accepto: utraeque comprehensae postea Lysimachia quinque mill. pass. a Longis muris. Cherronesos a Propontide habuit Tiristasin, Crithoten: Cissam flumini Aegos appositam: nunc habet a

lib. VII, de Exped. Cyri pag. 414. Hard.

Lysimachia. Nunc *Hexamila;* quod Isthmus ibi patet sex millibus passuum. Brot.

Alius namque. Hinc Cherronesi descriptionem auspicatur: alterum ait esse in Cherronesi angustiis Isthmon Corinthiaco similem et nomine, Isthmos enim appellatur: et latitudine pari, intervallo nempe quinque millium passuum, ut dictum est cap. 5. Transcribit haec Solinus iisdem fere verbis, c. x, p. 28. H.

Simili. Chiffl. *similis.* Ed. P.

Haud dissimili modo. Vt Corinthiacarum angustiarum termini sunt Lecheae hinc, illinc Cenchreae: sic Propontidi Pactye, Melani sinui Cardia insidet, Isthmique latera duo obsident. Hard.

Pactye. Dalec. *Pactiae.* Eo. P. — Πακτύη Pausaniae, Attic. lib. I, pag. 19, caeterisque Geographis. Καρδία quoque eidem, pag. 17. De utraque Strabo lib. VII, pag. 331. Haro.

Haec. Vetus apud Dalecampium *hae.* Eo. P.

Ex facie loci. Quod in cordis faciem sita sit, inquit Solinus, loc. cit. dicta Cardia est. Alias huius appellationis causas Stephanus affert, verbo Καρδία. Haro. — Huius urbis nummum vide apud Cl. Pellerin, *Médailles des peuples et villes*, tom. I, pag. 197. Brot.

Vtraeque. Quum eversa deletaque Cardia, pro ea Lysimachiam, de qua iam dictum est, condidit Lysimachus, ut Pausanias refert, Attic. lib. I, pag. 17. Pactyen similiter exhaustam vicinitate Lysimachiae, Plinius quoque nunc auctor est. Λυσιμαχία fuit in Cherroneso, a Longo Muro, quinque millibus passuum, quanta ipsius Isthmi longitudo est, dissita. H.

Tiristasin. Dalec. *Tyristasin.* Eo. P. — Τειρίστασις Scylaci, pag. 27.

Crithoten. Κριθωτὴ Scymno Chio, pag. 29; urbs Cherronesi Hellanico, apud Harpocrat. pag. 178; Scylaci loc. cit. Κρηθωτή. Haro.

Cissam. Vet. apud Dalec. *Cissiam.* Ed. P. — Crissam vel Cressam potius, iuxta aliud oppidum, cui Aegos fluminis nomen fuit, positam: quo de oppido egimus pluribus lib. II, cap. 59. Scylax, in Periplo pag. 27, haec oppida sic enumerat: ἐντὸς δὲ Αἰγὸς ποταμὸς, Κρῆσσα, Κριθώτη, Πακτύη. Quae omnia Plinius interiisse significat. Nummus est perrarus ex aere mediocri, in Cimelio P. Chamillart; cuius nummi pars antica Cereris caput exhibet, canistro frugibus pleno onustum: in altera superficie scri-

colonia Apro XXII mill. passuum, Resiston ex adverso coloniae Parianae. Et Hellespontus, septem (ut diximus) stadiis Europam ab Asia dividens, quatuor inter se contrarias urbes habet: in Europa Callipolin et Seston, et in Asia Lampsacum et Abydon. Dein promontorium Cherronesi Mastusia adversum Sigeo: cuius in fronte obliqua Cynossema, ita appellatur Hecubae tumulus, statio Achaeorum. Turris

ptum est, litteris aetatem Alexandri M. referentibus, ΑΙΓΟΠΟ. hoc est, Αἰγοποταμιτῶν: cum effigie caprae, quae graece est αἴξ, αἰγός, unde urbi nomen. HARD.

Aegos. Vetus apud Dalec. *Aego.* ED. P.

Nunc habet. Proponebat Dalec. *nunc abest.* EO. P.

XXII mill. Ita MSS. forte pro *XXV*. Nam ab Apro Resiston distare XXVI mill. pass. auctor est Antoninus, quem unum ex omnibus scriptoribus invenio huius oppidi fecisse mentionem, in itinere ab Apollonia per Macedoniam usque Constantinopolim. Nam quod Rhaedeston Ptolemaei existimat Pintianus locum hic habere oportere, errat sane graviter, quum Rhaedestos extra Cherronesum sit, ac pro ipsa Bisanthe habeatur: Resistos in meditullio regionis sit posita. HARD. — Dalec. cod. *XXXII mill.* EO. P.

Parianae. De qua lib. V, cap. 40. HARD.

Et Hellespontus. Solin. cap. x, p. 28. Hodie, *le détroit de Gallipoli.* H.

Ut diximus. Libro II, cap. 92. Stadia septem sunt passus DCCCLXXV. Consentit Strabo lib. II. HARD.

Quatuor inter se. Dalec. *quatuor illic inter se.* Sed in vet. et Chiff. deletur vox *illic.* ED. P.

Callipolin. Hodieque *Gallipoli*, freto nomen dedit. Σηστός Straboni, praecipua urbium dicitur, quae sunt in Cherroneso: Abydo opposita, quae in Asiae littore est: lib. XIII, pag. 591. HARD. — Sestos, *Zemenic*; Abydos, *Nagara*; Lampsacus, *Lamsaki*; promontorium Mastuzia, *capo Greco*; Sigeum, *le cap Jeni-Hisari.* BROT.

Mastusia. Μαστουσία ἄκρα, Ptolem. lib. III, cap. 12. Hic rursum Solinus cap. x, pag. 28, et Capella lib. VI, cap. de Thracia pag. 212, Plinium de more transcribunt. HARD.

Cynossema. Κυνὸς σῆμα. Mela lib. II, cap. 2: *Est Cynossema, tumulus Hecubae, sive ex figura canis, in quam conversa traditur, sive ex fortuna in quam deciderat, humili nomine accepto.* Pollux lib. V, cap. 5, non Hecubae, sed insignis cuiuspiam canis sepulcrum eo nomine indigitari ait. Vide Ovid. Metam. lib. XIII, v. 569. HARD. — Locum hunc d'Anville in sua Minoris Asiae tabula iusto australiorem fecit; ponendum est ubi ille Idaeum posuit, ut egregie demonstrat Poppo, in suis in Thucydidem commentariis, p. 331. ED. P.

et delubrum Protesilai. Et in extrema Cherronesi fronte, quae vocatur Aeolium, oppidum Elaeus. Dein petenti Melanem sinum, portus Caelos, et Panhormus, et supradicta Cardia. Tertius Europae sinus ad hunc modum clauditur. Montes extra praedictos Thraciae Edonus, Gigemoros, Meritus, Melamphyllos. Flumina in Hebrum cadentia, Bargus, Suemus. Macedoniae, Thraciae, Hellesponti longitudo est supra dicta. Quidam septingentorum viginti mill. faciunt. Latitudo CCLXXXIV mill. est.

Aegaeo mari nomen dedit scopulus inter Tenum et 13

Protesilai. Mela, loc. cit. *Sunt Protesilai ossa consecrata delubro.* H.

Aeolium. Stephanus, ex Theopompo, Αἰόλιον, τῆς Θρᾴκης Χερρονήσου πόλις, *Thracicae Cherronesi oppidum.* Haro.

Elaeus. Ἐλαιοῦς apud Ptolem. lib. III, cap. 12, et Harpocr. pag. 98; Straboni lib. VII, pag. 331, Ἐλεοῦς, et Scylaci, p. 27. Elaeunta in Cherroneso agnoscit etiam Livius lib. XXXI, cap. 16. H. — Oppidum Elaeus, nunc *le château neuf d'Europe aux Dardanelles.* Eo. P.

Coelos. Κοῖλος λιμνή Mela, lib. III, cap. 2: *Est et portus Coelos, Atheniensibus et Lacedaemoniis navali acie decernentibus, Laconicae classis signatus excidio.* Harn.

Panhormus. Portum haec vox sonat omnibus navibus excipiendis aptum: πάνορμος. Hard.

Extra praedictos. Hoc est; praeter Haemum, Rhodopen, Pangaeum. H.

Edonus. Pars Haemi, Edonis Thraciae populis vicina. Hard.

Melamphyllos. Sic ap. Chiffl. Dalec. *Melamphyllon.* En. P.

Suemus. Colb. 1, *Syrmus.* Colb. 2, *Sermus.* Hard.

Est. Vox ea in Dalec. Deletur. Eo. P.

Supra dicta. Hoc ipso capite, ubi Byzantium dixit abesse a Dyrrachio septigentis undecim millibus passuum. Missi Theodosii: *Macedonia, Thracia, Hellespontus et pars sinistrior Ponti. Haec finiuntur ab oriente, mari Pontico: ab occidente, desertis Dardaniae* (Candaviae, credo, voluere dicere, de quibus actum est l. III, cap. 26): *a septemtrione, flumine Istro. Patent in longitudinem, M. pass. DCCXX, in latitudinem CCCLXXXI, iuxta Plinium Secundum in eodem.* Haro.

CCLXXXIV. Ita MSS. omnes: editi, CCCLXXXIII. Missi Th. CCCLXXXI. Haro.

Inter Tenum et Chium. Ita restituimus admonitu codicum, quos proxime laudavimus, atque etiam ex re ipsa: Est enim Tenos insula Delo et Andro proxima: atque idcirco, ut statim subiungit Plinius, eernunt eum scopulum Aega, a dextra parte Andrum navigantes ab Achaia: unde longissime Tenedos abest, quam nobis libri vulgati hoc loco pro Teno obtrudunt. Nec Solinum, Martianum,

Chium verius quam insula, Aex nomine a specie caprae, quae ita Graecis appellatur, repente e medio mari exsiliens. Cernunt eum a dextra parte Andrum navigantes ab Achaia, dirum ac pestiferum. Aegaei pars Myrtoo datur: appellatur ab insula parva, quae cernitur Macedoniam a Geraesto petentibus, haud procul Euboeae Carysto. Romani omnia haec maria duobus nominibus appellant: Macedonicum, quacumque Macedoniam aut Thraciam attingit: Graeciense, qua Graeciam alluit. Nam Graeci et Ionium dividunt in Siculum, ac Creticum, ab insulis. Item Icarium, quod est inter Samum et Myconum. Caetera nomina sinus dedere, quos diximus. Et maria quidem gentesque in tertio Europae sinu ad hunc modum se habent.

XIX. (XII) Insulae autem ex adverso Thesprotiae, a Buthroto duodecim millia passuum: eadem ab Acro-

que moror, qui quum hunc locum exscriberent, ille cap. XI, pag. 29, iste lib. VI, pag. 212, Tenedum legisse videntur: nam in vitiosos codices utrumque incidisse, vel eorum certe alterum, qui alteri praeivit, res ipsa clamat, consensusque MSS. exemplarium, in quibus et *Tenum* et *Andrum* legitur: non ut isti exhibent *Tenedum* et *Antandrum*: a quibus errorem in Plinii contextum transfundere Salmasius conatur, in Solin. pag. 168. HARD.

Aex nomine. Αἴξ, quae vox capram sonat. Plinio adstipulatur Apollonii Scholiastes, ab lib. I Argon. v. 831. Τὸ Αἰγαῖον πέλαγος ἐκλήθη ἀπὸ νήσου Αἰγῶν καλουμένης. Aliter Festus: *Aegaeum mare appellatur, quod crebrae in eo sint insulae, ut procul aspicientibus species caprarum videantur: sive, quod in eo Aegea Amazonum regina pericrit: sive quod in eo Aegeus pater Thesei se praecipitaverit.* Suidas ab Aegeo Thesei patre appellationis causam petit. Vide Eustath. in Iliad. B, v. 41. HARD.

E medio. Sic ap. Chiffl. Dalec. *in medio.* Ed. P.

Myrtoo datur. Vet. *Myrtoum appellatur.* Item supra, cap. 5. DALEC. —Hoc est, Aegaei pars quaedam est Myrtoum mare. HARD.

Geraesto. Dalec. *Geresto* Ed. P.—Euboeae sunt haec oppida, de quibus cap. 21. HARD.

Carysto. Dalec. *Charisto.* Ed. P.

Quacumque. Sic ap. Chiffl. Dalec. *Quodcumque.* Ed. P.

Myconum. Vet. ap. Dalec. *Myconem.* Ed. P.

Quos diximus. Vt Corinthiacus, Saronicus, Laconicus, caeterique. HARD.

XIX. *Thesprotiae, a Buthroto.* Editio princeps *Thesprotiae, Corcyra a*

cerauniis quinquaginta mill. cum urbe eiusdem nominis Corcyra, liberae civitatis, et oppido Cassiope, temploque Cassii Iovis, passuum nonaginta septem millia in longitudinem patens: Homero dicta Scheria et Phaeacia, Callimacho etiam Drepane. Circa eam aliquot, sed ad Italiam vergens Thoronos: ad Leucadiam Paxoe duae, quinque M. discretae a Corcyra. Nec procul ab iis ante Corcyram Ericusa, Marathe, 2

Buthroto. Βοοτ. — Dalec. *Thesprotiae Corcyra, a Buthroto.* En. P.

Corcyra. Corfu, ab arce quae Κορυφώ apud Nicetam, lib. III, ἀπὸ τῆς κορυφῆς, est enim in loco perquam edito. Hard.

Liberae civitatis. Ita libri omnes: hoc est, cuius cives liberae conditionis sunt. Refert Strabo, lib. VII, pag. 329, venisse in paroemiam sane perridiculam Corcyraeorum libertatem: ὑπὸ Ρωμαίων ἐλευθερωθεῖσα, inquit, οὐκ ἐπηνέθη· ἀλλ' ἐπὶ λοιδορίᾳ παροιμίαν ἔλαβεν· Ἐλευθέρα Κόρκυρα, χέζ' ὅπου θέλεις. Hard.

Cassiope. Gellio, lib. IX, cap. 4, pag. 1051, *Cassopeia.* Hodie *Palaeo-Castro*, iuxta *Casopo.* A Iove Cassio nomen ille portus accepit, Κασσίου ὄπη, seu Cassi Iovis foramen. Meminit eius fani Sueton. in Nerone, cap. XXII. In nummis quos refert Andreas Marmora, lib. I Hist. Corcyr. ex una parte ΚΟΡΚΥΡΑΙΩΝ, ex aversa, ΖΕΥϹ ΚΑϹΙΟϹ. Nummi sunt ii ficti, vel adulterini. Harn. et Eo. P.

Homero. Odyss. E, v. 34: Σχερίην ἐρίβωλον ἵκοιτο Φαιήκων ἐς γαῖαν. Vbi Didymus Scholiastes: Σχερία ἐκαλεῖτο ἡ νῆσος τῶν Φαιάκων, τὸ δὲ μετὰ ταῦτα ἐκλήθη Κέρκυρα. τὰ δὲ ἀρχαιότατον ἐκαλεῖτο Δρεπάνη. Scheriam, et Drepanen, Stephanus quoque appellat. Cur Drepane sit vocata, variae causas affert Scholiastes Apollon. ad lib. IV Argon. v. 983, ex Aristotele et Timaeo petitas. Harn.

Thoronos. In MSS. 1, 2, etc. *Athoronos.* Alibi, *Othoronos.* Οθρωνος Stephano insula est, Siciliae Melitaeve ad Austrum obiacens. An fuerit haec illi cognominis, considerandum. Harn. — Nunc *Fano*, sive *Merlere.* En. P.

Paxoe duae. Dalec. *Paxae.* En. P. — Πάξοι Dioni: lib. L, pag. 546. Παξοὶ Polybio, lib. II, pag. 136. Hodie *Paxo*, et *Antipaxo.* Leucadia autem est *Leucada*, ut iam diximus cap. 2. Harn.

Ericusa, etc. Dalec. *Ericusa*, *Marate.* En. P. — Ερικοῦσα νῆσος nota etiam Ptolemaeo, lib. III, cap. 14. Μαράθη, Ελαφοῦσα, Μαλθάκη, Τραχεῖα, Πιτυωνία, vel Πυθιονία, Ταραχία, caeteris scriptoribus incognitae. Πιτυχία Stephano memoratur, prope Corcyram, παρὰ τῇ Κερκύρᾳ. Pro Μαράθη rectius forte Μαράθουσα a feniculis, ut ab erice *Ericusa.* Et pro *Tarachie* forsan Ταριχίαι vel Ταρίχειαι, a cetariis, et ab iis qui illic condirentur, piscibus. Hard. — Ea insulis istis multae fortasse tantum acopuli fuerunt nunc nomine nullo cogniti; quatuor tamen citari possunt, nempe *Sametraki*, omnium maxima, *Diaplo*, *Boaia* et *d'Vlisse.* Non autem, ut ait Noster, *non procul ab iis* (nempe

Elaphusa, Malthace, Trachie, Pythionia, Ptychia, Tarachie. Et a Phalacro Corcyrae promontorio scopulus, in quem mutatam Vlyssis navem a simili specie fabula est. Ante Leucimnam, Sybota. Inter Leucadiam autem et Achaiam permultae, quarum Teleboides, eaedemque Taphiae, ab incolis ante Leucadiam appellantur, Taphias, Oxiae, Prinoessa: et ante Aeto-

Paxis), sed tota Corcyrae longitudine ab iis discretae. Ed. P.

Pythionia. Dalec. *Pitionia.* Ed. P.

Tarachie. Chiffl. *Tarachia.* Ed. P.

Phalacro. Dalec. *Phalario.* Ed. P. — Ptolemaeus, lib. III, cap. 14, et ex Artemidoro Stephanus, Φάλακρον, ἀρκωτήριαν Κερκύρας. H. — Hodie *capo Drasti.* Ed. P.

Ante Leucimnam. Abest id membrum a codicibus MSS. In libris vulgaris, *ante Leucadiam* legitur, insigni errore. Nam ex Strabone, lib. VII, pag. 327, iuxta Buthrotum sunt Sybota, insulae perexiguae paululum ab Epiro distantes, pone orientale Corcyrae promontorium, quod Leucimna vocatur: εἰσὶ δὲ νησίδες τὰ Σύβοτα, τῆς μὲν Ηπείρου μικρὸν ἀπέχουσαι· κατὰ δὲ τὸ ἑῶον ἄκρον τῆς Κερκύρας τὸν Λευκίμνην κείμεναι. Meminit huius promontorii Thucydides, lib. III, pag. 225. Harp. — Promontorio nunc *Levkimo* nomen, insulis *S. Niccolo.* Ed. P.

Teleboides, caedemque. Quare totus ille numerus insularum, qui sequitur, Echinadibus etiam comprehensis, Teleboum ditio appellata, contributaque Acarnaniae est, quae in continente ex adverso obiacet. Stephanus: Τηλεβοῖς, μοῖρα τῆς Ακαρνανίας, ἣ πρότερον Ταφίων ἐκαλεῖτο. Scholiast. Apoll. ad lib. I Argon. v. 750: Τηλεβόαι, οἱ Τάφιοι. Tzetzes in Lycophr. v. 434. Τηλεβόαι καὶ Τάφιοι οἱ ἐν ταῖς Εχινάσι νήσοις. Teleboae appellati, inquit Eustath. in lib. I Odyss. quod boves furto sublatos procul abigerent: διότι ληϊζόμενοι τῆλε τὰς βόας ἀπῆγον. Harp. — *Eaedem quae Taphiae ab incolis appellantur. Ante Leucadiam Taphias (Taphiosis n.) Sifarna, Oxiae.* Plat. — Dalec. *Eaedem quae Taphiae: ab incolis, etc.* Ed. P.

Taphias, etc. Dalec. *Zaphiotis, Arnoxia.* Ed. P. — E Teleboidibus, Taphiisve insulis, hae tres ante Leucadiam iacent: caeterae ante Aetoliam, etsi Teleboidibus pariter accensendae, communiore vocabulo Echinades appellantur. Ταφιὰς a Cephalenia distat omnino stadiis xxx, auctore Stephano. Τάφος est Scholiastae Apoll. loc. cit. aliisque. Ταφιοῦς Straboni, lib. X, pag. 456. Sequuntur Οξεῖαι: et Πρινόεσσα. Οξειῶν, hoc est, acutarum, meminit Stephanus, verbo, Αρτέμιτα. Eaedem Θοαὶ appellatae ab Homero, Strabone teste, lib. X, pag. 458. Harp. — Eaedem videntur esse insulae istae, quae nunc *Magnisi*, *Kalamota* et *Kastus* in recentioribus et probatissimis mappis appellatae reperiuntur. Ed. P.

liam Echinades, Aegialia, Cotonis, Thyatira, Geoaris, Dionysia, Cyrnus, Chalcis, Pynara, Mystus.

Ante eas in alto Cephalenia, Zacynthus, utraque 3
libera: Ithaca, Dulichium, Same, Crocylea. A Paxo

Echinades. Desertae insulae, quarumque pleraeque annexae iam continenti, aggerente limum Acheloo amne, ut ait Strabo lib. XVIII, pag. 458, et Thucyd. lib. II. 470. Ἐχινάδες ἔρημοι νῆσοι, Scylaci, pag. 13. Hard.

Aegialia, Cotonis, Thyatira, Geoaris, Dionysia, Cyrnus, Chalcis, Pinara, Mystus. In R. 1, 2, Colb. 1, 2, etc. *Mystrus*: in aliis *Nystus*. Videntur mihi sana Echinades eae ab aliis Aegaei maris insulis nomina esse mutuatae, sed ea a librariis deformata sic restitui oportere: *Aegialia, Cothon, Ios, Thia, Thera, Gyaros, Dionysia, Cythnos, Chalcis, Pinaria, Nisyrus:* quae a Pomponio Mela recensentur lib. II, cap. 7, pag. 44, et nos de iis suo loco dicturi sumus. Pinaria eadem quae Πιτνοῦσα. H. — Quum ita deformata sint istarum omnium insularum nomina, suum cuique assignare, inter ea quae nunc sortita sunt, non tentabimus. Pleraeque, ut super. nota monet Hard. nunc continenti adhaerent; inter reliquas animadvertuntur illae quae nunc *Dragonera*, *Curzolari* et *Oxia* dicuntur. Ed. P.

Mystus. Vet. ap. Dalec. *Nystrus.* Ed. P.

Ante eas... diruta a Romanis. » Ante eas in alto Cephalenia, quae et ab oppido Same dicta: Zacynthus, utraque libera, Ithaca, Dulichium; Crocylea, Paxos, Coreyra quondam Melaena dicta. In Cephalenia Same diruta a Romanis. « Sic legendum. Dalec.

Cephalenia, Cefalogna: Zacynthus, *Zante.* Haro.

Vtraque libera. Dalec. *utraeque liberae.* En. P.

Ithaca. Vlysse alumno inclyta. Nunc *Thiachi*: nantis, *Cefalogna piccola.* Haan. — Ibi incolae vestigia quaedam domus Vlyssis adhuc monstrant. Baot.

Dulichium, Same. Sic Maro, lib. III Aeneidos: *Dulichiumque, Sameque, et Neritos ardua saxis.* Sic Pomponio Melae, lib. II, cap. 7, pag. 44. Dulichium, Cephalenia, Neritos, Same, diversae sunt insulae. Praeivit illis Homer. qui Σάμον insulam, Iliad. B, v. 144, et in Odyssea interdum, vocat: quam ipsam esse Cephaleniam a quibusdam existimatum Eustathius ibidem refert, pag. 407. Errare Hesychius videtur, qui Δουλίχιον, πόλιν Κεφαλληνίας vocet. H. — De Dulichio insula, quam submersam iuxta Cephaleniam testantur nautae, vide Dodwell, *Travels*, t. II, pag. 105 et 107, et Pouqueville, *Voyage de la Grèce*, lib. XII, cap. 2, t. IV, pag. 309. Eo. P.

Crocylea. In R. 1, 2, Colb. 1, 2, Paris. etc. *Crocylea Paxo Cephania*, etc. Libri vulgati, *Crocylea, Paxos, Cephalenia*, etc. At si ea lectio steterit, et Paxos alia a duabus superius iam appellatis diversa, caeteris ignota Geographis, importune nobis obtruditur: et quod gravius est, desideratur haud dubie locus, a quo illa undecim millibus Cephalenia absit. Proinde scripsi confidenter, *Crocylea*, vel *Crocyle*. Deinde novam pe-

Cephalenia quondam Melaena dicta, undecim millibus pass. abest, circuitu patet XLIV. Same diruta a Romanis, adhuc tamen oppida tria habet. Inter hanc et Achaiam, cum oppido magnifica et fertilitate praecipua, Zacynthus, aliquando appellata Hyrie, Cepha-

riodum auspicatus, *A Paxo Cephalenia*, etc. Paxi enim satis superque meminit in Paxorum duorum mentione Plinius. Τὰ Κροκύλεια plurium numero, apud Homer. Iliad. B, v. 139: Οἱ ρ' Ἰθάκην εἶχον, καὶ Νήριτον εἰνοσίφυλλον, Καὶ Κροκύλε' ἐνέμοντο, καὶ Αἰγίλιπα τραχεῖαν. Vt Ithacam, sic etiam Crocylea apud Homerum insulae nomen esse visum est Plinio: Stephano quoque, ex Thucydide, quem intellexisse non videtur: est enim Crocylion Thucydidi Aetoliae oppidum, non insula. Contra vero Straboni, lib. VII, pag. 376, Crocylia Homeri oppidum esse Acarnaniae continentis existimatum est. Heracleon vero apud Stephan. verbo Κροκύλειον, quadrifariam divisa Ithaca, tertiam eius partem *Crocylion* appellavit. Harn.

Quondam Maelena dicta. Melaena dicta, id est, nigra. Nigras insulas plerumque antiqui dixere, quae multis arboribus consitae, umbrosam speciem videntibus e mari referrent. Brot.

Patet XLIV. R. 1, *XLIII.* Straboni, lib. X, pag. 456. Cephaleniae ambitus est stadiorum prope CCC, hoc est, XXXVII M. O. pass. Harn. — Lego *CXIII.* Ita MS. 1. In Laet. *XCI.* In editione principe, *LXXXIV.* Pessime MSS. Reg. 1, 2, et recentiores editiones *XLIV*. Errat quoque Strabo, lib. X, pag. 456, quum ait ambitum Cephaleniae esse stadiorum prope CCC, id est, XXXVII M. O. pass. Maiorem numerum sum sequutus, qui veritati propior est. Incolae adseverant hanc insulam circuitu patere CLX mill. Cl. Galland, *Voyage MS. du Levant.* Attendendum semper brevius esse recentiorum Graecorum milliarium, quam fuit Romanorum. Brot.

Same diruta. Same, nunc *Samo*, a Romanis diruta anno V. C. 565. Ibi manent rudera maximae antiquitatis. Brot.

Oppida tria. Quum olim haberet quaterna: unde Τετράπολις Eustathio, pag. 307, et Straboni, pag. 455, appellata est. Horum quatuor oppidorum cives a Livio nominantur Nesiotae, Cranonii, Pallenses, Samei: lib. XXXVIII, c. 28, atque ita fere a Thucyd. lib. II, pag. 119. Direpta Same a Romanis, Fulvio Cos. Imperatore, Samaeos omnes sub corona venisse, idem est auctor, pag. 478. Contigit haec clades anno V. C. 565. Harn.

Cum oppido magnifica. Libentius agnoverim, *cum oppido magnifico*, vel *oppido magnifica.* Harn.

Appellata Hyrie. Ex hoc Plinii loco Pomponium Melam emendabis (id quod Vossius praetermisit), qui Hyriam, Cephaleniam, Neriton, Samen, Zacynthum, seorsim in Ionio mari nominavit, ceu forent Hyria Zacynthusque diversae inter se insulae. Harn.

leniae a meridiana parte XXV millibus abest. Mons 4
Elatus ibi nobilis. Ipsa circuitu colligit XXXVI millia.
Ab ea Ithaca XV millibus distat, in qua mons Neritus.
Tota vero circuitu patet XXV mill. pass. Ab ea Araxum Peloponnesi promontorium XII millibus pass.
Ante hanc in alto Asteris, Prote: ante Zacynthum
XXXV mill. pass. in Eurum ventum Strophades duae,
ab aliis Plotae dictae. Ante Cephaleniam Letoia.
Ante Pylum tres Sphagiae: et totidem ante Messenen
Oenussae.

XXV millia. Sic ap. Dalec. *XXII*, Eo. P. — Strabo, lib. X, pag. 458, stadiis LX tantum insulae ambitum circumscribit, quae sunt VII M. n. pass. sed manifesto errore. H.

Mons Elatus. Ab abietibus inditum monti nomen: cui monti nunc *Scopo* vocato monasterium insidet. Eo. P.

XXXVI millia. Leg. *XXXV*. Ita MSS. Reg. 1, 2, et editio princeps. Brot.

XV millibus. Sic in vet. ap. Dalecampium et Chiffl. Dalec. *XII millia* Eo. P.

Mons Neritus. Homerus, Iliad. B, v. 139, proxime a nobis citato: quem ad locum Eustathius, pag. 307. Νήριτον, inquit, ὄρος ἐστὶν ἐπιφανὲς ἐν Ἰθάκῃ. H. Nunc *Monte Stefano*. Eo. P.

Patet XXV. millia. Dissidet rursum a Strabone, qui Ithacae ambitum stadia colligere LXXX ait, hoc est, X mill. pass. H. — Maior est Ithaca. Videtur Plinius circuitum pro longitudine usurpasse. Brot.

Araxum. De quo cap. 6. H.

Ante hanc. Ante Itacham. Ἀστερίς Homero nota, Odyss. Δ, vers. 484. Stephano, Πρωτή, insule prope Sphagiam et Pylum. H. — Sed haec trium Strophadum, de quibus mox Noster, prima fuisse videtur; illa autem, de qua nunc, Ithacae vicinior fuit, eamque in praeclara sua Graeciae mappa indicat Lapie esse, quae nunc *Iotacko* sive *Atacos* dicitur; quam quidem nonnulli nominis quadam similitudine capti Ithacam esse non satis consulto voluerunt, quum tantum scopulus sit incolis omnino carens. Eo. P.

Strophades. Hodie *Strivali* et *Stamphane*: olim Στροφάδες, quasi eae circumagi aliquando, ac circumverti visae fuerint: et Πλωταί, ut Mela ait, lib. II, cap. 7, sive fluctuantes. Στροφάδες νῆσοι πρὸς τῇ Ζακύνθῳ, Steph. Antoninus in Itiner. Marit. et Strophadas eas, et Plotas vocat. Hard. et Eo. P.

Ante Cephaleniam Letoia. Ptolemaen, lib. III, c. 14, Λωτῶα νῆσος. Hard. — Ea est, auctore Lapie, quae nunc *Guardiania* vocatur.

Sphagiae. Quarum maxima Σφαγία, et Σφακτηρία dicta Pausaniae, Laconi. lib. III, pag. 167, et Straboni lib. VIII, pag. 359, προσκειμένη πλησίον τοῦ Πύλου. H. — Tres Sphagiae videntur esse nunc *Prodano* quondam Prote dicta (not. sup. 37), *Sphagia*, quondam Sphacteria, ante Pylum, nunc *Zonchio*, sive *vicus*

5 In Asinaeo sinu, tres Thyrides: in Laconico, Teganusa, Cothon, Cythera cum oppido, antea Porphyris appellata. Haec sita est a Maleae promontorio v millibus pass. ancipiti propter angustias ibi navium ambitu. In Argolico, Pityusa, Irine, Ephyre: contra Hermionium agrum Tiparenus, Aperopia, Colonis, Aristera: contra Troezenium Calauria, quingentos passus distans: Plateis, Belbina, Lasia, Baucidias.

Navarin dictum; tertia fortasse fuit quae nunc *Bechli* dicitur, in ipso Navarini portu, recenti Gallorum, Britannorum et Moscovitarum victoria illustrato. Ed. P.

Totidem . . . Oenussae. Vet. ap. Dalec. *Totidem in latere septemtrionali: dextra in Messenen Oenussa.* Eo. P.

Oenussae. Οἰνοῦσαι Pausaniae, Messen. lib. IV, pag. 282. A vini fertilitate vetus petita appellatio est. H. — Nunc *Sapience*, *Santa Maria* et *Cabrera* vocantur. Eo. P.

Thyrides. Θυρίδες Strab. l. VIII, pag. 360, in Asinaeo pariter sinu. De Asinaeo sinu diximus cap. 7. H. — Nunc *Venetico* et *Formigues*. Ed. P.

Teganusa. Θηγανοῦσα Pausaniae, loc. citato Nunc *Servi*. Κόθων haud procul Cytheris, Stephano: nunc sine nomine. Κύθηρα denique omnium maxima, ante Tenarum promontorium, Straboni lib. VIII, pag. 363, nunc *Cerigo*. Olim etiam Πορφυρίς Solino, cap. xi, pag. 29, et Πορφύρουσσα dicta Eustathio in Dionys. v. 500, pag. 71, a copia quae ibi est, praestantiaque purpurarum. Hard. In Cythera multa concharum genera lapidescentia vidit, anno 1680. Cl. Galland. Brot.

Haec sita est, etc. Solinus, cap. xi, pag. 29. Hard.

Pityusa. Hoc est, pinaria, πιτυοῦσα, a pinuum copia. Ἰρίνη deinde sit, an Εἰρήνη, quo nomine et ipsam Calauriam, quae haud procul hinc abest, invenio nominatam apud Plutarch. in quaest. Graec. pag. 295, obscurum est. Ἐφύρη Stephano inter insulas haud procul Melo memoratur. Hard. — Pityusa, nunc *ile du port Tolon* dicitur, Irine, *Kavouro*, *Platia* seu *Caronisi*, Ephyre, *Hypsili* sive *ile du Diable*. Eo. P.

Hermionium. Dalec. *Hermionum.* Ed. P.

Tiparenus, etc. Dalec. *Epiropia.* Chiffl. *Eperopia.* Eo. P. — De Tipareno et Colonide caeteri silent. Ἀπεροπία et Ἀριστερά Pausaniae memorantur, Corinth. lib. II, pag. 150. Hard. — Tiparenus nunc *Spetzia* est, Aperopia, ut videtur, *Hydron*; Colonis autem insula haec esse videtur ad occidentem superioris sita, et cuius nomen in mappa sua non referi Lapiae; Aristera, si eidem mappae fides habenda sit, nunc *Spetzia poulo* dicitur. Eo. P.

Calauria. Καλαύρεια Stephano. Mela lib. II, cap. 7: *Calauria inter ignobiles, alias leto Demosthenis nobilis.* Hard. — *Poros* hodie vocatur. Eo. P.

Quingentos passos distans. Ab agro Troezenio. H. — Vet. ap. Dalec. *quin-*

Contra Epidaurum Cecryphalos, Pityonesos VI millibus passuum a continente. Ab hac Aegina liberae 6
conditionis XVII millibus pass. cuius XX mill. pass. praeternavigatio est. Eadem autem a Piraeeo Atheniensium portu XX mill. pass. abest, ante Oenone vocitata. Spiraeo promontorio obiacent Eleusa, Dendros,

genta millia pass. distans a Plataeis. Dalec. *quingentos passus distans Plataeis.* Eo. P.—At Plataeae urbs Boeotiae est, longe ab hoc tractu semota, non modo pass. sed multis millibus: et in reginois meditullio posita, non in littore, unde insularum intervalla petuntur. A continente dispesci Calauriam exigun freto IV stad. Hoc est, II pass. auctor est Strabo, lib. VIII, p. 369. Haan.

Plateis, Belbina, etc. Chiffl. *Bellina.* Eo. P.—Ex his sola Belbina Scylaci nota, pag. 19. Κατὰ δὲ τὸ Σκύλλαιον ἀκρωτήριον τῆς Τροιζηνίας ἐστὶ νῆσος Βέλβινα, καὶ πόλις, contra Scyllaeum Troezenii agri promontorium. Straboni quoque, lib. VIII, pag. 365, et Stephano. Haao. — Hae suot, ut videtur, insulae istae quae nunc *Mani Iorench, Kophinidia* et *San Giorgio d'Arbora* vocantur, sed suum euique nomen assignare difficile videtur; ultimam tamen Belbinam esse opinantur Mannertus et Lapie. Eo. P.

Cecryphalos. Κεκρυφαλία Aristidi, apud Photium in Bibl. cod. 246, pag. 1221, prope Aeginam: hod. *Keratès.* Diodoro quoque Bibl. lib. XI, pag. 59, et Thucyd. lib. I, pag. 70. Haao.

Pityonesos. Dalec. *Sitionesos.* Eo. P. — Πιτυόνησος insula pinaria. In MSS. Reg. 1, 2, Colb. 1, 2, *Scinthionesos.* Haad. — Hodie *Ankistri.* Eo. P.

Aegina. Αἴγινα, hodieque *Egina,* sive *Enghia.* Ab ea sinui Saronico nomen. Pauli Medici Aeginetae patria. Hanc Agathemerus, Geogr. lib. I, cap. 5, porrectam ait esse stadiis CIX, hoc est, XX mill. pass. ut recte Plinius. Haan. et Eo. P.

XVII millibus. Lego *XVI millia,* ex MSS. Reg. 1, 2, et editione principe. Brot.

XX mill. Chiffl. *XIX mill.* Hanc lectionem secutus est Broterius, quae et in MSS. Reg. 1, 2, et io editione principe reperitur. Eo. P.

XX mill. Sic apud Chifflet. Dalecamp. *XII.* Broterius, ex cudd. proxime laudatis, *XXX mill.* Eo. P.

Ante Oenone. Οἰνώνη Steph. Scymno Chio, pag. 23; Eustathio in Dionysium, vers. 512, pag. 73; Tzetzae in Lycophr. vers. 495, p. 36; Apollodoro, lib. III de Diis, pag. 229, et ante eos Herodoto, Vrat. lib. VIII, pag. 477, n. 46. Haao. — Vet. apud Dalec. *Aenopia.* Eo. P.

Spiraeo. De quo cap. 9. Ex his insulis Ἐλεοῦσα Straboni memoratur, l. IX, p. 398. Ἀσπὶς Stephano. De caeteris auctores desidero. Haao. —E regione promontorii Spiraei, hodie, ut diximus, *Capo Franco,* reperiuotur insulae *Petro,* sive *Psili, Hevraeo, Plato, Pente-Nisia, Fractera, Lavaura,* seu *Peristeria;* quod autem euique assignaodum sit vetus nomen omnino incertum est, quamvis *Pente-Nisia* Craugias esse dicat Lapie, et *Lavoura* Eleusam. Eo. P.

Craugiae duae, Caeciae duae, Selachusa, Cenchreis, Aspis. Sunt et in Megarico sinu Methurides quatuor. Aegila autem xv mill. pass. a Cythera, eademque a Cretae Phalasarna oppido xxv mill. passuum.

XX. Ipsa Creta altero latere ad austrum, altero ad septemtrionem versa, inter ortum occasumque porrigitur, centum urbium clara fama. Dosiades eam a Crete nympha: Hesperidis filia, Anaximander: a rege

Dendros... Aspis. Rectius fortassis *Adendros*, litterula ex superiore vocabulo repetita: quoniam quemadmodum mox citata Aspis, teste Stephano, careret arboribus, Ἀσπίς, νῆσος ἄδενδρος οὖσα. In Reg. 1, *Adendros* legitur. Hard. — Sic dicta videtur, quod esset sine arboribus. Nunc *Pentenesia*. Bot.

Caeciae Chiff. *Acaeciae*. Ed. P.

Methurides. Vet. apud Dal. *Ethurides* Stephano *Methuriades*. Quarum, ut quidem videtur, maxima Μεθουρία Stephano appellata est, inter Aeginam et Atticam, iuxta Troezenem: νῆσος μεταξὺ Αἰγίνης καὶ Ἀττικῆς, πλησίον Τροιζῆνος. *Revitouza* vocantur hodie, auctore Lapie, Hard. et Ed. P.

Aegila. Ita MSS. omnes, Reg. 1, 2, Colb. 1, 2, Paris. etc. ubi perperam libri vulgati *Aeglia*. Neque ipse Stephanus forte mendo caret, qui hanc insulam Αἰγιάλειαν, pro Αἰγίλειαν vocet: nam de hac nostra eum agere, vel ipso situ, quod suspicatus est etiam Barbarus, satis admonemur, quum inter Cretam et Peloponnesum iacere dicat, quo situ est Aegila haec a Phalasarna Cretae distans xxv mill. pass. Αἰγιάλεια, inquit, νῆσος μεταξὺ Κρήτης καὶ Πελοποννήσου· ὁ οἰκήτωρ Αἰγίλιος. Quae vox postrema suadet Αἴγιλα prius, vel Αἰγίλια scribi oportuisse. Herodoto, Erato, l. VI, pag. 366, num. 97. Αἰγιλίη, vel Αἰγίλειαι, variant enim ibi codices. Hodie *Cerigotto*. Hard. — Chifflet. *Aegialum* Ed. P.

XX. *Creta*. Nunc *Candie*. Bot.

Centum urbium. Maro, Aeneid. lib. III, vers. 106: *Centum urbes habitant magnas*. Et Horatius, lib. III, ode 27: *Centum tetigit potentem Oppidis Creten*. Belli Troiani temporibus urbes nonaginta dumtaxat ibi fuisse prodit Vlysses, Odyss. XIX, 174. At aetate sua centum fuisse refert Homerus, Iliad. II, 649. Nunc vero quae sint alicuius nominis, vix quatuor omnino exstant: *Castro* metropolis, quae Italis *Candia* dicitur, *Canea*, *Retimo*, *Setia*; in septemtrionali ora omnes positae, namque bonis portubus caret australe litus. Hard.

Dosiades eam a Crete nympha, Hesperidis filia, Anaximander: a rege Curetum, Philistides Mullotes: Crates primum Aëriam dictam: deinde postea Curetin, etc. Perturbata haec interpunctione praepostera ita sanavimus. Nihil iuvat Solinus, cap. XI, pag. 29, qui miscere omnia videtur: nihil Martianus, lib. VI, c. de Thracia, pag. 212, qui auctorum nomina praetermisit: *Creta*, inquit, *cui nomen suum Hesperidis Nympharum pulchra concessit, aut Curetum rex*

Curetum, Philistides Mallotes: Crates primum Aeriam dictam: deinde postea Curetin, et Macaron nonnulli a temperie caeli appellatam existimavere. Latitudine 4
nusquam quinquaginta millia passuum excedens, et circa mediam sui partem maxime patens, longitudinem implet CCLXX millium passuum, circuitum DLXXXIX, flectensque se in Creticum pelagus ab ea dictum, qua longissima est ad orientem Sammonium promontorium adversum Rhodo: ad occidentem Criumetopon Cyrenas versus expellit. Oppida eius insignia, Phalasarne, Etea, Cisamum, Pergamum, Cydon, Minoum, Apteron, 3

Cretes, a quo Creta primo, mox Curetis appellata: deinde propter caeli temperiem Macaronnesos appellata. Cretam Hesperidos filiam pariter vocat Solinus: Apollodorus, lib. III de Diis, pag. 163, Αστερίου, nisi mendum sit pro Εσπέρου. Creten Curetum regem, Iovis et Idææ Nymphae filium Stephanus auctor est fuisse, meminit eius et Scymnus Chius, p. 23. Vnde in suspicionem venio nec posteriorem huius sententiae partem a vitio penitus immunem esse: nam ea vox *dictam* plane supervacanea est: nec illud *deinde postea* Plinianam elegantiam sapit. Quid si legas igitur: *Crates primum Aëriam, Idaeam deinde*, nempe ab Idaea Nympha, *postea Curetin*, etc. Adeo non haec nostra nobis coniectura displicet, ut si librorum nullus faveret, in testum inserere nulla religio foret. Harn. — Dalec. *Dosiades eam a Creta nympha Hesperidis filia; Anaximander a rege Curetum; Philistides Mallotes Crates primum Aëriam dictam, deinde postea*, etc. Ed. P.

Hesperidis. Volebat Dalec. *Hesperi.* Ed. P.

Aëriam. Ἀερία Stephano: Gellio quoque, lib. XIV, cap. 6, pag. 777. Hard.

Macaron. Hoc est, τῶν Μακάρων, subintelligo insulam. Solinus, et Martianus, Μακάρων νῆσον, *insulam beatorum*. Hard.

Appellatam existimavere. Vet. apud Dalec. *appellavere.* Ed. P.

Longitudinem Sic apud Chiffl. Dalec. *longitudine implet CCLXX millia passuum.* Ed. P.

CCLXX mill. Ex Apollodoro *CCLXXXVII, et octavus quatuor.* Dalec.

Circuitum. Dalec. *circuitu.* Ed. P.

DLXXXIX. Ex recentioribus *DXX.* Dalec. Vet. apud Dalecampium, *mille quingentos LXXXIX* Ed. P.

Sammonium. In Tabulis Nauticis *Capo Salamon.* In Act. Apostol. c. 27, Σαμώνιον ἄκρον. Harn.

Criumetopon. Κριοῦ μέτωπον ἄκρον, Ptolemaeo, loco citato, ceu *Frons Arietis.* Nunc *Capo Crio*: iuxta pagus est, *S. Zuan di Capo Crio.* Harn.

Phalasarne. Φαλάσαρνα Scylaci, p. 17, Ptolemaeo, et Stephano. H.

Etea. Hactenus *Elea* vel *Elaea* legebatur, quam in Creta nemo unus

Pantomatrium, Amphimalla, Rhithymna, Panhormum, Cytaeum, Apollonia, Matium, Heraclea, Miletos, Ampelos, Hierapytna, Lebena, Hirapolis: et in me-

scriptorum agnoscit. At Eteam plures: Stephanus: Ητέα... τῆς Κρήτης πόλις, ὅθεν ἦν Μύσων, εἷς τῶν ἑπτὰ σοφῶν. Diog. Laërt in Mysone, lib. I: Ητείαν γὰρ πόλιν εἶναι Κρήτης. H.

Cisamum. Dal. *Cysamum.* Ed. P. — Κίσαμος Ptolemaeo, loco citato. Apteri oppidi navale, Απτέρας ἐπίνειόν ἐστι Κίσαμος, inquit Strabo, l. X, pag. 479. In notitia Eccles. Hieroclis p. 25, sedes Episcopalis. Hodie *Chisamo.* Hard.

Pergamum. Pergameam Maro appellavit, Aeneid. lib. III, v. 133: *Et tandem antiquis Curetum allabimur oris. Ergo avidus muros optatae molior urbis, Pergameamque voco.* Scylaci quoque, Περγαμίας, in Κρήτη: Hard.

Cydon. Straboni, loco citato, Κυδωνία. Italis *Canea*: nobis, *la Canée.* Hard.— A quibusdam tota insula *la Canée* dicitur. Ex eo oppido venere Cydonia, *les cognassiers*, quae nunc ibi non sunt frequentissima. Bot.— Minoum Cydonis navale, Apteronique Cisanum fuisse ait d' Anville. Ed. P.

Minoum. Μινῶα, Ptolemaeo, loco citato. Nunc *Minolo.* Hard.

Apteron. Απτερα Stephano, πλησίον τῆς θαλάττης. Nomen, si fabulis fides, ex eo datum oppido, quod Sirenes ibi a Musis victae, τὰ πτερά, hoc est alos abiecerint. Stephanus, Suidas, et Etymologici auctor. Hard.

Pantomatrium. etc. Παντομάτριον Ptolemaeo et Stephano. Αμφίμαλλα et Αμφιμάλλιον Stephano: nunc *la Sudà*: hinc Αμφιμαλῆς κόλπος apud Ptolemaeum, lib. VII, c. 47. *Golfo de la Suda.* Ρίθυμνία Stephano: Ptolemaeo Ρίθυμνα, hodie *Retimo.* Πάνορμος Ptolemaeo, nunc etiam *Panormo*, in territorio, ut loquuntur, Setiae. Nam Κύταιον, ut Stephanus habet, vel Κυταῖον, ut Ptolemaeus, *Setia* nunc dicitur: circumiectus ager, *il territorio di Setia.* In Leonis Novella, sedes Episcopalis, Σίτεια, apud Lennclavium, p. 96. Hard.

Rhithymna. Dalecamp. *Rhythymna.* Ed. P.

Cytaeum. Dalec. *Cyteum.* Ed. P.

Apollonia. Stephanus iuxta Gnossum locat: Απολλωνία ἐν Κρήτῃ πρὸς τῇ Κνώσσῳ. Hard.

Matium. Matium paulo post a Plinio contra Diam insulam statuitur, quae *Standia* hodie appellatur, septemtrionali Cretae lateri opposita, quamobrem ex eo situ intelligimus Matium haud longe abfuisse a *Candie*, quod hodie totius insulae primarium est oppidum. Ed. P.

Heraclea. Ηράκλεια Κρήτης, Stephano: Gnossiorum navale Straboni, lib. X, pag. 476: ἔχει δὲ ἐπίνειον τὸ Ηράκλειον ἡ Γνωσσός. Hard.

Miletos. Μίλητος, quae Ionicae Mileto ortum dedit. Strabo, l. XIV, pag. 634, et lib. X, pag. 479, Μίλυτος pro Μίλητος. Homerus in Catalogo, Iliad. II, vers. 154: Αύκτον, Μίλητόν τε καὶ ἀργινόεντα Αύκαστον, Φαιστόν τε, Ρύτιόν τε. Nonnus, Dionys. lib. XIII, pag. 364: Μιλήτου στρατίῃσι συνήλυδες. Hard.

Ampelos. Αμπελος ἄκρα Ptolemaeo promontorium est, unde iam ad oppida australi latere posita, cursum Plinius orationemque flectit. Hard.

diterraneo, Gortyna, Phaestum, Gnossus, Polyrrhenium, Myrina, Lycastus, Rhamnus, Lyctus, Dium, Asum, Pyloros, Rhytion, Elatos, Pharae, Holopyxos,

Hierapytna. Ἱερὰ Πύτνα, πόλις Κρήτης Stephano. Τὰ Ἱεράπυδνα Dioni, lib. XXXVI, p. 8. Apud Gruterum, pag. 595, Ἱερὰ Πύτνα. Hodie *Giera Petra.* In Notitia Ecclesiast. sedes Episcopalis. Haad. — Pytna collis fuit montis Idae. Ibi Iovem a capra fuisse nutritum ferebant: unde nomen Hiera, id est, Sacra. Brot.

Lebena. Λεβήν Straboni, lib. X, pag. 478. Gortynae navale, a qua dissidet stadiis xc. Nunc *Lionda.* H.

Hierapolis, etc. Ἱερὰ πόλις Κρήτης Stephano. In Novella Leonis, sedes Episcopalis. Gortyna quoque, Γορτύνα μητρόπολις, hodie *Chetina.* Φαιστὸς πόλις Κρήτης Stephano agnita: Γνωσσὸς fere omnibus. Πολυῤῥήνιοι Cydoniatarum vicini dicuntur apud Strabonem, pag. 479, ab ovium, quas alunt, numero appellati, ut auctor est Stephanus. In nummo vetere apud Spanhem. pag. 902, ΠΟΛΥΡΡΗΝΙΩΝ. Haad.

Gortyna. Dalec. *Cortyna.* Ed. P.

Myrina .... Rhamnus. Ita libri omnes. At de Cretensi Myrina, altum tamen ubique silentium. Velleius, l. I: *Rex regum Agamemnon tempestate in Cretam insulam reiectus, tres ibi urbes statuit: duas a patriae nomine, unam a victoriae memoria: Mycenam, Tegeam, Pergamum.* Quo Velleii testimonio adductus, nullus fere dubito, quin *Mycenae* hoc loco pro *Myrina* legi multo satius sit. Rhamnus quoque ne temere huc nobis a coniectore aliquo obtrusa obiectaque sit, valde vereor: est enim Ῥαμνοῦς λιμὴν inter urbes littori adiacentes apud Ptolemaeum, lib. III, c. 17, cum portu haud ignobili; haec modo a Plinio mediterraneis oppidis accensetur. Quamobrem suspicor haud immerito *Rhaucus*, pro *Rhamnus*, scribi oportere: est enim Stephano, Ραῦκος, πόλις ἐν μεσογείῳ τῆς Κρήτης. Hasd.

Lycastus. Homero superius laudato, et Stephano, aliisque, Λύκαστος. H.

Lyctus, etc. Λύκτος Stephano: Scylaci, ἐν μεσογείᾳ Λύκτος, pag. 18. Dium in mediterraneis insulae urbibus qui statuerit, auctorem adhuc requiro. Haad.

Asum. Vet. apud Dalecamp. *Asium.* Ed. P. — Ασος Stephano, unde Iupiter Asius appellatus. Hard.

Pyloros, Rhytium, Elatos. Pyloros quidem libri omnes, etiam MSS. exhibent: sed vitiato, ut apparet, vocabulo: quum de Pyloro Cretae caeteris scriptoribus silentium sit. *Elyros* potius agnoverim: nam Stephano Ἔλυρος, πόλις Κρήτης, quae mendose ut arbitror, Scylaci Σάλυρος vocatur. Aut certe Ὤλερος, quae Κρητικὴ πόλις Stephano pariter appellatur. Aut denique *Alloros*, quod apud Gruterum, pag. 505, foedus recitatur inter Αλλαριώτας et Ηαρίους, Cretenses. Elatos vero (sic enim admonitu codicum Reg. 1, 2. Paris. et Chifflet. rescripsimus pro *Clatos*, quam vocem nihili prorsus vulgati libri exhibent): Elatos, inquam, haud dubie ea est, quae Stephano Ἐλαττία πόλις Κρήτης dicitur: exstat apud Reines. p. 501, marmorea inscriptio complexa foedus inter Olou-

Lasos, Eleuthernae, Therapnae, Marathusa, Cylissos: et aliorum circiter LX oppidorum memoria exstat. 4 Montes: Cadistus, Idaeus, Dictynnaeus, Corycus. Ipsa abest promontorio suo, quod vocatur Criumetopon, ut prodit Agrippa, a Cyrenarum promontorio Phycunte, CXXV millibus passuum. Item Cadisto. A Malea

tios, Latiosque, Cretenses populos, quos eosdem esse cum Elatiis arbitramur. Rhytium Ρύτιον Suidae est. Rhytium cum Rhithymna confundit Ferrarius in Lexico. Hard. — Pro *Pyloros* legitur in vet. apud Dalec. *Pluteros*. Ed. P.

Pharae, etc. Φαραὶ colonia Messeniorum est, Stephano teste. Holopyxos etiam Melae cognita, lib. II, c. 7. Hard.

Lasos. Vet. apud Dalecamp. *Alos*. Omnibus ignota. Ed. P.

Eleuthernae, etc. Ελευθέρνα Stephano: Scylaci Ελευθέρναι, in Κρήτη. Est in Thesauro Regio argenteus nummus aere mixtus, cum epigraphe, ΕΛΕΥΘΕΡ... Therapnes etiam meminit Solinus, Marathusae, Mela, lib. II, cap. 7, pag 44, Cylissi Solinus. Editio Dalecampii *Mytinos*, Parmensis *Gytisos*. Hermolaus, et eum consecuti Frobenius, Geleniua, aliique, *Cytinos*: sed Doriensis urbs ea est, apud Strabonem, lib. X, p. 476, non Cretica. MSS. Reg. 1, 2 et Chiffl. *Gylysos*. Colh. 1, 2, *Gytisos*. At Solinus ex Plinio Cylisson habet, cap. XI, p. 29, quem secuti sumus. H.

Et aliorum. Quorum nomina Meursius recitet in libro de Creta insula. Hard.

Montes. Dalec. *montes Cadiscus*. Ed. P. — Solinus, cap. XI, pag. 29: *Albet Creta iugis montium Dictynnaei et Cadisti: qui ita excandescunt, ut eminus navigantes magis putent nubila*. Albos montes Plinius vocat, l. XVI, c. 60, et lib. XXXI, cap. 26. Item Ptolemaeus, lib. III, c. 17, quod eorum iuga nivibus semper albent. Hard.

Dictynnaeus, etc. Dalec. *Dictaeus*. Ed. P. — Idem qui Dictaeus Callimacho, sed id Strabo negat, lib. XVIII, pag. 479. *Dictynnaeum* hoc loco habent MSS. Pliniani omnes, Solinus quoque et Martianus: nomen ex ea re habet, quod Dictynna inde se, ut aiunt, praecipitem egit. Ptolemaeo tamen loco cit. ἡ Δίκτη ὄρος et Κώρυκος ἄκρα, quae nautis hodie *Punta di Coraca*. Hard.

CXXV millia. Ita MSS. omnes, Reg. 1, 2, Colh. 1, 2, Paris. Chifflet. tum hoc loco, tum lib. V, cap. 5, ubi eadem repetuntur: sic etiam vetustae editiones ante Frobenium, qui prior centum millia passuum addidit. Atque ei sane adstipulari Strabonem intelleximus, qui, libro X, pag. 475, a Cyrenaica regione, ubi Phycus promontorium est, ad Criumetopon, ἀπὸ τῆς Κυρηναίας, ἐπὶ τὸ Κριοῦ μέτωπον, intervallum ait esse ex Eratosthenis sententia, stadiorum bis mille, quae passuum efficiunt CCL millia. Sed quamnam Plinius Agrippae sententiam esse dixerit, non qualem esse oportuerit, inquirimus. Hard. — Quum Agrippa in suis mensuris sit accuratus, recte emendavit Frobenius *CCXXV millia*. Tanta est enim locorum distantia. Male MSS. ed,

Peloponnesi LXXV. A Carpatho insula, promontorio Sammonio LX mill. in Favonium ventum. Haec inter eam et Rhodum interiacet.

Reliquae circa eam: ante Peloponnesum duae Coricae, totidem Mylae: et latere septemtrionali, dextra Cretam habenti contra Cydoniam Leuce, et duae Budroae. Contra Matium, Dia. Contra Itanum promontorium Onisia, Leuce: contra Hierapytnam, Chrysa, Gaudos. Eodem tractu Ophiussa, Butoa, Aradus: circumvectisque Criumetopon, tres Musagores appellatae.

princeps et recentiores *CXXV mill.* Promontorium Phycus, nunc *Ras-al-Sem*; a nautis vulgo dictum, *le cap Rasat*. Brot. — Dalec. quoque *CCXXV millia* scripsit, qui numerus restituendus videtur. Ed. P.

Item Cadisto. A Malea. Dalecamp. *item Cadisco a Malca.* Ed. P.

LXXV. Dalec. *LXXX.* Chifflet. *LXX.* Ed. P.

In Favonium. Occasum versus, inquit, a Carpatho Creta recedit, LX millibus passuum. Haro.

Corycae ... Mylae. De his caeteri scriptores silent. Scopuli verius, quam insulae. Haad.

Contra Cydoniam. Sive Cydonem, de qua paulo ante. Nam et Cydonia Latinis interdum, ut Solino: Graecis semper est appellata. Ipsa vero Leuce hodie est *Scoglio di S. Theodoro*, cum arce munitissima. Budroae (sic enim MSS. habent, non Budorae), nunc *Turluru*. Haro. — Dalec. *Budorae.* Aliis, *Buto.* Sic Stephanus Ed. P.

Dia. Ita Reg. 4, etc. non *Cia.* Dalecamp. *Cia.* Vet. *Dia.* Ed. P. — Et Ptolemaeo, lib. III, cap. 17, ac Straboni, lib. X, pag. 484. Δία νῆσος, nunc *Standia*, conflata appellatione pravo harum vocum sono, εἰς τὴν Δίαν. Haro.

Contra Itanum. Orientale Cretae promontorium illud est, ubi se insula in austrum flectere incipit: hodie *Capo Xacro* nautis. Ibi et oppidum Ιτανος fuit, cuius Ptolemaeus meminit, lib. III, cap. 17, et Notitia Eccl. Hieroclis: at non est *Paleocastro*, prope Candiam positum, ut visum est erudito viro: quum hae civitates in media fere orae illius parte sint, quae Borese obvertitur. Haad.

Onisia, Leuce. Sic apud Chifflet. Dalec. *Onisa.* Ed. P. — Prior *Cofanisi*: altera sine nomine est: eius tamen meminit Anton. in Itin. Marit. Haad.

Chrysa, Gaudos. Vtriusque Mela meminit, lib. II, cap. 7, cap. 44. Posterior Ptolemaeo dicta, ut arbitror, Κλαῦδος νῆσος, III, 17, adiacens Cretae, παράκειται τῇ Κρήτῃ: et in Not. Eccl. Hierocl. p. 25. Harum maior hodie *Gaidurognissa.*

Aradus. Αραδος circa Cretam insula Stephano. In MSS. et ed. Parm. *Aranus.* Libri vulgati perperam, auctore Frobenio, *Rhamnus.*

Musagores. Mela, II, 7: *Et quas*

Ante Sammonium promontorium, Phoce, Platiae, Sirnides, Naulochos, Armendon, Zephyre.

6 At in Hellade, etiamnum in Aegeo, Lichades, Scarphia, Caresa, Phocaria, compluresque aliae ex adverso Atticae sine oppidis, et ideo ignobiles. Sed contra Eleusina, clara Salamis: ante eam Psytalia: a Sunio vero Helene quinque mill. pass. distans. Dein Ceos ab ea totidem, quam nostri quidam dixere Ceam, Graeci et Hydrussam. Avulsa Euboeae, quingentis longa sta-

Musagoras, numero tres, uno tamen vocabulo appellant.

Phoce, etc. Dalec. *Phocae*, etc. Volebat Dalec. *Plachiae* pro *Platiae*; vet. apud Dalec. *Syrindes* pro *Sirnides*; *Naumuchos* pro *Naulochos*. En. P. — De Phoce Antoninus in Itiner. Marit. Πλατεία insula Libyae a Stephano adscribitur. Sirnides, vel ut MSS. *Syrnides* nusquam compertae nobis, al Σύρινθος Stephano urbs Cretae dicitur, forte pro insula Creticae ditionis. Naulochos ea est quae Naumachos a Mela, una cum Zephyre, appellatur, loco citato. *Armedon* (sic enim MSS.), vel *Armendon*, quae sit, penitus obscurum. Et scopulis omnes, quam insulis, propiores. H. — Armedon est una ex insulis, quae videntur ante Sammonium promontorium. Baot. — Revera exstat in sinu *Bombea* insula Libyae hoc nomine clara; ast, non eadem est de qua Plin. in eo momento agit. Nonne N. E. insulae Cretae sita? (Vid. *atlas d'Anacharsis, carte générale*, 2.° *édition*). Eo. P.

Lichades. De his Strabo, lib. IX, pag. 426: Ενταῦθα καὶ αἱ Λιχάδες καλούμεναι τρεῖς νῆσοι, etc. Harum complures idem Strabo refert, lib. I, pag. 60, terrae motu esse demersas. Σκάρφεια ex adverso in continente urbem habet cognominem, in Locorum ora, de qua cap. 12 diximus. Caresa in MSS. *Corasa*. *Phocaria* a phocis seu vitulis marinis accepisse nomen videtur. In MSS. *Phocasia*. Hard. — Dalec. *Maresa* pro *Caresa*. Eo. P.

Contra Eleusina. De qua egimus c. 11. Ipsam vero Σαλαμῖνα, hodie *Colouri*, in Saronico sinu: Psytalia, *Lypsocoutalia* incolae vocant. De hac Pausania, Attic. lib. 1, pag. 67: Νῆσος δὲ πρὸ Σαλαμῖνος ἐστι καλουμένη Ψυττάλεια, etc. Hard.

A Sunio. De Sunio, cap. 11. De Helene Mela, lib. II, cap. 4, pag. 43: *In Atthide Helene est, nota stupro Helenae: et Salamis excidio classis Persicae notior*. Helene, ut olim Μακρίς, Stephano teste dicebatur, quod est in longum porrecta, sic hodie *Macronisi*, hoc est, Μακρὰ νῆσος, vocatur. Hard.

Ceos ab ea. Ab Helene totidem, hoc est, quinque pass. mill. distans Κέως Straboni, lib. X, pag. 486, aliisque. Κία νῆσος Ptolemaeo, lib. V, c. 15. Hydrussae cognomen a copia aquarum petitum, Heraclides, cap. de politia Coorum, insulae Coo attribuit, non Ceae: sed Ceon et Coon ab ipso confundi, sequentia eius verba declarant. Nunc *Cia*, vel *Zea*. H.

Hydrussam... quingentis. Vet. ap.

diis fuit quondam: mox quatuor fere partibus, quae ad Boeotiam vergebant, eodem mari devoratis, oppida habet reliqua, Iulida, Carthaeam: intercidere Coressus, Pœeessa. Ex hac profectam delicatiorem feminis vestem, auctor est Varro.

XXI. Euboea et ipsa avulsa Boeotiae, tam modico interfluente Euripo, ut ponte iungatur: a meridie promontoriis duobus, Geraesto ad Atticam vergente ad Hellespontum Caphareo insignis: a septemtrione, Cenaeo: nusquam latitudinem ultra XL millia passuum extendit, nusquam intra duo millia contrahit: sed in longitudinem universae Boeotiae, ab Attica Thessaliam usque, praetenta in CL mill. pass. circuitu vero

Dalec. *Hydrussam avulsam Euboeae. Quingentis*, etc. Hard.

Quingentis. LXII D. M. pass.

Iulida, etc. Ιουλίς, Καρθαία, Ποιήεσσα, Κορησσία, Straboni, lib. X, pag. 486. Κορησσός Ptolemaeo, lib. III, cap. 15. De Carthaea Ovidius Metam. lib. VII, vers. 369: *Transit et antiquae Carthaeia Moenia Ceae.* Hard.

Coressus, Paeeessa. Strab. *Corissia, Proeessa.* Dalec.

Ex hac profectam. Haec iisdem verbis Solinus, cap. VII, pag. 23. Vide quae dicturi sumus l. XI. Ed. P.

Delicatiorem. Vet. ap. Dalec. *delectationis.* Ed. P.

XXI. *Euboea.* Nostris *Negrepont*: *Egrippos* olim, voce ab *Euripos*, ut arbitror, deflexa. Hunc porro Plinii locum de more transcribunt Solinus, cap. XI, pag. 30, et Martianus cap. de Thraeia, lib. VI, pag. 243. Vide Pomponium lib. II, cap. 7, pag. 43. Hard.

Vt ponte iungatur. Qui pons hodieque exstat, longitudine CCL pass. Hard.

A meridie. Dalecamp. *ad meridiem.* Ed. P.

Geraesto, etc. Γεραιστόν, Καφαρεύς, Κήναιον, promontoria Euboeae terna, Straboni, lib. X, pag. 444, et Ptolemaeo, lib. III, cap. 15. Hard.

Cenaeo. Dalec. *Caeneo.* Ed. P.

Intra duo millia. Sic Martian. lib. VI, p. 243. Sic MSS. Reg. 4, 2, Colb. 4, 2, et Paria. sic denique Mela qui Martiano praeivit. Vulgati libri perperam hactenus, *intra XX millia.* Hard. — *Nusquam latitudinem ultra XX mill. pass. extendit, nusquam intra II mill. contrahit.* Vet. adstipulantibus Strabone et Pomponio. Man. legit *nusquam infra*, etc. non *intra.* Dalec.

Sed in longitudinem universae Boeotiae. Malebat Dalec. *sed in longitudinem universa Boeotia.* Ed. P.

Praetenta in CL. In longitudinem CL mill. pass. toti Boeotiae apposita. Hard. — Ex receptioribus CX. Dalec.

2 trecenta sexaginta quinque. Abest ab Hellesponto parte Capharei, ccxxv mill. passuum, urbibus clara quondam, Pyrrha, Porthmo, Neso, Cerintho, Oreo, Dio, Aedepso, Ocha, Oechalia: nunc Chalcide, cuius ex adverso in continenti Aulis est: Geraesto, Eretria, Carysto, Oritano, Artemisio, fonte Arethusa, flumine Lelanto, aquisque calidis, quae Ellopiae vocantur, nobilis: notior tamen marmore Carystio. Antea voci-
3 tata est Chalcodotis, aut Macris, ut Dionysius et Epho-

Pyrrha, etc. Pyrrhae meminit Mela, loc. cit. Πορθμοῦ Suidas. De Neso (sic enim ex MSS. Reg. 1, 2, Colb. 1, 2, Paris. pro *Meso* rescripsimus), idem Mela: hodieque *Neso* vocatur, in parte insulae boreali. Κήρινθος, Homero cognita Iliad. II, in Catal. vers. 48, et Ptolemaeo, lib. III, cap. 15: Ὠρεός, πόλις Εὐβοίας, Stephano. Hinc Oritae populi, quod Dalec. in Athen. lib. I, pag. 14, ad Indos Oritas perperam refert. Αἶον Homero rursum loc. cit. et Straboni lib. X, p. 446. Αἴδηψος eidem Straboni, pag. 445, cum thermis Herculeis, aquisve calidis. Οχη Eustathio in Iliad. pag. 279, et montis nomen, et vetusta Euboeae totius appellatio fuit, ab oppido, ut apparet, cognomine. Οἰχαλία denique et apud Stephanum Euboeae oppidum est. Hard. — Vet. ap. Dalec. *Neside*, *Coritho*, pro *Neso*, *Cerintho*. Ed. P.

Nunc Chalcide. Χαλκὶς Eostathio loc. cit. aliisque. Hodie ab Euripo affloente *Négrepont*, quasi ἐν Εὐρίπῳ, transvocem sequior usus in *Egripo* quam formavit. De Aulide diximus c. 42. Haro.

Geraesto, etc. Dalec. *Geresto*, ut supra. Ed. P. — Γεραιστός κώμη, contra Sunium, Atticae promontorium, ut auctor est Strabo, lib. X, pag. 446. Hodie *Iastura*. Ερετρία Straboni quoque loco citato, nunc *Trocco*. Κάρυστος Stephano, de quo oppido ille multa: nunc *Castel Rosso*. *Opulentissimae Carystos et Chaleis*, inquit Mela, lib. II, cap. 7, pag. 43. De Oritano nihil compertum. De Artemisio Ptolemaeus, lib. II, cap. 15, Αρτέμιδος ἱερόν. Stephano, Αρτεμίσιον. Haro.

Oritano. Vet. ap. Dalec. *Orostano*. Ed. P.

Fonte Arethusa. De quo Strabo consulendus, lib. I, pag. 58. Haro.

Lelanto. Fluvium igniti luti terrae hiatu erupisse in Lelanto campo idem Strabo narrat loc. cit. Et prope Oreum Κάλλαντα ποταμόν idem collocat, lib. X, pag. 445, quem pro Plinii Lelanto accipi si quis velit, non admodum reluctabor. Haro.

Quae Ellopiae. Dalec. cod. *Hellopiae*. Ed. P. — Ab Ellopia Euboeae regione, de qua Strabo, pag. 446. Haro.

Chalcodotis. Quod aes prima dederit, aere ibi, ut mox subiicitur, primum reperto. Ita scribi porro id vocabulum, tum MSS. moneot, Reg. 1, 2, Colb. 1, 2, etc. tum Graeci sermonis proprietas exigit: non ut ha-

rus tradunt: ut Aristides, Macra: ut Callidemus, Chalcis, aere ibi primum reperto: ut Menaechmus, Abantias: ut poëtae vulgo, Asopis.

XXII. Extra eam in Myrtoo multae, sed maxime illustres Glauconnesos, et Aegilia. Et a promontorio Geraesto, circa Delum in orbem sitae (unde et nomen traxere) Cyclades. Prima earum Andrus cum oppido, abest a Geraesto x mill. pass. a Ceo XXXIX mill. Ipsam Myrsilus Cauron, deinde Antandron cognominatam tradit: Callimachus Lasiam, alii Nonagriam, Hydrussam, Epagrin. Patet circuitu XCVI mill. pass. Ab eadem Andro passus mille, et a Delo quindecim mill. Tenos, cum oppido in XV mill. pass. porrecta,

etenus editum, *Chalcodontis*. Sic Μακρὶς a longitudine, Stephano dicta est, vel Μακρά. Ab Abantibus qui eam diu tenuere, Ἀβαντιάς· Ἀβαντὶς Pausaniae, Eliac. prior. lib. V, pag. 332. Vnde ἱερὸν οὖδας Ἀβάντων a Nonno appellatur, Dionys. lib. XIII, pag. 361. Nomen utrumque hymno in Delum, Callimachus v. 20, complexus. Μακρὶς Ἀβαντιὰς Ἑλλοπιήων; et Dionys. Perieg. v. 520. Ab Asopide deinde, hoc est, a Danae, vel Aegina Asopi filia postremum ei nomen est inditum: Scymnus Chius, pag. 23, de variis Euboeae appellationibus: Διὰ τὴν φύσιν, τὸ πρότερον, ὡς φησὶν, Μακρὶς, Επειτεν ἀπὸ τῆς λεγομένης Ασώπιδος, Χρόνῳ λαβοῦσα τοὔνομα, Εὔβοια πάλιν. Hard.

XXII. *In Myrtoo.* Deceptus est Pintianus ancipiti ac gemina Myrtoi maris appellatione. Aliud enim est Myrtoum pelagus Plinio, Straboni, Pausaniae, Melae: aliud Ptolemaeo. Huic circa Cariam est: illis a Creta ad Atticam. Vide Strab. lib. II, pag. 124. Hard.

Glauconnesos, etc. Chifflet. *Aeglia*, pro *Aegilia*. Ed. P. — Γλαύκου νῆσος Pausaniae, Eliac. poster. lib. VI. Aegiliam Plinii cum Begiali Ptolemaei, eodem errore Pintianus, aliique, eamdem esse existimarunt: quo is putavit idem esse Ptolemaeo, Plinioque, Myrtoum mare. Illa *Pondico* hodie: ista *Spitilus*: reliquae *Micronisia*, hoc est, parvae insulae, communi vocabulo nuncupantur. H.

Vnde et nomen. Orbem enim κύκλον, inquit Solinus, cap. XI, pag. 30, *Graii loquuntur*. Expressit id Graeco carmine Dionys. Perieg. Δῆλον ἐκυκλώσαντο, καὶ τοὔνομα Κυκλάδες εἰσίν. Hard.

Andrus. Andro. Harn.

Myrsilus. Dalec. *Myrsilius.* Ed. P.

XCVI mill. Ex recentioribus *XC.* Dalec. — In editione Dalec. *XCIII mill.* Ed. P.

Quindecim mill. Ex recentioribus *X mill.* Dalec.

Tenos. Τῆνος. Nunc *Teno.* Hard.

In XV. Sic apud Chiffl. Dalec. *XV*, deleta voce *in*. Ed. P.

quam, propter aquarum abundantiam, Aristoteles Hydrussam appellatam ait, aliqui Ophiussam. Caeterae: Myconos cum monte Dimasto: a Delo quindecim mill. passuum. Siphnus, ante Meropia, et Acis appellata, circuitu viginti octo mill. passuum. Seriphus

Aristoteles. Et ex Aristotele, vel quisquis is est auctor lib. de Mirab. Auscult. Stephanus verbo Τῆνος ἐκλήθη δὲ Ὑδροῦσσα, quod nempe irrigetur aquis, καὶ Ὀφιοῦσσα, quod anguibus scateat. Aristoph. Schol. in Plut. ἔχιδνα ἐν τῇ Τήνῳ μιᾷ τῶν Κυκλάδων νήσῳ ὄφεις καὶ σκορπίοι δεινοὶ ἐγίνοντο. Ac forte etiam inde Hydrussa ab hydris, non ab aquis est vocitata. Quin et vox ipsa Τηνία Hesychio ἔχιδνα est, hoc est, vipera: ut eodem spectare nomina haec omnia videantur. Hard.

Myconos. Vet. ap. Dalec. *Mycone.* Ed. P. — Μύκονος μία τῶν Κυκλάδων Stephano. Mons ibi Δίμαστος appellatus, quod duarum instar mammarum gemino vertice eminet. In Itinerario Georgii Wheleri, pag. 191, dicitur Myconos a Delo non abesse amplius tribus passuum millibus. H.

Quindecim mill. Ita libri omnes scripti et editi. At Cl. Tournefort, *Voyage du Levant*, tom. I, p. 342, Plinium arguit, quod *XV mill.* scripserit, quum a portu Myconi insulae, nunc *Myconi*, ad parvum portum Deli, quo vulgo appellitur, sint tantum *VI* millia passuum. B. — Vet. ap. Dalec. *XVII mill.* aliis *X.* Ed. P.

Siphnus, etc. Dalec. *Syphnus.* Ed. P. — Σίφνος Stephano, et eadem Μερόπη prius, ut auctor est etiam Nicol. Damasc. in Excerptis, p. 494, appellata. Hodie *Sifanto.* Hic libri vulgati Scyron Siphno praefigunt, et alieno prorsus obtrudunt loco: nam et abest ea vox *Scyros* a MSS. omnibus Reg. 1, 2, Colb. 1, 2, et Paris. etc. nec vero in Cycladum albo censeri es potest, tam prope a Delo: quum ne inter Sporadas quidem, nedum inter Cycladas, reponi posse, quidam merito censuerint: contra Euboeam enim iacet, κατ' Εὔβοιαν, ut ait Dicaearchus, in descript. Graeciae, p. 181. Nam quod Scylax pag. 21, inter Cycladas Σκύρον recenset, error librariorum est, pro Σύρον: quum idem rursum cap. seq. Σκύρον appellet: in Aegaeo mari. Et Eustathius certe Cycladas recensens, in Dionys. v. 526, p. 76, Σύρον nominat: Σκύρον non habet. Strabo quoque, lib. X, p. 485, caeterique Geographi. Hard.

Ante. Chiffl. *antea.* Ed. P.

Viginti octo mill. Cl. Tournefort loc. cit. pag. 205, ait numerari XL mill. Gratissima est insula Siphnus, nunc *Siphanto.* In ea vidit Cl. Tournefort senes qui erant nati annos 120. Bant.

Seriphus. Σίριφος Strabo, lib. X, pag. 487. Deserta insula, quo sontes Romani relegabant. Tacitus, Annal. lib. IV, de Cassio Severo: *In Seriphio saxo consenuit.* Iuvenal. Satyra 6, v. 562: *Et parva tandem carnisse Seriphn.* Hard. — Pro *duodecim* leg. XV. Ita MS. Reg. 1, et editio princeps. Sed exilior adhuc est numerus XV. Cl. Tournefort, ibid. pag. 244, ait eam patere circuitu amplius XXXVI

duodecim, Prepesinthus, Cythnos. Ipsaque longe clarissima, et Cycladum media, ac templo Apollinis et mercatu celebrata, Delos: quae diu fluctuata, ut proditur, sola motum terrae non sensit. Ad M. Varronis 3
aetatem, Mucianus prodidit, quoniam repente apparuerit enata. Aeglosthenes Cynthiam, alii Ortygiam, Asteriam, Lagiam, Chlamydiam, Cynaethum, Pyrpi-

mill. passuum. *Seriphus*, nunc *Serpho*. Brot.

Prepesinthus, etc. Πρεπήσινθος, et Κύθνος, Straboni lib. X, pag. 485. Haec hodie *Fermina* dici existimatur. Haan.

Et Cycladum. Sic ap. Chiffl. Dalecamp. *Cycladum*, neglecta vocula *et*, omittitur iterum *ac* ante vocem *templo*. Ed. P.

Delos. Δῆλος. Nobis, *les Sdilles*, a corrupta voce Graeca, εἰς Δήλους. Incolae *Megadili* vocant. Adiacet ei Rhene, de qua mox Plinius, et minor Delos a civibus appellatur, non *Fermina*, ut quibusdam visum est, quae longe hinc abest. Haan.

Sola motum. Seneca, Natur. quaest. lib. VI, cap. 26, p. 912: *Sed movetur et Aegyptus, et Delos, quam Virgilius stare iussit: Immotamque coli dedit, et contemnere ventos. Hanc Philosophi quoque, credula natio, dixerunt non moveri, auctore Pindaro. Thucydides ait antea quidem immotam fuisse: sed circa Peloponnesiacum bellum tremuisse. Callisthenes et alio tempore ait hoc accidisse*, etc. En quod Mucianus prodidit, bis ante Varronis aetatem terrae motu Delon concussam. Vide Callimachum hym. in Delum. Thucyd. lib. II, p. 404, belli Peloponnesiaci anno primo tremuisse ait, Olympiad. LXXXVIII. Ante Marathoniam pugnam, Herodotus, Erato lib. VI, num. 98, pag. 366. Haan.

Ad M. Varronis aetatem, *Mucianus*, Tolet. *at M. Varronis aetate Mutianus*. Dalecamp. *non sensit ad M. Varronis aetatem Mutianus*. Ed. P.

Apparuerit. Παρὰ τὸ δῆλον. Servius ad Aeneid. lib. III, v. 76: *Delos dicitur, quia diu latuit, et postea apparuit. Nam δῆλον Graeci manifestum dicunt. Vel quod verius est, quia quum ubique Apollinis responsa obscura sint, manifesta illic dabantur oracula*. Haan.

Cynthiam. A Cyntho monte, de quo mox Stephanus: verbo Δῆλος ἐκαλεῖτο δὲ Κύνθος... καὶ Αστερία, καὶ Πελασγία, καὶ Χλαμυδία. Haan.

Ortygiam. Straboni quoque lib. X, pag. 436, ὠνομάζετο δὲ καὶ Ορτυγία πρότερον. A copia coturnicum, τῶν ὀρτύγων, quae illic sunt, ut auctor est Phanodemus lib. II rerum Atticar. apud Athen. lib. IX, pag. 392. Aliam causam affert Schol. Apollonii, ad Argon. lib. I, v. 308. H.

Asteriam, etc. Solinus, de Delo, cap. XI, pag. 30: *Eadem est Ortygia*, inquit..., *nunc Asteria, a cultura Apollinis: nunc a venatibus Lagia, vel Cynaethus: Pyrpile etiam, quoniam et ignitabula ibi, et ignis inventa sunt. In hac primum visae coturnices aves, quas ὄρτυγας Graeci vocant*. Lagia, seu leporaria, a lepo-

len igne ibi primum reperto. Cingitur quinque mill.
4 passuum: assurgit Cyntho monte. Proxima ei Rhene, quam Anticlides Celadussam vocat: item Artemin Hellanicus. Syros quam circuitu patere viginti millia pass. prodidere veteres, Mucianus centum sexaginta. Oliaros, Paros cum oppido, ab Delo XXXVIII mill. marmore nobilis, quam primo Platean, postea Mi-

rum frequentia, λαγοὺς Graeci nuncupant: Cynaethus ab ardore canum venaticorum dicta est, ἀπὸ τοῦ κυνὸς et αἴθω· quod tamen cum his eiusdem Strabonis, loco citato, verbis minime congruere videtur: οὐκ ἔξεστιν δὲ οὐδὲ κύνα ἐν Δήλῳ τρέφειν. Harp. et Ed. P.

Lagiam. Vet. ap. Dalec. *Pelasgiam.* Ed. P.

Cynaethum. Dalec. *Cynethum.* Stephan. et vet. apud Dalec. *Cynthum.* Ed. P.

Pyrpilen. Vet. apud Dalec. *Pyrpolon.* Ed. P.

Cingitur quinque mill. pass. Ita libri omnes scripti et editi. Cl. Tournefort ibid. pag. 342, perperam Plinium arguit, quasi *quindecim millia passuum* scripserit. Brot.

Cyntho monte. Leg. *Cynthio monte.* Ita MSS. Reg. et editio princeps B. — Ita et Chiffl. Ed. P. — Κύνθος ὄρος τοῦ Δήλου, Schol. Callim. pag. 9. Nunc *monte Cintio.* Non ille quidem excelsus, ut Strabo mentitur, sed vix altior Capitolino Romae, teste αὐτόπτῃ Georgio Whelero, in Itinerario, pag. 176. Harp.

Rhene. Ρήνη, νῆσος μαρά, πλησίον Δήλου, exiguo a maiore Delo freto dispescitur. Plutarch. in Nicia pag. 525. Ρηναίη νῆσος Herod. Erato lib. VI, pag. 366, num. 97. Hard.

Celadussam. A strepitu undarum, id enim est proprie κελαδεῖν. A Dianae nomine Αρτεμιν. Harp.

Artemin Hellanicus. Dalec. *Artemiten Helladius.* Ed. P.

Syros. Vet. ap. Dalec. *Scyros.* Ed. P. — Σύρος Straboni lib. X, pag. 486, aliisque. Iuxta Delum: ἡ Σύρα νῆσος μία τῶν Κυκλάδων πλησίον Δήλου. Suidas, verbo Φερεκύδης. Fuit enim Pherecydes Syrius. Nunc *Sira.* Meminit Homerus insulae huius in Odyssea lib. XV, vers. 402: Νῆσός τις Συρίη κικλήσκεται, εἴπω ἀκούεις, Ορτυγίης καθύπερθε, ὅθι τροπαὶ ἠελίοιο. Suarius Vlyssis, qui erat in Ithaca, nihil aliud his verbis significat, quam Syron insulam ultra Ortygiam, sive Delum esse: et quando in ea insula sol exoritur, tunc reverti eum simul ad Ithacam illustrandam: sive mox eum Ithacensibus apparere. *Syros* ad Eurum Peloponnesi est, ad occasum Ithaca. Non plus sapere certe suarius potuit. Hard.

Oliaros. Et haec inter Cycladas Stephano, Ολίαρος νῆσος τῶν Κυκλάδων μία, quam et a Paro distare ait ex Heraclide, stadiis LVIII, seu VII M. CCL pass. Nunc *Rocchi.* Straboni lib. X, pag. 485, Ολίαρος. Hard.

Paros. Πάρος, quae et Μινώα Stephano: Solino, cap. XI, pag. 31, et Isidoro, Orig. lib. XIV, cap. 6, *Minoia*: quod a Minoe subacta. Hodieque *Paros.* Hard.

Quam primo Platean. Hoc est, Πλα-

noida vocarunt. Ab ea septem mill. quingentis Naxus, a Delo XVIII cum oppido, quam Strongylen, dein Dian, mox Dionysiada a vinearum fertilitate, alii Siciliam minorem, aut Callipolin appellarunt. Patet circuitu septuaginta quinque mill. pass. dimidioque maior est quam Paros.

XXIII. Et hactenus quidem Cycladas servant: caeteras, quae sequuntur, Sporadas. Sunt autem Helene, Phacussa, Nicasia, Schinussa, Pholegandros: et a Naxo

τεῖαν, a planitie. Ita restituimus admonitu codicum Reg. 1, 2, Colb. 1, 2, Paris. et vet. Dalec. Parmensia quoque, vetustiorumque editionum: quarum neglecta fide Frobenius *Paetiam*, auctore nescio quo, inculcavit. Hard. — Vet. ap. Dalec. *Plataeam*. Ed. P.

Naxus, a Delo, etc. Ita Solinus cap. XI, pag. 31. H. — Certe error est: Naxos enim, nunc *Naxie*, magis distat a Delo, quam Paros; et ipse Plinius XXXVIII mill. inter Paron. et Delon modo supra numeravit. Cl. Tournefort ibid. pag. 343, ait esse XL mill. pass. inter Delon et Naxon. Oppidum autem Naxi insulae dicitur quoque *Naxia*. Brot.

Strongylen. A rotunditate: nec tamen est absolute rotunda, sed vitis folio similis, ut ait Eustath. Δίαν quoque appellatam esse tradunt Diodorus Sic. Bibl. lib. IV, pag. 264, et ex Callimacho Schol. Apollonii, ad Argon. lib IV, v. 426. Haec Dia est, de qua Ovidius, Metam. lib. VIII, v. 174. Strongylen oppidum in Naxo falso credit Solinus, loc. cit. Nam ipsa Naxos Strongyle est. Hard.

A vinearum. Vel quod hospita fuerit Libero Patri, ut ait Solinus. H.

Siciliam. Quod pari cum maiore Sicilia fertilitate ait: vel, ut Agathemerus ait Geogr. lib. I, cap. 5, quod inter Cycladas magnitudine praecipua. Hard.

Septuaginta quinque mill. pass. Incolae e mill. pass. insulae Naxo tribuunt, teste Cl. Tournefort ibid. p. 255. Sed, ut iam monui, brevius iis est milliarium, quam fuit Romanis; et plerumque res in maius attollunt. P. Babin, e societate Iesu, quum Paron insulam inviseret, audivit eius circuitum esse XXXVI mill. pass. B.

XXIII. *Sporadas*. Σποράδες Dicaearcho pag. 181, aliisque: ita dictae quod sparsim iacent, ac veluti temere dissipatae. Hard.

Helene, Phacusa, Nicasia, etc. Ἑλένη, Φακοῦσα, Νικασία, Σχινοῦσα. Prius legebatur *Phocussa*, *Phaecasia*. In MSS. *Hecasia*. Nos ex Stephano, et Suida utramque vocem sanavimus. Stephanus: Φακοῦσσαι νῆσοι, a lente nomen traxerunt. Et alibi: Νικασία, νησίδιον μικρὸν πλησίον Νάξου, quae Suidas quoque habet, verbo Νικασία. Helene nunc *Pira*. Nicasia *Rachia*: Phacusa *Fecussa* est, Marco Boschini. Hard.

Schinussa. Cui est a lentisco nomen. Σχινοῦσα Hesychio, νῆσός ἐστι Φοινίκιος. Hodieque *Schinusa* dicitur, et Naxo ad Boream adiacet. Hard.

Pholegandros. Dalec. *Phalegandros*,

decem et septem mill. passuum, Icaros, quae nomen mari dedit, tantumdem ipsa in longitudinem patens, cum oppidis duobus, tertio amisso: ante vocata Doli-
2 che, et Macris, et Ichthyoessa. Sita est ab exortu solstitiali Deli, quinquaginta mill. pass. Eadem a Samo triginta quinque mill. Inter Euboeam et Andrum decem mill. pass. freto, ab ea Geraestum centum duodecim mill. quingenti pass. Nec deinde servari potest ordo. Acervatim ergo ponentur reliquae, Scyros: Ios

Chifflet. *Polegrados.* Eo. P. — Stephanus: Φολέγανδρος, νῆσος τῶν Σποράδων, ἀπὸ Φολεγάνδρου τοῦ Μίνωος; etc. Haec Stephanus ex Strabone lib. X, p. 484. Ptolemaeo lib. III, cap. 15, est Φιλόκανδρος. Hesychio, Φλέγανδρος. Hodie *Policandro*, ad ortum Melo, Sicinoque opposita. H.

A Naxo decem et sept. mill. Optime MS. Reg. 4, et editio princeps XXXVIII. At si Plinius accurate Icari insulae distantiam a Naxo determinavit, eius longitudinem maiorem, quam par est, fecit. Iuxta Cl. Tournefort tom. II, p. 94. Icaros insula habet circuitu 60 millia passuum. B.

Icaros. Straboni et Ptolemaeo Ικαρία: unde nunc *Nicaria* dicitur, facilitia voce ex duabus ἐν Ικαρίᾳ. Eadem Μακρίς, et Δολιχή, a longitudine: eadem a piscium copia Ιχθυόεσσα Stephano, Heraclidi lib. de Politiis Ιχθυοῦσσα appellatur. Μακρὶς rursum Schol. Aristoph. in Nub. pag. 435. Ιχθυόεσσα et Eustathio p. 306. Vtroque nomine ab Agathemero, Geogr. lib. I, c. 5, agnominatur. Hard.

Tantumdem. Hoc est, XVII M. pass. Circuitus vero, Strabone teste lib. XIV, pag. 639, stadia trecenta complectitur, hoc est, XXXVII M. D. P. H.

Cum oppidis. Vnde Scylaci vocatur Ικαρος δίπολις, pag. 22. Horum alterum Οἰνόη Athenaeo lib. I, p. 30. Hard.

Sostitiali Deli. Abest Icarus ab ea Deli parte, quae ad exortum solstitialem vergit. Sic multo sincerius codices manu exarati, quam libri editi *a Delo.* Cuinamodi superius illud est, cap. 19: *Zacynthus Cephaleniae a meridiana parte XXV millibus abest.* Haro.

Quinquaginta mill. pass. Bene editio princeps: *LII mill. pass.* Brot.

A Samo triginta quinque mill. Ita libri omnes. At fretum inter Icarum et Samum, quod nunc dicitur *le grand Bogaz*, est tantum XVIII mill. passuum latitudine, ut constat ex Cl. Tournefort, ibid. Brot.

Decem mill. Chifl. *XX mill.* Eo. P.

Freto, ab ea. Dalec. *Fretum. Ab ea.* Eo. P.

Ab ea Geraestum. Ab Icaro scilicet, Geraestum Euboeae promontorium insulam Andrum respiciens, CXII M. D. pass. medio inter Andrum et Gerestum, hodie *Mantelo* dictum, freto, quod non ultra decem millia passus se porrigit, comprehenso. Hard.

Scyros. Σκύρος olim, Neoptolemi Achillis fil. natalibus clara. Scyron hinc sustulit Hermolaus, haud sane

a Naxo viginti quatuor mill. pass. Homeri sepulcro veneranda, longitudinis viginti quinque mill. ante Phoenice appellata. Odia, Letandros, Gyaros cum oppido, circuitu duodecim mill. passuum. Abest ab Andro sexaginta duobus mill. pass. Ab ea Syrnos octoginta mill. passuum. Cynaethus : Telos unguento no-

satis considerate : quum eam vocem hoc loco MSS. omnes exhibeant : Reg. 1, 2, Colbert. 1, 2, Paris. Chiffl. et Tolet. et vetustiores editiones, ac Plinius ipse paulo post factam iam a se hujus mentionem haud obscure significet, scribens, *et Syrum supra dictam*. Quod quidem ab ipso praestitum hoc loco exemplaria nunc laudata admonent: quibus nisi mos gerendus esset, post aliquot versus dilatum putarem, ubi Plinius a Gyaro Syrnon distare ait octoginta passuum millibus : *Ab ea Syrnos*, inquit, *LXXX mill. pass*. Syrnum enim quum veterum scriptorum nemo unus agnoverit, Scyrum ibi percommode locari posse arbitrarer. Haro. — Scyros, nunc *Skyro*. Graecis vero dicitur *Agios Ichyros*, ob aedem D. Georgii; in qua, ut ferunt, multa patrantur miracula. Brot.

Ios. Hanc Cycladibus Stephanus adiudicat : hodie *Nio*, ex gemina voce ἐν Ιῳ. Homeri manibus illustrata. Scylax, pag. 24 : Ιος· ἐν ταύτῃ Ομηρος τέθαπται. Strabo similiter lib. X, pag. 484, et oraculum vetus apud Stephanum. Hard. — Diurna anni 1772 nuntiavere, flagrantibus Russici et Turcici imperii bellis, inventum ibi esse a comite Grunn Homeri tumulum, in quo maximi poëtarum cineres adhuc sedereut, qui, quum apertus est tumulus, decidere : scriptoriam quoque supellectilem marmoream in eo inventam. Altum vero servatum postea de re tam insigni silentium fabulam esse aut mendacium prodidit. Brot.

Viginti quatuor. Chiffl. XVIII. Fortasse XIV, quod verum esset inter utramque insulam intervallum. Non autem amplior XII M. pass. est *Nio* insulae longitudo. Ed. P.

Ante Phoenice. Quod ea palmifera sit, Φοινίκη Stephano. Hard.

Odia, Letandros. MSS. *Odia, Olentrandos* : Vet. apud Dalecamp. *Odia, Tetandros*. Quae nomina alibi nusquam audita. Haro. et Ed. P.

Gyaros. Γύαρος Straboni lib. X, pag. 485. Hue Romani noxios ablegabant. Iuvenalis, satyra I, v. 73 : *Aude aliquid brevibus Gyaris, et carcere dignum*. Et satyra X, vers. 170 : *Vt Gyari clausus scopulis, parvaque Seripho*. Hodie *Ghioura*, inter Tenum et Ceam insulam. Apud Philostratum, de vita Apoll. lib. VII, cap. 8, pag. 341, Τύαρα, pro Γύαρα. H.

Duodecim mill. pass. Vet. apud Dalecamp. *XV mill. pass. prope* ; quod quidem paulum a vero abest. Chiffl. *XXV mill. pass*. Ed. P.

Andro. Dalecamp. *Anero*. Falsus autem videtur numerus *sexaginta duobus* ; nam Gyaros vix XII mill. pass. distat a proximo Andri littore, et vix XX mill. pass. ab ipso oppido Andro. Ed. P.

Ab ea Syrnos. Hodie omnino ignoratur. Ed. P.

Cynaethus. Quo nomine Delon ipsam

bilis, a Callimacho Agathussa appellata. Donusa, Patmos circuitu triginta mill. pass. Corasiae, Lebinthus, Leros, Cinara, Sicinus, quae antea Oenoe: Hieracia quae Onus: Casus, quae Astrabe: Cimolus, quae Echi-

olim nuncupatam disimus, cap. 22. H. — Dalecamp. *Cynethussa*. Eo. P.

Telos. Τῆλος, Stephano, ἀπὸ τῆς τήλεως, a feni graeci copia, quod in τηλίνου μύρου compositione partes praecipuas obtinet, ut dicemus lib. XIII, cap. 2. Hodie ignoratur. H.

Agathussa. Stephano quoque, Τῆλος, quam inter Cycladas reponit, ἐκαλεῖτο δὲ καὶ Αγάθουσσα. Et Hesychio, apud quem Δῆλος pro Τῆλος legitur. H.

Donusa. Ita libri omnes. Melae lib. II, c. 7, *Donyssa*. Stephano, Διονουσία, et a Dionysio Διουσία. Viridi marmore nobilis: unde *viridem Donussam* appellat Virgilius. Vt Gyaros, reorum olim exsilio infamis. Vide Tacitum, Annal. lib. IV, c. 30. H. — Rhodo insulae illam vicinam esse et hodie *Denusa* vocari ait Mannertus. Ed. P.

Patmos. Straboni lib. X, p. 488, Πάτμος. H. — Vet. apud Dalec. *Pathmos*. Eo. P. — Nunc *Patmo*. Insula D. Ioannis exsilio et Apocalypsi nobilitata. Habet circuitu XVIII millia pass. Sed si anfractus omnes numerentur, erunt, ut ait Plinius, XXX mill. teste Cl. Tournefort, ibid. tom. II, p. 143. Bsot.

Triginta mill. Quibusdam L mill. Dalec.

Corasiae. Straboni, loco citat. Κορασσίαι, ab Icaria versus occasum paulum disiunctae. Scopuli sunt, quos hodie *Dragonisi* vocant, teste Marco Boschini. Hard. — Illas hodie vocari *Chero* et *Anti-Chero* ait d'Anville: Tournefort tom. I, lib. 10, pag. 156, eas esse insulas *Fourni*, Samum inter et Icariam. Ed. P.

Lebinthos, etc. Λέβινθος, Straboni, lib. X, p. 487. Ovidius, Metamorph. lib. VIII, vers. 222: *Dextra Lebinthos erat, fecundaque melle Calymne*. Hodie *Levita*: mox Leros eidem Straboni pag. 488, Λέρος. Etiamnunc *Lero* Κίναρα, hodie ignota, Athenaeo memoratur, lib. II, p. 71. Hard. et Eo. P.

Sicinus, etc. Dalec. *Sycinus*. Ed. P. — Iuxta Pholegandrum, auctore Strabone lib. X, pag. 484, apud quem Σίκινος, pro Σίκινος perperam appellatur. Nunc *Sikino*. De ea Solon apud Laërt. Εἴην δὴ τότ' ἐγὼ Φολεγάνδριος, ἢ Σικινίτης, etc. H.

Oenoe. Οἰνόη Stephano, et Etymologici auctori, quia consita vitibus est, διὰ τὸ εἶναι ἀμπελόφυτον. Item Scholiastae Apollonii, ad lib. I Argon. vers. 623. H.

Hieracia. Dalecamp. *Heraita*. Ignoratur. Ed. P.

Casus. Vet. apud Dalecamp. *Casos*. Eo. P. — Stephanus, inter Cycladas: Κάσος, μία τῶν Κυκλάδων· ἐκαλεῖτο δ' Αμφη, καὶ Αστράβη. Nunc *Caso*, auctore M. Boschini. Diversa ab altera, quae Achne cognominatur, lib. V, cap. 36. H.

Cimolus. Vet. apud Dalec. *Cimolus quae Chinussa*. Ed. P. — Κίμωλος Straboni lib. X, p. 484. Incolis hodieque *Kimoli*: Venetis quondam *Argentiera*: non *Sicandro*, ut nonnulli Geographi putant. H.

nussa, Melos cum oppido, quam Aristides Byblida appellat, Aristoteles Zephyriam, Callimachus Mimallida, Heraclides Siphnum, et Acyton. Haec insularum 4
rotundissima est. Post Machia: Hypere, quondam Patage; ut alii, Platage, nunc Amorgos: Polyaegos, Phyle, Thera, quum primum emersit, Calliste dicta. Ex ea avulsa postea Therasia: atque inter duas enata mox Automate, eadem Hiera: et in nostro aevo Thia iuxta eamdem Hieram nata. Distat Ios a Thera viginti quinque mill. pass.

Melos. Μῆλος Straboni, loco citato. A Melo duce Phoenicum nomen accepisse Festus existimat: alii a rotunditate mali. A Biblis Phoenicibus Βύβλον appellatam esse auctor est etiam Stephanus; et Ζεφυρίαν. Eadem Μίμαλις et Μεμβλί; Hesychio nominatur, p. 530 et 642. Pro *Byblida*, MSS. *Memblida.* In Gaza regia nummus est ex aere mediocri, habens ΜΗΛΙΩΝ in corona laurea. Hodie *Milo.* H. et Eo P.

Heraclides Siphnum. MSS. *Siphin:* quos libenter sequimur: ne Siphoum inter Cycladas supra citatam, cum Melo confundat eadem nomenclatura. Ab altero nomine eiusdem insulae, Graecis scriptoribus, Theophani et Cedreno, de funere Anastasii Augusti, est marmor Ακυτανόν H.

Haec insularum rotundissima. Erral certe hic Noster, et quieum exscripsit de more Solinus, cap. XI, p. 34: nam, ut innumeras alias praetereamus insulas, vicina Melo Cimolus illa multo rotundior est, ut ex eruditi viri Lapie mappa apparet. Eo. P.

Post Machia. In MSS. *Buporthmachia*, Reg. 1, 2, Colb. 1, 2, et Paris. Haao.

Hypere, etc. Vet. apud Dalecamp. *Hypane, quondam Pancale*, et *ut*, etc. Eo. P. — Haec varia videntur esse insulae Amorgi nomina. Αμοργος Straboni lib. X, pag. 487, inter Sporadas. Nunc *Amorgo.* Quondam et Παγκάλη vocitata, Stephano teste. Hann.

Polyaegos. A Mela quoque agnoscitur lib. II, cap. 7. In Thesauro Goltzii nummus exstat cum epigraphe ΠΟΛΥΑΙΓΙΩΝ. Nunc est *Polino*, iuxta Melum, quam *Milo* esse diximus. H. et Eo. P.

Phyle. In MSS. *Saphyle*, vel *Aphile.* Ignoratur. H. et Eo. P.

Thera. Hesychius p. 486, Καλλίστη ἡ Θήρα τὸ πρότερον. Contra Scholiastes Apollonii, ad librum IV Argon. vers. 1763, vetustius Callistae nomen esse existimat: ἤλλαξε τὸ ὄνομα ἡ Καλλίστη νῆσος, καὶ ὠνομάσθη Θήρα. Cui et Herodotus concinit, Melpom. lib. IV, p. 271, et Pausanias, Lacon. lib. III, p. 159. Furte quae aliis scriptoribus Θήρα, eadem Plinio *Philethera* dicitur. Hodie *Santorin.* H.

Therasia. Θηρασία Ptolemaeo, lib. III, c. 15. Nunc quoque *Therasia.* De Hiera lib. II, c. 89. Hodie *Aspro-Nisi*, si docti Lapie mappae creda-

2 Sequuntur Lea, Ascania, Anaphe, Hippuris. Astypalaea liberae civitatis, circuitu LXXXVIII mill. passuum: abest a Cadisto Cretae CXXV mill. Ab ea Platea sexaginta mill. Vnde Camina triginta octo mill. Azibintha, Lanise, Tragia, Pharmacusa, Techedia, Chalcia: Calydna, in qua oppidum Coos: Calymna, a qua Car-

mus; Thia autem nunc *Nea Caimeni*. H. et Ed. P.

Sequuntur Lea, Ascania, Anaphe. Chiffl. *Canaphe.* Ascaniam hodie esse *Christiana* indicat in mappa sua Lapie. Anaphe etiam nunc *Anaphi*, sive potius *Namphio*, vocari ait Mannertus, qui Leam et Hipparim cum Ascania inter insulas *Christiana* dictas recenset. Ed. P.

Hippuris. Ἱππουρὶς νῆσος πλησίον Θήρας, inquit Scholiastes Apollonii, ad lib. IV Argon. v. 1712. H. — Addunt libri vulgati *Hippurissusa*; sed geminato perperam, ut per se liquet, unius eiusdemque nomine: quamobrem posterius expunximus. Ed. P.

Astypalaea liberae civitatis. Sic idem cap. 19, Corcyram esse liberae civitatis dixit, hoc est, civibus constare qui suis libere, non alienis legibus vivunt. Ἀστυπάλαια Straboni lib. X, p. 488. Hodie *Stampalia*. H.

Circuitu LXXXVIII Leg. ex MSS. Reg. 1, et editione principe, *circuitu LXXXIX*. Brot.

Cadisto. Dalec. *Cadisco.* Chifflet. *Cisto.* Ed. P.

Ab ea Platea, etc. Hae fere deinceps ab aliis scriptoribus praetermissae. Χαλκίας tamen, hodie *Karki*, auctore d'Anville, meminit Strabo, loco citato. Τραγαίας inter Cycladas, quo nomine etiam Sporadas comprehendit, Stephanus: apud quem et Φαρμακοῦσσα supra Miletum insula legitur, hodie *Fermaco*, ubi a praedonibus captum Caesarem dictatorem narrat Suetonius, in Iulio, cap. IV. Illam vero priorem, Τραγίαν vocat Plutarchus in Pericle, p. 167. H. et Ed. P.

Camine. Vet. apud Dalecamp. *Caminia.* Ed. P.

Calydna... a qua Carpathum. MSS. Reg. 1, 2, Colb. 1, 2, Paris. etc. totidem ferme litteris ac syllabis. Libri vulgati a Frobenio, *Calydna, in qua oppida tria: Calymnae duae: Olymnos, a qua*, etc. Satis confidenter id saoe. Nam quis Olymnum insulam novit? Cur vocula Coos expuncta? Cur terna pro unico inculcata oppida? Nos vetustae scripturae vestigia summa fide secuti, integram eam lectionem defendimus. Agnoscimus enim cum Eustathio in Dionysium, vers. 530, p. 77, ex Lycophrone, Calydnas plures fuisse: quarum una peculiari nomine Calydna sit appellata: universae simul Calymnae, vel Calydnae. Ex harum illae numero sunt, quas Plinius in Asiae insulis commemorat, lib. V, cap. 36, a quibus hae differunt, in quibus describendis nunc sumus: illarum singulis sua sunt peculiaria oppida: huic Calydnae primarium Coos, ab insula cognomine, quae Hippocratem tulit, diversum: sic enim illud Hesychii accipiendum puto, Κῶς, μία τῶν Καλυδνῶν, p. 548. Plinius lib. XI, c. 13, quae *Calydna insula* dicitur, ex ea Strabo lib. X, p. 489, *mel*

pathum, quae nomen Carpathio mari dedit, XXV mill. passuum. Inde Rhodum Africo vento quinquaginta M. 6
pass. A Carpatho Cason VII M. A Caso Samonium Cretae promontorium XXX mill. In Euripo autem Euboico, primo fere introitu, Petaliae quatuor insulae, et in exitu Atalante. Cyclades, et Sporades, ab oriente littoribus Icariis Asiae, ab occidente Myrtois Atticae, a septemtrione Aegaeo mari, a meridie Cretico et Carpathio inclusae, per DCC M. in longitudinem, et per CC in latitudinem iacent.

Pagasicus sinus ante se habet Eutychiam, Cicyne- 7

Calymnium commendat in primis H. — Dalecamp. *Calydna, in qua oppida Coos et Olymna, a qua*, etc. Ed. P.

Calymna, etc. E Calydnis, seu Calymnis insulis, una, commune caeteris nomen peculiari sibi iure vindicans. Haec fecunda est melle Calymne, ut Ovidius cecinit, Metamorph. lib. VIII, v. 222. H. — Hodie *Calamine*. Centum autem mill. passuum a Carpatho distat, non XXV, ut Noster ait. XXVII M. pass. est quoque inter Carpathum et Rhodum intervallum, non quinquaginta. Ed. P.

XXV mill. Hic error est in numeris, ut animadvertit Broterius, et legendum *LI*, sive *LII mill.* Supra enim Plinius cap. 20, a Carpatho insula ad promontorium Samonium, hodie *capo Salamone*, numeravit LX mill. Circiter autem VIII, sive IX mill. pass. inter Carpathum et promontorium Casi Samonio maxime vicinum est intervallum.

Petaliae. Traxere nomen li scopuli, insulaeve, ex oppido in continenti Euboeae opposito, contra Sunium promontorim: Πεταλία Strabon dicitur lib. X, p. 444. H. — *Spili* hodie vocantur. Ed. P.

Atalante. Hodie *Talanti.* De ea egimus lib. II, cap. 90. H.

Per DCC M... iacent. Mutila haec sententia est, omissa latitudinis mentione, in libris plerisque vulgatis: integram repraesentamus, tum ope codicum Reg. 1, 2, Colb. 1, 2, Paris. Chiffl. Toletan. tum Parmensis editionis, tum denique Martiani scribentis, lib. VI, cap. de Thracia, pag. 213: *per septuaginta* (lege *septingenta*, ex fide codicum MSS. omnium, atque ex re ipsa) *longitudinem: et per ducenta latitudinem ducunt.* H.

Pagasicus sinus. De quo cap. 15. Mela lib. II, c. 7, p. 43: *Pagasaeus sinus Scyron prospicit: Cicynethum amplectitur.* Et Scylax p. 24: ἐν δὲ τῷ Παγασητικῷ κόλπῳ ἐστὶ νῆσος Κικύνηθος, καὶ πόλις. De Eutychia, nihil dum comperi. MSS. *Euthiam* habent, Εὐθεῖαν. H. — Pagasicus sinus hodie *golfe de Volo* dicitur; Cicynethus insula etiamnunc *Cicynthos*, sive *Trikéri*; Eutychia ignorator, nisi sit parva insula, *Agios Nicolaos* dicta, iuxta laevum littus Pagasicum sinum ingredientibus. Ed. P.

Cicynethum. Vet. apud Dalecamp. *Tinetum.* Ed. P.

thum, et Scyrum supradictam, sed Cycladum et Sporadum extimam: Gerontiam, Scandilam: Thermaeus, Irrhesiam, Solimniam, Eudemiam, Neam, quae Minervae sacra est. Athos ante se quatuor: Peparethum cum oppido, quondam Evoenum dictam, novem mill. pass. Sciathum, XV mill. Imbrum cum op-
8 pido LXXXVIII millibus pass. Eadem abest a Mastusia Cherronesi, XXV mill. pass. Ipsa circuitu LXXII mill. pass. perfunditur amne Ilisso. Ab ea Lemnos viginti

Scyrum supradictam. Hoc ipso capite his verbis, *Scyros, Ios*, etc. eedemque Cycladum ac Sporadum postrema versus septemtrionem, novissimaque est: caeterae deinceps extra eum ordinem ac nomen illud censentur. De Gerontia caeteri scriptores silent. H. — Hodie *Joura·Nisi* est, inter illas quae *Selidromi* dicuntur, septemtrionem versus remotissima. Ed. P.

Scandilam. Dal. *Scandiram. Scandilam* Mela lib. II, cap. 7, p. 43. Hodie *Scangero*, sive *Skantzoura*. H. et Ed. P.

Thermaeus. Sinus scilicet, ut supra Pagasicus. Θερμαῖος κόλπος Stephano. De Thermaeo egimus cap. 17. Prius legebatur *Thermeusim*, ceu nomen id insulae foret, quod Ortelius quidem arbitratus est, qui eo vocabulo Thesaurum eum locupletavit. At praeter codicum MSS. fidem in quibus *Thermaeus* legitur, ipsa res ita scribi plane postulet. H.

Solimniam, Eudemiam. Mallet Hermolaus Ελύμνιον et Εὐδείμνην, quae insularum nomina apud Stephanum exstent: sed sunt illae alterius longe situs ac loci, non huius in quo versamur. H.

Neam. Νέαι numero multitudinis, insula Stepheno dicitur haud procul Lemno, νῆσος πλησίον Λήμνου. Meminit et Antoninus Liberalis insularum Lemniae ditionis, quae Neae vocantur. Harn. — Haec et superiores omnes hodie omnino ignorantur. Ed. P.

Evoenum. Vet. apud Delec. *Evoenum dicto.* Ed. P. — Εὔοινον, vino fertilem. Heraclides, de Polit. Πεπάρηθος...Αὕτη ἡ νῆσος εὔοινός ἐστι, καὶ εὔδενδρος, etc. Ovidius et ab olivae fertilitate commendat, Metem. lib. VII: *Nitidaeque ferax Peparethos olivae*. Hodie *Piperi* vocatur. H.

Sciathum. Scymnus Chius, eodem ordine, pag. 24: Κεῖνται δὲ καὶ νησίδες, Σκῦρος, Πεπάρηθος, Σκύθος, scribe Σκίαθος, eum Strabone lib. IX, p. 436. Schol. Apollon. ad lib. I Argon. vere. 583: Σκίαθος νῆσος τῆς Θεσσαλίας ἐγγὺς Εὐβοίας. H. — Nomen hodie servat *Sciathos*. Dalec. *Schathum*. Ed. P.

XV mill. Vet. apud Dalec. *XII mill.* Ed. P.

Imbrum. Ἴμβρος Straboni lib. X, p. 454. H. et Ed. P.

XXV mill. Sic apud Chiffl. Dalec. *LXXV mill.* XII mill. pass. esse videtur inter Imbrum et Chersonesum intervallum. Ed. P.

duo mill. quae ab Atho LXXXVII mill. pass. Circuitu patet CXII M. D. pass. Oppida habet, Hephaestiam, et Myrinam, in cuius forum solstitio Athos eiaculatur umbram. Ab ea Thassos libera quinque mill. pass., olim Aëria, vel Aethria dicta. Inde Abdera continen- 9
tis, XXII mill. pass. Athos sexaginta duo mill. Tantumdem insula Samathrace, quae libera, ante Hebrum, ab Imbro triginta duo mill. a Lemno viginti duo M. D.

Lemnos. Λῆμνος, hodie *Stalimene*, voce conflata ex iis tribus, εἰς τὴν Λῆμνον. Sive etiam *Lemno.* HARD. et ED. P.

LXXXVII. Solinus c. XI, p. 31: *Athos a Lemno sex et* LXXX *millibus passuum separatur.* H. — Maior certe est hic numerus. Georgerinus, archiepiscopus, ut supra dixi, quum de monte Atho ageretur, ait insulam Lemnon distare tantum XL mill. pass. ab Atho: nec maiorem distantiam monstrant accuratissimae nostrae tabulae geographicae. BAOT.

CXII mill. pass. Ita rescripsimus ex MSS. omnium fide, pro XXII. Est enim ampla et populosa. H.

Oppida habet, etc. Ἡφαιστία, ac Μύρινα Stephano, et Ptolemaeo lib. III, cap. 13. H. — Haec *Palio Castro*, illa *Sanderlic* hodie vocatur, auctore d'Anville. ED. P.

In cuius forum. Solinus, loco citat. Quo pertinet et illud Sophoclis, quod refert Scholiastes Theocriti, Idyll. VI, v. 76: Ἀθὼς σκιάζει νῶτα Λημνίας ἁλός. H.

Olim Aeria. Dalecamp *Aeraria.* ED. — Stephanus Ὅτι δὲ καὶ Αἐρία ἡ Θάσσος δῆλον, idque ex vetere oraculo confirmat: Νήσῳ ἐν Ἠερίῃ κτίζειν εὐδείελον ἄστυ Αἐρίαν... Θάσσον τε τὴν νῆσον οὕτως ἐκάλουν. Hodie *Tasso.* In nummis antiquis, ΘΑΣΙΩΝ. HASO.

Inde Abdera. Abest, inquit, Thassos ab Abderis, quod est in continente, seu littore opposito oppidum, XXII mill. passuum. Ab Atho monte LXII. De Abderis diximus, cap. 18. HARD.

XXII mill. Sic apud Chifflet. Dalecamp. vero *viginti millia.* — XIII autem pass. M. vera videtur fuisse distantia. ED. P.

Sexaginta duo millia. Leg. *sexaginta duo mill.* D. Ita MSS. Reg. 1, et editio princeps. BAOT. — Fortasse pro LXII scribendum esset XLII, quo revera intervallo distant inter se Athos et Thassos, et Thassos et Samothrace. ED. P.

Tantumdem. Vet. apud Dalec. *tantumdem ad insulam Samothracen.* Scilicet illam LII, aut potius, ut diximus, XLII mill. pass. a Thasso abesse sit. Nunc *Samothraki* vocatur: Σαμοθράκη porro insulam sacram graece sonare scribit Diodorus Sic. Bibl. lib. III, pag. 189, et lib. V, pag. 322. HASO. et ED. P.

Ante Hebrum. Thraciae amnem, de quo cap. 18. H

Triginta duo. Quibusdam *XX.* Chifll. *XXXV.* DALEC. — Leg. *XII mill.* Pessime in libris scriptis et edi-

a Thraciae ora triginta octo mill. circuitu triginta duo mill. attollitur monte Saoce decem mill. pass. altitudinis, vel importuosissima omnium. Callimachus eam antiquo nomine Dardaniam vocat. Inter Cherronesum et Samothracen, utrimque fere quindecim mill. Halonesos: ultra Gethone, Lamponia, Alopeconnesus, haud procul a Coelo, Cherronesi portu, et quaedam ignobiles. Desertis quoque reddantur in hoc sinu, quarum modo inveniri potuere nomina:

tis, *triginta duo millia*. Quasi Samothrace magis distaret ab Imbro, quam a Lemno. Contra Imbrus est inter Samothracen, et Lemnon. Irrepsit error ex triplicata decarii numeri nota. Nec Samothrace distat amplius XII mill. ab Imbro. Brot.

A Thraciae ora triginta octo mill. circuitu triginta duo mill. Haec suspecta videntur, et forte a sciolo addita. Desunt enim in MS. Reg. 1, et editione principe. Sunt autem absurda. Samothrace vix distat XVIII mill. ab ora Thraciae. Brot.

Saoce. Σαώκη. *Monte Nettuno*. Ita libri omnes. Hermolaus tamen libentius *Sao* agnoscit, ex Nicandro, qui pag. 35, in Theriac. Σάου meminit, quem Samothraces insulae montem esse Scholiastes Graecus in eum locum prodidit, pag. 24. At receptam lectionem defendit Hesychius, qui et ipsam insulam eo nomine quondam appellatam tradit, ex monte haud dubie cognomine. Σαωκὶς, inquit, ἡ Σαμοθράκη οὕτως ἐκαλεῖτο πρότερον. Didymus vero et montem ipsum nominat, in Iliad. N, v. 12, pag. 387: Τῆς Σαμοθράκης· τὸ μέντοι ἐν αὐτῇ ὄρος, Σαώκη καλεῖται. Item Geopon. auctor. lib. II, cap. 5, pag. 38. Quum porro in MSS. omnibus, Reg. 1, 2, Colb. 1, 2, Paris. Chiffl. Tolet. diserte legatur, *Attollitur monte Saoce decem mill. pass. altitudinis, vel importuosissima omnium*: quo fato, quove consilio factum sit, ut in libris vulgatis *decem mill. pass. portuosissima omnium*, caeteris vocibus expunctis, legatur, non satis intelliga. Hard.

Dardaniam. Δαρδανία quoque Stephano dicitur, et Strabooi, in Epit. lib. VII, pag. 331, a Dardano Iasonis fratre: Pausaniae denique, Achaic. lib. VII, pag. 403. H.

Vocat. Sic ap. Chiffl. Dalec. vero *nominat*. Ed. P.

Halonesos. Αλόννησος Harpocrationi exigua dicitur Aegaei maris insula. Alia est Strabonis Αλλόννησος, lib. IX, pag. 436. H.—Haec et sequentes ignorantur. Ed. P.

Lamponia. Λαμπώνεια, quo nomine urbem in Troade Stephanus agnoscit. Hard.

Alopeconnesus. Vet. ap. Dalec. *Alope, Connesus*. Ed. P. — Αλωπεκόννησος Stephano. Meminit et Livius lib. XXXI, cap. 16. In Melane sinu, hoc est, eodem quo a Plinio statuitur situ, a Pomponio quoque collocatur, lib. II, cap. 2. De portu Coelo diximus cap. 18. H.

Desertis. Emendabat Pintianus *desertae*. Ed. P.

Desticos, Larnos, Cyssiros, Carbrusa, Calathusa, Scylla, Draconon, Arconesus, Diethusa, Scapos, Capheris, Mesate, Aeantion, Pateronnesos, Pateria, Calathe, Neriphus, Polendos.

XXIV. Quartus e magnis Europae sinus ab Hellesponto incipiens, Maeotidis ostio finitur. Sed totius Ponti forma breviter amplectenda est, ut facilius partes noscantur. Vastum mare praeiacens Asiae, et ab Europa porrecto Cherronesi littore expulsum, angusto meatu irrumpit in terras, septem stadiorum, ut dictum est, intervallo Europam auferens Asiae. Primas angustias Hellespontum vocant. Hac Xerxes Persarum rex constrato in navibus ponte, ducit exer-

In hoc sinu. Hoc est, in tertio Europae sinu, qui Ionium mare Aegaeumque complectitur. H.

Potuere. Sic ap. Chiffl. Dalec. *potuerunt.* Ed. P.

Desticos, etc. Forte *Distichos. Larnos*, in MSS. *Sarnos*: forte Κάρνος, quae Stephano est Acarnaniae insula. Pro *Cissiros*, an *Cisseros?* ut ea vox insulam pumicosam significet. Καλάθουσα cognominem habet urbem in Ponto, cuius est apud Stephanum mentio: Δράκανον, oppidum in insula Icaria, apud Strabonem, lib. XIV, pag. 639. Arconesus, sive Arclonesus, quae vox ursorum insulam sonat, cognominem alteram in Asia contra Halicarnassum, de qua lib. V. cap. 36. Aeantion, Αἰάντειον ab Aiace nomen habet. Μεσάτη, a situ, quoniam inter alias media, etc. *Pateronnesus*, haud dubie Πατέρων νῆσος. Hard.

Calathusa.... Arconesus. Vet. ap. Dalec. *Calathusa, Dialcon, dicta Melantia, Draconon* (*aliis* Druenon), *Arconesus.* Ed. P.

Mesate... Pateria. Reponebat Pint. *Mesatoea, Centiron, Phateronnesos, vel Paterion.* Ed. P.

Pateronnesos Dalec. *Phaterunesos.* Ed. P.

Calathe. Sic ap. Chiffl. Dalec. *Calete.* Ed. P.

XXIV. *Quartus.* Solinus, cap. XII, pag. 31, et Martianus, lib. VI, cap. de quarto sinu Europae, pag. 213, iisdem uterque verbis. H.

Sinus. Chiffl. *sinibus.* Ed. P.

Maeotidis. In Dalecamp. legitur *Maeotis.* Ed. P.

Breviter amplectenda est. Vet. ap. Dalec. *Quam breviter complectenda est.* Ed. P.

Vt dictum est. Cap. 18. H.

Hellespontum. Détroit de Gallipoli, sive *des Dardanelles.* Ed. P.

Hac Xerxes. Herod. Polym. lib. VII, pag. 397, num. 36, et seq. Solinus et Capella, locis citatis. H.

Constrato in navibus ponte. Sic etiam MSS. non ut Pintianus excogitavit, *constrato navibus Ponto.* H.

citum. Porrigitur inde tenuis Euripus LXXXVI mill. pass. spatio ad Priapum urbem Asiae, qua Magnus Alexander transcendit. Inde exspatiatur aequor, rursusque in arctum coit: laxitas Propontis appellatur: angustiae, Thracius Bosphorus, latitudine D. pass.,
3 qua Darius pater Xerxis copias ponte transvexit. Tota ab Hellesponto longitudo CCXXXIX M. pass. Dein vastum mare, Pontus Euxinus, qui quondam Axenus, longe refugientes occupat terras, magnoque littorum flexu, retro curvatus in cornua, ab his utrimque porrigitur, ut sit plane arcus Scythici forma. Medio

—In vet. apud Dal. legitur *contracto*, non *constrato*. Ed. P.

Porrigitur. Solinus, loc. cit. et Martianus. H.

Qua Magnus. Leg. *quam Magnus Alexander*. Ita MS. Reg. et editio prioceps. Priapus ubi, nunc *Caraboa*. Brot. — Arrianus, de Exped. Alex. lib. I, pag. 32. H.

Propontis. *Mer de Marmara*. Ed. P.

Bosphorus, *Détroit de Constantinople*. Ed. P.

D. passuum. Agathemerus, Geogr. lib. I, cap. 3, Bosphori Thracii fretum, qua Darius subitario ponte confecto, transmisit exercitum, DCCL pass. seu stadiorum sex esse ait: Ὁ δὲ Θρᾴκιος Βόσπορος, τὰ στενά, ὅπῃ Δάρειος ἔζευξεν ἐπὶ Σκύθας τὴν σχεδίαν, σταδίων στ'. De hac Darii expeditione adversus Scythas, Herodotum vide, Melpom. lib. IV, pag. 253, n. 88; Polyb. lib. IV, pag. 432. H.

CCXXXIX M. pass. Ita libri omnes, Reg. 1, 2, Colb. 1, 2, Paris. Chiffl. atque ipse etiam Martianus, loco citato. H. — *CCXXV M. pass.* ex Herodoto in Melpomene. Pint.

Dein vastum. Sic etiam Mela, lib. I, cap. 19, pag. 22. Hic iam sese ingens Pontus aperit... olim ex colentium saevo admodum ingenio Axenus (hoc est, inhospitalis), post commercio aliarum gentium mollitis aliquantum moribus dictus Euxinus. Hard.

Arcus Scythici. Sic Strabo, lib. II, pag. 125; Agathemerus, Geogr. lib. II, cap. 14, aliique. Sic arcus Scythici effigiem Pontus exhibet, ut latus australe, a Calchedone ad Phasin usque, nervum repraesentet: boreale, geminum cornu, geminumque flexum, quem duo illius maris sinus efficiunt: prorsus ut Scythici arcus forma fuerit, cuiusmodi litterae maiusculae Graecorum Σῖγμα esse notissimum est. Nam etsi vetustam eius litterae formam olim fuisse constat, qualis est C Latinorum: vetustiorem tamen alteram esse, tum ex Atheneo liquet, Sigma Veterum affirmante simile esse arcui Scythico: tum ex antiquo Schin Chananaeorum, W, unde Graecorum *Sigma* prodiisse dicitur. Hanc nostram interpretationem, si tibi, lector, satis est otii, haustam intelliges, tum ex Agathe-

flexu iungitur ostio Maeotii lacus. Cimmerius Bosphorus id os vocatur, MM. D. pass. latitudine.

At inter duos Bosphoros Thracium et Cimmerium 4
directo cursu, ut auctor est Polybius, D. M. pass intersunt. Circuitu vero totius Ponti vicies semel centena quinquaginta M. ut auctor est Varro, et fere veteres. Nepos Cornelius trecenta millia quinquaginta adiicit. Artemidorus vicies novies centena XIX M. facit: Agrippa $\overline{\text{XXIV}}$ sexaginta mill. Mucianus, $\overline{\text{XXIV}}$ XXV mill. Simili modo de Europae latere, mensuram alii quatuordecies centena LXXVIII M. D. determinavere: alii undecies centena septuaginta duo millia: M. Varro ad hunc modum metitur. Ab ostio Ponti Apolloniam CLXXXVII M. D. pass. Calatin tantumdem. Ad ostium

mero, loc. cit., tum ex Mela, lib. I, cap. 19, tum vero maxime ex Dionysio Perieg. v. 158 et seq. H.

Maeotii lacus. Dalec. *Maeotici lacus.* Tolet. *Maeotis lacus.* Salm. *Maetum lacus*, et tandem Pintian. *Maeoti lacui.* Ed. P.

Cimmerius. Détroit d'Enikale, sive *de Caffa.* Haec quoque Martianus, lib. VI, pag. 243. Strabo pariter, lib. VII, pag. 310, vicenum circiter stadiorum freti huius angustias esse ait, quae sunt MM. D. pass. Polybius tamen circiter tricenum, lib. IV, pag. 427, hoc est, III M. DCCL pass. H.

At inter duos. Martianus, loc. cit. H. — Tantum revera est inter Bosphoros duos ex probatissimis mappis intervallum. Ed. P.

Vicies semel, etc. Tolet. *vicies semel M. ut auctor est Varro. Vt fere veteres, semel quinquaginta. M.* Ed. P. — Martianus loco cit. H.

Trecenta millia quinquaginta. Leg. *trecenta quinquaginta millia.* Ita legitur in MS. Reg. 1, et edit. princ. B.

Agrippa $\overline{\text{XXIV}}$. Hoc est, vicies et quater centena, et sexaginta mill. passuum H. — Sic ap. Chiffl. Dalec. *XXIII*, cui adstipulatur Broterius, ex MS. Reg. 1, et editione principe. Ed. P.

Mucianus. $\overline{\text{XXIV}}$ *XXV*. Ita MSS. non $\overline{\text{XXVIII}}$ *LXV*, ut libri vulgati mendose habent. Hard.

Simili modo, etc. Dalec. *simili modo Europae latere mensuram alii*, etc. omissa vocula *de*. Ed. P.

Mensuram. Ponti Euxini, eo latere qua Europam alluit. Hard.

Centena septuaginta duo. In vet. ap. Dalec. desunt haec duo vocabula, *centena* et *duo*. Ed. P.

CCXXXVII M. Libri vulgati, *CLXXXVIII.* Et mox *ad Panticapaeum*, *CCXXII*, ubi nos, cum Pintiano, *CCXII*, ex MSS. Reg. 1, 2, Paris. et Tolet. summa fide restituimus, ita exigente in primis summa universa, quae ex singularibus intervallorum mensuris colligitur: nempe $\overline{\text{XIII}}$, *XXXVII D.* pass. hoc

5 Istri CXXV. Ad Borysthenem CCXL. Cherronesum Heracleotarum oppidum CCCLXXV M. pass. Ad Panticapaeum, quod aliqui Bosphorum vocant, extremum in Europae ora, CCXII M. D. quae summa efficit XIII XXXXVII M. D. Agrippa a Byzantio ad flumen Istrum,
6 DLX. Inde Panticapaeum DCXXXV. Lacus ipse Maeotis, Tanain amnem ex Riphaeis montibus defluentem accipiens, novissimum inter Europam Asiamque finem, XIV VI M. circuitu patere traditur. Ab aliis XI XXV M. Ab ostio eius, ad Tanaïs ostium directo cursu CCCLXXXV M. passuum esse constat. Accolae sinus, in mentione Thraciae dicti sunt Istropolim usque. Inde ostia Istri.

est, ter et decies centena, et triginta septem millia pass. cum quingentis: cui summae aut Martianus ipse, cap. de quarto sinu Europae, lib. VI, pag. 214, aut amanuenses, quinquagenarii notam incaute praefixere, et Europae totius mensuram hanc esse ipse existimavit: non Ponti tantum, ab eo latere quo Europam alluit: *Varro dicit*, inquit, *Europae totius longitudinem habere LXIII. XXXVII M. D. pass.* Hard.

Cherronesum. De eo oppido dicemus cap. 26. Hard.

Bosphorum. Principem Bosporianorum civitatem μητρόπολιν τῶν Βοσπορανῶν appellat Strabo, lib. VII, pag. 309. Hard.

Europae ora. Tolet. *Euripi ora.* (Pint. *ore.*) Dalec.

Efficit XIII. XXXVII M. Dalec. *XIII. XXXVI M.* Ed. P.

Inde Panticapaeum. Dalec. *in Panticapaeum.* Ed. P.

DCXXXV. Dalec. *DCXXX*, spreta Chiffl. fide. Ed. P.

Lacus. Dalec. *inde Lacus.* Ed. P.

Ex Riphaeis. Mela, lib. I, cap. 19, pag. 24. Notum est non ex altis montibus, sed parum editis e collibus defluere Tanaim. Ed. P.

XIV VI M. circuitu. Hoc est, quater et decies centena, ac sex passuum millia cursu, quem in circuitum fere agit, complectitur. Hard.

Ab aliis XI. XXV. Hoc est, undecies centena, XXV millia. Strabo, l. VII, p. 310, Maeotidis ambitum ait complecti millia stadiorum octo: hoc est, decies centena millia pass. Hard.

Ab ostio eius. Maeotidis paludis. Hard.

Ostium. Vet. ap. Dalec. *portum.* Ed. P.

CCCLXXXV. Dalecampius, *CCCLXXV.* Ed. P.

Accolae sinus. Dalec. *Accolae sinus eius.* Ed. P.

In mentione Thraciae dicti sunt. Cap. 18. Hard.

Istropolin. Istropolis, nunc *Kara-Kerman*; id est, nigrum castrum. Brot.

Ortus hic in Germaniae iugis montis Abnobae, ex [7] adverso Raurici Galliae oppidi, multis ultra Alpes millibus, ac per innumeras lapsus gentes Danubii nomine, immenso aquarum auctu, et unde primum Illyricum alluit, Ister appellatus, sexaginta amnibus receptis, medio ferme numero eorum navigabili, in Pontum vastis sex fluminibus evolvitur. Primum ostium Peuces: mox ipsa Peuce insula, a qua proxi-

In Germaniae. MS. Reg. 1, *in Germania.* De monte Abnoba, nunc *Schwartz-Wald*, vel *la Forêt noire*, totaque Germania fuse diximus ad Tacitum de Moribus German. Ed. P.

Montis Abnobae. Tacit. lib. de morib. German. quem vide: *Danubius molli et clementer edito montis Abnobae iugo effusus*, etc. et Festus Rufus Avienus confirmat, in Descript. orbis, v. 437: *Abnoba mons Istro pater est: cadit Abnobae hiatu Flumen: in Eoos autem convertitur axes, Euxinoque salo provolvitur: ora per aequor Quinque vomunt amnem.* Ptolem. lib. II, cap. 11, τὰ Ἀβνοβὰ ὄρη. Marcelano Heracleotae, pag. 82, corrupte admodum Ἀδούλας nominatur. Hard. et Ed. P.

Raurici. Vel Rauraci: quo etiam modo Massiliam, et Massaliam dicimus. Agemus de eo oppido, cap. 34. Inde Rauraci montes, apud Ammian. lib. XXII, pag. 217: *Amnis vero Danubius*, inquit, *oriens prope Rauracos montes confines limitibus Rhaeticis, per latiorem orbem protentus, ac sexaginta navigabiles paenes recipiens fluvios, septem ostiis per Scythicum Ponti latus erumpit in mare.* Solinus, cap. XIII, pag. 33: *Ister Germanicis iugis oritur, effusus monte qui Rauracos Galliae adspectat.* Hard. — In vet. apud Dalecamp. *Sauriei* perperam pro *Raurici* legitur. Ed. P.

Ister appellatus. Agathemerus, Geogr. 1, lib. II, cap. 4, Vindobonam usque, hoc est, Austriae Viennam, Danubium appellari ait: μέχρις Οὐινδοβούνης πόλεως Δανούβιον καλοῦσιν, etc. Hard. — *Donaw* vocatur incolis. Ed. P.

Sex fluminibus. Quinque, si Dionysio Periegetae credimus, v. 304, et Festo Avieno, v. 441. Mela, lib. II, cap. 7, pag. 42, *sex sunt insulae inter Istri ostia.* Septem igitur ostia necesse est esse, quot nimirum Ammianus agnovit. Et idem Mela, lib. II, cap. 1, totidem Istro, quot Nilo, assignat ora. Hard.

Primum ostium Peuces. Ita dictum a Peuce insula, nunc *Piezina.* Super Istropolin lacus, nunc *Kara-Sou.* Secundum ostium Naracustoma, nunc *Hazrali Bogasi.* Tertium Calonatoma, nunc *Susie Bogasi.* Quartum Pseudostomon, nunc *Selina Bogasi.* Baor.

Ipsa Peuce. Omnium notissima et maxima, inquit Mela, loc. cit. Inde nomen ei, quod multas πεύκας arbores ferat. Magnitudo par Rhodo. Ita auctor Peripli Ponti Euxini, pag. 11. Stephano quoque nota, Πεύκη νῆσος ἐν τῷ Ἴστρῳ Hard.

mus alveus appellatus, XIX mill. pass. magna palude
8 sorbetur. Ex eodem alveo et super Istropolim lacus gignitur LXIII M. pass. ambitu: Halmyrin vocant. Secundum ostium Naracustoma appellatur. Tertium Calonstoma, iuxta insulam Sarmaticam. Quartum Pseudostomon, et in insula Conopon diabasis: postea Boreostoma et Spireostoma. Singula autem ora tanta

Appellatus. Vet. ap. Dalec. *appellatur.* Ed. P.

XIX. millia pass. etc. Vet. ap. Dalec. et *XI M. pass. magna palus oritur ex eodem alveo.* Ed. P.

Halmyrin. Αλμυριν Graeci salsuginem vocant. Auctor est Philostorgius lib. X, cap. 6, Eunomium Arianae factionis antesignanum, Halmyrida in exsilium pulsum esse, eumque Mysiae locum ad Istrum fuisse, quod ait etiam Nicephorus, Eccles. hist. lib. XII, cap. 29. Aut ab oppido lacum, aut a lacu potius oppidum id nomen esse sortitum apparet. In Notitia Hieroclis, Prov. Scythiae, Αλμυρις, pag. 21. Hard.

Naracustoma. Sic Ammianus lib. XXII, pag. 218. Apollonius Rhod. Argon. lib. IV, vers. 312, duo Istri ostia referens, alterum Καλὸν στόμα, alterum, inquit, καλέουσι Νάρηκος, ubi Scholiastes legisse videtur, καλέουσιν Αρηκος. At Ναράκου στόμα dicitur, ab auctore Peripli Ponti Euxini. Forte rectius *Narcustoma*, hoc est, os pigrum ac stupidum, ob quomdam paludis immobilitatem. Hard. — Nunc, ut diximus, *Hazrali Bogazi.* Ed. P.

Calonstoma. Καλὸν στόμα Ptolemaeo, lib. III, cap. 10, et Ammiano, loc. cit. qui Pseudostoma ambo agnoscunt cum Solino, cap. XIII, pag. 33. Nos ex MSS. *Pseudostomon* scripsimus. H. — Nunc *Susie Bogasi*, ut modo supra diximus. Ed. P.

Et in insula. Ita MSS. omnes, Reg. 1, 2, Colb. etc. Vulgati perperam, *et insula.* Hard.

Conopon Diabasis. Κωνώπων διάβασις, hoc est, culicum transitus ab ea insula certo anni tempore fieri consuetus, ad paludis Maeoticae locum, ut quidem auguror, Κωνώπιον inde appellatum, cuius Stephanus meminit: ubi lupi a piscatoribus alimenta sumentes, captos custodire pisces traduntur. Huius vero insulae, in qua versamur, mutilum nomen poëtica licentia Lucanus expressit, lib. III, vers. 200: *et Barbara Cone, Sarmaticas ubi perdit aquas, sparsamque profundo Multifidi Peucen unum caput alluit Istri.* Hard. — Insula haec, nunc *Ilan Adasi*, vel *l'île des serpens.* Brot.

Boreostoma. Vet. ap. Dalec. *Boriostoma* et *Stenostoma.* Ed. P. — Boreonstoma et Stenostoma habet Ammianus loc. cit. Βόρειον στόμα, hoc est, boreale, et Ψιλὸν στόμα, hoc est, tenue, Ptolemaeus lib. III, c. 10, et auctor Peripli Ponti Euxini. MSS. tamen *Spireonstoma*, forte pro *Spiraeonstoma*, cuiusmodi et Σπείραιον ἄκρον in Saronico sinu a Plinio superius vidimus cap. 9, Ptolemaeoque appellari. Hard. — Est boreale et te-

sunt, ut prodatur in quadraginta millia passuum longitudinis vinci mare, dulcemque intelligi haustum.

XXV. Ab eo in plenum quidem omnes Scytharum sunt gentes: variae tamen littori apposita tenuere: alias Getae, Daci Romanis dicti: alias Sarmatae, Graecis Sauromatae, eorumque Hamaxobii, aut Aorsi: alias Scythae degeneres et a servis orti, aut Troglodytae: mox Alani, et Rhoxalani. Superiora autem inter Danubium et Hercynium saltum, usque ad Pannonica

nue ostium, cui adiacet oppidum *Kilia*. Brot.

Singula autem. Solinus iisdem verbis, cap. XIII, pag. 33. Hard.

Dulcemque. Idque ex dulci haustu aquae intelligi. Hard.

XXV. *Ab eo in plenum*. Vet. ap. Dalec: *ab eo in pleno*. Ed. P. — Ab ostiis Danubii planitiem omnem versus occasum late diffusam, utroque amnis latere Scythae tenuerunt. Loca tamen ripae proxima variae subinde Scytharum gentes, primum Getae, quos Romani Dacos appellant: hos pepudere deinde Sarmatae, etc. Vide Dionys. Perieg. v. 302. Hard.

Daci. Sunt qui Plin. hoc loco erroris insimulent, perinde, ac si temere Getas cum Dacis confuderit. At eamdem Scytharum gentem utraque appellatione promiscue Romanis appellatam, auctor est luculentus Dio, lib. LI, pag. 460: Οἱ δὲ ἐπίκεινα Δακοὶ κέκληνται, εἴτε δὴ Γέται τινές, εἴτε καὶ Θρᾶκες, τοῦ Δακικοῦ γένους τοῦ τὴν Ῥοδόπην ποτὲ ἐνοικήσαντος, ὄντες. *Qui Daci postea vocati sunt, sive Getae ii fuerint, sive Thraces orti ab iis Dacis, qui Rhodopen quondam incoluerunt*, etc. Nec vero quum Dacos Plinius nunc appellat, et Sarmatas, et Aorsos, id agit, ut ceteras singulorum sedes assignet, quas, quum ille haec scriberet, nondum ii forte habebant: sed quam fuerint earum gentium migrationes variae, quae diversis temporibus, pulsis prioribus incolis, eamdem Danubii ripam tenuerint, id cursim raptimque perstringit. Hard.

Hamaxobii. Δακοὶ, Αμαξόβιοι, Αορσοι, Αλανοι, Σκύθαι, Ρωξολανοι, supra Danubium a Ptolemaeo recte collocantur, lib. III, cap. 5, ubi nunc Bessarabia est, Moldavia, Valachia, et pars regionis eius, quam Transylvaniam vocant. Τρωγλοδύται vero cap. 10, sub ostio Peuce, ubi Istropolis civitas est, latere amnis australi, quae nunc Bulgariae pars est maxime orientalis. Κροβύζους Τρωγλοδύτας appellat Strabo, lib. VII, pag. 318. Hard.

Aorsi. Chiffl. *Corsi*. Ed. P.

Scythae. Vet. ap. Dalec. *Sindi*; item ap. Strab. Ed. P.

Superiora autem. Vbi nunc Transylvania est, et Hungariae pars, supra latus Danubii boreale. Hard.

Hercynium. *Hercynia silva*, inquit Mela, lib. III, c. 3, *dierum sexaginta iter occupans*. Nunc multis locis excisa, ubi Germaniae urbes multae et pagi sunt. Hard.

hiberna Carnunti, Germanorumque ibi confinium, campos, et plana Iazyges Sarmatae: montes vero et
2 saltus pulsi ab his Daci ad Pathissum amnem. A Maro, sive Duria est, a Suevis regnoque Vanniano dirimens eos, adversa Basternae tenent, aliique inde

Carnunti. Subintellige hiberna ibi constituta de more a Romanis, munimento adversus Quados opposita. Oppidum nunc Carnuntum est, contra Danubii et Mari confluentem, vulgo *Haimbourg*, paucis ultra Viennam, quae in Austria est, millibus passuum. De Carnunto Pannoniae, Livius lib. XLIII, et vetus inscriptio apud Gruterum, pag. 1032. Ortelius cum Carnuto Galliarum oppido confundit. H. — Pannonica hiberna Carnunti, nunc *Altenbourg*, inter *Petronel* et *Haimbourg*. Bhot.

Iazyges Sarmatae. Sunt ea sic coniunctim legenda: Ἰάζυγες Σαρμάται Straboni lib. VII, p. 306, et Tacito, Annal. lib. XII, cap. 29, a quo et Iazyges, *Vagi per campos* appellantur. Hos ad Tibiseum amnem pertinere similiter Ptolemaeus docet lib. III, c. 7, ubi Ἰάζυγας Μετανάστας vocat, et Agathemerus, Geogr. lib. II, cap. 4, qui Dacis confines ait fuisse. Hard.

Montes vero. Ea montium iuga intelligit, quae Hungari *Crapak* vocant: quo Daci e campis pulsi ab Iazygibus profugere, Καρπάτης ὄρος dicitur Ptolemaeo libro III, cap. 7 et 8. Daci, ut mox Plinius addit, *a Sarmatis ad Pathissum amnem pulsi*, regionem eam Daciam cognominavere; quam postea Traianus Imp. Romano adiecit imperio, ut nummi eius testantur in numeri; praesertim qui sunt inscripti, DACIA CAPTA, VICTORIA DACICA, DACIA AVGVSTI PROVINCIA. H.

Ad Pathissum. Pathiscum vocat Ammianus, l. XVII, pag. 108, Τίβισκον Ptolemaeus lib. III, cap. 7; nunc *Teissa*, et *Tibisc*. Hard.

A Maro. Dalec. *a Moro.* Vet. ap. eumdem *Amoros.* En. P. — Marum quoque Tacitus vocat, Annal. lib. II, cap. 63. Μάρισον Strabo lib. VII pag. 404, quem per Getas ait in Danubium labi. Hodie *Mark*, *Maros*, et *Morava*, unde Moraviae nomen. Hard.

Sive Duria est. Dalec. *sive is Duria est.* En. P.

A Suevis. Non a gente tota Suevorum, sed ab iis qui Drusi iussu atque imperio, *Danubium ultra, inter flumina Marum et Cusum locati sunt, dato rege Vannio, gentis Quadorum*, inquit Tacitus loc. cit. Convellit egregie interpretatio nostra, Taciti auctoritate constabilita, eruditi Cluveri coniecturam, in libro de antiq. Germ. *a Quadis*, non *a Suevis* legendum esse pronunciantis. Nec minor eiusdem hallucinatio est, dum ultra Crapathios montes Bastarnas ablegat, quos inter Tibiscum et Marum Plinius diserte locat: nec dignus venia contemptus codicum omnium, quorum est in hoc loco mira consensio, quum *a Quadis*, non *a Suevis*, *aversa*, non *adversa* legitur. Hard.

Regnoque Vanniana. Vbi nunc Moravia est. Hard.

Adversa. Partem montium supradictorum Austro obversam, regionemque inde ad Danubium Austrum-

Germani. Agrippa totum eum tractum ab Istro ad Oceanum bis ad decies centena mill. pass. in longitudinem, quatuor millibus et quadringentis in latitudinem, ad flumen Vistulam a desertis Sarmatiae, prodidit. Scytharum nomen usquequaque transit in Sarmatas atque Germanos. Nec aliis prisca illa duravit appellatio, quam qui extremi gentium harum ignoti prope caeteris mortalibus degunt.

XXVI. Verum ab Istro oppida, Cremniscos, Aepolium: montes Macrocremnii, clarus amnis Tyra, oppido nomen imponens, ubi antea Ophiusa dicebatur. In eodem insulam spatiosam incolunt Tyragetae. Abest a Pseudostomo Istri ostio centum triginta

que recedentem, a Maro amne ad Tibiscum, nunc Hungaria superior appellatur, *la haute Hongrie:* incolae quondam Basternae, sive Baslarnae, Βαστάρναι, Ptolem. lib. III, cap. 5, et Stephano: Livio quoque memorati lib. XL, cap. 5. Hard.

Alüque inde. Citra Moraviam, versus occasum. Hard.

Bis ad decies. Quidam legunt *ad bis decies centum M. pass. in longitudinem, IV M. minus: CCCC in latitudinem od flumen Vistulam*, etc. (*Istulam* Pomp.) Chiffl. habet, *Oceanum bis decies centum M. pass. in longitudinem, quatuor M. quadrigentis in latitudinem. ad flumen Vistiam*, etc. Dalec.

Quatuor millibus et quadringentis. Ita restituimus ex fide codicum Reg. 1, 2, Colb. 1, 2, Paris. etc. editionumque vetustiorum, Parmensis, etc. quas Frobenius corrupit, ut *quantum minus quadringentis* scriberet. Martianus l. VI, pag. 214, millia quadringenta agnoscit. Hard.

Ab Istro. Vet. ap. Dalec. *Ab Istro oppida, Cremense, Obolium.* En. P. — Versus Maeotium lacum littus Euxini Ponti legentibus. De Aepolio, nihil compertum. Κρημνίσκου meminit auctor Peripli Ponti Euxini, pag. 9. Κρήμνοι πόλις est Ptolemaeo, lib. III, cap. 5. Ab eo oppido montibus Macrocremniis nomen inditum. H.

Amnis Tyra. Mela, lib. II, cap. 5: *Axiacas*, inquit, *ab Istricis Tyras separat: surgit in Neuris: qua exit, sui nominis oppidum attingit.* Stephanus: Τύρας, πόλις καὶ ποταμὸς ἐν τῷ Εὐξείνῳ Ποντῳ... ἐκαλεῖτο δ' Ὀφίουσσα. Scylaci quoque, pag. 28, in Scythia, Ὀφίουσσα πόλις. Ovidius, de Ponto, lib. IV, Eleg. 10, v. 50: *Et nullo tardior amne Tyras.* Hodie *Dniester.* Hard.

Tyragetae. Ex Tyra fluvio et Getis insulae huius incolis efficto nomine. Τυρρηγέται Strabon, lib. VII, pag. 306. Insulae hodie nomen est *Tandra.* Hard.

Centum triginta. Strabo, lib. VII,

millibus passuum. Mox Axiacae cognomines flumini, ultra quos Crobyzi: flumen Rhode, sinus Saga-
2 ricus, portus Ordesus. Et a Tyra centum viginti millibus passuum flumen Borysthenes, lacusque et gens eodem nomine, et oppidum a mari recedens XV millibus passuum: Olbiopolis et Miletopolis, antiquis nominibus. Rursus in littore portus Achaeorum. Insula Achillis, tumulo eius viri clara. Et ab ea CXXV

pag. 305, octingentorum tantum stadiorum intervallum id esse ait, hoc est, CXII M. N. pass. HARD.

Axiacae. Legendum censebat Dalecampius ex vet. cod. *Axiacae cognomine fluminis.* ED. P. — Mela, loc. cit. *Axiaces* amnis *proximus inter Callipidas Axiacasque descendit.* Ἀξιακὴς ποταμός, Ptolem. lib. III, cap. 10. Hodie *Bog.* HARD.

Crobyzi. Κρόβυζοι Stephano, supra Istrum ad boream. HARD.

Flumen Rhode. Nunc *Sasik Beregen.* Sinus Sagaricus, *le golfe de Berezen.* BROT.

Sagaricus. Chiffl. *Sagarius.* ED. P. — A Sagari fluvio influente, cuius cum Hypani infra citato Ovidius meminit, de Ponto lib. IV, Ἄγαρος ποταμός Ptolemaeo, lib. III, cap. 5, idem, opinor, qui Plinio fluvius Rhode nuncupatur. HARD.

Ordesus. Ὀρδησσός Ptolemaeo, lib. III, cap. 5, supra Axiacen fluvium. HARD. — Portus Ordesus, nunc *Okzakow.* BROT.

Centum viginti millibus. Chifflet. *CCXX mill.* ED. P.

Borysthenes. Martianus, lib. VI, cap. de quarto sinu Europae, p. 214. Hodie *Dnieper.* HARD.

Et oppidum. Olim Ὀλβία appellatum, a Milesiis conditum, unde et Miletopolis nomen, mox et Borysthenis ab amne praeterfluente. Ita Strabo, lib. VII, pag. 306. Ptolemaeo, loc. cit. Μητρόπολις eadem mendose, pro Μιλητόπολις. HARD.

XV millibus pass. Ita libri omnes. Strabo, loc. cit. stadiis ducentis, h. est, XXV mill. pass. HARD.

Olbiopolis, etc. Haec prisca Borysthenis oppidi nomina. Ὀλβία, ut diximus, Straboni, et auctori Peripli Ponti Euxini, pag. 8. HARD. — Nunc *Zaporouski*, inter ostia fluminis *Buzuluk.* BROT.

Rursus. Dalec. *rursusque.* Sed deletur, ipso fatente Dalecampio, in veteribus codicibus omnibus vocula *que.* ED. P.

Insula Achillis, etc. Martianus, loco citato. Eadem Leuce appellata, ut dicetur cap. seq. Scylax, pag. 28, νῆσος ἐρήμη, ᾗ ὄνομα Λευκὴ ἱερὰ τοῦ Ἀχιλλέως. Et Ptolemaeus meminit lib. III, cap. 10. Mela, lib. II, cap. 7: *Leuce Borysthenis ostio obiecta, parva admodum, et quia Achilles ibi situs est, Achillea cognomine.* HARD. — Insula Achillis, nunc *l'île Berezen*, in ipso Borysthenis ostio. BROT.

Et ab ea CXXV. Ita libri omnes, ante Dalecampium, qui CXXXV edidit. HARD.

millibus pass. peninsula, ad formam gladii in transversum porrecta, exercitatione eiusdem cognominata Dromos Achilleos: cuius longitudinem octoginta millium passuum tradit Agrippa. Totum eum tractum Tauri Scythae, et Siraci tenent. Inde silvestris regio 3
Hylaeum mare, quo alluitur, cognominavit: Enaecadloae vocantur incolae. Vltra Panticapes amnis,

Millibus. Dalec. *millia.* Ed. P.

Ad formam gladii. Eleganter, ut solet, Mela, lib. II, cap. 2: *Terra tunc longe distenta excedens, tenui radice littori adnectitur. Post spatiosa madice, paulatim se ipsa fastigat, et quasi in mucronem longa calligens latera, facie positi ensis allecta est. Achilles infesta classe mare Ponticum ingressus, ibi ludicro certamine celebrasse victariam, et quum ab armis quies erat, se ac suas cursu excitavisse memoratur. Ideo dicta est δρόμος Ἀχιλλείος.* Hard.

Dromos Achilleos. Id est, cursus Achillis. Illa est peninsula in cuius fine est *Kyl-bouron.* Baor.

Octoginta mill. Tzetzes in Lycophr. pag. 41, et Strabo, lib. VII, p. 307, stadiorum mille, hoc est, cxxv m. pass. Auctor Peripli Ponti Euxini, pag. 7, stadiorum mille ac ducentorum, hoc est, cl. m. pass. Hard.

Tauri Scythae et Siraci tenent. Hoc est, Scytharum populi, qui Tauri vocantur, et Siraci. Ταῦροι, et Σιρακοί. Pro *Siraci* Barbarus *Sarmatae* reposuit. Sinceram lectionem tum ex codd. MSS. Reg. 1, 2, Colb. 1, 2, Paris. Tolet. etc. tum Strabone restituimus, qui lib. X, pag. 492, et 506, Σιρακῶν meminit, prope Maeotin, in Asia quidem, sed una tamen cum Aorsis supra quoque citatis a Plinio. Ad Tauros Scythas autem quod attinet, sen Tauroscythas unico vocabula malis appellare, Achillei Dromi incolas Dionysius Periegetes ait fuisse, et Tauros vacat, vers. 301, Alanis Dacisque conterminos: Eustathius ad eum locum, Scythas: Ταῦροί θ' οἱ ναίουσιν Ἀχιλλῆος δρόμον αἰπύν, etc. Taurici littoris incolas Scythas, Festus Avienus, vers. 444. Tamen MSS. quidam satis probatae fidei, pro *Tauri*, *Sardi* hic exhibent, qui alibi nusquam reperti. Hard. — Dalec. *Tauri*, *Scythae* et *Sarmatae.* Vet. ap. eundem *Taurisci* pro *Tauri.* Ed. P. — *Tauri Scythae*, etc. Nunc Bessarabi, et Tartari minores vocantur, Podoliae et Vkraniae confines, quarum partem aliquam Siraci quandam tenuere. H.

Inde silvestris. Mela, loc. cit. *Silvae deinde sunt, quas maximas hae terrae ferunt: et Panticapes Nomadas Georgosque disterminans.* Hylaeæ regionis meminit Herod. Melpom. l. IV, p. 231, n. 18, et auctor Peripli Ponti Euxini, pag. 2, ultra Borysthenen, versus orientem: Πρὸς ἀνατολὰς ἐκβάντι τὸν Βορυσθένην, Τοὺς λεγομένην Πλαιαν οἰκοῦντας Σκύθας. H.

Enaecadloae. Haec vero gens est alibi nusquam reperta. Quid si legas *Inde Hylaei*? nam de Hylaeis mox iterum. Hard.

Panticapes. Παντικάπης Herodoto, loc. cit. a quo haec Mela, et Plinius,

qui Nomadas et Georgos disterminat: mox Acesinus. Quidam Panticapen confluere infra Olbiam cum Borysthene tradunt: diligentiores Hypanin: tanto errore eorum, qui illum in Asiae parte prodidere.

4 Mare subit vasto recessu, donec quinque millium passuum intervallo absit a Maeotide, vasta ambiens spatia multasque gentes. Sinus Carcinites appellatur, flumen Pacyris. Oppida: Naubarum, Carcine: a tergo lacus Buges fossa emissus in mare. Ipse Buges a Coreto, Maeotis lacus sinu, petroso discludi-
5 tur dorso. Recipit amnes Bugem, Gerrhum, Hypanin, ex diverso venientes tractu. Nam Gerrhus Basilidas, et Nomadas separat. Hypanis per Nomadas

Scythae Nomades seu vagi, a Georgis, hoc est, aratoribus eo amne disterminantur. Vtrique communi minorum Tartarorum appellatione censentur. Haro. — Moscovitis nunc parent. Eo. P.

Acesinus. Valerius Flaccus, Acesinum quoque, Argon. l. VI, v. 69; Priscianus in Periegesi, p. 372, Aldescum vocat. Haro.

Infra Olbiam. Sive Olbiopolim, h. est, Borysthenitarum oppidum, de quo paulo ante diximus. Herodotum augillat, qui Melpom. lib. IV, num. 53 et 54, Panticapen et Hypanin influere in Borysthenem prodidit. H.

Mare subit. Vet. apud Dalec. et Chiffl. *Mare subit magno recessu.* Eo. P. — Euxini Ponti sinus, qui Carcinites mox oppellatur. Καρκινίτης κόλπος Straboni, lib. XII, pag. 308, ad mille porrectus stadia, hoc est, ad CXXV M. pass. Hodie *Golfe de Negropoli.* Haro.

Carcinites. Vet. ap. Dalec. *Garcinites.* Eo. P.

Pacyris. Herodot. loc. cit. pag. 240 num. 47, Υπάκυρις. Ptolemaeo, lib. III, cap. 5, ab oppido quod praeterlabitur. Καρκινίτης. Haro.

Naubarum, etc. MSS. *Navarum,* Ptolemaeo, loc. cit. Ναύβαρον, et Κάρκινα, πόλις. Carcina hodie nomen retinet, situm mutavit. Haro.

Lacus Buges. Tolet. *A tergo lacus Buges a Coreto, Moeotae lacus sinu, petroso,* etc, Eo. P. — Βύκη λίμνη Ptolemaeo, lib. III, cap. 5, nec semel Pomponio Melae, *Buces.* Flacco, Argon. lib. VI, *Byce.* Hard.

Recipit. Nempe Buges lacus. Mela, lib. II, cap. 1: *Duo flumina, Gerrhos et Hypacaris, uno ostio effluentia: verum diversis fontibus, et aliunde delapsa. Nam Gerrhos inter Basilidas et Nomadas: Hypacaris per Nomadas evolvitur.* Vnde liquet amnem eum qui Plinio nunc Hypanis dicitur, et a superiore Hypani diversum esse, qui non alio, quam quo Borysthenes ostio in Pontum influit, et Hypacarim Melae esse. Alter Γέρρος Stephano. Haro.

Basilidas. Qui Βασίλειοι Σαυρομάται

et Hylaeos fluit manu facto alveo in Bugen, naturali in Coretum. Regio, Scythia Sendica nominatur.

Sed a Carcinite Taurica incipit, quondam mari circumfusa et ipsa, quaqua nunc iacent campi. Deinde vastis attollitur iugis. Triginta sunt eorum populi. Ex iis mediterranei XXIV. Sex oppida: Orgocyni, Characeni, Lagyrani, Tractari, Archilachitae, Caliordi. Iugum ipsum Scythotauri tenent. Clauduntur ab occidente Cherroneso, ab ortu Scythis Satarchis. In ora a Carcinite oppida: Taphrae, in ipsis angustiis peninsulae: mox Heraclea Cherronesos, liber-

τοι, Appiano in Mithrid. pag. 217, et Straboni lib. VII, pag. 306. Haec Plinius tum a Mela, tum ab Herod. loc. cit. Hard.

Hylaeos. Dalec. *Hyleos*. Ed. P.

Scythia Sendica. Dalec. *Regio Scythiae Sendica nominatur*. Eo. P. — Quod Sindi, Sindonesve, gens Scythica, illam tenuere. Nam Pomponio, lib. I, cap. ult. *Sindones*, iidem Σινδοί, regio Σινδική Straboni, lib. XI, pag. 492. Hard.

Sed a Carcinite. Dalec. *sed in Carcinite*. Eo. P.

Taurica. Aliis Taurica, Pontica aliis, aliis Scythica Chersonesus dicta. Incolae Ταῦροι Straboni, lib. VII, pag. 308, et mox ipsi Plinio. Et ipsa hodie Moscovitarum imperii pars est, *Crimée* vocata. Ed. P.

Quaqua. Chiffl. *quaque*. Ed. P.

XXIV. MSS. Reg. 1, 2, Colb. 1, 2, XXVII. Hard.

Sex oppida, etc. In edit. Parm. et MSS. *Caracceni*, *Assyrani*. Nos ex Ptolemaeo, lib. III, cap. 6, *Charnceni* et *Lagyrani* rescripsimus, quoniam in Taurica oppida sunt apud eum ista, Χάραξ et Λαγύρα. Pro *Orgocyni*, forte *Argodeni* rectius, ab Αργωδα eiusdem Tauricae mediterraneo oppido. Pro *Tractari*, MSS. *Stactari* habent. In libris hactenus vulgatis legitur, *Caraseni*, *Assyrani*. Hard.

Iugum ipsum. Montes, qui in Taurica Chersoneso eminent. Hard.

Cherroneso. Oppido Heracleotarum, de quo mox. Hard.

Satarchis. Quorum oppidum in Taurica Chersoneso mediterraneum Σατάρχη, apud Ptolem. lib. III, cap. 6, incolae Pomponio Satarchae dicti. De his Solinus, cap. XV, pag. 35: *Satarchae usu auri argentique dominato, in aeternum se in publica avaritia vindicarunt*. Hi sunt quos Plinius, lib. VI, cap. 7, Satarcheos vocat. H.

In ora, etc. Vet. ap. Dalec. *In ora Caesne oppidum, Tagre*, etc. Eo. P.

Taphrae. Mela, lib. III, cap. 4: *Quod inter paludem* Maeotin, *et sinum* Carciniten *est*, *Taphrae nominantur*. Ptolemaeo, loc. cit. Τάφρος. Hard. — Taphrae, nunc *Perecop*; vulgo quoque *Orkapi*. Brot.

Heraclea Cherronesos. Sunt enim ista coniunctim legenda: unde superius cap. 24 dicitur Cherronesus Heracleotarum oppidum. Strabo lib.

7 tate a Romanis donatum. Megarice vocabatur antea, praecipui nitoris in toto eo tractu, custoditis Graeciae moribus, quinque millia pass. ambiente muro. Inde Parthenium promontorium, Taurorum civitas, Placia. Symbolon portus. Promontorium Criumetopon, adversum Carambi Asiae promontorio, per medium Euxinum procurrens CLXX M. pass. intervallo, quae maxime ratio Scythici arcus formam efficit.
8 Ab eo Taurorum portus multi, et lacus. Oppidum Theodosia a Criumetopo CXXXV M. P. A Cherroneso CXLV M. passuum. Vltra fuere oppida: Cytae, Ze-

VII, pag. 308: Πόλις Ηρακλεωτῶν καλουμένη Χερρόνησος. Mela, loc. cit. *Oppidum adiacet Chersonesus, a Diana, si creditur, conditum, et Nymphaeo specu, quod in arce ei sacratum est, maxime illustre.* Hard. — Nunc *Cherson*, nonnunquam etiam *Kosleve* dictum. E. P.

A Romanis. Quum debellato Mithridate tota regio in Romanorum potestatem venit. Hard.

Parthenium. In Taurica Chersoneso, *sinus portuosus*, inquit Mela, lib. II, cap. 1, *et ideo* Καλὸς λιμὴν *appellatus, promontoriis duobus includitur: alterum* Κριοῦ μέτωπον *vocant, Carambico quod in Asia diximus, par et adversum: Parthenion vocant.* Vnde manifestum est Καλὸν λιμένα eumdem esse, qui mox Symbolon portus oppellatur. Et Παρθενίου ἄκρου meminit Ptolemaeus, lib. III, cap. 6. Hodie *Rosaphar.* Hard.

Placia. Ita libri omnes. Sed ipsum est Strabonis Παλάκιον in Cherroneso, l. VII, p. 312. H.

Symbolon. Συμβόλων λιμὴν, Ptolemaen, loc. cit. Συμβούλου λιμὴν, auctori Peripli Ponti Euxini, pag. 6. Haan. — Nunc *le port de Kosleve.* Brot.

Criumetopon. Κριοῦ μέτωπον, hoc est, Frons arietis. Hard. — Promontorium Criumetopon, nunc *Karadjeborown*; id est, nasus niger. Carambis, de quo dicemus lib. VI, cap. 2, nunc *Kerempi.* Brot. — Dalec. *Charambi*, non *Carambi.* Vet. ap. eumdem *Carambico.* Ed. P.

Scythici arcus. De eo egimus, cap. 2. Hard.

Taurorum portus. Tauricae ora maritima a Symbolorum portu, mille fere stadiis, hoc est, CXXV mill. pass. ad Theodosiam usque porrecta, ut auctor est Strabo, lib. VII, pag. 309. Hard.

Theodosia. MSS. quoque *Theudosia*, Θευδοσία, Ταυρική πόλις, Stephano, et Scylaci, pag. 28: hodie *Caffa.* Hard.

CXXV M. Sic ap. Chiffl. Dalec. *CXXII M.* Ed. P.

A Cherroneso. Oppido Heraclentarum, de quo supra. Hard.

CXLV M. Dalec. *CLXV M.* Ed. P.

Cytae, etc. Dalec. *Cyte*, *Zephy-*

phyrium, Acrae, Nymphaeum, Dia. Restat longe validissimum in ipso Bosphori introitu, Panticapaeum Milesiorum, a Theodosia LXXXVII M. passuum; a Cimmerio vero oppido trans fretum sito MM. D. (ut diximus) passuum. Haec ibi latitudo Asiam ab Europa separat, eaque ipsa pedibus plerumque pervia glaciato freto. Bosphori Cimmerii latitudo XII M. D. 9
passuum. Oppida habet, Hermisium, Myrmecium: intus insulam Alopecen. Per Maeotin autem ab extremo Isthmo, qui locus Taphrae vocatur, ad os Bosphori CCLX M. passuum longitudo colligitur.

rium, *Acre*. Ed. P.—Κόταιον Ptolemaeo, lib. III, cap. 6, in oppidis Chersonesi Tauricae mediterraneis: Κόδαια Scylaci, pag. 28, pro Κυταία. Κύτας πόλιν vocat auctor Peripli Ponti Euxini, pag. 4. Hard.

Acrae. Ακρα κώμιον, exiguus Panticapaeorum vicus, apud Strabon. lib. XI, pag. 494. In Notitia Eccles. Hieroclis, pag. 21. Prov. Scythiae, Ακραι. Stephano Ακρα Σκυθίας. H.

Nymphaeum. Νυμφαῖον, πόλις Ταυρική, inter Panticapaeum et Theodosiam, Stephano ex Strabone. Meminit et Scylax, pag. 28, et Harpocr. et ipse Ptolem. loc. cit. Hard.

Dia. Longius Δίαν Stephanus ablegat, quum urbem Scythiae ait esse circa Phasin: Σκυθίας, περὶ τῷ Φάσιδι. Hard.

Milesiorum. Hoc est, a Milesiis Ioniae conditum, Παντικάπαιον.... κτίσμα δ' ἐστὶ Μιλησίων, inquit Strabo, lib. VII, pag. 310. H.

LXXXVII M. pass. Ita Reg. 1, 2, Colb. 1, 2, Paris. Chiffl. et Tolet. ubi, foeda depravatione vulgati libri habent tantummodo *XXXV M*. At Strabo, lib. VII, pag. 309, stadia numerat circiter *DXXX*, h. e. fere LXVII mill. pass.

MM. D. ut diximus. Cap. nimirum 24, ubi Cimmerium Bosphorum MM. D. pass. latitudine esse dixit. H. — In vet. ap. Dalec. expungitur prius M. Ed. P.

Eaque ipsa. Haec verba in Chiffl. desunt. Ed. P.

Bosphori Cimmerii. Non id modo freti nomen est, ut visum est Pintiano, sed Cherronesi minoris, in ipsa Taurica Cherroneso positae, ad ripam Cimmerii freti, Europae latere, quo in tractu Panticapaeum et Myrmecium oppida collocantur a Ptolemaeo, l. III, cap. 6. Quamobrem non hunc modo tractum universum, sed et Panticapaeum ipsum ab aliquibus Bosphorum vocari superius animadversum a Plinio est. H.

Hermisium, etc. Mela, lib. II, cap. 1: *In Bosphorum* vergentia *Cimmerica oppida, Myrmecion, Panticapaeum, Theodosia, Hermisium*. Stephano, Μυρμήκιον πολίχνιον τῆς Ταυρικῆς. Denique Αλωπεκίαν insulam contra Tanais ostia collocat Ptolemaeus, lib. III, cap. 5. Hard.

10 A Taphris per continentem introrsus tenent Auchetae, apud quos Hypanis oritur, Neuri, apud quos Borysthenes, Geloni, Thussagetae, Budini, Basilidae, et caeruleo capillo Agathyrsi. Super eos Nomades: dein Anthropophagi. A Buge super Maeotin Sauromatae, et Essedones. At per oram Tanaim usque Maeotae, a quibus lacus nomen accepit: ultimique a tergo eorum Arimaspi. Mox Riphaei montes, et assiduo nivis casu pinnarum similitudine, Pterophoros appellata regio: pars mundi damnata a rerum natura, et densa

Alopecen. Vet. ap. Dalec. *Aloperiam.* Eo. P.

Auchetae Αὐχάται Herodoto, Melpom. lib. IV, pag. 226, n. 6, citra Borysthenen. H.— Auchetae dicti sunt postea *les Esclavons.* Nomen eorum *Slavane* significat *un fanfaron.* Inde Graecis, quibus mos fuit interpretari nomina, cos dixere Auchetas, id est, gloriosos, a voce graeca αὔχη, gloriatio. Vide Cl. Lomonossow, *Nouvelle historie de Russie*, pag. 24. Hypanis autem l' *Ynguletz.* Bsot.

Neuri. Vet. ap. Dalec. *Neuroae.* Eo. P.

Geloni Γελωνοί, quos Pictos Virgilius appellavit, nunc Lithuani sunt. Θυσσαγέται, Βουδινοί, Βασίλειοι, eam quae nunc Moscovia dicitur, regionem tenuerunt, qua Borysthenis orientale latus contingit: Αγάθυρσοι Maeotidis paludis flexum ambiunt inquit Mela, lib. II, cap. 1. Hos tamen longius submovere Plinius videtur. Vnde nomen Basilidae traxerint, disces ab Herod. lib. IV, Melpom. n. 20. Hasd.

Nomades, etc. Νομάδες et Ανθρωποφάγοι, quos Ανδροφάγους vocat auctor Peripli Ponti Euxini pag. 3, et Herod. Melpom. lib. IV, n. 18, pag. 231. Hard.

Anthropophagi. Eam maxime partem Tartariae Russicae, *la Tartarie russe*, tenuere: quae est versus Paropamisum fluvium, *l'Obi.* Brot.

A Buge super. Vet. ap. Dalec. *a Buge vero super.* Eo. P.

Et Essedones. Ισσεδόνες Stephano dicti. Αριμασποί, ἔθνος Υπερβορέων, Hyperboreorum gens, in Moscoviam borealem ableganda. Haso.

Tanaim usque Maeotae. Dalec. *ad Tanaim usque Maeote.* Eo. P.

Riphaei. Vltra quos iacet ora, quae spectat Oceanum. Septemtrionalem, inquit Mela in fine libri I, et initio libri II. Totidem verbis a Plinio ea transcripsere Solinus, cap. xv, p. 35, et Capella, lib. VI, cap. de quarto Europae sinu, pag. 214. Haso.

Pterophoros. Πτεροφόρος, quasi pennarum ferax, seu nivis pennarum instar decidentis. Hinc fabulae data occasio, quam refert Ovidius, Metam. lib. XV, v. 356: *Esse viros fama est in Hyperborea Pallene, Qui soleant levibus velari corpora plumis. Quum Trotoniacam novies subiere paludem.* Hard.

A rerum natura. Sic ap. Chiffl. Dalec. *a natura rerum.* Eo. P.

mersa caligine: neque in alio quam rigoris opere, gelidisque Aquilonis conceptaculis.

Pone eos montes, ultraque Aquilonem, gens felix (si credimus) quos Hyperboreos appellavere, annoso degit aevo, fabulosis celebrata miraculis. Ibi creduntur esse cardines mundi, extremique siderum ambitus, semestri luce, et una die solis aversi: non, ut imperiti

Neque in alio, etc. Legitur ap. Dalec. in notis margini appositis: *neque in aliud quam in rigoris opera, gelidique Aquilonis conceptacula*. Alii: *in rigore operta*. Ed. P.

Pone eos montes. Vet. ap. Dalec. *post eos montes*. Ed. P. — Haec a Plinio Solinus exscripsit, cap. XVI, pag. 36. Plinius ex Hecataeo, ut ipse innuit, lib. VI, cap. 20. Hecataeus ex Aristea Proconnesio, ut Herodotus docet, Melpom. lib. IV, pag. 229, n. 13, qui ab isto conficta omnia arbitratur, ut licentia poëtica. Hard.

Hyperboreos appellavere. Hyperboreorum nomen gloriamque exsuscitare nuper voluit Cl. Bailly, laudavitque gentem cultissimam, artium doctrinarumque magistram, quae a gradu 49 latitudinis ad gradum 70 exporrecta fuit. Crediderim aliud antiquitatis latitare in iis Hyperboreis, vel fabulose a Plinio memoratis, indiciaque esse veteris famae et antiquissimarum navigationum, qualem suscepere Batavi anno 1596. Sed ea fusius hic persequi non licet. Brot.

Solis aversi. Rhodig. XVI, c. 22: *Et una die ab aequinoctio verno in autumnum: non ut imperiti dixere, solis aversi*. Vide Bud. 1, de Ass. aliis: *Semestre luce et una nocte, non ut, etc.* Dalec. — Semestri illa luce, inquit, illa tantummodo continua constituitur, efficiturque dies: sole, dum occidit, per exiguum temporis spatium averso, sive abdito: nihil ut tenebrarum inter occasum exortumque solis senis illis mensibus intercedat. Aversum pariter una luce solem Solinus dixit, loc. citato: nec visus tamen quid diceret intellexisse. H.

Non ut imperiti. Tamen certissima sphaerae probatione constat, non solstitio illic soles oriri, brumaque semel occidere: sed ab aequinoctio verno ad autumnale, semestrem illam lucem, utique si semestris est, adesse. Peritissime certe de iis gentibus Mela lib. III, cap. 5, pag. 53: *In Asiatico littore*, inquit, *Hyperborei super Aquilonem Riphaeosque montes, sub ipso siderum cardine iacent, ubi sol non quotidie ut nobis; sed primum verno aequinoctio exortus, autumnali demum occidit: et ideo sex mensibus dies, et totidem aliis nox usque continua est. Terra angusta, aprica, per se fertilis*, etc. Vt ea esse vera existimem, quae in hunc locum sunt a me prolata, in prioribus notis, alienum tamen a Plinii ingenio ac modestia videtur, ut Imperitum appellasset Pomponium Melam, virum omnis elegantiae atque eruditionis, vel hac maxime in parte, plenissimum: qui ab eo vix toto de geographicis rebus opere latum unguem discedit: quem denique hoc ipso in loco vulgo creditur transcripsisse.

dixere, ab aequinoctio verno in autumnum. Semel in anno solstitio oriuntur iis soles, brumaque semel occidunt. Regio aprica, felici temperie, omni afflatu noxio
12 carens. Domus iis nemora, lucique, et deorum cultus viritim gregatimque, discordia ignota et aegritudo omnis. Mors nonnisi satietate vitae, epulatis delibutoque senio luxu, ex quadam rupe in mare salientibus. Hoc genus sepulturae beatissimum. Quidam eos in prima parte Asiae littorum posuere, non in Europa, quia sunt ibi simili consuetudine, et situ, Attacorum
13 nomine. Alii medios fecere eos inter utrumque solem, Antipodum occasum exorientemque nostrum: quod fieri nullo modo potest, tam vasto mari interveniente. Qui non alibi quam in semestri luce constituere eos,

Venit igitur aliquando in mentem, levi traiectione voculae molliri, seu refingi eam commode sententiam posse: *ut non imperiti dixere*. Moxque verborum sequentium, *semel in anno solstitio oriuntur iis soles, brumaque semel occidunt*, hic erit intellectus, semel in anno oriri iis soles, atque id illis esse solstitium, sole ab eorum oculis nunquam abscedente: semel occidere, eamque brumam esse iis, sole abdito. Nec coniecturae tamen ipse meae plus quam par est, faveo; nisi viri eruditi faveant. H.

Omni afflatu. Chifflet. *omni flatu*. Ed. P.

Domus iis, etc. Mela lib. III, c. 5. A Plinio Solinus, cap. XVI, pag. 36 et 37. Hard.

Delibutoque senio. MSS. omnes: editi, *delibutisque senibus*. Mela id tantum, loc. cit. *hilares, redimiti sertis*. Solinus, *epulati delibutique*. H.

Quidam. Sic Mela Pomponius, loc. cit. Hard.

Quia sunt ibi. Ita recte vet. Dalec. cod. et Paris. cum Pintiano. Dalec. *qui sunt ibi similitudine et situs, Atacorum nomine*. In vet. ap. Dalecamp. *Atacori*, non *Atacorum* legitur. Ed. P. — Ratio, inquit Plinius, cur quidam Hyperboreos in prima parte Asiae littorum posuerint, ea est, quoniam Attacori ibi degentes, similem vivendi moriendique consuetudinem, cum haud absimili quoque situ, teneant. De Attacoris dicemus lib. VI, cap. 20. Hard.

Aliis medios. Solinus, cap. XVI, pag. 36. Hard.

Antipodum. Vnde a nobis sol occidens pergit ad Antipodas. Hard.

Qui non alibi. In vet. ap. Dalec. Chiffl. et vett. omnibus deletur vocula *non*. Ed. P. — Iocose quidem, sed ingeniose et vere dictum. Nam in Borealibus his regionibus, ut et in Canadensi, Petropolitana, aliisque, seritur mense maio, iulio augustove

serere matutinis, meridie metere, occidente sole fetus arborum decerpere, noctibus in specus condi tradiderunt. Nec libet dubitare de gente ea, quum tot auctores prodant frugum primitias solitos Delon mittere Apollini, quem praecipue colunt. Virgines ferebant 14
eas, hospitiis gentium per annos aliquot venerabiles: donec violata fide, in proximis accolarum finibus deponere sacra ea instituere, hique ad conterminos deferre, atque ita Delon usque. Mox et hoc ipsum exolevit. Sarmatiae, Scythiae, Tauricae, omnisque a Borysthene amne tractus longitudo DCCCCLXXX M. latitudo DCCXVII M. a M. Agrippa tradita est. Ego incertam in hac terrarum parte mensuram arbitror.

XXVII. Verum instituto ordine, reliqua huius si- 1
nus dicantur, et maria quidem eius nuncupavimus. (XIII.) Hellespontus insulas non habet in Europa dicendas. In Ponto duae, M. D. pass. ab Europa, XIV M. ab ostio, Cyaneae, ab aliis Symplegades appellatae,

melitur, septembri et octobri fetus arborum decerpuntur. Brot.

Nec libet. Sic ap. Chifflet. Dalec. *nec licet.* Ed. P. — Mela haec quoque, lib. III, cap. 5. Ex Plinio Solinus accepit, cap. XVII, pag. 37. Omnes ex Herodoto, in Melpomene, seu lib. IV, p. 135. De cultu Apollinis apud Hyperboreos, Diod. Bibl. lib. II, p. 130. Hard.

Violata fide. Solini paraphrasis: *Quoniam hae virgines perfidia hospitum non illibatae revenissent.* Hard.

Hique. Vet. ap Dalecamp. *indeque.* Ed. P.

Sarmatiae, Scythiae, etc. Marlianus iisdem fere verbis lib. VI, cap. de quarto Europae sinu, pag. 241. H.

DCCCCLXXX M. Chifflietius *DCCCLXXX M.* Ed. P.

DCCXVII. Marlianus, *septingenta decem:* lege ex Plinio, *septingenta et septemdecim.* Hard.

XXVII. *Reliqua.* Vet. apud Dalec. *reliquiae.* Ed. P.

Nuncupavimus. Maria ante, inquit, ea indicavimus, quae hoc sinu comprehenduntur: nunc insulas per singula sparsas persequemur. Haad. — Vet. ap. Dalec. *nuncupabimus.* Ed. P.

Cyaneae. Κυανέαι, Diodoro, Bibl. lib. V, pag. 322, et Straboni l. VII, pag. 319. A colore sic appellatas auctor est Schol. Apoll. ad lib. Argon. Eaedem συμπληγάδες et συνδρομάδες πέτραι, a concursu appellatae: unde a Iuvenali *concurrentia saxa.* De ea fabula vide Apollodorum, de Diis, liber I, pag. 61, et auctorem Peripli Ponti Euxini, pag. 15, et

traditaeque fabulis inter se concurrisse: quoniam parvo discretae intervallo, ex adverso intrantibus geminae cernebantur, paulumque deflexa acie, coeuntium speciem praebebant. Citra Istrum, Apolloniatarum una, LXXX M. a Bosphoro Thracio, ex qua M. Lucullus Capitolinum Apollinem advexit. Inter ostia Istri quae essent, diximus. Ante Borysthenem Achillea est supra
2 dicta, eadem Leuce, et Macaron appellata. Hanc temporum horum demonstratio a Borysthene CXL M. ponit, a Tyra CXX M. a Peuce insula quinquaginta M. Cingitur circiter decem M. passuum. Reliquae in Carcinite sinu, Cephalonnesos, Rhosphodusa, Macra. Non est omittenda multorum opinio, priusquam digrediamur a Ponto, qui maria omnia interiora illo capite nasci,

Melam lib. II, pag. 7. H. — Cyaneae saxa sunt potius, quam insulae, haud procul *Fanari*, *à l'entrée du canal de Constantinople*. BROT.

Apolloniatarum una. In Ponto, inquit, infra Danubii ostia, insula est Apolloniatarum dicta, quoniam in ea urbs ipsa Apollonia est, ut docet Strabo, loc. cit. Haec illa est Apollonia, de qua egimus, cap. 18. H. — Nunc *Keshik Adasi*, ante Apolloniam, nunc *Siseboli*, posita. BROT.

Ex qua M. Lucullus. Solinus, cap. XIX, pag. 38, ac Plinius ipse, l. IV, cap. 18. Apollo Capitolinus dictus est, quoniam in Capitolio dedicatus a Lucullo. P. Victor, in descript. Romae, regione octava: *Apollo translatus ex Apollonia a Lucullo, triginta cubitum*. HARD.

Diximus. Cap. 24. HARD.

Supra dicta. Cap. 26. HARD.

Et Macaron. Μακάρων, hoc est, Beatorum: quod fama essel Achillis ibi heroumque animas vagari per montium cava: quamobrem et Ἡρώων quoque νῆσος appellata. Ita Eustathius ad Dionysii Perieg. v. 545. H.

Cingitur circiter decem M. Ambitus eius insulae complectitur X M. pass. HARD.

Cephalonnesos. Ibi nunc *le cap et l'ile de Tendra*. BROT.

Rhosphodusa. Ita libri omnes, etiam MSS. Libentius tamen *Rhodussa* agnoverim cum Pintiano. Macrae autem haud dubie nomen ipsa longitudo fecit. HARD.

Non est omittenda. Transcribit haec de more Solinus, cap. XVIII, p. 38. HARD.

Maria omnia interiora. Solinus recte interpretatur mediterranea maria: nam Internum mare Latini, Pliniusque ipse l. III, cap. 1, τὴν ἐντὸς θάλασσαν Graeci, mediterraneum vocavere: ut frustra sint, qui *inferiora* hic nobis inculcant, reclamantibus omnibus libris. Macrobius in hoc ipso argumento accurate versatus, quamquam a Plinio diversus abit quadam ex parte, *nostra maria* reddidit, Saturn. lib.

non Gaditano freto, existimavere, haud improbabili argumento: quoniam aestus semper e Ponto profluens, numquam reciprocetur.

Exeundum deinde est, ut extera Europae dicantur, 3 transgressisque Riphaeos montes, littus Oceani septemtrionalis in laeva, donec perveniatur Gades, legendum. Insulae complures sine nominibus eo situ traduntur. Ex quibus ante Scythiam, quae appellatur Raunonia, unam abesse diei cursu, in quam veris tempore fluctibus electrum eiiciatur, Timaeus prodidit. Reliqua littora incerta signata fama. Septemtrionalis Oceanus: Amalchium cum Hecataeus appellat,

VII, cap. 12, pag. 622: *Quod si in Pontum*, inquit, *vel paleas, vel ligna, seu quaecumque alia natantia proieceris, foras extra Pontum feruntur in Propontidem, atque ita in mare quod alluit Asiae oram: quum constet in Pontum effluere maris aquam, non effluere de Ponto. Meatus enim qui solus de Oceano receptas aquas in maria nostra transmittit, in freto est Gaditano, quod Hispaniam Africamque interiacet: et sine dubio inundatio ipsa per Hispaniense et Gallicanum littora in Tyrrhenum prodit: inde Adriaticum mare facit: ex quo in Aegaeum pergit, atque ita ingreditur in Pontum.* Hard. — *Inferiora* apud Senecam, qui hunc locum explicat. Dalec.

Numquam reciprocetur. Ita Solinus: hoc est, numquam ex interno mari vicissim aqua in Pontum refluat. Vide quae diximus lib. II, cap. 100. H.

Exeundum. Exire interiore hoc e mari oportet, inquit; ut quae ambitur Oceano, Europae ora lustretur, et insulae. Hard. — Vet. ap. Dalec. *Adeundum*. Ed. P.

Extera. Vet. ap. Dalecamp. *caetera*. Ed. P.

Quae appellatur Raunonia. Ita MSS. omnes, Reg. 1, 2, Colb. 1, 2, et fere Parm. edit. In vet. apud Dalecamp. et Chiffl. *Baunoma*. In libris caeteris hactenus editis, *quae appellatur Baunomanna abesse a Scythia, diei cursu*. Miror viris doctis, Pelicerioque in primis, in notis MSS. facile persuasum ibi insulae nomen latere, non continentis Scythiae, quae ea adverso est: neque animadversum illud *a Scythia*, glossema esse, quo carent MSS. H. — Scythia illa Raunonia, nunc *les Samoyèdes, la province d'Obodora, la Sibérie*. A celebritate (celebria sunt longinqua) dicta fuisse videtur Raunonia. Sic urbs *Nowogorod* antiquitus dicebatur *Runigard*, id est, urbs illustris. Vide Cl. Lomonossow, loc. cit. pag. 12. Brot.

Vnam. Videtur esse quam nunc dicimus *Vaygatz*. Brot.

Tempore. Dalec. *temperie*. Ed. P.

Septemtrionalis Oceanus. Frustra has voces suis sedibus movent Pintianus et Pelicerius in notis MSS. H. — Septemtrionalis Oceanus, nunc *la mer Glaciale*. Brot.

Amalchium. Haec deinceps Solinus

a Paropamiso amne, qua Scythiam alluit, quod nomen eius gentis lingua significat congelatum. Philemon Morimarusam a Cimbris vocari, hoc est, mortuum mare, usque ad promontorium Rubeas: ultra
3 deinde Cronium. Xenophon Lampsacenus, a littore Scytharum tridui navigatione, insulam esse immensae magnitudinis, Baltiam tradit. Eamdem Pytheas Basiliam nominat. Feruntur et Oonae, in quibus ovis avium et avenis incolae vivant. Aliae, in quibus equinis pedibus homines nascantur, Hippopodes appellati:

iisdem verbis, cap. XIX, pag. 38, et auctor libri de mensura orbis terrae. HARD.

Paropamiso. Obium, credo, amnem Hecataeus intellexit, *Oby*, in Siberiae finibus. HARD.

A Cimbris. Hoc est, a Cimbrorum peninsula, et a faucibus Codani sinus, usque ad promontorium Rubeas, quod nunc vulgo dicitur, *Noort Kyn*, vel *Nort Cap*, in extrema Norvegia versus septemtrionem positum, Morimarusam Philemon ait id mare vocari: quod ultra Rubeas est, Cronium nominari. Ita fere Solinus, loc. cit. Promontorio huic ab amne Rhubone forte nomen est, in Oceanum influente, cuius meminit Ptolemaeus in Sarmatias, lib. III, cap. 5. H.

Vsque ad promontorium Rubeas. Vet. ap. Dalec. *inde usque*, etc. ED. P.

Cronium. Certe non ἀπὸ τοῦ Κρόνου, ut nugantur Veteres, hoc est, a Saturni frigido sidere: sed potius ἀπὸ τοῦ Κρόνου ποταμοῦ, cuius in Sarmatia meminit Ptolemaeus, lib. III, cap. 5, deducta haec appellatio est: nam is in eum Oceanum irrumpit. HARD.

Xenophon, etc. Solinus, cap. XIX, pag. 39. HARD.

Tridui navigatione. Quam diei tantum unius cursu distare a continenti Timaeus superius paulo prodidit. H.

Baltiam. Nunc *la Nouvelle-Zemble.* BAOT.

Feruntur. Incerta haec fama signari innuit: incerta haec insularum nomina, incertumque situm. Oonae, sive magis *Oonaeae*, vel *Oenoeae*, Plinio insulae sunt, Solinoque Plinium secuto. At Pomponio Melae lib. III, cap. 6: *ob alternos accessus, recursusque pelagi, et quod spatia queis distant, modo operiuntur undis, modo nuda sunt, alias insulae videntur, Sarmatis adversae, alias una et continens terra.* HARD. — Insulae videntur esse quae sunt in ostio Paropamisi fluvii, hodie *Oby*, quarum praecipua dicitur *Aloo*, *Bieloi* vel *Ostrow*. BAOT.

Ovis avium et avenis incolae vivant. Vet. ap. Dalecamp. *ovis avium advenae et incolae vivant.* Alii apud eumdem *ovis avium et advenis*, etc. ED. P.

Aliae in quibus. Mela, et Solinus, loco citato. De Hippopodibus vide. August. libro XVI, de Civit. cap. 8 HARD.

Hippopodes. Fabula illa hominum Hippopodum, Fauesiorum, nata vi-

Fanesiorum aliae, in quibus nuda alioquin corpora praegrandes ipsorum aures tota contegant.

Incipit deinde clarior aperiri fama ab gente Ingaevonum, quae est prima inde Germaniae. Sevo mons ibi immensus, nec Riphaeis iugis minor, immanem ad Cimbrorum usque promontorium efficit sinum, qui Codanus vocatur, refertus insulis: quarum clarissima Scandinavia est, incompertae magnitudinis, portionem 6

detur ex perversa interpretatione nominum, quibus appellabantur insulae, aut ex eorum moribus. Baot.

Fanesiorum. Ita MSS. quoque ipsi, et sic in Solino etiam legitur: sed rectius utrobique cum Pintiano, *Panotiorum* legas. Sicuti enim superiores Oonae, ab ovis quibus aluntur, sunt appellati: Hippopodes mox, ab equinis pedibus; ita hos, quoniam auribus toti fere constare viderentur, Graeca voce Πανωτίους dictos, a πᾶν et ὦτα credere libet; Isidoro praesertim adstipulante, qui non aliunde hausisse quam ex Plinio videtur, Etymol. lib. XI, cap. 3: *Panotii*, inquit, *apud Scythiam esse feruntur, tam diffusa aurium magnitudine, ut eis omne corpus contegant.* Πᾶν *enim graeco sermone omne; ὠτία aures dicuntur.* Ενωτοκοίτους appellavit Strabo, lib. XV, pag. 711. Ωτοκλίνους non semel appellat Tzetzes, Chiliad. 7, vers. 533 et seq. Μεγάλα δ' οἱ ὠτολίκνοι τὰ ὦτα κεκτημένοι. Ομοίως σκέπεσιν αὐτοὺς τρόπῳ τῶν σκιαδείων. In priore versu ὠτοκλίνοι: legimus. Quominus tamen in Plinianо contextu quidquam immutem, facit Ptolemaeus lib. II, cap. 11, qui Scandiae in Germanico Oceano gentem quamdam Φιραίσους appellat, forte pro Φανήσους. H.

Incipit deinde. Dalec. *incipit inde*, non *deinde*. Ed. P. — Iam certiore, inquit, fama produntur gentes deinceps appellandae. Solinus, cap. xx, pag. 40: *Sevonem montem*, inquit, *Ingaevones tenent, a quibus primis post Scythas nomen Germaniam consurgit.* Auctor libri de mensura orbis terrae hunc locum paulo aliter ex suis codicibus legit: *Plinius Secundus de insulis Germaniae: incipit deinde clariore aperiri fama ab gente Ingaevonum, quae est prima in Germania, mons Sevo ibi immensus: nec Riphaeis iugis minor, immanem ad Cimbrorum usque promontorium efficit sinum, qui Codanus vocatur, refertus insulis*, etc. H.

Inde Germaniae. Bene MS. Reg. 4, et editio princeps, *inde Germania.* Baot.

Sevo mons. Is a mari Albo et extremis Lappiae finibus, lunato cursu ad fauces usque sinus Codani, versus Cimbrorum promontorium, ccc circiter passuum mill. procurrit, variis nominibus. Haad. — *Dophrines* vulgo dicitur hodie. Ed. P.

Cimbrorum usque promontorium. Chiffl. *Cimbros usque promontorium.* Ed. P.

Qui Codanus. Ac deinde Balticus, ab insula Baltia, est cognominatus. Haad.

Scandinavia. Quae hodie Suecia

tantum eius, quod sit notum, Hillevionum gente quingentis incolente pagis, quae alterum orbem terrarum eam appellat. Nec est minor opinione Eningia. Quidam haec habitari ad Vistulam usque fluvium, a Sarmatis, Venedis, Sciris, Hirris tradunt. Sinum Cylipenum vocari: et in ostio eius insulam Latrin. Mox alterum sinum Lagnum, conterminum Cimbris. Promontorium Cimbrorum excurrens in maria longe pe-

Norvegiaque dicitur. Insulam Veteres credidere: sinum Codanum rati cum Oceano septemtrionali, sive Hyperboreo connecti, ad finem Suevonis montis, qua Russis nunc accolis Album mare, et alio nomine Granwicus sinus appellatur: qua ratione insulae duae efficiebantur, praecipua magnitudine, Scandinavia atque Finningia. H.

Hillevionum. Proximam hanc fuisse Scandinaviae partem vel ex eo liquet, quod primam eam Romani nosse potuerunt. Ii Αευωνοι voce, ut apparet, capite diminuta, pro Ιλλευωνοι a Ptolemaeo nominantur, in Scandiae media regione lib. II, cap. 11. Hard.

Eningia. In MSS. *Epigia*: atque ita similiter auctor libri de Mensura orbis terrae: *Nec minor est opinione Epigia*. Sed utut est, Finningiam intelligit, inter Scandinaviam et Venedos sitam: ingens hodie peninsula, *la Finlande*: unde sinui proximo nomen, qui Finningiam a Livonia disterminat, *le golfe de Finlande*. H.

Haec. Malebat Dalecampius *hanc*. Ed. P.

Vistulam. Chiffl. *Visulam*. Pomp. *Istulam*. Etiamnunc *Vistule*. Ed. P.

A Sarmatis. A Sarmatarum gentibus, quarum haec sunt nomina: Venedae, Sciri, Hirri. Οὐενίδαι Ptolemaeo, lib. III, c. 5, a quibus Venedicus sinus, *le golfe de Dantzic*, nomen olim habuit, Livoniam tenuere: ac Lithuaniae partem occidentalem: Sciri, quos Sidonius Apollin. Carm. 7, *Seros* vel *Sceros* appellat, Hirrique, Curiam, *le duché de Curland*, Samogitiamque. *Venedorum nationes*, inquit Tacitus lib. de Morib. German. cap. 46, *Germanis an Sarmatis adscribam, dubito*, etc. Auctor libri de Mensura orbis terrae hunc Plinii locum exscribens, Hirros non agnoscit. *Quidam*, inquit, *haec habitari ad insulae usque ad fluvium* (*lege, ad Vistulam usque fluvium, sive Visulam*) *a Sarmatis, Venedis, Scirisque tradunt*. Ac valde metuo ne Hirri a repetitis temere Sciris accreverint. H. — Dalec. *a Sarmatis, Venedis, Scyrris*. Ed. P.

Cylipenum. Ita MSS. at editi, *Clylipenum*. Nunc sinus Livonicus dicitur, a celebri eius regionis emporio, *le golfe de Riga*: quo in sinu antiquo vocabulo Latris insula, nunc *Oesel* vocatur. H.

Lagnum. Is est qui Iutlandiam, Holsatiam, Ducatumque Mecheloburgensem alluit. H.

Promontorium. Hodie *Skagen Cap*, in Iutlia septemtrionali, Danici regni

ninsulam efficit, quae Cartris appellatur. Tres et viginti inde insulae Romanorum armis cognitae. Earum nobilissimae, Burchana, Fabaria nostris dicta, a frugis similitudine sponte provenientis. Item Glessaria, a succino militiae appellata: a barbaris Austrania, praeterque Actania.

XXVIII. Toto autem hoc mari ad Scaldim usque fluvium, Germanicae accolunt gentes haud explicabili mensura, tam immodica prodentium discordia est. Graeci et quidam nostri XXV M. passuum oram Germaniae tradiderunt. Agrippa cum Rhaetia et Norico longitudinem DCLXXXXVI millia passuum, latitudinem CXLVIII millium: (XIV.) Rhaetiae prope unius maiore

provincia, ad fauces eas unde sinus Codanus erumpit ex Oceano. H.

Cartris. Vet. ap. Dalec. *Cartris appellatur XXII M. pass. inde*, etc. Eo. — Aliis Cimbrica Chersonesus, hodie *Jutland*; Daniae regi paret. H.

Romanorum. Druso Germanico in Germania bellum administrante. Strabo lib. VII, p. 291. H.

Burchana. Βυρχανίς Straboni, loc. cit. Stephano Βούρχανις in Celtica. Existimant eruditi esse insulam *Borcum*, in ostiis Amasii *Ems* amnis positam: aiuntque turrim etiamnum ibi exstare, quam *Het boon huys* incolae vocent: quae vox Germanica lingua *Fabarum domum* sonet. Vide quae dicenda sunt lib. XVIII, cap. 30. H.

Similitudine. Vet. ap. Dalec. *multitudine.* Eo. P.

Militiae. Non Romae, domique, sed foris ab exercitu, militibusque romanis. Nam a domesticis vernaculisque, castrensia distingui vocabula, in praefatione ad Vesp. iam dictum est. In MSS. *Austeravia.* De Glessariis dicemus c. 30. H.

XXVIII. *Toto autem hoc mari.* Septemtrionali, quod Europam alluit. Haro.

Prodentium. Rhenan. *tradentium.* Eo. P.

XXV. M. pass. Lineola superposita vicies quinquies centena millia passuum significari admonet. H.

DCLXXXXVI millia. Dalec. *DCLXXXVI.* Eo. P.

CXLVIII. Ita MSS. omnes, Reg. 1, 2, Colb. 1, 2, etc. H. — Dalec. *CCLXVIII.* Eo. P.

Rhaetia prope. Agrippam reprehendit, qui Germaniae Rhaetiaeque, et Norici latitudinem tam angustis definierit spatiis: quum Rhaetiae unius prope maior sit, quam quantam tergeminae illi regioni assignaverit: saltem qualis quantaque Rhaetia cognita est, quum circa Agrippae obitum Romanorum armis est domita. Nam Germania, ne multis quidem post annis, nec tota etiam, lustrari noscique potuit. Avulsa male haec fuisse hactenus a praecedentibus, ante nos intellexit Rhenanus: evidens inscitiae

latitudine, sane circa excessum eius subactae. Nam Germania multis postea annis, nec tota, percognita est. Si coniectare permittitur, haud multum orae deerit Graecorum opinione, et longitudini ab Agrippa pro-
2 ditae. Germanorum genera quinque: Vindili: quorum pars Burgundiones, Varini, Carini, Guttones. Alte-

eorum argumentum, qui Plinii libros in capita distinxere: quum sine illis constare antecedentia minime possint. Ridenda quoque hic, ut multis aliis in locis, Gallici interpretis hallucinatio, qui verba haec paulo post sequentia, *circa excessum eius*, non ad Agrippae obitum, sed ad exitum Germaniae nescio quem retulit. H.

Circa excessum eius. Rhenan. *citra excessum.* Ed. P. — Excessit e vivis Agrippa, Valerio Messala Barbato, P. Sulpicio Quirino coss. anno V. C. DCCXLII, ut auctor est Dio, lib. LIV, pag. 541. Subacta per Drusum Tiberiumque, quos exercitui Augustus praefecerat, Rhaetia, M. Druso Libone, L. Calpurnio Pisone coss. anno DCCXXXIX, ut idem refert, pag. 335. Hard.

Si coniectare. Si coniecturae locus datur, inquit, minor paulo erit, quam opinati sunt Graeci, Germaniae ora, vicies quinquies centena M. pass. ut paulo ante diximus, colligere ab his credita: nec multo etiam brevior, quam Agrippa prodidit, qui DCLXXXVI millibus passuum omnino definiit, Germaniae cum Rhaetia et Norico longitudo. Insignis autem ideo est utriusque mensurae discrimen, quoniam per anfractus sinusque Germanici Oceani prior illa Graecorum excurrit: sequens vero Agrippae, cuncta Germania nondum explorata, mediterraneam tantum eius cognitae partem, tractu diverso metitur. H.

Opinione. Sic ap. Chiffl. Dal. *opinioni.* Ed. P.

Long. ab Agr. proditae Vet. ap. Dal. *long. ab Agr. traditae.* Ed. P.

Vindili. Ita Reg. 1. At Reg. 2, Colb. 1, 2, Chiffl. et Paris. *Vandili* Tacitus Vandalios vocat, lib. de moribus Germ. pag. 123. In Notitia Dignit. Imp. Rom. cap. 18, Ala *Vandilorum.* Ex Vandalicis montibus Albion amnem effluere, et in Oceanum effundi, auctor est Dio lib. LV, pag. 548. Vandali, inquit Mariana, Hist. Hisp. lib. V, cap. 4, p. 185, quibus ferme locis nunc Mekelburgenses sunt et Pomerani. Hard.

Burgundiones. Burgundiones pars Vandalorum, a burgis, hoc est pagis in quos dissipati erant, appellationem sortiti sunt: et quum in Hednis consedissent, ut creditur, ei Galliae provinciae, Burgundiae nomen fecerunt. Partem Poloniae tenuere, ubi nunc *Gnesna.* H.

Varini. Varini Tacito lib. de Morib. Germ. c. 40. Ptolemaeo sunt Avarini lib. III, cap. 5, in Sarmatia Europaea, ad Vistulae fontes, ubi nunc Cracovia. Φρουγουνδίωνες, inquit (pro Φουργουνδίωνες) εἶτα Αὐαρηνοί, forte pro Οὐαρηνοί, παρὰ τὴν κεφαλὴν τοῦ Οὐιστούλα ποταμοῦ. Non hoc viderunt Cluverius, aliique, qui aliter statuunt: a quibus dissidere me saepissime, sed certis adductum argumentis, profiteor. Hard.

Carini. Καρινοὶ hi Ptolemaei esse

rum genus, Ingaevones: quorum pars Cimbri, Teutoni, ac Chaucorum gentes. Proximi autem Rheno, Istaevones: quorum pars Cimbri mediterranei: Her-

visi sunt Hermolao: frustra, quum ii Helvetiorum genti confines esse a Ptolemaeo dicantur lib. III, cap. 11, in Germania. Nisi ex incauta superioris vocis *Varini* repetitione nata conflataque ista sit, Vistulae accolas necesse est fuisse Carinos, perinde ac caeteras Vandalorum gentes, Burgundiones, Varinos, Guttones. H.

Guttones. *Gotones* vocat Tacitus, Annal. lib. II, cap. 62. *Gothones* lib. de Moribus Germ. cap. 43. Ptolemaeo lib. III, cap. 5, Γύτωνες, ad Vistulam positi sub Venedis: quo ex situ colligimus ibi fuisse, ubi Varsovia est, et utraque Prussia, quam Regalem, et quam Ducalem vocant. Fuit horum oppidum primarium Gytonium primo, mox a Getis Danisque Gedanum, a sinu Codanium, *Dantzic*. Inde Gothones, sive Gothi profecti, qui totam Europam exagitarunt armis, ac ditione diu tenuerunt. Vide Aegid. Laccary, de Coloniis Gallor. lib. I, cap. 9, pag. 69. Harn.

Ingaevones. Ab extremo septentrionalis Oceani littore, ad amnis Amisii ostia, quidquid terrarum interiacet, Ingaevones dicti tenuere Norvegiam, Sueciam, Daniam, Finlandiam, Saxoniam, Frisiamque orientalem. Hard.

Cimbri. Holsatiam illi, Iuttiamque tenuere. Mox Teutoni inferiorem Saxoniam: Brema civitate primaria: denique gentes Chaucorum duae, maiores, atque minores, Καῦχοι οἱ μείζους, καὶ οἱ μικροί, Osnabrugensem ditionem isti ad Visurgim fluvium; illi Luneburgensem Ducatum, ad Albim: ex Ptolemaeo lib. II, c. 11. Tacitus lib. de Moribus Germ. c. 35, de Chaucorum situ: *Ac primo*, inquit, *statim Chaucorum gens, quamquam incipiat a Frisiis, ac partem littoris occupet, omnium quas exposui gentium lateribus obtenditur, donec in Cattos usque sinuetur*, etc. H. — Dalec. *Cauchorum*. Chiffl. *Baugorum*. Eo. P.

Istaevones, etc. Est ita legendum: non, *Istaevones, quorum pars Cimbri mediterranei. Hermiones, quorum*, etc. Erunt enim etiam Hermiones Rheno proximi? Erunt mediterranei Cimbri, quorum nullum usquam vestigium est? Quanto commodius eadunt omnia emendatione nostra, quum apposite Hermiones mediterranei, hoc est, in media Germania positi, et Ingaevonibus qui oceano, et Istaevonibus qui Rheno sunt proximi, opponentur? Sic enim Tacitus lib. de Moribus German. p. 123: *Proximi oceano Ingaevones: medii Hermiones: caeteri Istaevones vocantur*. Sic igitur manifeste hic locus interpungendus est. At non propterea inserendi huc sunt Sicambri, invitis ac repugnantibus libris omnibus, tum editis, tum manu exaratis; quum sententia huius loci sit, tam inter Istaevones, quam inter Ingaevones, habitasse Cimbros, qui tractus utriusque partem occuparint. Nihil planius. Harn. — Herm. *Istaevones, quorum pars Cimbri, et Mediterranei*, etc. Ed. P. — A Rheni ostiis ad Coloniam Vbiorum amnis eius accolae, cum Frisiis occidentalibus, Istaevones appellati. Hard.

3 miones: quorum Suevi, Hermunduri, Chatti, Cherusci. Quinta pars Peucini, Basternae, supra dictis contermini Dacis. Amnes clari in Oceanum defluunt, Guttalus, Vistillus sive Vistula, Albis, Visurgis, Amisius, Rhenus, Mosa. Introrsus vero, nullo inferius nobilitate, Hercynium iugum praetenditur.

Cimbri. Horum regio ibi fuit, ubi nunc Comitatus Marchiae, Bergensis Ducatus, et Cliviensis pars transrhenana. Quae quidem regiones in Prussica provincia, nunc *grand duché du Bas-Rhin* dicta continentur. Hardo. et Eo. P.

Hermiones. In media Germania positi, ultra Rheni Oceanoique ripas. In Germaniae populis medii a Tacito appellati lib. de Morib. Germ. cap. 2. Hardo.

Quorum Suevi. Hermionum gentes ex ordine perquam accurate describit, ab iis exorsus, qui sunt ortui solis propiores, mox cursu inde versus occasum instituto. Horum igitur Suevi ii sunt, quos hodie Moravos appellamus, *la Moravie*, ut iam superius monuimus cap. 25. Neque enim Suevos ab istis alios Plinius agnovit, aut Ptolemaeus, qui lib. II, cap. 11, ultra Albim Suevos summovet, versus ortum. Postea ad Danubii caput commigrarunt. Hermonduri fuere, qui nunc Bohemi, populique ab his fusi usque ad Danubii ripam. *In Hermunduris*, inquit Tacitus loc. cit. cap. 41, *Albis oritur flumen inclytum: iuxta Hermunduros Marcomanni et Quadi agunt... Eaque Germaniae veluti frons est, quatenus Danubio praetexitur.* Sentio convelli a me recentiorum Geographorum placita: sed hos nihil in praesenti moror. Hard.

Chatti, etc. Chattis Francouiam, Brunswicensem Ducatum, circumiacentemque late regionem a Franconia ad Chaucorum fines Cheruscis adscribimus: hi enim inter Chattos Chaucosque medii, Tacito teste lib. de Morib. Germ. cap. 36. Hard.

Peucini, Basternae. Peucini, quos quidam Bastarnas vocant, inquit Tacitus loc. cit. cap. 46. Strabo tamen Bastarnarum partem esse Peucinos putat lib. VII, pag. 306. De horum situ diximus cap. 25. Gallos Livius semper appellat lib. XLIV. Attamen Germani esse ducuntur. Gruteri inscript. pag. 453, Bastarnae. *Hard.*

Guttalus. Hunc eumdem esse, qui Ptolemaeo lib. II, cap. 11, Οὔιδρος, aliis *Odera*, *l'Oder*, erudite probat Cluverius, adversus Iunium, Germ. antiq. lib. III, cap. 49; Solino, cap. XX, p. 40, *Gothalus* est. Hard.

Vistula, etc. Rhenan. *Vistillus*, *Suevus*, *Albis*. Eo. P. — Οὐϊστούλα, Ἀλβις, Οὐϊσσουργις, Αμισιος, Ptolem. loc. cit. Nostris, *le Veichsel*, *ou la Vistule*, *l'Elbe*, *le Veser*, *l'Ems*. Hard.

Nullo. Sic ap. Rhen. Dalec. *nulli*. Eo. P.

Hercynium iugum. Quem Hercynium saltum appellavit cap. 25; Ορκύνιον δρυμόν Ptolem. lib. II, c. 11; Livius lib. IX, c. 36, Germanicos saltus. Dionys. Perieg. v. 286, Ἑρκύνιον δρυμόν. Hard.

XXIX. (xv.) In Rheno ipso, prope centum M. passuum in longitudinem, nobilissima Batavorum insula et Cannenufatum: et aliae Frisiorum, Chaucorum, Frisiabonum, Sturiorum, Marsaciorum, quae sternuntur inter Helium ac Flevum. Ita appellantur ostia, in

XXIX. *Et Cannenufatum.* Voculam *et*, quam Dalecampius expunxerat, tum ex MSS. librorum, tum ex priorum editionum fide restituimus: ne Batavorum insulam, et Canneoufatum, geminam esse ac diversam, quisquam existimaret. Vide Cluver. German. antiq. lib. II, cap. 33. H. — Vet. apud Dalec. *Caninefatum.* Eo. P. — Ea insula a Batavis et Cannenufatibus colebatur: illi quoniam maiorem insulae partem tenuere, nomen ei suum dederunt, dictaque insula Batavorum, sive Batavia est. In Tab. Peuting. *Patavia.* Isti apud Gruter. p. 385, CANNANEFATES, apud Tacitum, Hist. lib. IV, cap. 15, et apud Velleium lib. II, n. 105, *Caninefates* appellati. Hodie *le Bétuwe.* HAAD.

Et aliae. Quas quum sterni Plinius asseverat inter Helium ac Flevum, mari quod *Zuyderzee* nuncupant, ab ortu, ab occasu Zelandia claudi omnes necesse est. Eo ordine a Plinio eae recensentur, ut ab ortu et septemtrione auspicatus, progrediatur in occasum. A populis in eas a continente progressis, nomen habent ex iis aliquae: o Frisiis certe, Chaucisque duae priores, quos ultra Rhenum sedes habuisse constat. Frisios in hoc tractu Tacitus quoque agnoscit, quos cum Caninefatibus copulat, Hist. lib. IV, cap. 79. Chaucos e patriis sedibus commigrantes, ac ducem natione Caninefaten secutos, inferiorem Germaniam incursavisse Claudii Imp. temporibus, idem auctor est, Annal. lib. XI, c. 19. De Frisiorum et Chaucorum insulis, quae recedente maris aestu continenti necterentur, Dio lib. LIV, pag. 544. Nunc esse videtur Northollandia. Atque hunc quidem situm Chaucis praesertim adiudicant ea quae Plinius de iisdem affert lib. XVI, cap. 1. HARD.

Frisiabonum. In MSS. *Frisiavonum.* HARD. — Leg. *Frisiavonum.* Ita MSS. Reg. et ed. pr. Nunc *Amstelland, Rhinland*, et clarissima urbium *Amsterdam.* BROT.

Sturiorum, etc. His vero meridionalem Hollandiam, *la Sud-Hollande*, Marsacis insulam assignamus, quam Mosa cum Rheno efficit, ubi Dordracum est in Zelandiae confinio: unde Marsacios pro Mosatiis credas appellatos Marsacos Tacitus vocat, iungitque. Caninefatibus, Hist. lib. IV, cap. 79. Μαυρουσίους, ut puto, Dio lib. LX, p. 670, pro Μαρσακίους. In MSS. Reg. 1, 2, Colb. 1, 2, etc. *Tusiorum*, *Marsaciorumque.* HARD. — Leg. *Tutiorum.* Sine auctoritate in recentioribus editionibus, *Sturiorum.* Contermini fuere Frisiavonibus, et porrigebantur versus flumen Salam, *l'Issel.* BROT. — Pro Marsaciorum legitur in notis ap. Dalec. margini appositis *Mattiacorum.* Eo. P.

Inter Helium, etc. Helium Zelandiae vicinum, ubi nunc castellum *Briel.* Flevum vero Frisiae, ubi nunc insula est, quae priscum no-

quae effusus Rhenus, ab septemtrione in lacus, ab occidente in amnem Mosam se spargit: medio inter haec ore, modicum nomini suo custodiens alveum.

XXX. (XVI.) Ex adverso huius situs Britannia insula, clara Graecis nostrisque monumentis, inter septemtrionem et occidentem iacet: Germaniae, Galliae, Hispaniae, multo maximis Europae partibus magno intervallo adversa. Albion ipsi nomen fuit, quum Britanniae vocarentur omnes: de quibus mox paulo dicemus. Haec abest a Gessoriaco Morinorum gentis littore, proximo traiectu quinquaginta M. circuitu

men retinet, *het Vlie*, sive *Flie*. HARD.

Ostia. Et castella quoque ostiis imposita. Tacitus, Annal. lib. IV, c. 72. ED. P.

In quae effusus. Per fossam a Druso in Salam *l'Issel*: alteramque ex parte laeva a Civili, in Leccam, *le Leck*, Mosamque, deductum olim esse Rhenum sciunt eruditi. Vahalem hunc Rhani alveum accolae nominant, qui mox id quoque vocabulum mutat Mosa flumine, cuius immenso ore in Oceanum effunditur. HARD.

In lacus. Ili frequenti eluvione aquarum, in unum maris sinum abierunt, ea magnitudine, quae Maris Australis, *Zuyderzee*, nomen hodie sustineat. Lacui nomen olim Flevo fuit, ut auctor est Mela lib. III, c. 2. HARD.

Medio. Quod a Schenkii, ut vocant, munimento, Arenacum delapsus, Vltraiectum ac Lugdunum alluit. HARD.

XXX. *Situs Britannia*. Pint. *sita est Britannia*. ED. P.

Clara Graecis. Hanc caeteris orbis totius insulis Graeci praetulere: Dionys. Perieg. vers. 568, de Britannicis insulis: Τάων τοι μέγεθος περιώσιον· οὐδέ τις ἄλλη Νήσοις ἐν πάσῃσι Βρετάνιστιν ἰσοφαρίζει. HARD.

Germaniae, etc. Verius Strab. lib. IV, p. 199, soli Galliae praetendi dixit. Plinio tamen Tacitus subscribit, in vita Agricolae, cap. 10. H.

Magno intervallo. Vet. apud Dal. *haud magno intervallo*. ED. P. — Spatium intelligit, quo ab oriente in occasum porrigitur: maximam spatio ac caelo Tacitus dixit, loc. cit. H.

Albion. Αλουΐων Ptolemaeo lib. II, cap. 3. Angliam, Scotiamque complectitur; Scotorum etiam tunc quum Britannia diceretur, aeque atque Anglorum ignoto nomine. Britanniae dicebantur, Hibernia adluncta, cum caeteris adiacentibus insulis. H.

Gessoriaco. Ptolem. lib. II, cap. 9, Γησορίακον ἐπίνειον Μορίνων, Morinorum navale. Plinio ipsi, cap. 37 huius libri, *Portus Morinorum* Britannicus, quod ex eo Gallis Romanisque usitatus erat in Britannos traiectus. Tab. Peuting. *Gesoriaco, quod nunc Bononia*. Nostris *Boulogne-sur-Mer*. H.

Traiectu quinquaginta millium. In Parm. edit. *quinquaginta millia mil-*

vero patere triciès octies centena viginti quinque M. Pytheas et Isidorus tradunt: triginta prope iam annis notitiam eius romanis armis non ultra vicinitatem silvae Caledoniae propagantibus. Agrippa longitudinem DCCC 2
M. pass. esse: latitudinem CCC M. credit. Eamdem Hiberniae latitudinem, sed longitudinem CC mill. passuum minorem. Super eam haec sita abest brevissimo transitu a Silurum gente XXX M. pass. Reliquarum nulla CXXV mill. circuitu amplior proditur. Sunt autem XL Orcades, modicis inter se discretae spatiis. Septem

lium. Hermolaus *millia minimum* rescripsit. Nos hanc postremam vocem, ceu spuriam, expungimus: abest enim a MSS. omnibus, Reg. 1, 2, Colb. 1, 2, Paris. Chifflet. etc. atque ex praecedenti vocula *millium* ea prodiit. Straboni porro lib. IV, pag. 199, ab Icio Morinorum, unde solvit in Britanniam Caesar, traiectus est CCCXX stad. hoc est, LX M. pass. non L. H. — Pro *minimum* proponebat Dalec. *passuum*. Ed. P.

Circuitu vero. Sic Martianus, a Plinio mutuatus, lib. VI, cap. *alia dimensio Europae*, pag. 215. H.

Caledoniae. Floro Saltus Caledonius appellatus: Grampio monte, *Grampian*, dividitur: in Scotia, ubi et Caledonia regio, quam Iulius Agricola Domitiani temporibus primum subegit. Καληδόνιος δρυμός est Ptolemaeo lib. II, cap. 3. At significare Plinius videtur, haud longe progressa fuisse arma romana, si spectetur spatium annorum triginta, ex quo bella ibi geri coepta sunt. Quamobrem annon Caledonia silva verius fuerit in comitatu quem vocant Essexiae, quinque aut sex leucis supra Tamesim, ab amne Laea usque ad mare, amplius considerandum. H.

Agrippa, etc. Sic quoque Martianus loc. cit. et Solinus cap. XXII, pag. 41 et 42. HARD. — Chifflet. *Agrippa longitudinem DCCC M. pass. credit: latitudinem CCC. Eamdem credidit Hyberniae, sed longitudinem*, etc. ED. P.

A Silurum gente. Σίλυρες a Ptolemaeo appellantur lib. II, c. 3. Silurum Tacitus meminit, Annal. lib. XII, cap. 32 seqq. Oram hi occiduam tenuere Valliae principatus, cum Demetis, qui Silurum pars fuere. Solinus cap. XXII, pag. 42, Silurum gentem sitam in Britanniae ora contra Hiberniam, dum hunc Plinii locum transcripsit, insulam male credidit. Nec freti, quod interiacet, spatium summa fide retulit, quum latitudinem eius scripsit in CXX mill. spatium diffundi, pro XXX; sic enim MSS. omnes habent Reg. 1, 2, Colb. 1, 2. Paris. Chiffl. libri editi, perperam XX. H.

Sunt a. XL. Vet. ap. Dalec. *Sunt autem XL M. pass.* ED. P. — Totidem Martiano l. c. Pomp. Melae lib. III, c. 5, 6, *triginta sunt Orcades angustis inter se diductae spatiis*; Iornandi XXXV; Ptolemaeo lib. II, cap. 3, περὶ τριάκοντα. Sunt eae supra Scotiam positae, modico ab ea freto disiun-

Acmodae, et xxx Haebudes: et inter Hiberniam ac Britanniam, Mona, Monapia, Ricina, Vectis, Limnus, Andros. Infra vero Siambis, et Axantos. Et ab adverso in Germanicum mare sparsae Glessariae, quas Electridas Graeci recentiores appellavere, quod ibi electrum
3 nasceretur. Vltima omnium, quae memorantur, Thule;

ctae. Earum maxima Pomona, *Mainland*. H.

Acmodae. MSS. *Haecmodae*. Alii *Haemodes*. Vulg. *Hetland* et *Schetland*: in commune appellantur: Orcadibus proximae, sed in boream longius submotaa. H.

Haebudes. Leg. *Hebudes*. Ita MSS. Reg. et editio princeps. Bhot. — Vet. apud Dalec. *Hebrides*. Eo. P. — Solino cap. XXII, p. 42, et Ptolamaeo lib. 2, cap. 2, quinque tantum Εβουδαι numerantur: Martiano quoque in Periplo, apud Staphanum Αἰβοῦδαι νῆσοι πέντε τῆς Βρεταννικῆς. Omnium verissime Plinius: sunt enim aaa paene inoumerae haud procul Orcadibus supra Hiberniam, Scotiamqua, ut docet Cluverius, German. antiq. lib. III, c. 40. H.

Mona, atc. Mona Valliae littori adiacet. Μόνα νῆσος Ptolamaeo loco citato; nunc *Anglesey*. Monapia, Ptolamaeo Μονάπιδα, loco citato. Badae *Menavia*, hunc *Man* et *Moneitha*, contra Cumberlandiam. Ricina, Ptolemaeo Ρικίνα, loco citato. Vectim hanc, quae in frato est quod inter Hiberniam Britanniamque interfluit, cave cum altera confundas quae contra id Angliae latus est, quod Galliae obvertitur. Limnus, Ptolemaeo Λίμνος, Andros Εδρος dicitur. Hard. — Apud Dalecamp. legitur *Ricnea* pro *Ricine*, *Silimnus* pro *Limnus*, ac denique in vet. apud eundem *Edros* pro *Andros*. Parum feliciter, ut puto, Mannertus Limnum nunc esse *Saint-Patrick*, et Andron, *Lamby* coniicit, Ricinamque inter Haebudas relagat. Eo. P.

Siambis. MSS. Reg. 1, 2, Colb. 1, 2. et Paris. *Amnis*, non *Siambis*. H. — Illae insulae non ad maiorem Britanniam *l'Angleterre*, sed ad minorem Armoricamve, *la Bretagne*, pertinant. Siambis, *l'ile de Sian*. Axanthos, *l'ile d'Ouessant*. Bhot.

Et ab adverso. Superius memoratae insulae contra occideotale Britanniaa latus sunt positaa: hae ex adverso, nempe versus ortum, nec iam in eo mari, in quo Britannia est, sed in Germanico, seu parte illa sinus Baltici, quaa Germaoiam alluit, supra Dantiscum, ubi insulaa sunt *Oeland*, et *Gotland*, Glessariae dictae a succino, quod Germanis *Gless* diceretur: id enim tum in iis insulis, tum in opposito Gutonum littore, ubi Dantiscum ast, legabatur, ut Plinius docat lib. XXXVII, c. 11. Hae duae Glessariae superius cap. 27, Austriana Actaniaque appellatae. H.

Vltima. Haec iisdem verbis Martianus, loco citato, at Solinus c. XXII, p. 42. Thule Islandia nunc appellatur, ut recte Cluver. animadvertit, Germ. antiq. lib. III, c. 39. Schatlandiam vult esse Cambdenus p. 850; at haec non quinque dierum navigatione a Britannia, ut vult Solinus, immo vix unius, abest: nec senis mensibus dies ibi, ut in Islandia, et nox vices ha-

in qua solstitio nullas esse noctes indicavimus, Cancri signum sole transeunte, nullosque contra per brumam dies. Hoc quidam senis mensibus continuis fieri arbitrantur. Timaeus historicus a Britannia introrsus sex dierum navigatione abesse dicit insulam Mictim, in qua candidum plumbum proveniat. Ad eam Britannos vitilibus navigiis corio circumsutis navigare. Sunt qui et alias prodant, Scandiam, Dumnam, Bergos: maximamque omnium Nerigon, ex qua in Thulen navigetur. A Thule unius diei naviga-

beni. Neque eos audimus qui ante annum Christi 874, ulli cognitam Islandiam negant. Fuerit sane hactenus inculta: incognitam fuisse, negamus. Partibus 63, seu gradibus ab Aequatore distare Thulen ait Agathemerus, Geograph. lib. I, cap. 5. H. — Varias refert de Thule insula veterum scriptorum opiniones vir antiquae Geographiae peritissimus, Gosselin, *Géographie des Grecs analysée*, pag. 48. seqq. et *Recherches sur la Géographie des Anciens*, tom. II, p. 35, ubi egregie demonstrat diversam esse Pytheae Massiliensis et Ptolemaei, sive Marini Thulen, hancque unam esse ex insulis *Schetland*, illam vero Islandiam. Vide infer. notam 26. Ed. P.

Indicavimus. Lib. II, c. 77.

Cancri signum. Volebat Dalec. *ad Cancri signum.* Ed. P.

Hoc quidam. Quos inter Pomponius Mela, ut diximus cap. 26. H. — Sic apud Chifflet. Dalec. *haec quidam.* Rhod. cap. XXII, 16, *haec siquidem.* Ed. P.

Timaeus historicus. Hoc loco non *Timaeus*, sed *Pytheas*, legit auctor libri de Mensura orbis terrae: *Plinius Secundus*, inquit, *in quarto libro edocet, quod Pytheas Massiliensis sex dierum navigatione in septemtrionem a Britannia Thulen distantem narrat.* Sic Plinius ipse lib. II, cap. 77, pag. 229. H.

Mictim. Quae sit illa Mictis incompertum. At quum haec proderet Timaeus, forte insulam dixit partem illam Britanniae, quam appellamus *Cornwal*, in qua candidum plumbum, *l'étain*, provenit. Brot.

Vitilibus. Vet. apud Dalec. *vilibus.* Ed. P. — Vide quae de iis dicturi sumus, lib. VII, c. 57. H.

Sunt qui. Aliorum sententiam prodit, non suam. Scandia certe a Scandinavia, de qua supra, nihil differt. Αοὔμναν insulam iuxta Orcadas habet Ptolemaeus lib. II, c. 3. H. — Hic ne quaesieris insulas. Antiqui, quum haec loca satis explorata non haberent, terras multis quidem aquis interruptas pro insulis accepere. Certum est partes esse Norwegiae; Scandiam, nunc *Scane*, vel *la Scanie*; Bergos, *Bergen*; Nerigon, *la partie septentrionale de la Norwège.* Brot.

In Thulem navigetur. Crediderim Thulen illam esse *l'Islande*, ultra quam est mare concretum Cronium-ve, *la mer glaciale.* Antiquissimae

tione mare concretum, a nonnullis Cronium appellatur.

XXXI. (XVII.) Gallia omnis Comata uno nomine appellata, in tria populorum genera dividitur, amnibus maxime distincta. A Scaldi ad Sequanam Belgica. Ab eo ad Garunnam Celtica, eademque Lugdunensis.

fuere enim navigationes descriptionesque, quarum promiscua tantum est memoria in veteribus scriptoribus. Baot.

A Thule. Solinus c. XXII, p. 43, et Martianus loc. cit. H.

XXXI. *Gallia omnis.* Extra provinciam Narbonensem. Galbae nummus, TRES GALLIAE. H. — De his omnibus vide d'Anville, *Notice de la Gaule.* Ed. P.

A Scaldi. Ita MSS. Reg. et edit. princeps, et Elz. Harduinus autem ex Chifflet. *a Scalde;* cui quidem hic annuendum non putavimus, quod ipse fateatur, *a Scaldi* paulo inferius legendum fore. Ed. P. — Plinius Galliam a Scaldi, *l'Escaut*, non a Rheno determinat, quod provinciae romanae Germania superior et inferior a Rheno ad Scaldim protenderentur. Baot.

Ad Garunnam. Eamdem Galliae divisionem Mela, sed *Garumnam* vocat lib. III, cap. 2: *Regio*, inquit, *quam incolunt omnis Comata Gallia, populorum tria summa nomina sunt; terminanturque fluviis ingentibus. Nam a Pyrenaeo ad Garumnam, Aquitania: ab eo ad Sequanam, Celtae: inde ad Rhenum pertinent Belgae.* Ammianus Marcellinus expressius adhuc, atque eo audacius l. XV, p. 59: *Temporibus priscis quum laterent hae partes ut barbaraе, tripartitae fuisse creduntur; in Celtas eosdemque Gallos divisae, et Aquitanos, et Belgas.. et Gallos quidem, qui Celtae sunt, ab Aquitanis Garumna disterminat flumen, a Pyrenaeis oriens collibus, postque oppida multa transcursa in Oceano delitescens; a Belgis verò eamdem gentem Matrona discernit et Sequana, amnes magnitudinis geminae.* Tamen ex nominibus et situ Aquitaniae populorum, quos Plinius paulo postea enumerat, cap. 33, Garunnam (sic enim habent MSS. quos vidimus, et alius e Bibliotheca Divio-Benigniana, et veteres editiones omnes a Romana anni 1470 usque ad Frobenianam; quae prima *Garumnam* edidit) *Garunnam*, inquam, appellasse Plinius videtur ipsum amnem Ligerim, ab Andegavensi regione; ubi iam multis auctus magnis fluminibus, deinceps solus in mare devolvitur, nullo alicuius nominis amne recepto. Noverat is haud dubie, Garumnam similiter, qui Garumna est in decursu, eumdem per leucas quindecim, antequam se in mare exoneret, Garumnam desinere appellari, et Girundam vocari, ex quo Dordoniam non imparem sibi amnem recepit, et uno decurrere alveo ambo coeperunt. Non hunc igitur intellexit, quum Garumnam dixit, siquidem Girunda esset accolis, ut etiamnum est, non Garumna. Sic Danubius longe ante ostia, non Danubius, sed Ister fuit. Sic igitur recte Plinius innuit, Ligerim circa ostia sua Garunnam fuisse olim ab

Inde ad Pyrenaei montis excursum Aquitanica, Aremorica antea dicta. Vniversam oram XVIII M. pass. Agrippa: Galliarum inter Rhenum et Pyrenaeum, atque Oceanum, ac montes Gebennam et Iuram, quibus Narbonensem Galliam excludit, longitudinem DCCXX M. passuum, latitudinem CCCXVIII computavit. A 2

accolis vocitatum. Nam ab unius fluminis ostio ad aliud ducit mensuras, et fines populorum disterminat. H.

Aquitanica. Ita MSS. omnes, ut Belgica, Celtica. H.

Aremorica. Vet. *Arecomica*, sed perperam. Veteribus namque Gallis hodieque etiam Britonibus, Galliae populis, *ar-mor* significat *ad mare*, teste Camdeno Britan. p. 20. Vide et Pancirol. super Notic. lib. II, c. 86. Dal. et Harn.

Antea. Dalec. *ante*, repugnante Chiffl. En. P.

Vniversam oram XVIII M. pass. Agrippa, etc. Libri hactenus editi hoc tantum, *Agrippa universarum Galliarum inter*, etc. Verum ex MSS. Reg. 1, 2, Colbert. 1, 2, Paris. et Tolet. lectione, quam secuti sumus, tres omnino apposite reddi mensurae videntur, ex commentariis Agrippae decerptae: adnavigationis primum gallicae orae totius, per Oceanum a Scaldi fluvio usque ad Pyrenaeum, quae colligat XVIII, hoc est, decies octies centena M. passuum. Mediterraneae deinde longitudinis, et latitudinis denique earumdem Galliarum. Sic paulo post, ubi Gebennam et Iuram libri impressi habent, *Iuras* multitudinis numero MSS. iidem repraesentant: quemadmodum lib. III, c. 5, *montibus Gebenna et Iuribus* dixit. Hard. — Non multum autem a vero abest XVIII mill. pass. mensura, dummodo non Oceani tantum, sed interni etiam maris littora in ea recenseantur. En. P.

DCCXX M. pass. MSS. omnes, *CCCXX*. Chiffletian. *CCCCXXX*. Hard. *CCCXX*. Missi Theodosii: *Gallia Comata... iuxta Plinium Secundum in quarto libro, in longitudinem DCCCCXX, in latitudinem CCCVIII.* Omnes istae mensurae multum a vero aberrant; nos autem MSS. omnes *CCCXX* habere animadvertentes, immutata prima littera *C* in *D*, *DCCXX* reponendum censuimus, nihil in hoc dubii admittentes, quum Rhenum inter et Pyrenaeos, iuxta Garumnae fontes et nonnullas partes alias, vera sit DCCXX M. pass. distantia. En. P.

CCCXVIII. Dalec. *CCCXIII.* Chifflet. *CCCXXIV*. Missi Theodosii, ut modo diximus, *CCCVIII.* Paulum inter se differunt omnes istae mensurae; quamobrem nihil immutandum censuimus, animadvertendum tamen est illas inter Gebennam et Oceanum aequo longiores esse, quum inter montes istos et Oceanum maximum sit CCLXII M. pass. intervallum: inter Iuram autem et Oceanum breviores, quum minimum sit CCCXLVI mill. pass. intervallum, maximumque CCCCXC M. pass. DCXV tan-

Scaldi incolunt extera Toxandri pluribus nominibus. Deinde Menapii, Morini, Oromansaci iuncti pago, qui Gessoriacus vocatur: Britanni, Ambiani, Bellovaci.

dem M. pass. reperies, si maximam Galliae latitudinem habere volueris, Gobaeum promontorium inter, quod Galliae maxime occidentale est, et Rhenum, atque etiam DCC. M. pass. si usque ad Helvetiae terminos pergere libuerit. Eo. P.

A Scaldi incolunt extera Toxandri. Vet. apud Dalec. *A Scaldi incolunt externi Toxandri.* Hoc est, ut ait Harduinus, regionem ultra Scaldim, extraque Gallias positam, ad Mosam usque et quae nunc *province d'Anvers* et *Brabant septentrional* vocatur; aut, ut vult Chiverius, paludosas regiones quibus nomen est *Zee-lande.* Certe deinceps Menapiorum regionis partem occuparunt, quam d'Anville nominari dicit *la Campine*, et in qua fuit *Toxandria locus* Ammiano Marcellino, libro XVII, memoratur, loco hodie dicto *Tessender-loo.* Eo. P.

Pluribus nom. Hoc est, gens una illa Toxandrica plures populos complexa est. H.

Deinde Menapii. Iam hi deinceps citra Scaldim. Et Menapii quidem Morinis confines, iuxta mare, non Plinio modo, sed etiam Straboni lib. IV, p. 194: τοῖς Μεναπίοις δ' εἰσὶ συνεχεῖς ἐπὶ τῇ θαλάττῃ Μορῖνοι. Tacitus quoque, Hist. lib. IV, p. 94: *A Rheno venientes transire Mosam iubet, ut Menapios et Morinos, et extrema Galliarum quaerent.* H. — Illos Caesar lib. IV, diversis locis, tum Morinis iungere videtur, tum ad Rhenum ponere, quum cap: 4: *Vsipetes*, ait, *et Tencthéri ad Rhenum pervenerunt, quas regiones Menapii incolebant, et, ad utramque ripam fluminis, agros, aedificia, vicosque habebant.* Et in hoc etiam Strabonem ipsum Caesari assentiri animadvertit eruditissimus vir, Barbié du Bocage, in Caesaris nostri Indice geographico, quem vide. Ex his omnibus hoc mihi constare videtur, nempe Menapios quondam in omnibus regionibus, quae Oceanum inter et Rhenum iacent, dominatos fuisse, et a Germanis populis, Toxandris scilicet aliisque, a Rheno ad mare adactos, in ea tandem regione circumscriptos fuisse, quae hodie *Flandre occidentale* appellatur. Vid. d'Anville, *Notice de la Gaule*, verbo Menapii. Eo. P.

Morini. Extremique hominum Morini Virgilio appellati. Vt Armorici, ita et Morini a voce celtica *Mor*, quae mare significat, quasi Maritimi, nomen habuere. Menapiis, ut vidimus, ab ortu confines: Ambianis, ab occasu, apud Ptolem. lib. II, c. 9, qui Morinorum civitatem mediterraneam ait fuisse Ταρούαννα, olim *Térouane*: navale, Gesoriacum, ut vidimus sup. cap. *Boulogne* (*départ. du Pas-de-Calais*). H. et Eo. P.

Oromansaci. Oromarsaci, quod a MSS. datur, legere mallet d'Anville, qui eos inter urbes *Calais* et *Gravelines* habitasse putat, loco etiamnunc *terre de Marck*, seu *de Merk*, vocato, haud longe a Gessoriaco, de quo mox supra. Eo. P. — Audax coniectura illius qui legendum suspicabatur, *Promont. Iccii, iunctum pago*, etc. H. et Eo. P.

Britanni. Quos in Gallia solus memorat Noster. An Britannorum fuerint colonia incertum, non tamen ab-

Introrsus, Catustugi, Atrebates, Nervii liberi, Vero-

surdum existimare videtur eruditissimus vir d'Anville, qui eos ponit in meridionali ripa amnis hodie vocati *la Canche* (*déport. du Pas-de-Calais*). Cluverius, German. antiq. lib. IV, et c. 27, hic *Briannos* legi mavult. En. P.

Ambiani. Aquis Somonae clari amnis abluuntur: habent oppida *Amiens*, *Abbeville* (*déportement de la Somme*). H. et Eo. P.

Bellovaci. In Edit. Parmens. *Bellovaci*, *Bassi*. Frobenius, *Bellovoci*, *Hassi*. MSS. Reg. 1, *Bollovasi* tantum. Reg. 2, Colb. 1, 2, Paris. Chiffl *Bellobasi*. Haso. — Addit Harduinus: *Bellovaci* solum exscripsimus, expuncta voce *Bassi*, vel *Hassi*, quos in hoc terrarum tractu nullus agnoscit. Harduinum autem reprehendit d'Anville, *Notice de la Gaule* p. 363, locum esse in Bellovacensi dioeceesi ostendens, qui Hassorum nominis vestigia servat, quum in mappis *Haiz*, sive *Hez*, scribatur; itaque vocem *Hassi* servandam putat, quam non reponendam curavimus. Bellovaci autem fortissimi Belgarum memorantur a Caesare lib. II, c. 4, et a Strabone lib. I, c. 4, qui eos vocat Βελλοάκους. Ptolemaeus: Μετὰ δὲ τούτους (Ατρεβατίους) Βελλουάκοι, ὧν πόλις Καισαρόμαγος, Caesaromagus, postea Bellovaci, hodie *Beauvais*. Bellovacos ultra fines provinciae nunc dictae *département de l'Oise* processisse non censent d'Anville et Barbié du Bocage, quamvis aliter videatur Harduino, qui eos usque ad Oceanum producit. Quod quidem Plinii fuisse opinionem indicare videtur sequens verbum *introrsus*, interprete eodem Harduino. Eo. P.

Introrsus. Hactenus igitur recensiti populi oram tenuere: mediterranea, qui deinceps appellandi sunt. H.

Catustugi. Sic MSS. omnes. Nescio autem cur in libris editis omnibus legatur *Castologi*, quum nihil usquam reperiatur quod lectionem istam confirmare possit. In Antonini autem Itinerario, Bagacum inter et Durocortorum reperitur *Catusiacum*, cuius nominis similitudo nos impulit ut crederemus hanc esse Catustugorum, sive forsan Catusiacorum urbem. Eam autem sitam fuisse putat d'Anville loco dicto *Chaours*, ad transitum amnis *Serre*, haud longe a *Vervins*, *département de l'Aisne*. En. P.

Atrebates. Straboni lib. IV, p. 194, Ατρέβατοι et Ατρεβατίοι; Ptolemaeo lib. II, c. 9. Ατρεβατίοι, quos errore ad Sequanam habitasse ait. Eorum urbs Ορτιγίκον fuisse ait, hodie *Orchies* (*département du Nord*); Caesar autem lib. VIII, c. 46 et 52, aliique Atrebatum urbem *Nemetocennam*, sive *Nemetacum*, fuisse nos docent: hodie haud dubie *Arras*, provinciae ante an. 1789 dictae *Artois*, nunc *département du Pas-de-Calais*, caput. En. P.

Nervii liberi. De illis plurihus locis Caesar meminit. Strabo, loco. cit. Τριουάγροις δὲ συνεχεῖς Νερουΐοι; Ptolemaeus, loco citato: *sub praedictis gentibus* (*scilicet Morinis, Tungris, et Menapiis*) *habitant maxime septentrionales Nervii, quorum civitas Boganum*. Ea autem civitas, hodie *Bavoi* vocata (*département du Nord*), quarto saeculo, si eruditissimo viro d'Anville credimus, dominatum in ea regione cessit duobus aliis, Cameraco scilicet, hodie *Cambrai* (*départ. du Nord*), et Turnaco, hodie *Tour-*

mandui, Sueconi, Suessiones liberi, Vlmanetes liberi, Tungri, Sunuci, Frisiabones, Betasi, Leuci liberi,

nay, in provincia dicta *Hainault*, in regno quod Galli *Pays-Bas* vocant. Liberi porro dicuntur, inquit Hard. hoc est non, ut caeteri, vectigales: et suis, non romanis utentes legibus. Eo. P.

Veromandui. A Strabone, cui minus bene notam fuisse hanc Galliae partem iam modo vidimus, silentio praetermissi, a Ptolemaeo autem corrupte Ρομάνδυς vocati, et eorum civitas Αὐγούστα Οὐτρομανδυῶν, quam hodie esse *Vermand* vicum, duobus circiter leucis ab urbe *St. Quentin* (*départ. de l'Aisne*), nominis similitudo indicare videtur; cui quidem opinioni repugnant Belley, *Mémoires de l'Académie des Inscriptions*, tom. XIX, d'Anville, multique alii eruditi viri, qui ipsam urbem *St.-Quentin*, cuius vicus antiquissimus etiamnunc *Aouste* appellatur, Augustam fuisse contendunt: Circumiectus ager, ante ann. 1789, *Vermandois* vocabatur. Eo. P.

Sueconi. In MSS. Reg. *Sucuconi*. Corruptum nomen videtur, et forte repetitum e sequenti Suessiones, quum de illis omnes conticescant. Eo. P.

Suessiones. Regionem tenuerunt quae, ante 1789, *Soissonais* vocata, hod. provinciae *département de l'Aisne* dictae, pars est australis. De illis vide Caesaris nostri Indicem geographicum, pag. 358, et d'Anville. *Notice de la Gaule*, p. 620. En. P.

Vlmanetes. Ita MSS. omnes et libri editi ante Hermolaum, qui *Vlbanectes* ex Antonino rescripsit. d'Anville haud dubium esse dicit quin iidem sint qui in quibusdam Ptolemaei MSS. Συμάνεκτοι, vel Συβάνεκτοι, latine *Subunecti*, dicuntur. Correctum autem nomen *Silvanectes* esse addit, quod sic in libello provinc. Gall. et Imper. legitur; ubi quoque memoratur *civitas Silvanectum*, quae, ut plerisque videtur, hodie est *Senlis* (*départ. de l'Oise*), vasta silva fere undique circumdata; unde Silvanectibus nomen venisse videtur. En. P. — In libris quibusdam editis, ante Vlmanetes adduntur *Verwni liberi*, quos nec MSS. codirum, nec scriptorum veterum ullus agnoscit. Vrodunos novi, quorum ager *le Verdunois*, oppidum *Verdun* (*département de la Meuse*); Verunos non novi. Haan.

Tungri. Sic vocabantur, auctore Tacito, de Mor. German. 2: *Qui primi Rhenum transgressi, Gallos expulerunt*; Germaniam inferiorem cum Agrippinensibus, de quibus mox deinceps partiti sunt, secundum libellum Prov. Galliarum; sicque maximam tenuerunt partem regionum, quae hodie vocantur provinciae *de Namur*, *de Liège* et *de Limbourg*, ubi etiamnunc nomen Tungrorum servat *Tongres*, vetus eorum civitas. En. P.

Sunuci, etc. Ita MSS. omnes, non *Runici*. Broterius *Sunici*, *Frisiavones* legit. Qui porro Sunucorum, Frisiabonum, Betasorumque sedes ultra Rhenum quaerunt, ii qui Belgicae Galliae fines fuerint, quibus hi omnes continebantur, ignorant. Nervios Betasiosque Tacitus simul iungit, Histor. lib. IV, cap. 56 et 60: *Occupatis*, inquit, *Sunicis*, *Claudius Labeo Betasiorum*, *Tungrorumque*, *et Nerviorum tumultuaria manu restitit*, *fretus loco*,

Treveri liberi antea, et Lingones foederati, Remi foederati, Mediomatrici, Sequani, Raurici, Helvetii.

quia pontem Mosae fluminis anteceperat. Apud Gruter. pag. 520, reperta Moguntiae inscriptio, BETASII CIVES. Hard.— Sunuci inter Mosam et Agrippinenses habitasse videntur orientalem provinciae *de Limbourg* partem; Betasii autem, si Divaeo, quem Ortelius appellat, credimus, occidentalem, in confinio huius provinciae et illius quae *Brabant méridional* vocatur, loco dicto *Beetz*, ad amnem *Gette*, inter *Leau* et *Haelen*, septem circiter leucis a *Louvain*, orientem versus. Frisiabonum locus ignoratur, nisi inter Sunucos et Betasios, ad septemtrionem Tungrorum requiratur Ed. P.

Leuci liberi. Oppida habuere, auctore Ptolemaeo, lib. II, cap. 9, Τοῦλλον, hodie *Toul* (*département de la Meurthe*), et Νάσιον, hodie *Nais*, vel *Nays* (*départ. de la Meuse*). Ed. P.

Treveri liberi antea. Qui liberi antea, inquit, iidem nunc sunt, ut et Lingones, foederati. A Diocletiani principatu crebra sunt Augustorum nominibus percussa Treveris numismata. Hard. — Eorum civitas, una inter celeberrimas Galliae, etiamnunc *Trèves* vocatur, incolis *Trier*, in provincia dicta *Grand duché du Bas-Rhin*, Borussorum regi subdita. Ed. P.

Lingones. Tacitus, Hist. lib. I, c. 78: *Otho Caesar Lingonibus universis civitatem romanam dedit.* Hard.—oppidum eorum hodie *Langres* dicitur (*département de la Haute-Marne*). Ed. P.

Remi. Foederatorum populorum potior, quam liberorum conditio fuit: neque enim qui liberi erant, iidem continuo foederati. Hard. — Remorum autem oppidum hodie *Reims* dicitur (*département de la Marne*). Ed. P.

Mediomatrici. Ptolemaeo lib. II, cap. 9, Μεδιοματρικες. Tacito, Hist. lib. I, cap. 63, et lib. IV, c. 70, *Mediomatrici.* Hard. — Eorum oppidum hodie *Metz* dicitur (*département de la Moselle*). Ed. P.

Sequani. Quorum oppidum apud Ptolemaeum lib. II, cap. 9, Οὐεσόντιον. Hard. — Hodie *Besançon* (*département du Doubs*), usque ad Basileam, *Bâle*, Rheno appositam, eorum ditio pertinuit. Ed. P.

Raurici. Quorum mox dicenda Colonia Rauriaca: iidem Rauraci alias appellati. Inscriptio Gruteri, pag. 339: L. MVNATIVS. T. F. PLANCVS. COS . . . IN GALLIA. COLONIAS. DEDVXIT. LVGDVNVM. ET. RAVRICAM. Nunc vicus ignobilis, *Augst*, a Basilea VI M. pass. non ipsa Basilea, ut quibusdam visum. Civitatem Basileensium a Castro Rauracensi distinguit Libellus Provinciarum Galliarum. Hard.

Helvetii. Qui Caesari, Plinio, caeterisque vetustioris aevi scriptoribus Helvetii vocitantur, hos posterior aetas Sequanos appellavit. Tenuere ii quidquid fere a Dola Lugudunum usque, inter Ararim Rhodanumque, terrarum interiacet. Quos Galli *Suisses* appellitant, ultra Iuram montem, Belgicaeque Galliae limites positos, li sibi quidem Helvetiorum nomen adsciscunt: veterum sedes non habent. Eutropius, de Caesare, lib. VI, pag. 392: *Is primo vicit Helvetios, qui nunc Sequani appellantur.* vide Nicolaum Chorier, Hist. Delphin. lib. I, p. 10. Hard.

Coloniae: Equestris, et Rauriaca. Rhenum autem accolentes, Germaniae gentium in eadem provincia, Nemetes, Tribochi, Vangiones: hinc Vbii, Colonia Agrippinensis, Guberni, Batavi, et quos in insulis diximus Rheni.

Equestris. Ptolemaeo quoque Ἐκουεστρὶς in Sequanis collocatur, lib. II, cap. 9. Id nomen habet fortassis ab Equitibus Limitaneis eo deductis. Apud Gruterum, pag. 468, reperta inscriptio in pago *Versoye* agri Genevatis, COL. EQ. In Libello Provinciarum Galliarum, *Civitas Equestrium*, id est, *Noviduno*. Vnde *Nyon* colligunt Guillimannus, Cluverius, Munetus, ad Lemanum lacum. HAAR.

In eadem. Galliae Belgicae contributi. HARD.

Nemetes. Νέμητες Ptolemaeo lib. II, cap. 9. In Libello Provinc. Civitas Nemetum Spira. HARD.— Gallis *Spire*, incolis *Speier*, praecipus urbs provinciae dictae *Cercle du Rhin*, Boiariae regi subditse. EO. P.

Tribochi. Τρίβοκχοι Straboni lib. IV, pag. 194. Ptolemaeo, loco citato, Τρίβοκκοι, Tacito, Hist. l. IV, c. 70, *Triboci*. H.—In Libello Provinciarum non apparet Tribochorum nomen, sed in eorum locum memoratur *civitas Argentoratensium*, hodie *Strasbourg*, praecipus urbs provinciae dictse *département du Bas-Rhin*, cuius maximam partem tenuisse Tribochi videntur. EO. P.

Vangiones. Quorum urbs praecipua apud Ptolem. loc. cit. Βορβητόμαγος, hodie *Worms*, ad laevam Rheni fluminis ripam, principisque *grand-duc de Hesse-Darmstadt* dicti ditioni subiecta. Male addit Αργεντόρατον, quae ut modo diximus, Tribochorum fuit. De Vangionibus Lucanus lib. I, v. 430: *Et qui te laxis imitantur, Sarmata, braccis Vangiones.* ED. P.

Hinc Vbii. Rheni fontibus, inquit, superius memorati: hi deinceps ostiis propiores, quorum primi Vbii, et in iis colonia Agrippinensis: de qua Tacitus, Annal. lib. XII, cap. 27: *Agrippina coniux Claudii, Neronis mater, quo vim suam sociis quoque nationibus ostentaret, in oppidum Vbiorum, in quo genita erat, veteranos, coloniamque deduci imperat, cui nomen inditum ex vocabulo ipsius.* Verius arbitramur ab Agrippina priore, Germanici Caesaris coniuge, datum id ei coloniae nomen esse: quoniam veluti Mater Castrorum, procurabat ex eo tractu annonam militibus, qui merebant in exercitu mariti sui: quamobrem et laureato capite pingitur in schate Tiberisno. Vetus inscriptio in Orthogr. Aldi: COL. CLAVD. AVG. AGRIPPINENSIVM. Falsa. HARD.—Colonis hodie incolis vocatur *Coeln*, Gallis *Cologne*, in proviucia *de Juliers-Berg-Clèves*, quse pars est regionis *grand-duché du Bas-Rhin* dictae, Borussorumque regi subiectse. EO. P.

Guberni. Inter Vbios Batavusque: regionem igitur tenuerunt quse hodie vocatur *cercle de Clèves*, in provincia *de Juliers-Berg-Clèves*, Borussorum regi subiecta. Tacitus Cugernos, sive Gugernos vocat, Hist. lib. V, quos pariter cum Batavis iungit. ED. P.

Et quos... diximus. Cap. 29. HARD.

XXXII. (XVIII.) Lugdunensis Gallia habet Lexovios, [1] Vellocasses, Galletos, Venetos, Abrincatuos, Osismios: flumen clarum Ligerim. Sed peninsulam spectatiorem excurrentem in Oceanum a fine Osismiorum circuitu DCXXV M. pass. cervice in latitudine CXXV M. Vltra eam Nannetes. Intus autem Hedui foederati, [2]

XXXII. *Gallia habet.* In ora primum positas gentes enumerat: mox mediterraneas. Haan.

Lexovios. Λεξόβιοι Ptolemaeo lib II, cap. 8. *Lisieux* (*département du Calvados*). Haan.

Vellocasses. Proponebat Dal. *Bellocassios.* Eu. P. — Ptolemaeo, loc. cit. Οὐενελλιοκάσιοι μέχρι τοῦ Σηκοάνα, usque ad Sequanam, quorum oppidum Ρωτόμαγος, vel ut in MS. nostri Pariensis Collegii, Ρατόμαγος, *Rouen* (*département de la Seine-Inférieure*). Frustra sunt Pithoeus, Scaliger, aliique, qui Baiocasses hic signari putant. Caletos iungit cum Velocassibus Caesar, Bell. Gall. lib. II, c. 4. Haan. et Eo P.

Galletos. Ita libri omnes. Καλεταὶ a Ptolemaeo appellantur, loc. cit. cum oppido Ιουλιόβονα, citra Sequanam, ad oram oceani positi. Oppidum tamen ipsum in ulteriore Sequanae ripa situm est, unde et Caletensium nomen ultra eum amnem posterior aetas transtulit. Nam Sigebertus ad annum 1463: *Iuliabona*, inquit, *in Caletensi pago, iuxta Sequanam est.*, *Lillebonne* (*département de la Seine-Inférieure*). Proponebat Dalec. *Cannetes.* Haan. et Eo. P.

Venetos. Quibus oppidum *Vannes* (*département du Morbihan*). Ab his profectos qui Venetias in Italia condiderunt, Strabo existimat lib. IV, p. 195. Hard. et Eo. P.

Abrincatuos. Qui australem partem tenuere provinciae nunc *département de la Manche* vocatae, et quibus oppidum *Avranches.* Eo. P.

Osismios. MSS. *Ossismos.* At Ptolemaeo, loc. cit. Οσίσμιοι. Oram omnem Aremoricae septemtrionalem ii tenuere. Post arcfioribus clausi limitibus: ubi nunc oppidum *S.t Pol de Léon* (*département du Finistère*), in Parlamento Alani ducis, an. 1088, *Osismii*, sive *Leonia.* Haan. et Eo. P.

A fine Osismiorum, etc. Osismiorum fines iuxta urbem *S.-Brieuc* recte, ut mihi videtur, ponit d'Anville; si autem inde peninsulae excursum numeres, minime DCXXV M. pass. eum esse reperies, sed vix CCCCL, ut ad ostium Vicinaniae, *la Vilaine*, pervenias. Rectius autem totum peninsulae excursum sumimus ab urbe *Avranches* ad Ligeris ostium, qui quidem sic circiter DC M. pass. reperietur. Eo. P.

Cervice, etc. Sic isthmum vocat, qui capitis instar reliquae continenti Galliae, cen corpori, adhaeret, atque annectitur. Ita cap. 51 *Angusta cervice Peloponnesum continet Hellas.* Haao. — XX autem M. pass. minor est, ab urbe *Avranches* ad Ligeris ostium, quam hic ait Noster. Eo. P.

Nannetes. Quibus oppidum *Nantes* (*département de la Loire Inférieure*). Eo. P.

Intus autem. Iam hi Galliae Lugdu-

Carnuti foederati, Boii, Senones, Aulerci, qui cognominantur Eburovices, et qui Cenomani, Meldi liberi, Parisii, Trecasses, Andegavi, Viducasses, Bodiocas-

nensis mediterranea obtinent, quorum alii aliis longius a mari secedunt. Harn.

Hedui foederati. In vetere codice Dalecampius se legisse dicit, *Esui*, haud dubie pro *Edui*. Ptolemaeo lib. II, cap. 8, Αἴδουοι. Et inscriptio apud Gruter. pag. 371, ΑΕΟΥΙ. MSS. Reg. 1 et editiones veteres *Aedui*. Straboni tamen l. IV, p. 192, Εδοῦοι. Aedui Caesari lib. I et VII, passim. Tacitus Annal. lib. XI, c. 25: *Primi Aedui Senotorum in urbe ius odepti sunt. Datum id foederi antiquo: et quia soli Gallorum fraternitatis nomen cum populo romano usurpant.* Regiones tenuere quae vocantur nunc *départements de la Nievre, de Saône-et-Loire, de l'Allier, part. orient; de la Loire et du Rhône, part. septentr.* Praecipuum eis oppidum fuit Augustodunum, nunc *Autun*, Druidarum disciplina inclytum. Memorantur et Cabillonum, nunc *Châlons-sur-Saône*, Matiseo, *Mâcon*, Nevirnum, *Nevers*, etc. Eo. P.

Carnuti. Carnuteni, MSS. R. 1, 2, Colb. 1, 2, etc. Vet. ap. Dalec. *Carnutes*. Hi regionem tenuere quae nunc *département de Seine-et-Oise, part. S. O département d'Eure et-Loir*; et *département de Loir-et-Cher, part. S. O.* Oppidum eis *Chartres*. Eo. P.

Boii. Boii Borbonienses, a Borbonio Erchenbaldi castello, insequentibus saeculis dicti. Oppidum hodie eis *Moulins* (*département de l'Allier*). Eo. P.

Senones. Quibus hodie oppidum *Sens* (*département de l'Yonne*).

Aulerci, qui cognominantur Eburovices. Vet. ap. Dalec. *et qui nominantur.* Oppidi eorum nomen hodie est *Passy-sur-Eure*, quod incolae vocant *le vieil Evreux* (*département de l'Eure*). Eo. P.

Cenomani. Dalec. *Cenomanni.* Ptolem. lib. II, cap. 8, Αὐλιρκίοι οἱ Κενομάνοι, et Caesar. Bell. Gall. lib. III; eorum oppidum vocatur hodie *le Mans* (*département de la Sarthe*). Eo. P.

Meldi. Quorum oppidum hodie vocatur *Meaux* (*département de Seine-et-Marne*. Eo. P.

Parisii. Dalecamp. *Porrhisii*, quorum ea aetate *oppidum Lutetia*, ut Caesar loquitur, Bell. Gall. lib. VII, cap. 4, *positum in insula fluminis Sequanae.* Nunc *Paris*, Gallici imperii caput. Eo. P.

Trecasses. Seu Tricasses et Tricassini, quorum urbs hodie *Troyes* vocatur (*département de l'Aube*). Eo. P.

Andegavi, aut *Audecavi*, ut in MS. Reg. 1 legitur. Eorum urbs hodie *Angers* vocatur (*département de Maine-et-Loire*). Eo. P.

Viducasses. Dalec. *Vidugasses.* Βιδουκασσίοι Ptolemaeo dicti, sed male inter Vnellos et Osismios collocati. Eorum autem urbem loco hodie dicto *Vieux*, duobus leucis ab urbe *Caen* (*département du Calvados*), sitam fuisse demonstrat d'Anville, *Notice de la Gaule, p. 704 et suiv.* Eo. P.

Bodiocasses. Ita quidem MSS. omnes; sed vox ea Harduino Viducassium inepta videtur repetitio, forsan non immerito; in libris post Hermolaum editis, pro *Bodiocasses*, *Vadicasses* legitur, qui quidem populus

ses, Vnelli, Cariosvelites, Diablindi, Rhedones, Turones, Atesui, Secusiani liberi, in quorum agro colonia Lugdunum.

Ptolemaei lib. II, cap. 8, Οὐαδικάσιοι πρὸς τῇ Βελγικῇ essent, in ea provinciae Isarae, *département de l' Oise*, parte, quae prius *Valois* vocabatur, praecipuamque urbem habebat *Vez*, haud longe a *Villers-Cotterets*. Fatendum est tamen mirum videri posse, quod illos inter populos tanto intervallo separatos nominaverit. En P.

Vnelli. Ptolemaeo, loc. cit. Οὐένελλοι, haud procul Osismiis collocantur. Caesar, Bell. Gall. II, 34: *Crassum*, inquit, *miserat ad Venetos, Vnellos, Osisinos, Curiosolitas*. H. — Non tamen inde Britanniae minori, ut vult Harduinus, aunt accensendi, sed, ut demonstrat d'Anville, *Notice de la Gaule*, p. 714, ei provinciae quae prius *Cotantin* dicta, hodie *départ. de la Manche* vocatur. En. P.

Cariosvelites. MS. Reg. 4 *Coriosvelites*. Caesar loc. cit. *Curiosolitea*: quorum oppidum non *Quimper*, ut Harduinus ex ea oriundus ait, sed ut probat d'Anville, *Notice de la Gaule*, p. 258, *Corsuil*, duobus leucis a *Dinan* (*département des Côtes-du Nord*). Sagacissimi veteris Galliae restitutoris coniecturam comprobaverunt innumera urbis antiquae sub terra sepultae vestigia, ab anno 1738 atque recentius etiam an. 1802 detecta. En. P.

Diablindi. Libellus Provinc. *Civitas Ossismiorum. Civitas Diablintum*, in Prov. Lugd. tertia. Διαβλῖται Ptolemaeo dicuntur, lib. II, cap. 8, in mediterraneo Galliae Lugd. multo Venetis orientaliores, ut habet cod. Palat. at vetustiss. codex Collegii nostri Paris. δυσμικώτεροι, *occidentaliores*, habet, ut et vulgati libri. H. — Haud dubie eam provinciae *département de la Mayenne* dictae partem tanuerunt ubi invenitur vicus *Jublains*, duabus leucis ab urbe *Mayenne*, qui quidem eorum nominis haud obscura servat vestigia et Diablindorum, aut potius Diablintum oppidum fuit, Νοιόδουνον ab eo dictum. En. P.

Rhedones. Ptolem. II, 8: Παρὰ τὸν Λίγειρα ποταμὸν Ῥήδονες, ὧν πόλις Κονδάτε. Caesar eos dinumerat *inter civitates quae Oceanum attingunt, quaeque Gallorum consuetudine Armoricae appellantur*: unde manifestum esset eorum regionem a Ligeri ad Oceanum patuisse; sed hic, ut in plurimis, erravisse videtur Ptolemaeus; d'Anville illis maximam provinciae *departement d'Ille-et-Vilaine* dictae partem tribuit: eorumque urbem Condate hodie asse *Rennes*. Vid. *Notice de la Gaule*, p. 542 et 235. En. P.

Turones. Qui a Caesare tum *Turones*, tum *Turoni* vocantur, male autem a Ptolemaeo Τουρουνιοι. Hi provinciam *département d'Indre-et-Loire* dictam tenuere; eisque urbs fuit Caesarodunum, hodie *Tours*. E. P.

Atesui, Secusiani. Sic MSS. habent omnes, non *Itesui*. Sed neutram vocem, nusquam reperiens, probo. Quid si scribatur, *Item Secusiani liberi*, quasi revocans orationem ad Secusianos nunc commemorandos, quos suo loco et ordine praetermiserat? H. — Secusiani, qui Segusiani a Caesare

XXXIII. (XIX.) Aquitanicae sunt Ambilatri, Anagnutes, Pictones, Santones liberi: Bituriges liberi cognomine Vbisci: Aquitani, unde nomen provin-

vocantur, *extra provinciam, trans Rhodanum primi* sunt, eo auctore: sed tunc Aeduorum clientes erant qui Plinii tempore *liberi* perhibentur. Eorum urbs praecipua non Lugdunum fuit primo, sed forum Segusianorum, quod etiamnunc vocatur *Feurs* in provincia *départ. de la Loire* dicta, cuius maximam partem, necnon vicinae, hodie *département du Rhône* tenuerunt Segusiani. Ed. P. *Lugdunum. Lyon.* Nic. Chorier, Hist. Delph. l. II, p. 96, a *Lut* quod populum Celtarum lingua sonat, et *Dun* montem, vocis Lugduni originem repetit: quasi montis incolas ea vox significet. Aliam eius nominis originationem ridet, quam apud Plutarchum Clitophon affert. Neutra nobis placet. Verius arbitramur *Lugdunum* emollitam vocem esse pro *Lucudunum:* quod lucum montis significat. Propterea enim in nummo vetere Rodulphi regis LVCVDVNVS scribitur. Hard. — De hac urbe videas d'Anville, *Notice de la Gaule*, p. 423, et Caesaris nostri indicem, pag. 353. Ed. P.

XXXIII. *Ambilatri.* Lege *Ambilates.* Putoque vocem hanc tractam e superiori capite huic insertam imprudentia. Dalec. — Pro *Anagnutes* volebat Dalec. *Aginnates.* Ambiliates iungit cum Nannetibus Caesar, Bell. Gall. lib. III, p. 34. Anagnutes ii esse videntur, qui Artemidoro apud Stephanum dicuntur Αγνῶτες ἔθνος Κελτικῆς παρὰ Ωκεανόν. Ambo inter Nannetes, et Pictones, sede huere. Notabile interim est, qu am in Belgica c. 31, tres sint; foederati, Lingones, Remi, veri: in Lugdunensi duo, cap. 32, Carnuti, et Aedui: in Aquitanica nulli sint. Hard. et Ed. P.

Pictones. Qui regionem tenebant ex eorum nomine *Poitou* prius dicta, hodie *département de la Loire-Inférieure et de-Maine-et Loire, partie S. département de la Vendée, des Deux-Sèvres et de la Vienne*: oppidum eis Limonum, *Poitiers.* Illos liberos fuisse Lucanus innuit lib. IV, v. 436: *Pictones immunes subigunt sua rura.* Ed. P.

Santones. Hi sedem habuere regionem prius *Saintonge*, nunc *départements de la Charente et de la Charente-Inférieure*, oppidumque Mediolanum, hodie *Saintes.* Ed. P.

Bituriges liberi cognomine Vbisci. Ptolemaeo libro II, cap. 7, Βιτούριγες οἱ Οὐΐβισκοι, Ausonius lib. *Vivisca ducens ab origine gentem:* unde *Vwisci* potius quam *Vbisci* in mappa nobis appellandi visi sunt. Hos Strabo male Ιοσκοῦς vocat, addit autem recte, ut videtur, Μόνον δὴ τὸ τῶν Βιτουρίγων τούτον ἔθνος ἐν τοῖς Ακουιτανοῖς ἀλλόφυλον ἵδρυται καὶ οὐ συντελεῖ αὐτοῖς. Septemtrionalem vero partem tenuerunt regionis, quae nunc *département de la Gironde, partie N.* vocatur; oppidum eis Burdigala, *Bordeaux.* Ed. P.

Aquitani. Tertia pars Galliae; Plinius IV, cap. 31 supr. *Gallia comata in tria populorum genera dividitur..... Aquitania, Aremorica antea dicta;* vulgo *Guyenne*, quasi *Aquienne.* — Solus Plinius Aquitanos peculiarem provinciae Aquitanicae populum facit, quem sedes habuisse credunt ubi po-

ciae, Sediboniates. Mox in oppidum contributi Convenae, Begerri, Tarbelli Quatuorsignani, Cocosates Sexsignani, Venami, Onobrisates, Belendi, saltus Pyrenaeus. Infraque Monesi, Osquidates montani,

stea reperiuntur Tarusates, quorum urbs Atures hodie vocatur *Aire* ad Aturem fluvium (*département des Landes*). Ab aquis salubribus, quibus ea regio scatet, et populus, et regio nomen accepisse videntur. Ed. P.

Sedib. Omnino ignorantur.

Convenae. Sic vocati a verbo *convenire*, quod Pompeius rediens ex Hispania, confecto Sertoriano bello, illos linquere Pyrenaeos saltus iussit, unde in finitimas regiones incursus faciebant, et in urbem convenire; unde Nostro *in oppidum contributi* dicuntur; quod quidem oppidum Lugdunum Convenarum dictum hodie vocatur *S. Bertrand de Comminges* (*département de la Haute-Garonne, partie S. O.*) Ed. P.

Begerri. Qui Bigerriones a Caesare lib. III, cap. 27 dicuntur; eorum nomen servat regio dicta prius *Bigorre*, hodie *département des Hautes-Pyrénées;* oppidum eis Turba, hodie *Tarbes.* Ed. P.

Tarbelli. Dalec. *Tarbeli.* Videntur hi a Romanis Quatuorsignani cognominati, ut et Cocossates Sexsignani, quod hi sex signa militum apud se haberent in praesidio, illi quatuor. Horum oppidum Aquae Tarbellicae, *Acqs*, sive *Dax* (*département des Landes, partie S. O.*) Vide inferius lib. XXXI, cap. 2. Hard. et Ed. P.

Cocosates. Hard. *Cocossates*; nos ex MSS. Reg. 2 *Cocosates*, quod in Caesare, lib. III, cap. 27, legitur. Mala Dalec. *Cocossates, Sexsignani.* Supra Tarbellos ad septemtrionem ponendi sunt, ex Itinerario Antonini, et eorum oppidum Cocosa loco dicto *Marensin*, octo leucis ab urbe *Dax.* Ed. P.

Venami. Omnino ignorantur. Ed. P.

Onobrisates. Quod *Onobusates* legere vellet d'Anville, qui regionem exiguam *Nébousan* vocatam, iuxta Bigerriones (*département des Hautes-Pyrénées*), eorum sedem fuisse opinatur, oppidumque situm fuisse loco dicto *Cioutat*, inter amnes hodie *Adour* et *Neste* vocatos. Vet. ap. Dalec. pro *Onobrisates*, *Olobrisates* legit. Ed. P.

Belendi. Superest eius nominis vestigium in pago *Belin*, ad amnem Leriam in agro Boiorum, cui agro nomen est hodie *le Buch* (*département de la Gironde, partie S.*) Ita Vales. in Notit. Gall. p. 524. Hard. et Ed. P.

Monesi. *Moneins*, inquit idem Vales. locus est hodieque haud ignobilis in Benearnensi agro (*département des Basses-Pyrénées*): cuius forte incolae Monesi dicti. Hard.

Osquidates. Hi montani, mox etiam alii dicti campestres, a situ dispari. In MSS. R. et Colb. *Oseidates.* Minime probat d'Anville Valesii coniecturam qui eorum nomen *Osdatii* facit, ut in eis Ptolemaei Ἀάτιοι, lib. II, cap. 7, inter Gabalos et Auscitanos reperiantur. Rectius, ut opinor, putat ipse d'Anville Osquidates Montanos regionem montuosam tenuisse quae *vallée d'Ossun* vocatur, Pyrenaeos inter et urbem *Oléron* (*département des Basses-Pyrénées*). Ed. P.

Sibyllates, Camponi, Bercorcates, Bipedimui, Sassumini, Vellates, Tornates, Consoranni, Ausci, Elusates, Sottiates, Osquidates campestres, Succasses,

Sybillates. Male, ut opinor, illos II. cum Caesaris Sibusatibus, lib. III, c. 27, confundit, anteponendaque videtur opinio, quam exponit d'Anville, *Notice de la Gaule*, pag. 605, ubi illos in regione *vallée de Soule* dictam (*départ. des Basses-Pyrénées*) sedem habuisse. Eo. P.

Camponi. Locus *Campon* (*département des Hautes-Pyrénées*) in Bigerrionibus, quod a Papirio Massono describitur, in Geogr. Franc. p. 513, ut similitudinem vocis, sic veterum incolarum sedem forte refert Haro. et Eo. P.

Bercorcates. Dal. *Bercoratcs.* Anim. advertit Valesius Not. Gall. pag. 524, eorum nomen referre quodam modo vicum *Biscarosse*, haud longe a *tête de Buch*, meridiem versus (*département des Landes*). Ed. P.

Bipedimui, Sassumini. MSS. Reg. Colb. et Chiffl. *Pimpedumui*, *Lassunni.* Nihil de illis reperi, nisi tamen Sassumini oppidum habuerint *Sarrum*, quod in tabula Theodosiana inter Condate, *Cognac*, et Vesunnam, *Périgueux*, ponitur, fortasse loco hodie dicto *Charmans* (*département de la Dordogne*). Ed. P.

Vellates. Idem videntur fuisse qui a Ptolemaeo lib. II, cap. 7, Οὐέλλαυνοι vocantur ὑπὸ τοὺς Αὐσκίους, sub Ausciis, quorumque civitas Ρυέστιον hodie est fortasse *Rieumes* (*département de la Haute-Garonne*, ut mihi videtur. Minime hic solitum ducem d'Anville sequor, qui Velaunos Ptolemaei eumdem populum habens ac Caesaris Vellavos lib. VII, cap. 75, *qui sub imperio Arvernorum esse consueruut*, miratur quod Ptolemaeus eos sub Ausciis ponat: quum autem ille in hoc cum Nostro concordare videatur, ego diversos esse populos non existimare non possum. Ed. P.

Tornates. Tornates eius loci incolas ait fuisse Valesius, cui loco nomen hodieque *Tournay*, in Bigerrionibus (*département des Hautes-Pyrénées*). Ed. P.

Consoranni. Quos eosdem esse diximus ac Consuarani, lib. III. cap. 5, nota 10, quam vide. Ed. P.

Ausci. Caesari lib. III, cap. 27, *Ausci.* Ptolemaeo, ὑπὸ δὲ τούτους (Δατίους) Αὐσκίοι, πόλις Αὐγούστα. Straboni libro IV, Καλὴ δὲ καὶ ἡ (χώρα) τῶν Αὐσκιῶν. Oppidum Augusta prius Climberris dictum, hodie est *Auch* provinciae *département du Gers* vocatae metropolis. Ed. P.

Elusates. Quorum oppidum Elusa, *Euse*, vel *Eause* (*département du Gers*) Inscriptio apud Grutèr. pag. 708: Civi. Elvsexsi. Apud Caesarem, Bell. Gall. lib. III, pag. 38, *Flustates*, pro *Elusates*, ut alii ante nos viderunt. In concilio Arelat. I: *Mamertinus Episcopus, de civitate Elosatium.* In Agathensi: *Clarus Episcopus de civitate Elusa.* Haro. et Eo. P.

Sottiates. Ita libri omnes. Caesari, lib. III, pag. 37, *Sontiates.* Nunc est *Soz* in Novempopulania (*département de Lot-et-Garonne*). Oihenart. in Notit. Vascon. pag. 446. Haro. et Eo. P.

Osquidates campestres) *Quant aux* Osquidates campestres, *inquit d'Anville*, Notice de la Gaule, *pag.* 510, *dont il est fait mention à l'écart des*

Tarusates, Basabocates, Vassei, Sennates, Cambolectri Agesinates Pictonibus iuncti. Hinc Bituriges li-

autres; si on juge de leur position par celle des peuples au milieu desquels leur nom se rencontre... leur demeure doit avoir été sur la frontière commune des diocèses d'Auch, de Basas et d'Aire. La distinction de campestres *dans ce canton en pays très-uni est aussi convenable à ceux-ci que celle de* montani *se rapporte à l'emplacement des autres.* Mihi autem sic campestres Osquidates a montanis remotiores videntur, eorumque sedem agnoscere mallem in vico cui nomen est *Ossun*, duabus leucis ab urbe Tarba, *Tarbes* (*département des Hautes-Pyrénées*), inter hanc urbem et supra dictos Onobusates.— *Oscidates* Colbert. et MSS. Reg. ut paulo supra. Ed. P.

Succusses, etc. Succassium appellationem servat pagus *Cestas*, inter Garumnam Leriamque amnes, leucis ab urbe Burdigalensi tribus. Auctor Valesius, pag. 524. Hard.

Tarusates, *Basabocates*. Prius *Latusates* corrupte legebatur. Tarusatium meminit Caesar, Bell. Gall. lib. III, cap. 23: *Armis obsidibusque acceptis, Crassus in fines Vorusatium et Vocatium profectus est*, et paulo post, cap. 27: *Magna pars Aquitaniae sese dedidit, obsidesque ultro misit: quo in numero fuerunt Bigerriones, Preciani, Vocates, Tarusates*, etc. Pagum hi tenuere, cui nomen hodieque priscum, *le Tursan* (*département des Landes*), ut quidem existimat Mariana, Hist. Hisp. l. III, c. 18 p. 118, cui assentitur d'Anville. Ed. P.

Basabocates. Ita libri omnes. Qui autem pro *Basabocates*, *Basatae*, *Boates* legi putant oportere, Boatiumque civitatem olim Boium fuisse ex libello Provinciarum Rom. afferunt, teste utuntur dubiae admodum fidei, sua somnia saepe pro vero obtrudente, cuius mendacium hac in parte detegit Valesius in Notit. Gall. pag. 329. Basabocates a Caesare *Vocates* dicuntur loc. cit. Mox Vasatae, Basataeque iidem appellati; illis oppidum fuit Cossio, postea Vasates, hodie *Bazas* (*département de la Gironde*). Hard. et Ed. P.

Vossei. Forte Vasarii, Οὐασάριοι Ptolemaei, lib. III, cap. 7. Gabalis proximi. Haru. — Istos tamen Ptolemaei Vasarios eosdem esse cum Vasatibus, de quibus mox diximus, putat d'Anville, *Notice de la Gaule*, pag. 677. Ed. P.

Sennates. Nihil de illis reperi. Ed. P.

Cambolectri. Hi cognomine Agesinatum, ab aliis Cambolectris distinguuntur, qui Atlantici cognominantur, in Narbonensi, ut diximus, l. III, c. 5. H. —Sic Harduinus, qui, omissa virgula, *Cambolectri Agesinates* legit; alii vero *Cambolectri*, *Agesinates*. Cambolectrorum nullum exstat vestigium; Agesinatum autem nomen agnoscere non immerito vult d'Anville, *Notice de la Gaule*, pag. 39 et seqq. in *Aisenay* aut potius *Azenay*, quod nomen est vici leucis quatuor distantis a *Bourbon-Vendée* (*département de la Vendée*). Forsitan Narbonensis Cambolectri cognominati sunt Atlantici quod ab ils, de quibus nunc agitur, Atlantici oceani accolis, originem ducerent. Ed. P.

Hinc Bituriges. Nam et gentes eae quae Ligeri amne et Garumna, oceanoque clauduntur, debent Aquitanicae accenseri. Horum nobilissimi Bituriges, Βιτούριγες οἱ Κοῦβοι Ptole-

beri, qui Cubi appellantur. Dein Lemovices, Arverni liberi, Gabales. Rursus Narbonensi provinciae contermini Ruteni, Cadurci, Antobroges, Tarneque amne discreti a Tolosanis Petrocori. Maria circa

maeo lib. III, cap. 7. Regionem prius *Berry* dictam, nunc *départements de l'Indre, du Cher et de l'Allier, partie O.* tenuerunt: eiusque oppidum Avaricum, hodie *Bourges*. Eo. P.

Dein Lemovices. In regione prius *Limosin*, hodie *departements de la Creuse, de la Haute-Vienne et de la Corrèze*, dicta; oppidum Augustoritum postea Lemovices, *Limoges*. Eo. P.

Arverni liberi. Lucanus lib. I, v. 427: *Arvernique ausi Latio se dicere fratres*. In regione prius *Auvergne*, nunc *départements de l'Allier, partie S. du Puy-de-Dôme et du Cantal*: oppidum Augustonemetum postea Arverni, hodie *Clermont*. Eo. P.

Gabales. Sic libri omnes. In regione prius *Gévaudan*, nunc *département de la Lozère*, dicta. In nummo Iustini Aug. apud Paulum Petavium, GABALORVM. Civitas Gabalorum in eo stetit loco, ubi nunc oppidulum *Javoulx*, a Mimate; *Mende*, leucis quatuor dissitum. Ita G. de Catel, Hist. lib. II, p. 306. Haro. — *Gabali* Vide lib. XXXI, cap. 42. Eo. P.

Ruteni. Dalec. *Rutheni*. Strab. lib. IV, pag. 191, Ρουτηνοὶ δὲ καὶ Γαβάλεις τῇ Ναρβωνίτιδι πλησιάζουσι. Iam de Rutenis provincialibus diximos lib. III, cap. 5, nota 82: hi autem provinciam prius *Rouergue*, hodie *département de l'Aveyron* dictam, tenuerunt: oppidumque illis Segodunum, postea Ruteoi, *Rhodez*. Eo. P.

Cadurci. Dalec. *Cathurci*. In regione prius *Querci*, hodie *départements du Lot et de Lot-et-Garonne, partie N.* Oppidum eis Divona, postea Cadurci, *Cahors*. Eo. P.

Antobroges. Sic libri omnes. a quibus discedere mihi religio est, inquit Harduinus; legebat tamen Ios. Scaliger: *Nitiobriges Tarne amne discreti a Tolosanis. Petrocori*: quam lectionem reprehendit merito d'Anville, *Notice de la Gaule*, pag. 517 et 485, ubi Harduini coniecturam confirmat, qui Antobroges Nitiobriges esse putat, quorum oppidum apud Ptolem. lib. III, cap. 7, Αγίννον est, hodie *Agen*, et regio circumiacens *l'Agénois*, hodie *département de Lot-et-Garonne*. Eo. P.

Tarneque. Tolosanos, inquit, a Petrocoris, Tarnis amois disterminat, Petrocoris Cadurcos, Agennenses, et Albienses usque ad Tarnem amnem, armis et vi sibi subiicientibus. Haro. — Sic Harduinus; cui quidem opinioni minime assentitur d'Anville, *Notice de la Gaule*, pag. 516, qui merito nihil in historia reperiri ait, quod istam coniecturam confirmet: agnoscendom est igitur hic errasse Plinium. Eam autem regionem tenuerunt Petrocori, quae prius *Périgord* dicta, nunc *département de la Dordogne* vocatur: oppidum iis Vesanna, postea Petrocori, hodie vocatur *Périgueux*. Eo. P.

Petrocori. Dal. *Petrogori*. Eo. P.

Maria circa. Maria quibus ora Galliarum alluitur. Haro.

oram: ad Rhenum septemtrionalis Oceanus, inter Rhenum et Sequanam Britannicus, inter eum et Pyrenaeum Gallicus. Insulae complures Venetorum, quae et Veneticae appellantur, et in Aquitanico sinu Vliarus.

XXXIV. (xx.) A Pyrenaei promontorio Hispania incipit, angustior non Gallia modo, verum etiam semetipsa, ut diximus, immensum quantum hinc Oceano, illinc Iberico mari comprimentibus. Ipsa Pyrenaei iuga ab exortu aequinoctiali fusa in occasum bru-

Insulae complures, etc. Sunt ferme ducentae, quarum praecipuae sunt Vindilis, *Belle-Ile*, nomine suo digna, *Groaix*, *Houat*, *Hoedic*; pleraeque autem desertae sunt et incultae. Ed. P.

Vliarus. A Sidonio, ad Nammac. lib. VIII, ep. 6, *Olarionensis insula*. Hard. — Vet. ap. Dalec. et Funxense exemp. *Vlarus*. Hodie *Oléron*. Ed. P.

XXXIV. *Semetipsa*. Nempe ubi cuneatur angustiis inter duo maria, unde deinde paulatim se pandit versus ulteriorem Hispaniam, ut dictum est lib. III, cap. 3. Adeo ut dimidio minor sit, qua Galliam tangit, quam ubi ad occidentem littus exporrigit, ut recte Mela lib. III, cap. 1, pag. 49. Hard. — *Pyrenaei autem promontorium*. Quod Poinsinet *Cabo Aiso*, Pint. *Cabo Breuto* esse dicunt, idem nobis videtur esse cum eo quod a Ptolemaeo Οἰκσὼ ἄκρον Πυρήνης vocatur, et quo terminari Hispaniam dixit ipse et qui eum sequitur Mariana. Hist. lib. I, c. 2, pag. 2; haud dubium autem est quin, ut doctissimo Mannerto videtur, illud sit promontorium hodie *Cabo de la Higuera* vocatum. Ed. P.

Ab exortu. A Ruscinone, usque Gades. Ipsa, inquit, Pyrenaei iuga Hispaniam sic irrumpunt, ut ab exortu aequinoctiali quasi coepto cursu, per totam provinciam longa serie immissa, perveniant demum in occasum brumalem, et ad ea Baeticae provinciae littora, quae occidenti sunt adversa: atque ita Hispaniae partem quae a Ruscinone Gades euntibus dextera est ac septemtrionalis, faciunt breviorem, et angustiorem, quam meridiana est. Hanc esse scriptoris sententiam prodit apertissima tum ipsa oratio, tum Mela Pomponius lib. II, c. 6, pag. 40: *Pyrenaeus primo hinc (ab Eliberi et Ruscinone) in Britannicum procurrit oceanum: tum in terras fronte conversus, Hispaniam irrumpit, et minore eius parte (nempe quae septemtrionem respicit) ad dexterum exclusa, trahit perpetua latera continuus, donec per omnem provinciam longo limite immissus, in ea littora quae occidenti sunt adversa, perveniat*. Hactenus Mela: cuius ex oratione intelligitur, non de tota illa montis Pyrenaei latitudine ac serie nunc agi, quae ab oceano Cantabrique, ad Ibericum mare pertinet, qua in Gallias ab Hispania iter est: sed de eorumdem montium per

malem, breviores latere septemtrionali quam meridiano Hispanias faciunt. Proxima ora citerioris est, eiusdemque Tarraconensis situs: a Pyrenaeo per Oceanum, Vasconum saltus: Olarso: Vardulorum oppi-

mediam Hispaniam ductu ac veluti cursu in oceanum usque Gaditanum. Hoc vero quum minime perviderint viri alias eruditi, Pintianus et Sepulveda, mirum quantas inter se lites de vero huius loci intellectu moverint: quem aliter assequi se non posse ambo confessi sunt, quam Plinii verbis immutatis, atque in contrariam plane sententiam detortis: dum ille in Plinianis Observationibus, *ab exortu brumali, in occasum aequinoctialem*: iste lib. III, Ep. 46, p. 184, *ab exortu aequinoctiali in occasum aestivum*, censet legi oportere, reclamantibus libris omnibus, tum editis, tum manu exaratis: atque adeo ipso reclamante Plinio, cuius mentem Mela planam facit. Harp.

Latere septemtrion. Perpetuo montium tractu a Ruscinone ducto usque Gades bifariam divisa Hispania latere septemtrionali, quod oceano alluitur, angustior ea est, quam meridiano, quae Iberico mari. Abest ea vox *septemtrionali* a Reg. codd. Sed incuria amanuensium, ut arbitror, praetermissa: nam et orationis series id postulat signari, quod meridiano adversum sit: et ipse Mela, a qun creditur haec Plinius mutuatus, loco proxime citato, geminum illud latus agnoscit: *Tarraconensis*, inquit, *altero capite Gallias, altero Baeticam, Lusitaniamque contingens, mari latera obiicit nostro, qua meridiem, qua septemtrionem Oceano.* Harp.

Citerioris. Nunc incipit Hispania citerior, eademque Tarraconensis, ubi Aquitanica Gallia desinit, ad proximam Aquitaniae oram oceani. H.

Eiusdemque. Vet. apud Dalec. *eius quoque.* Ed. P.

Per oceanum, etc. Per oceani oram ducto itinere, occurrunt Vasconum saltus, quae hodie regio *Guipuzcoa* nominatur. H. — Vet. apud Dalecamp. *prope oceanum.* Ed. P.

Olarso. Martiano *Iarso* dicitur; nunc pagus *Oyarzun*, leucis a *Fuenterabia* duabus. Οἰασὼ πόλις est Ptolemaeo lib. II, c. 6, in Vasconum oppidis maritimis, ubi etiam supradicti promontorii mentio fit, Οἰασὼ ἄκρον Πυρήνης, quod, ut diximus, *Cabo de la Higuera* nunc vocatur. Ed. P.

Vardulorum oppida, etc. Οὐάρδουλοι Ptolemaeo loco citato. Hi, inquit eruditus Maunertus, angustam tenuere regionem a maris littore ad Ebrum, occupantes orientalem partem provinciarum, quae nunc *Vizcaya* et *Alava* dicuntur, et occidentalem illius quae *Reyno de Navarra* vocatur; quibus, ut mihi videtur, addenda est, magna ex parte, *Guipuzcoa* provincia. Oppidum autem Morosgi, quantum ex situ coniicimus, inquit Harduinus, hodie est *San Sebastian*. Menusca, quae Ptolemaeo, in Vardulis Μήνοσκα est, hodie, si Mannerto credimus, *Bermeo* est; ab eo autem hic non dissentiri non possum: Ptolemaeus enim Menoscam nominat ante flumen Δηούα, quod certe idem est quod in oceanum influit, iuxta urbem *Deba*,

da: Morosgi, Menosca, Vesperies, Amanum portus, ubi nunc Flaviobriga colonia. Civitatum IX regio Cantabrorum, flumen Sanda, portus Victoriae Iuliobrigensium. Ab eo loco fontes Iberi quadraginta

quae in provincia *Guipuzcoa* est; *Bermeo* autem sex leucis a *Deba*, occidentem versus sita est, in *Vizcaya* provincia. Menoscae igitur locus aut, ut vult Harduinus, ad ostium fluminis *Orio*, quod haud dubie Menlascus fluvius est a nonnullis memoratus, aut inter huius fluminis et Devae ostia. Vesperies oppidum, quod a Mannerto praetermittitur, ego eruditi d'Anville opinionem sequens, in urbe *Bermeo* agnoscere non dubito. Ed. P.

Amanum portus, ubi nunc Flaviobriga colonia. A Flavio Vespasiano imperatore cognominatam putant. Vide Garibay lib. VII, capite 10. Φλαουϊόβριγα Ptolemaeo lib. II, cap. 6, in confinio Caristorum et Autrigonum. Hunc portum Marianus, Hist. Hisp. lib. IV, cap. 4, pag. 143, et Oihenart. in Notit. Vascon pag. 153, et cum eis Harduinus *Bermeo* esse contendunt; nonnulli *Bilbao* esse dicunt, quos inter Poinsinet, qui *Flavio* in *Bilbao* agnoscere vult; hanc opinionem sequi videtur d'Anville, qui illum *Portugalete* vocat, qui portus ad ostium fluvii *Vbaychalval*, qui urbem *Bilbao* influit, reperitur; Mannertus autem hanc *Santander* esse dicit, quod mihi videtur optimum; hic enim portus maxime omnium insignis fuit in hoc littore, dignissimusque videtur qui coloniam romanam acceperit. Ed. P.

Civitatum IX. Praepostera interpunctio prius omnia miscebat. *Flaviobriga, colonia IX civitatum, regio Cantabrorum:* Quis coloniam novem civitatum umquam inaudivit? Ipsam regionem Cantabrorum civitatibus novem constare ait: sic lib. III, c. 3: *In Autrigonum decem civitatibus: Carietes et Vennenses quinque civitatibus*, etc. *In Vaccaeorum XVIII civitatibus*, etc. Et libri huius c. 7 similiter: *Regio Messenia duodeviginti montium.* Harn. — Cantabrorum autem regionem hic magis extendit quam Ptolemaeus, qui usque ad flumen Nervam, de quo mox dicemus, not. 12, Autrigones ponit, quorum non meminit Noster, et qui tamen occidentalem provinciarum *Vizcaia* et *Alava* dictarum partem, orientalem provinciae *de la Montagna*, septentrionalemque provinciae *de Burgos*, tenuisse videntur, auctore Ptolemaeo, qui Cantabris occidentalem provinciae *de la Montagna*, septentrionalemque provinciarum *de Palencia* et *de Toro* partem assignare videtur. Ed. P.

Sanda. In MSS. Reg. *Sauga*, Colb. 1, 2, et Parm. edit. *Sanga.* Haud dubium mihi esse potest quin hodie sit fluvius *Rio de Suancès* dictus, quem Mannertus *Saya* vocat, et in quem alius influit, qui etiamnunc *Besanga* vocatur. In mappis non reperi nomen *Nervio*, quod huic flumini nunc esse ait Harduinus. H.

Portus Victoriae. Si flumen Sanda cum eo, quod hodie *Suancès* vocatur, idem est, non potest Portus Victoriae hodie esse *Puerto de Santander*, ut ait Oihenartus in Notitia

millia passuum. Portus Blendium. Orgenomesci e Cantabris. Portus eorum Vereasueca. Regio Asturum, Noega oppidum: in peninsulà, Paesici. Et dein-

utriusque Vasconise pag. 9, et ab eo Harduinus: in nostra opinione requirendus est inter fluminis *Suaneès* ostia et portum dictum *Ensenada de Ballota*, quo in spatio reperiuntur nonnulli portus et ostia triplicis fluvii nomine *Tina*. Eruditissimus Mannertus qui fluvium *Tino del Medio*, quem etiam *Nansa* vocat, Ptolemaei Νερούαν flumen esse censet, in eius ostio Portum Victoriae ponit; forsitan tamen requirendum est leucis circiter duabus, orientem versus, in portu *San Vicente de la Barquera* dicto, qui etiamnunc nonnihil veteris nominis servare videtur. Eo. P.

Blendium. Sic MSS. non *Biendium*. Hard. — Hodie, ut opinor, *Ensenada de Ballota*, vel *Puerta de Pó*. Eo. P.

Orgenomesci e *Cantabris*. In MSS. Reg. 1, *Orgenonensci e Cantabris*. Colb. 1, *Orgenomisci*. Colb. 2, *Origenomisci*. Plinii editores inde nobis Origenos commenti sunt, *Origeni mistis Cantabris*, quos nec libri, nec auctores ulli agnoscunt. Fuit aliquando quum scribendum putarem, *Curgionii mistis Cantabris*: quoniam Curgionios a Cantabris fatigatos crebris incursionibus scribit Florus lib. IV, cap. 12, p. 198. Sed indubitata deinde visa emendatio est, *Orgenomesci* e *Cantabris*, quam totidem paene apicibus libri omnes conditivi exhibent, firmatque egregie Ptolemaeus lib. II, c. 6, ubi in oppidis Cantabrorum mediterraneis prope Astures, Αργενόμεσκον appellat, haud dubie pro Οργενόμεσκον. Hard. — Orgenomesci, quorum etiam meminit Mela, qui lib. III, cap. 1, eos Origenomescos vocat, hanc regionem tenuisse videntur, quam, nota 10, a Ptolemaeo Cantabris assignatam diximus. Eo. P.

Portus eorum Vereasueca. Ita MSS. non *Vesci*, *Veca*. Hic Orgenomescorum portum, quem Harduinus *Villaviciosa* esse putat, requirendum potius mihi videtur inter ostia fluvii *Ria de Cella* vocati, cuius meminit, ut opinor, Mela, apud quem lib. III, cap. 1, legitur: *Per Autrigones et Origenomescos Nanasa descendit*. Eo. P.

Regio Asturum. Maximam partem provinciarum *Principado de Asturias* et *Provincia de Léon* dictarum partem tenuisse videtur. Eo. P.

Noega. Νοίγα Οὐκτσία Ptolem. lib. II, cap. 6, in Cantabris; Melae lib. III, c. 1: *In Asturum littore Noega est oppidum*. Hanc urbem Harduinus et Mannertus hodie esse dicunt *Navia*, aut, ut in mappis lego, *Nava*, sex ab *Oviedo* leucis, orientem versus: qui locus mediterraneus et valde obscurus, ut animadvertit Mannertus, minime confundendus est, ut a pluribus fuit, cum oppido *Navia* multo remotiore occidentem versus, ad fluvii cognominis ostium. Ego tamen Noegam Veesiam in *Villaviciosa* agnoscere mallem. Eo. P.

In peninsula Paesici. In peninsula scilicet, ut eruditissimis viris d'Anville et Mannerto videtur, quae a promontorio *Cabo de Peguas* dicto terminatur, in provincia *de Asturias*.

de conventus Lucensis, a flumine Navia, Albiones, Cibarci, Egovarri cognomine Namarini, Iadoni, Arrotrebae, promontorium Celticum. Amnes: Florius,

Paesici Παισικοὶ Ptolemaeo lib. II, cap. 6, dicuntur; unde errat manifeste Dalecamp. qui *Pesici* scribit. Ed. P.

Et deinde conventus Lucensis. Vet. apud Dalec. *et inde.* Conventus autem Lucensis oppidum praecipuum fuit *Lugo*, oppidum haud ignobile, ad flumen *Mino* in *Gallicia* provincia. Ad hunc conventum pertinent insequentes populi, sed proprius cuiuscumque situs ignoratur. Ed. P.

A flumine Navia, Albiones, etc. Harduin. *a flumine Navilubione.* Ita quidem reposuerat Barbarus, ex Ptolemaeo lib. II, cap. 6, apud quem Ναουϊλλοβίωνος amnis mentio, in Callaicis, sive Gallaecis Lucensibus. At, ut animadvertit ipse Harduinus, idem Ptolemaeus et Ναβίου ποταμοῦ meminit, iuxta Navilubionem, qui etiamnunc ab incolis *Navia* vocatur; unde certe defendenda vetus lectio codicum Reg. 1, 2, Colb. 1, 2, et Parmens. edit. *a flumine Navia, Albiones*, quam reponendum haud cunctanter censuimus. Id etiam opinionem nostram confirmavit, quod vicinum promontorium occidentem versus, etiam nunc *Cabo Blanco* dicitur, quod nomen ab Albionibus accepisse non improbabile est. Naviluhio autem, de quo Ptolemaeus, nobis hodie esse *Rio Caneiro*, in quem influit *Rio Labio* videtur. Ed. P.

Cibarci, Egovarri cognomine Namarini, Iadoni. In MSS. proxime appellatis legitur: *Cibarci, Aeguiarri cognomine Narini, Iadoni, Arroni.* Supervacuum videtur locorum ab istis populis occupatorum praesentia requirere nomina, quum ne de veteribus quidem constet; spatium illud certe tenuerunt quod inter fluvium Naviam et promontorium Celticum, hodie, ut modo dicemus, *Cabo de Finisterra* vocatum, iacet. Corruptior autem, quam vulgo putatur, mihi videtur locus iste; parum etiam verisimile est Plinium nullo modo meminisse nec Trileuci promontorii, hodie *Cabo Ortegal*, nec Callaicorum magni portus, ad quem hodie reperiuntur oppida *Ferrol, Betanzos* et *la Corugna*, quae omnia cum multis aliis in Ptolemaeo memorantur. Ed. P.

Arrotrebae. Quos et Αροτρέβας et Αρτάβρους appellatos aetate sua prodidit Strabo lib. III, pag. 151, nonnullaque oppida habuisse dicit Αρταβρῶν λιμένας vocata, in eo sinu qui a Ptolemaeo Αρταβρῶν λιμὴν appellatur, et a Nerio, seu Celtico promontorio, *Cabo de Finisterra*, ab oceano dividitur. Artabrorum etiam meminit Mela, qui eos primos in septemtrionali Hispaniae ora nominat, *in ea primum Artabri sunt, etiamnunc Celticae gentis.* Ed. P.

Promontorium Celticum. Quod etiam Nerium vocatur, Ptolemaeo lib. II, cap. 6, Νέριον ἀκρωτήριον, a quo Neriae mox appellandi; aliquando etiam Artabrorum prom. a supradictis Artabris. Hodie est, ut iam non semel diximus, *Cabo de Finisterra.* Ed. P.

Amnes: Florius, Nelo. Ex ordine quem hic sequitur Noster, non iudicari potest qui sint hi amnes; quum

Nelo. Celtici cognomine Neriae, superque Tamarici, quorum in peninsula tres arae Sestianae Augusto di-

inter Celticum promontorium et Tamaricos, de quibus mox dicemus, unus tantum reperiatur fluvius, ab aliis *Jallus*, ab aliis *Lezaro* vocatus; qui quidem si Plinii Nelo, ut opinor, fuit, ante promontorium Celticum certe requirendus est Florius amnis, qui, mea sententia, idem est cum eo qui a Ptolemaeo Οὔῖρ vocatur; necnon cum illo cui hodie nomen est *Rio Allones*. Mannertus, qui Florium amnem praetermittit, Nelonemque hodie *Allones* esse dicit, in hoc saltem mecum consentit, quod Ptolemaei fluvium Οὔῖρ quem eumdem esse cum Nelone ait, hodie *Allones* vocari affirmat. Eo. P.

Neriae. Ii apud Melam, in eo tractu pariter ultimi: accolae nempe promontorii, quod diximus, *Cabo de Finisterra*. Haro.

Superque Tamarici, quorum in peninsula, etc. Tamarici a fluvio Tamari, qui a Ptolemaeo Ταμάρα, hodieque *Tambre* vocatur, nomen certe habuerunt, et ripas eius haud dubie incoluerunt. Mela, quem hic sequi videtur Noster, iisdem fere verbis et fluminis, et populi meminit lib. III, cap. 1: *Caetera super Tamarici Neriique incolunt in eo tractu ultimi*. Verbum *super*, quod in utroque legitur, Tamaricos in mediterraneo positos fuisse indicare videtur; nempe supra populum, qui urbem Noelam, hodie *Noya*, tenuit, ad Tamaris ostium. Quae igitur fuerit ista Tamaricorum peninsula, in qua Arae Sestianae, minime liquet. Ararum illarum, praeter Plinium, meminere idem Mela, apud quem legitur: *In Asturum littore Noega est oppidum: et tres arae, quas Sestianas vocant, in paene insula sedent, et sunt Augusti nomine sacrae, illustrantque terras ante ignobiles*: et Ptolemaeus, a quo lib. II, cap. 6, pariter in septemtrionali Hispaniae latere ponuntur, non tamen in Asturibus, sed in Callaicis Lucensibus, inter Nerium promontorium et flumen Vir. Si, illis adiuvantibus, Plinii verba, quae fortasse transposita fuerunt, interpretamur, requirenda nobis erit Ararum peninsula in littore septemtrionali, id est, supra promontorium Celticum, fortasse, ut Mannerto videtur, iuxta ea, quae nunc *Cabo Taurignan*, et *Cabo Villano* dicuntur; ultimum ego mallem, quod in peninsula includitur. Eo. P.

Arae Sestianae. Mariana, Histor. Hisp. lib. III, cap. 24, pag. 133, ubi de Augusti Caesaris in Hispaniam adversus Cantabros expeditione verba facit: Arae Sextianae, inquit, Melae, Plinii, ac Ptolemaei litteris celebratae, atque in honorem Augusti constitutae in penisula, pyramidum forma, cochlea ab imo ad summum pertinente, creditae sunt a nonnullis, huius belli monumenta fuisse (vestigia earum ad oppidum *Gijon*, in littore septemtrionali, leucis septem ab *Oviedo* exstare affirmant): coniectura neque contemnenda prorsus, neque prorsus constanti: quum alii Aras Sextianas a Sexto Apuleio excitatas malint, eo quem per hosce annos, de Hispania triumphasse Tabulae Capitolinae docent. Ita vir ille sane pereruditus: cui quidem da

catae: Capori, oppidum Noela. Celtici cognomine Praesamarci, Cileni. Ex insulis nominandae, Corticata, et Aunios. A Cilenis, conventus Bracarum, Heleni, Gravii, castellum Tyde, Graecorum sobolis omnia. Insulae Cicae. Insigne oppidum Abobrica.

Ararum causa assentior, de situ non item: quum ex Pliniana serie haud procul Celtico Neriove promontorio statutae videantur. Haro. — Haec quidem Harduinus, cui et ego assentior; notandum tamen est quod haec Marianae opinio, de situ Ararum, cum supra relatis Melae verbis mirum in modum concordet. Ed. P.

Capori. Dalec. *Coepori*. Ptolemaeo lib. II, cap. 6, Κάπορι, quorum oppida mediterranea *Irio Flavia* et *Lacus Augusti*, hodie *Santiogo de Compostella* et *Lugo* esse a plerisque putantur. Eo. P.

Noela. In MSS. Reg. et Colb. *Noeta*; hodie, ut iam diximus, *Noya*, ad amnem Tamarim, cuius utramque ripam tenuere Celtici Praesamarci: sic enim habent libri vulgo editi: at MSS. et Parm. edit. *Proestamartii*. Mela lib. III, cap. 1, *Proesamarchi*. Ed. P.

Cileni. Ptolemaeo lib. II, c. 6, Κιλενοί, quorum oppidum Ὕδατα θερμά, *Aquae calidae*, quae Antonino *Aquae Celinae* appellantur. In Conc. Tolet. I, apud Loaisam, pag. 38: *Exuperantius Ep. de Gallicia, Lucensis conventus, municipii Celenis*. H. — Tenuisse Cileni videntur a Tamari ad amnem *Tenorio*, quo in spatio etiamnunc reperiuntur aquae calidae quas *Caldas de Contis* et *Caldas de Rey* vocant; quod non satis animadvertit Mannertus, qui Aquas calidas hodie esse *Orense* putat: quae quidem civitas etiam calidis aquis inclyta est, sed ut ipse dicit in meridionali Minii ripa sita est, dum Aquas calidas occidentem versus fuisse nobis constat. Ed. P.

Corticota et Aunios. Hodie, quantum ex situ coniectamus, insulae *Correiro* dictae, ad ostium amnis *Vlla* et *Islas de Ons*, ad ostium fluvii *Tenario*. Eo. P.

A Cilenis. Post Cilenos, inquit, pertinent iam ad conventum Bracarensem, de quo diximus lib. III, cap. 4. Heleni, sive Helleni, quorum oppidum in Gallaecia apud Strabonem lib. III, pag. 157, Ἑλληνες appellatum esse, quoniam a Graecis conditum erat, auctor est Asclepiades Myrleanus. Hod. *Pontevedro*, teste Mariana, in Histor. Hispan. hoc est, Pons vetus. H.

Gravii. Quasi Graii dicti. Silius Ital. lib. III: *Et quos nunc Gravios violato numine Graium Oeneae misere domus, Aetolaque Tyde*. Ptolemaeo sunt Γρούϊοι, lib. III, cap. 6, quorum oppidum Τοῦδαι. Melae, caeterisque Tyde, hodie, *Tuy*. In MSS. Reg. et Colb. *Grovii*. H.

Insulae Cicae. Abest id nomen *Cicae* a codd. Reg. In quibusdam *Siccae* legas. Deorum insulae alias a nonnullis appellatae: hodie etiam *Islas de Seyas* sive *de Bayona*. H. et Eo. P.

Abobrico. Nunc *Boïona*, sex circiter leucis a Minii ostio, septentrionem versus. Ed. P.

Minius amnis, IV M. pass. ore spatiosus. Leuni, Seur-
4 bi. Bracarum oppidum Augusta, quos supra Gallaecia. Flumen, Limia: Durius amnis ex maximis Hispaniae, ortus in Pelendonibus, et iuxta Numantiam lapsus, dein per Arevacos Vaccaeosque, disterminatis ab Asturia Vettonibus, a Lusitania Gallaecis, ibi quoque Turdulos à Bracaris arcens. Omnisque dicta regio a Pyrenaeo metallis referta, auri, argenti, ferri, plumbi nigri albique.

4 XXXV. (XXI.) A Durio Lusitania incipit: Turduli veteres, Paesuri: flumen Vacca. Oppidum Talabri-

Minius. Accolis *Minho*: nomen, si Iustino credimus, a minio, quod in ripa profert. At minium amnis Sil, qui in Minium labitur, aquarum copia eo maior, solus edit. HARD.

Leuni, Seurbi. Vet. apud Dalec. *Lebuni, Seurdi.* Tacitum eum tenuere ii cum Bracaribus, qui inter Durium, Miniumque patet: quem ab utroque amne quo ea regio clauditur, *Entre Douro y Migno* appellant. H. et ED. P.

Bracarum. Et Bracares, inquit, ad oram usque pertinent: oppidum a mari semotum Augustam habent: hodie *Braga*, ad *Cavado* flum. Apud Gruter. Inscript. pag. 324, BRACARAVGVSTANI. *H.*

Limia. Λιμίας Ptolemaeo lib. II, cap. 6, iuxta Miuii amnis ostia. Mela lib. III, cap. 1: *Et cui oblivionis cognomen est Miuia.* Sed falli Melam, quod ad oblivionis cognomen attinet, infra discemus ex Plinio. Hodie *Lima.* H.

Durius. Accolis *Duero.* De his, qui mox appellantur, populis, quos Durius alluit ac disterminat, egimus superiore libro. Praeter Numantiam labi auctor est etiam Strabo lib. III, pag. 153. H.

Pelendonibus. Vet. apud Dalec. et Chifll. *Peloudonibus.* De illis insequentibusque populis superiore libro egimus, cap. 3. ED. P.

Arevacos Vaccaeosque. De his populis dixi in fragmento lib. XCI Titi Livii, quod illustravi in altera mea Taciti editione, tom. IV, pag. 570. BROT.

Vettonibus. Vet. apud Dal. *Vectonibus* Eo. P.

XXXV. *A Durio Lusitania incipit.* Vbi se in mare, Durius, *Duero* exonerat, ad oppidum *Porto*: ex quo cum adverso ei ad Austrum *Cale*, factum est Portucaliae nomen: quod recentiores euphoniae causa in Portugalliam mutavere: non a Gallis, ex Terrae sanctae peregrinatione appellentibus, ut fabula refert: nam neque illac ad nos ex Oriente reditur; neque tunc Galli appellabantur, sed Franci. H.

Turduli veteres. Ab his prodisse significat eos qui eodem nomine in ulteriore Hispania superius sunt appellati, lib. III, cap. 3. H.

Paesuri. Dalec. *Pesuri.* Gruteri

ca. Oppidum, et flumen Aeminium. Oppida: Conimbrica, Collippo, Eburobritium. Excurrit deinde in altum vasto cornu promontorium quod alii Artabrum

inscriptio, pag. 462, PAESVRES. Hi cum Turdulis a Durio ad Vaccam tenuere, ubi nunc oppida *Lamego* et *Arouca*. H.

Vacca. Dalec. *Vaccia*. MSS. Reg. et Colbert. *Vagia*. Marcianus Heracl. pag. 74: Οὐάκκουα ποταμός. Nunc Lusitanis *Vouga*, infra oppidum *Aveiro*, e Talabricae ruderibus excitatum, io mare devolvitur. Τὰ Ταλάβριγα Appiano, in Iber. pag. 295, et Ptolemaeo lib. II, cap. 5. H. et Eo. P.

Aeminium. Prius *Minium* legebatur. At est Αἰμίνιον oppidum Lusitaniae Ptolemaeo, lib. II, cap. 5, item Antonino. Et in Cone. Tolet. III, apud Loaisam, pag. 228, Possidonius Eminiensis ecclesiae episcopus subscripsit. In MSS. Reg. et Colb. et in edit. Parm. *Eumenium*. H. — Oppido amnique, ut Harduino placet, commune, hodie nomen est *Agueda*, sive potius *Vouga*. Vix credendum autem errorem admittit vir caeteroquin sane pereruditus, Broterius, qui flumen Aeminium, nunc *Guadaleta* vocari dicit. Eo. P.

Conimbrica. MSS. Reg. et Colb: *Cimumbriga*. Oppidum fuit, nunc dirutum: *Condeja la vieja*, Condexa vetus. Tribus ab ea leucis, ex illius ruderibus excitata nova Conimbrica, *Coimbra*. H.

Collippo. Vet. apud Dalec. *Olisippo*. Ex eius ruinis crevit civitas Leirinensis, *Leiria*, quae Collippo nova dici potest, inter Olisiponem et Conimbricam, in ea Lusitaniae parte, quam Estremaduram vocant. Inscriptio Gruteri, pag. 313, COLLIPPONENSIVM. Et pag. 1155, EX LVSITANIA. MVNICIPI. COLLIPPONENSSI. H. et Eo. P.

Eburobritium. Sic apud Ortel. *Eburobritium* uno vocabulo: Dalec. *Eburo*, *Britium*; vet. autem apud Dalec. *Britoleum*, alii *Britticum* pro *Britium*. Hodie, ut Harduino placet, *Ebora de Alcobaza*, decem circiter leucis a *Leiria*, occidentem inter et meridiem. Eo. P.

Promontorium, etc. Hodie *Cabo de la Roca*, leucis septem a *Lisboa*, occidentem versus. Pelicerius in notis MSS. cum Pintiano, Casaubono, Resendio, Salmasioque in Solin. p. 276, insigni nunc errore Plinium, et illum secutos Soliuum Martianumque, magnum promontorium, sive Olisiponense, idem cum Artabro existimasse aiunt: quanquam si error est, non in Plinium ipsum, sed in eos coniici potius oportuit, quos eius sententiae appellat auctores. Est autem simile veri, etsi id nullus Veterum prodat, esse Artabrum promontorium, sumpto ab incolis Artabris, aut dato his nomine, illud quod Celticum cap. sup. Plinius Pomponiusque, Nerium Strabo, ac Ptolemaeus vocarunt. Verum isto disterminari caelum, terras, maria, non Olisiponensi, atque adeo defendi a culpa Plinium minime posse, ut Pelicerius aliique contendunt, tam falsum est quam quod falsissimum. Quid Hispaniae latus esset, quid frons, nesciisse ii videntur: nos suo loco aperuimus, interpretationemque nostram haec Plinii Pomponiique loca egregie constabiliunt. Ille enim de hoc ipso pro-

appellavere, alii Magnum, multi Olisiponense, ab
2 oppido, terras, maria, caelum disterminans. Illo finitur Hispaniae latus, et a circuitu eius incipit frons (XXII): septemtrio hinc, Oceanusque Gallicus, occasus illinc, et Oceanus Atlanticus. Promontorii excursum LX M. prodidere, alii XC M. pass. Ad Pyrenaeum inde non pauci XII quinquaginta millia, et ibi gentem Artabrum, quae numquam fuit, manifesto errore. Arrotrebas enim, quos ante Celticum diximus promontorium, hoc in loco posuere litteris permutatis.

montorio Olisiponensi, lib. II, cap. 112: *Promontorium Artabrum*, inquit, *quo longissime frons procurrit Hispaniae.* Et hoc ipso libri huius cap. *Promontorium Sacrum e media prope Hispaniae fronte prosilit.* Quibus verbis prodit apertissime tribus omnino frontem eam effici promontoriis: a Iunonio, quod est circa Gaditanum fretum, incipere: in Sacro, quod S. Vincentii vocant, esse mediam, ubi caput Europae statuitur a Dionysio Perieg. v. 562: ad Artabrum denique longissime procurrere, in quo desinat. Inde versus Gallaeciam facto circuitu, latus incipere septemtrionale Hispaniae Lusitaniaeque. Namque, ut Pomponius tradit, lib. II, cap. 6: *Lusitania oceano tantummodo obiecta est: sed latere ad septemtrionem, fronte ad occasum.* H.

Olisiponense. Dalecam. *Olyssiponense.* Ed. P.

Terras, etc. Ad terras certe quod pertinet, citra id promontorium est pars Lusitaniae hactenus descripta, quod est Hispaniae latus, et Lusitaniae, septemtrionale: ultra, occidentalis ora. Ad caelum, hinc ipse septemtrio, inde occasus. Ad maria, Gallicus, vel si mavis, Callaicus ab eo latere oceanus: ab illo Atlanticus. Hard.

Hispaniae latus. A promontorio Celtico ad Artabrum, sive Olisiponense. H.

Incipit frons. Ab Olisiponensi promontorio ad Gaditanum fretum. H.

Oceanusque Gallicus. In Chiffl. cod. *Caloicus*, seu potius *Callaicus*, a gente Callaica, hoc est, Gallaecis. At vulgatam scripturam defendunt codices Reg. et Colbert. Martianus quoque lib. VI, cap. de Hispania, pag. 202. Quin ipse Plinius lib. IX, cap. 3, oceanum hunc Gallicum vocat, ut suo loco monebimus.

LX M. Vet. ap. Dalec. *XL M.* Ed. P.

XII quinquag. Hoc est, duodecies centena et quinquaginta millia passuum. Mensura enim haec est adnavigationis per sinus, recessusque sinuum, a promontorio isto ad Pyrenaeum. Hard.

Manifesto errore. Qui tamen aevo Strabonis invaluerat, ut diximus sup. cap. Hard. — *Manifesto errore.* Errant ergo et illi qui Olisiponensi promontorio nomen Artabrum indi-

Erratum et in amnibus inclytis. Ab Minio, quem 3
supra diximus, CC M. pass. (ut auctor est Varro) abest Aeminius, quem alibi quidam intelligunt, et Limaeam vocant, Oblivionis antiquis dictus, multumque fabulosus. Ab Durio Tagus CC M. passuum, interveniente Munda. Tagus auriferis arenis celebratur. Ab eo CLX M. passuum promontorium Sacrum e media prope Hispaniae fronte prosilit: XIV M. pass.

dere, ab Artabris, qui, ut nunc ipse dicit Plinius, nunquam hic habitarunt, sed ad promontorium Celticum, quod ut sup. cap. diximus, Artabrum aliquando nomen habet. Ed. P.

Quem supra diximus, etc. Cap. sup. Hard.

Aeminius. De quo hoc cap. diximus, ad ea verba, *Oppidum et flumen Aeminium*. Hard.

Quem alibi quidam. In his est Mela, ut indicavimus sup. cap. ad ea verba, *Flumen*, *Limia*. Ia enim Limiam cum Aeminio, qui Oblivionis amnis est appellatus, confundit: recte distinguit Appianus in Iber. pag. 295. Haro.

Limaeam. Volebat Dalee. *Lethaeum vocant ab oblivione antiquis dictum, multumque fabulosum*. Ed. P. — Limia Melae loco citata Straboni, lib. III, pag. 153: ὁ τῆς Λήθης, ὃν τινες Αιμαίαν καλοῦσιν. *Oblivionis fluvius, quem quidam Limaeam vocant*. H.

Fabulosus. Origo ea fabulae fuit. Lusitani Celtici, qui Anam seu *Guadiana* fluvium accolebant, inita cum antiquis Turdulis amicitia, copias iunxere paribus in eamdem expeditionem armis. Transvecti amnem, sive Limiam, sive Aeminium, orta ibi seditione, communem amisere ducem. Tum vero et simultatum oblitti, et soli amoenitate illecti, suas ibidem sedes posuere. Imperitum deinde vulgus credidit, insita aquis illis ea virtute, et expeditionis susceptae, et patriae oblivionem simul potasse. Ea vero fama in posteros sic invaluit, ut aonis postea volventibus, quum Decimus Iunius Brutus, romani exercitus Imperator, ad eum amnem venisset, nullo posset imperio milites romanos adigere, ut fluvium transmitterent; quum id esset animis omnium persuasum, se patriae suae aeterna statim oblivia subituros. Vide Florum, lib. II, c. 17, pag. 74; Strabon. lib. III, pag. 153; Plutarch. in Quaest. Rom. pag. 272, Appian. in Iber. pag. 294. Anno V. C. 618 Brutus ibi proconsul fuit. Haro.

Interveniente Munda. Inter Durium et Tagum fluens amnis, *Mondego*, Conimbricam alluit: aurifer ipse parinde ac Tagus. Ptolem. lib. II, cap. 5, Μόνδα. Hard.

Tagus auriferis. Vide quae dicemus lib. XXXIII, cap. 21. Hard.

Sacrum. Nunc S. Vincentii, *Cabo de S. Vincente*. De fronte Hispaniae superius egimus, hoc cap. Hard.

XIV M P. Hoc est, quatuordecies centena millia pass. per mediam Hispaniam facto itinere, a promon-

4 inde ad Pyrenaeum medium colligi Varro tradit. Ad Anam vero, quo Lusitaniam a Baetica discrevimus, CXXVI M. passuum: a Gadibus CII M. passuum additis. Gentes: Celtici, Turduli, et circa Tagum Vettones. Ab Ana ad Sacrum, Lusitani. Oppida memorabilia a Tago in ora, Olisipo equarum e Favonio vento conceptu nobile: Salacia cognominata urbs Imperatoria:

torio Sacro ad medium Pyrenaeum. HARD.

Inde ad Pyrenaeum, etc. Vet. ap. Dalec. *inde et ad Pyrenaeum medium colligit, ut Varro tradit.* EO. P.

Ad Anam. Dalec. *ab Ana vero.* In codd. Tolet. et Chiffl. nec CCXXVI, nec CXXVI, sed CXXI. ED. P. — Ab Ana fluvio, inquit, distat Sacrum Promontorium CXXVI M. pass. Sic MSS. Reg. et Colb. etc. non, CCXXVI. HARD.

Discrevimus. Lib. III, c. 2. HARD.

CII M. pass. Sic erunt omnino a promontorio Sacro ad Gades, CCXXVIII M. pass. HARD.

Gentes. Vltra Tagum positae, versus austrum, in provincia quam *Alentejo* vocant: Celtici, Turdulique: de quibus egimus lib. III, cap. 3, cognomines, finitimi, affines. Turdulorum civitas Emerita fuit, de qua inferius, teste Strabone, lib. III, p. 151. Vnde colligas Vettonum Turdulos clientes fuisse. Celticorum, Pax Iulia fuit, aliaeque, ut mox dicemus. Dalec. *Varduli*, non *Turduli*, HARD. et EO. P.

Circa Tagum. Nam utramque Tagi ripam, omnemque circum regionem late Vettones, sive Vectones tenuere: oppida habuere insignia, citra Tagum, Salmanticam, apud Ptolem. lib. II, cap. 5; ultra, Augustam Emeritam, quam *claram Vettoniae coloniam* Prudentius vocat, hymno 9, in Eulaliam, v. 186: *Nunc locus Emerita est tumulo Clara colonia Vettoniae, Quam memorabilis amnis Ana Praeterit*, etc. Supra Anam Vettones habitasse etiam auctor est Strabo, l. III, pag. 139. Inscriptio Gruteri, p. 591, PAOVINE. VETTONIAE. *Hard.*

Lusitani. Vbi fere provincia est *Algarve* vocata. EO. P.

Olisipo. Vlyssem venisse in Hispaniam, atque in Lusitaniae littore urbem Vlyssiponem condidisse, Strabo, Solinus, Martianusque censent, ipsoque ex nomine coniectura ducta confirmant. Refellunt quidam tum nominis argumento: nam Olisipo ex antiquis monumentis, et lapidum inscriptionibus nominari, scribique debet: et quoniam Vlyssis arae supra mare Armorieum in Belgis non uno loco exstabant. Nempe ex graeca vanitate, quem in Deorum numero habebant, ei templa atque oppida consecrabant: quod Hispanis contigisse etiam non inepte prorsus arbitrantur. Ita fere Mariana lib. I, cap. 12, sub finem, p. 21. Apud Gruter. inscriptio, pag. 252, 261 et 273: FELICITAS. IVLIA. OLISIPO. Ptolemaeo, lib. II, cap. 5, Ὀλισσίπων. Nunc incolis *Lisboa*, Gallis *Lisbonne*. HARD.

Equarum. Dicemus ea de re lib. VIII, cap. 67. Cf. Virg. Georg. III, vs. 271 sqq. ubi vide quae sunt adnotata. HARD. et EO. P.

Salacia. Inscriptio Gruteri, p. 43, MVNICIPI. SALACIEN. Hod. si Hard. quem

Merobrica: promontorium Sacrum: et alterum Cuneus. Oppida: Ossonoba, Balsa, Myrtilis.

Vniversa provincia dividitur in conventus tres. Emeritensem, Pacensem, Scalabitanum. Tota populorum XLVI, in quibus coloniae sunt quinque, municipium civium rom. unum: Latii antiqui tria: stipendiaria, XXXVI. Coloniae: Augusta Emerita, Anae fluvio apposita: Metallinensis, Pacensis, Norbensis, Caesariana co-

sequuntur d'Anville et Vckert, credimus, *Alcazar do Sal*, inter *Evora* et Oceanum, medio ferme intervallo; et si Mannerto, *Setuval*, ad Oceanum. Haoc autem veterem Cetobrigam esse ait d'Anville. Eo. P.

Merobrica. Grut. inscriptio p. 442, ORDO. MEROBRIO. sed suspecta mihi. Oppidum interiit: e ruderibus proxime excitatum alterum, cui nomen est *Santiago de Cacem*: medio ferme itinere inter *Lisboa* et *Cabo de San Vincente*. H.

Cuneus. Chiffl. *Caeneus.* Hodie, ut omnes voluot, *Cabo de Santa Maria*: ut tamen ego mallem *Punta de Sagres*, iuxta Sacrum promontorium, *Cabo de San Vincente*; vicina enim fuisse inter se ista promontoria ex Plinii verbis mihi videntur. Cuneus a Mela vocatur lib. III, c. 1, ager omnis inter Anam et Sacrum promontorium; hodie, ut diximus, *Algarve*. Eo. P.

Oppida. Pomponius Mela, loco citato: *in Cuneo agro*, inquit, *sunt Myrtilis*, *Balsa*, *Ossonoba*. Eodem ordine Marcianus Heracl. p. 73: ἀπὸ τῶν ἐκβολῶν τοῦ Ανα ἐπὶ Βάλσα... ἀπὸ δὲ Βάλσων εἰς Οσόνοβα... ἀπὸ δὲ Οσόνοβα ἐπὶ τὸ ἱερὸν ἀκρωτήριον. Sic enim hic locus legendus. H. — Ossonobam, quam Harduinus *Estombar* esse dicit, haud longe a *Faro* requirendam esse ait d'Anville; illam leucis circiter decem a *Faro*, occidentem versus, ponit Mannertus, ad Oceanum. — Balsa, quam Harduinus et d'Anville *Tavira* esse putant, haud longe a *Faro* fuisse Maonerto videtur. — Myrtilis tandem, quae Ptolemaeo lib. II, cap 5, Ιουλία Μυρτιλίς est, hodie, ut omnes confitentur *Mertola* est, ad Anam io Mediterraneo. Eo. P.

XLVI. Dal. *XLV*. Ed. P.

Augusta emerita. Vestigia tantum supersunt: loco nomen est *Merida*, ad Anam. Veteranos milites eo deductos Augusti iussu, auctor est Dio lib. LIII, p. 514. Nummos duos profert Patinos in familia Carisia, pag. 65, huius deductae coloniae indices ac testes; Gruter. inscriptionem, p. 43, COLONIA EMERITENSIS. H.

Metallinensis. Metallinum, hodie *Medelin*, in provincia *Extramadura* dicta, ad Anam fluvium, ubi falso creditus, post leucarum aliquot occultationem, amnis emergere. Antonim. in itinere a Corduba Emeritam, Metellinum ab Emerita M. P. XXIV distare prodidit. H. et Eo. P.

Pacensis. Civitas olim Pax Iulia, Παξιουλία Ptol. l. II, c. 5, in Turdulis, sive Turdetanis: eadem Augusta cognominata: Παξαυγούστα Strabonis lib. III, p. 151, in Celticis Lusi-

gnomine. Contributa sunt in eam Castra Iulia, Castra Caecilia. Quinta est Scalabis, quae Praesidium Iulium vocatur. Municipium civium rom. Olisipo, Felicitas Iulia cognominatum. Oppida veteris Latii: Ebora, quod item Liberalitas Iulia: et Myrtilis, ac Salacia,
6 quae diximus. Stipendiariorum, quos nominare non pigeat, praeter iam dictos in Baetice cognominibus, Augustobrigenses, Ammienses, Aranditani, Arabri-

tanis. Nunc *Beja* in provincia *Alentejo* dicta: in cuius oppidi foro cippum esse Gruterus ait, p. 261, cum inscriptione COL. PAX. IVLIA. Pacis Augustae deinde nomen ad Badiocenses transiit, quorum oppidum in Turdulis fuit. Vide Resendium, in epistola de Colonia Pacensi. Vlpianus, Dig. de Censibus, lib. III, t. 15: *In Lusitania Pacenses, sed et Emeritenses iuris Italici sunt.* H. et Ed. P.

Norbensis. Νῶρβα Καισάρεια Ptolemaeo lib. II, c. 5. Hodie *Alcantara*, in *Extramadura* provincia, ad Tagum, ponte ibi Traiani nobile: aut certe ex Norbensis ruderibus haud procul id conditum.

Caesariana. Chiffl. *Caesarina.*

Contributa. Norbensi iurisdictioni obnoxia, seu iura Norbam petere coacta. Castra Iulia, nunc *Truxillo*, quasi *Turris Iulia*: in *Extramadura* provincia: haud procul a Castris Caeciliis, quibus nomen est *Caceres*: non, ut quibusdam visum est, *S. Maria de Gaudalupe.* Pro *Castra Iulia*, MSS. Reg. et Colb, *Castra Servilia.* Caecilia Ptolemaeo memorantur lib. II, c. 5. Antonino Caeciliana dicta, in Lusitania, itinere ab Olisipone Emeritam, quod per viarum anfractus plurimos agebatur. H.

Scalabis Chiffl *Sallabis.* Ed. P. — A diva Irene virgine, nomen habet hodie *Santarem*: apud Ptol. lib. II, c. 5, Σκαλαβίσκος, Τοκουβίς etc. forte pro Σκαλαβὶς κολ. hoc est, κολωνία. HARD.

Felicitas. De eo cognomine paulo ante egimus. H.

Ebora, quod item Liberalitas Iulia, etc. *Evora*, inter Anam et Tagum. Apud Resend. de Ant. Eborae, inscriptio quam Gruterus refert, pag. 489. LIB. IVL. EBORA. Hoc est, *Liberalitas Iulia Ebora*: non *Libertas*, ut Scaligero visum in Indice Gruteri. HARD.

Quae diximus. Plane modo, hoc cap. H.

Praeter iam dictos. Praeter eorum oppidorum cives, quos in Baetica Lusitanis esse cognomines diximus lib. III, cap 3, iis verbis: *Celticos a Celtiberis ex Lusitania advenisse manifestum est, sacris, lingua, oppidorum vocabulis: quae cognominibus in Baetica distinguuntur.* H.

Augustobrigenses. Augustobriga Antonini, ab aliis hodie *Villar del Pedroso*, ad Tagum: ab aliis vero *Ponte dell' Arcobispo* esse existimatur. HARD.

Ammienses. Vet. apud Dalecamp. *Emienses.* Ed. P. — Ptolemaeo lib. II, c. 5, in Lusitania, Αμμία. MSS. Αμμαία. Nunc *Portalegre*, in Lusitaniae finibus inter Heluas et Tagum

censes, Balsenses, Caesarobricenses, Caperenses, Caurenses, Colarni, Cibilitani, Concordienses, Elbocorii, Interannienses, Lancienses, Mirobrigenses, qui Celtici cognominantur: Medubricenses, qui Plumbarii:

amnem: quo in oppido reperta inscriptio, MVNICIP. AMMAI. hoc est, *Ammaitanum*, quod refert Gruterus p. 257, ex Schotti schedis. H.

Aranditani. Vet. apud Dalec. *Aranitani* Alii *Pranitani*. ED. P.—Ἀραν-δῖς Ptolemaeo lib. II, cap. 5. in Celticis Lusitanis; Arannin Antoninus, in Itinere de Esuri Pacem Iulism, pro Arandi habet. Situs horum incertus, ut et proxime sequentium. H.

Arabricenses. Dalec. *Axabricenses*. Alii *Taxabricenses*. ED. P. — Ab Arabriga Ptolemaei lib. II, c. 5, iuxta Scalabim sita. Apud Grut. inscriptio exstat p. 162, ARASAICENSIS. *H.*

Balsenses, *Caes*. etc. Vet. ap. Dal. *Blacenses*; mox in cod. Chiffl. *Caesarobrienses*, non *Caesarobricenses*. ED. P. — Hi ab oppido Balsa supra dicto: *Caesarobricenses* ab oppido, ut patet cognomine, sed incerti admodum situs: *Caperenses*, a Cappara, cuius meminit in Lusitania Antoninus, itinere ab Emerita Caesaraugustam. Ptolemaeo lib. II, c. 5 Κάπαρα: nunc dicitur *Las ventas de Caparu*, inter *Alcantara* et *Coria*. H.

Caurenses, etc. Horum oppidum Καύριον Ptolemaeo lib. II, cap. 5, in mediterraneis Lusitaniae civitatibus: nunc recentioribus dicitur *Coria* in *Extramadura*: Colarnorum, Κόλαρνον. Apud Gruterum inscriptio, pag. 162. COLARNI.

Cibilitani. Apud Gruter. p. 362, MVNICIPI CIVILITAN. ad hunc locum non pertinet. H.

Concordienses. Horum oppidum Κουκορδία, apud Ptolem. l. cit. Nunc *Tomar* siunt appellari. H.

Elbocorii. In MSS. Reg. Colb. etc. et in edit. Parm. *Concordienses*, *et Coccori*. Ipso elementorum ordine admonitus Hermolaus reposuit, *Concordienses qui et Boccori*: ratus hoc loco Boccoros per se non posse nominari. Ego vero sinceram huius loci arbitror lectionem, quam attuli. Nam apud Ptolemaeum in oppidis Lusitanise mediterraneis lib. II, cap. 5 Ελκοβορίς recensetur, litteris permutatis pro Ελβοκορίς. H.

Interannienses. In MSS. Reg. Colb. Chiffl. Paris. etc. *Interansenses*. Editi libri *Interausenses*. Nostram emendationem defendit Gruteri vetus inscriptio, pag. 162, INTERANIENSES: et multo magis Phlegon Trallianus, de Longsevis, cap. 1, p. 113, scribens, Ἰντεραννησία πόλις Λουσιτανίας. H.

Lancienses. LANCIENSES apud Grut. pag. 160 et 199; apud Ptolem. lib. II, c. 5, Λαγκία ὀπιδάνα H. — Lanciam urbem Mannertus in septentrionali Lusitaniae parte sitam fuisse putat, ad Durium, prope *Zamora*. ED. P.

Qui Celtici. Vt eo cognomine a Mirobricensibus Turdulis, de quibus dictum est lib. III, c. 3, Celtici secernerentur. Alii *Ciudad Rodrigo* esse volunt, urbem provinciae *de Salamanca*. Ambr. Morales locum esse ait, cui hodieque nomen est *Malabriga*, prope eam Rodericopolim. Illam insequenti vicinam fuisse putat Mannertus. ED. P.

Medubricenses, qui Plumbarii. Me-

Ocelenses, qui et Lancienses: Turduli qui Barduli, et
7 Tapori. Lusitaniam cum Asturia et Gallaecia patere longitudine DXL M. pass.: latitudine DXXXVI M. Agrippa prodidit. Omnes autem Hispaniae, a duobus Pyrenaei promontoriis per maria, totius orae circuitu passuum XXIX XXII M. colligere existimantur, ab aliis XXVI mill.

1 XXXVI. Ex adverso Celtiberiae complures sunt insulae, Cassiterides dictae Graecis, a fertilitate

dobregam in Lusitania oppidum, prope montem Herminium, quo Medobregenses confugerant, habet Hirtius in Com. de Bel. Alex. pag. 216. Olim oppido nomen *Aramenha*: nunc ruderi, teste Resendio lib. Antiq. ap. Marianum castrum visuntur, prope Amaeam, quae Portus Alacer, ut diximus, appellatur. Plumbarii, a plumbo quod ibi effoditur, cognominati. HARD.

Ocelenses. Οκελλον Ptolemaeo lib. II, cap. 3, iuxta *Capara*. H.

Qui et. Haec duo vocabula, *qui et* in MSS. non habentur. DAL.

Qui Barduli. Turduli Tarraconensem attingunt, ut dictum est lib III, cap. 3, qua in provincia et Vardulos, sive Bardulos, Ptolem. agnoscit lib. II, cap. 6. H.

Tapori. Gens est a Turdulis diversa. In lib. omnibus, *Tapori*. At in inscriptione Grut. p. 462, nisi vitium marmorarii sit, cum Medubricensibus TALORI iunguntur. H.

Gallaecia. Chiffl. *Gallicia* Eo. P.

Latitudine DXXXVI. Latitudinis haec mensura iusto sane amplior videtur, ac longitudini ipsi fere par. HARD.

XXIX XXII M. Ita MSS. Reg. Colb. Chiffl. etc. Hoc est, vigesies novies centena, et viginti duo millia passuum. HAAN. — Lega: *XXXIX XXII M.* Ita MS. Reg. 4, in editione principe, *XXIX XII.* Sic et MSS. Reg. 5, 6. Frustra in recentioribus editionibus emendavit *XXIX XII.* Certe totus orae circuitus a promontorio Pyrenaeo, *le Cap de Creus*, ad alterum promontorium inter urbes *Saint-Sébastien* et *Fontarabie*, si sinuum anfractus numerentur, plus colligitur, quam *XXIX XXII M.* pass. BROT.

Ab aliis XXVI. Vigesies sexties centena millia. H. — Dal. *XXVII mill.* Brot. *XXV.* Eo. P.

XXXVI. *Cassiterides.* E regione Celtiberorum, sive Celticorum Lusitaniae, positas esse Cassiteridas insulas decem, unde stannum, quod κασσίτερον Graeci vocant, ad nos adveheretur, communis Veterum error fuit: quem et Ptolemaeus sequitur, lib. II, cap. 6; Strabo lib. II et III, aliique. Caute admodum Herodotus, cuius verba recitat Eustathius in Dionysio vers. 563, p. 81, negat sibi Cassiteridas esse notas: et merito sane, quod eae nusquam fuere. Fabulis Plinius ipse eas accenset lib. XXXV, cap. 47.

plumbi: et e regione Arrotrebarum promontorii, Deorum sex, quas aliqui Fortunatas appellavere. In ipso vero capite Baeticae, ab ostio freti passuum XXV mill. Gadis, longa (ut Polybius scribit) XII mill. lata III mill. passuum. Abest a continente proxima parte minus pedes DCC, reliqua plus septem M. passuum. Ipsius spatium XV M. passuum est. Habet oppidum 2 civium romanorum, quod appellatur Augusta urbs Iulia Gadiatana. Ab eo latere, quo Hispaniam spectat, passibus fere centum, altera insula est longa III M. passuum lata, in qua prius oppidum Gadium

Arrotrebarum prom. Quod Celticum promontorium appellavit, cap. 34. Haen.

Deorum sex. Duae Ptolemaeo lib. II, cap. 6, si tamen eaedem. Hard.

Ab ostio freti. Gaditani. Hard. — Vet. apud Delecamp. *max ab ostio.*

XXV. mill. Del. *LXXV mill.*

Abest a continente ... minus pedes DCC. Sincera haec omnium codicum lectio est, Reg. 1, 2, Colb. 1, 2, Paris. Chifflet. et Parm. edit. Frobenius prior, quem secuti deinde sunt caeteri, *passus DCC* reposuit. Verum a continente angusto spatio, et veluti flumine ebscissam Gedium insulam euctor est Mele: Polybius, et Solious cap. XXIII, p. 44, cum Plinio, pedibus septingentis: Strabo lib. III, p. 167, stadio definit, hoc est, CXXV passibus, pedibus vero DCCXX. Haed.

Reliqua plus septem. Nempe septem millibus et n pess. ut dictum est lib. II, cap. 112.

Ipsius spatium XV M. pass. Ita quidem libri omnes: at longitudine insulae Gedium, et letitudine iem signeta, reliquus tantum videtur esse ambitus: qui, si longitudo est XII M. pass. fieri non potest, quin fere XXX passuum millia colligat. Hard. — Volebat Pint. *XXV M.*

Civium rom. Gaditanum nppidum civitatis iure donatum e Iul. Caesare, quum Hispeniam subegit, euctor est Dio lib. XLI, p. 264. Inscriptio Grut. p. 268, MVN. AVG. GAD. Gadibus reperta. Hard.

Quod appellatur. MSS. Reg. et Colb. sincerius, *qui appellantur Augustani urbe Iulia Gaditana.*

Augusta. Dalec. *Augustana.*

Altera insula. Ἐρύθεια Straboni lib. III, pag. 167, e Gedium insula unios stadii, seu passuum CXXV, freto divulsa: nunc hausta mari, ot ne vestigium exstet, ut Marieoe prodit Hist. Hispan. lib. I, cap. 24, pag. 39. Salazar tameo, de Antiq. Gadit. lib. I, cep. 4, vocari etiamnunc *Isla de Léon* asseverat, ipse patria Gaditanus. Haeo.

Longa III M. Sincerius codd. Reg. *in longum mille passibus lata*, ut latitudo paene per longitudini intelligatur: aut letitudinis certe mensura deest. Hard.

fuit. Vocatur ab Ephoro et Philistide, Erythia; a Timaeo et Sileno, Aphrodisias; ab indigenis, Iunonis. Maiorem Timaeus Cotinussam apud eos vocatam ait: nostri Tartesson appellant, Poeni Gadir, ita Punica lingua sepem significante. Erythia dicta est, quoniam Tyrii Aborigines eorum orti ab Erythraeo mari fere-

Philistide. Dalec. *Phylistide.*

Erythia. Vetus apud Dalec. *Erythria.* Bsot. *Erythea.* Ed. P.

Aphrodisias. Ceu Veneri sacra. Stephanus, Αφροδισιάς, νῆσος, πρότερον Ερύθεια, μεταξὺ Ιβηρίας καὶ Γαδείρων, *inter Hispaniam et Gades.*

Maiorem Timaeus, etc. Hoc est, Gadium insulam, cui Erythia proxima fuit. Harn.

Cotinussam. Ab oleastris, quos Graeci κοτίνους voeant. H.—Vereor ut illud *apud* eos Plinianum sit. Certe in libris manu exaratis, Reg. 1, 2, Colb. 1, 2, Paris. Chiffl. et Parm. edit. legitur *Potinussam a puteis.* Et de puteis quidem in Gadium insula frequentibus, prolisam concertationem Strabo instituit, ex Polybio lib. III, p. 173. Quamobrem a vetere scriptura discedere Hermolaum fortasse non oportuit: quamquam ei scriptores nec pauci favent, nec ignobiles: nam Festus Avienus, in Descriptione orbis (vide Poët. Lat Min. nostrae ed. t. V, p. 218), vs. 611: *Gadir prima fretum solida superemiuet acre: Haec Cotinussa prius fuerat sub nomine prisco, Tartessumque dehinc Tyrii dixere coloni: Barbara quin etiam Gades hanc lingua frequentat: Poenus quippe locum Gadir vocat undique septum Aggere praeducto.* Dionysium Festus espressit, qui vs. 456: Κληζομένην Κοτινοῦσαν, ἐφημίξαντο Γάδειρα. Adde Tzetzen, Chiliad. 8, Histor. 216, vs. 687: Η νῦν νῆσος ἡ Γάδειρα τὴν κλῆσιν καλουμένη, Τὸ πρώην ὠνομάζετο τὴν κλῆσιν Κοτινοῦσα.

Tartesson. Sic Arrianus, de Exped. Alex. lib. II, pag. 126. Harn. — Vet. apud Dalecamp. *Post Tyrii Tartesson appellavere.* Ed. P.

Poeni Gadir. Quod ut Hispaniae sepes, septumve (id enim Hebraeis etiam גדר *Gheder* est), obiecta marinis fluctibus esset. Haec Solinus iisdem verbis, cap. XXIII, p. 44. Hesychius, p. 207, Γάδειρα, τὰ περιφράγματα. Φοίνικες. H.—Baptista Egnatius cap. 25, Racem. *Poeni Gadiram. Nam Gadir Punica lingua septem significat.* Dal.

Erythia. De maiore hactenus: nunc de altera insula, quae minor est. Harn.

Aborigines eorum. Hoc est, Poenorum conditores, ac velut parentes: sic enim Dionysius Halic. Aborigines interpretatur γέναρχας ἢ πρωτογόνους. Aborigines, ut Festus indicat, sunt proprie qui ab origine, seu patriis sedibus profecti, exteras regiones occupaverunt. Origines eos appellare Sallustius videtur in bello Iug. p. 67 (huius ed. p. 179), ubi de Phoenicibus: *Vrbes*, inquit, *in ora maritima condidere: haeque brevi multum auctae, pars originibus suis praesidio, aliae decori fuere.* Aborigines hoc Plinii loco, pro *ab origine*, quod in vet. apud Dalecamp. legitur, primus re-

bantur. In hac Geryones habitasse a quibusdam existimantur, quorum armenta Hercules abduxerit. Sunt qui aliam esse eam, et contra Lusitaniam arbitrentur, eodemque nomine quondam ibi appellatam.

XXXVII. (LXIII.) Peracto ambitu Europae, reddenda consummatio est, ne quid non in expedito sit, noscere volentibus. Longitudinem eius Artemidorus atque Isidorus a Tanai usque Gades LXXXII XIV M. prodiderunt. Polybius latitudinem Europae ab Italia ad Oceanum scripsit XI L mill. esse, etiam tum incomperta magnitudine eius. Est autem ipsius Italiae (ut diximus) XI XX M. ad Alpes. Vnde per Lugdunum 2

stituit Pintianus. A Tyria classe Gadium oppidum conditum fuisse auctor est Velleius, lib. I, cap. 2, § 5. H.

In hac Geryones. Multitudinis numero protulit Geryones, ab tres fratres: unde tricorporis Geryonis fabula apud poëtas. Sic libri omnes incredibili consensu, tum manu exarati, tum editi etiam ante Frobenium, qui onmero singulari legit *existimatur, cuius armenta*, etc. Satis audacter id quidem, libris refragantibus. Nec tamen sum nescius a Graecis dici promiscue Γηρυών, Γηρυόνος, et Γηρυόνης, Γηρυόνου. Et Tzetzes, Chiliad. 4, vers. 351: ὁ Γηρυόνης βασιλεὺς ὑπῆρχεν Ερυθείας, etc. De ipsa re Pausanias consulendus, Attic. lib. I, pag. 67, et Mythologi omnes. Hard.

Sunt qui aliam. Solinus iisdem verbis, loco cit. Pomponium Plinius mundo signat, qui insulam in qua Geryones habitarint, contra Lusitaniam posuit, Erythiamque item vocavit lib. III, cap. 6. Hard.

XXXVII *LXXXII XIV M.* Hoc est, bis et octuagies centena: et quatuordecim millia pass. H. — Ita libri omnes. At si octuagies quinquies centena et sexagiota octo millia pass. auctore Artemidoro patet longitudo ipsa totius terrae, ab ortu ad occasum, hoc est, ab India ad Herculis columnas Gadibus sacratas, ut lib. II, cap. 112, Plinius prodidit: quo pacto Europae unius longitudini octuagies et bis centeos et quatuordecim millia idem assignare potuerit Artemidorus, non sane video: nisi si haec adnavigationis per sinus omnes, intimosque sinuum recessus a Tanai Gades usque instituta mensura est Hard.— Leg. *XXXII XIV M.* perperam in libris scriptis et editis *LXXXII XIV M.* aut in Dal. *LXXXIV XIV M.* Emendandum fuit *XXXII*, ut recte monuit eruditus Riccioli, Geographia reform. pag. 84. Id patet ex ipso Plinio, lib. II, cap. 112. Brot.

Scripsit XI L. mill. Ita libri omnes: hoc est, undecies centena et quinquaginta millia. Hard.

Etiam tum incomperta. Nunc autem quum est comperta diligentius, inquit, magnitudo terrarum, est ipsius Italiae longitudo, XI XX, omnis Galliae, XI L. Hard.

Vt diximus, XI XX M. H. e. uo-

ad portum Morinorum Britannicum, qua videtur mensuram agere Polybius, XIII M. XVIII. Sed certior mensura ac longior ad occasum solis aestivi ostiumque Rheni per castra legionum Germaniae ab iisdem dirigitur Alpibus, XV XLIII M. passuum. Hinc deinde Africa atque Asia dicentur.

decies centena et viginti millia pass. HARD. — Ita libri omnes manu exarati, Reg. 1, 2, Colb. 1, 2, Paris. etc. vulgati *XII XX*. Pelicerius in notis MSS. et Pintianus *X XX*. quaniam Plinius ipse eo loco quem nunc spectat, lib. III, cap. 6: *patet Italia*, inquit, *longitudine ab Alpino fine Praetoriae Augustae per Urbem Capuamque cursu meante Rhegium oppidum, in humero eius situm, a qua veluti cervici incipit flexus, decies centena et viginti millia passuum*. Verum quum idem his verbis statim ista subiungat: *Multoque amplior mensura fieret, Lacinium usque, ni talis obliquitas in [illegible]us digredi videretur*: hanc ipsam mensuram ampliorem superiori adiici modo perspicuum est, quam centum millium passuum esse, tum ex cap. 10, tum ex 15 eiusdem libri colligimus. HARD.

XIII M. XVIII. Ita libri omnes MSS. editique ante Frobenium, qui *XI M. LXVIII*, nullo auctore suffragante, reposuit. HARD.

Per castra legionum Germaniae. Per castra vetera, nunc *Santen*, *dans le duché de Clèves*. Vide Tacitum Hist. IV, 18. BROT.

XV XLIII. Quindecies centena. Prius *XII*, hoc est, *duodecies*, legebatur. HARD.

C. PLINII SECVNDI

NATVRALIS HISTORIAE

LIBER V.

I.

Africam Graeci Libyam appellavere, qua mare ante eam Libycum incipiens Aegyptio finitur. Nec alia pars terrarum pauciores recipit sinus, longe ab occidente littorum obliquo spatio. Populorum eius, oppidorum nomina, vel maxime sunt ineffabilia praeterquam ipsorum linguis, et alias castella ferme inhabitant.

(1.) Principio terrarum Mauritaniae appellantur, us- 2

I. *Graeci Libyam.* Ab Afro Libye Herculis filio, inquit Martianus lib. VI, cap. de Africa, pag. 215, vel a Libya femina Epaphi filia, ut ait Dionysius in Eustath. Hard.

Qua mare... finitur. Reponebat Dalec. *et mare ante eam Libycum: Aegypto finitur.* Ed. P.

Longe ab occidente, etc. Longo admodum spatio ab occasu freloque Gaditano Aegyptum usque incurvantibus sese molliter littoribus. Hard.— Haec verba, *longe ab occidente*, Dalecampio supervacua videbantur. Ed. P.

Castella ferme. Non cincta moenibus oppida. Haro.

Principio. Vel *principia terrarum*, ut habet Pomponius, cuius haec verba, lib. I, cap. 4: *Nunc exactius oras situsque dicturo, inde est commodissimum incipere, unde terras oceanus ingreditur: et ab iis potissimum quae influenti dextrae sunt.* Et c. 5: *Hinc in nostrum mare pergentibus laeva Hispania, Mauritania dextra est.* Idcirco Melae Plinioque principia terrarum Hispaniae Mauritaniaeque appellantur. Hard.

que ad C. Caesarem Germanici filium regna, saevitia eius in duas divisae provincias. Promontorium Oceani extimum Ampelusia nominatur a Graecis. Oppida fuere, Lissa, et Cotta ultra columnas Herculis: nunc est Tingi, quondam ab Antaeo conditum: postea a Claudio Caesare, quum coloniam faceret, appellatum Traducta Iulia. Abest a Belone oppido Baeticae,

Ad C. Caesarem. Germ. fil. Caligulam. At Dio, lib LX, p. 671, Clandium Caesarem huius divisionis auctorem facit: ὁ Κλαύδιος διχῇ τοὺς Μαύρους τοὺς ὑπηκόους ἔνειμεν, ἔς τε τὰ περὶ Τίγγιν, καὶ ἐς τὰ περὶ Καισάρειαν· ἀφ' ὧνπερ καὶ ὀνομάζονται. *Claudius Mauros dupliciter divisit: in eos qui ad Tingin, et qui ad Caesaream: unde et nomen habent.* A Caio forte constituta, ac deliberata: perfecta postmodum a Claudio est. Ptolemaeum enim Iubae filium Mauritaniae regem Caius interemit, quare saevitiam eius Plinius nunc incusat. Vide Dionem lib. LIX, 659. H.

In duas. Tingitanam, et Caesariensem. Tingitana pertinet a freto Gaditano, ad fines usque Marocani regni. In nummis nempe MAVRITANIA est. Hasd.

Oceani extimum. Vltimum, in ipso freti aditu positum, qua in mediterraneum sinum oceanus influit. Hodie *Cabo Spartel*, ut lib. III, prooem. not. 23, iam diximus, et confirmat Mariana, Histor. Hispan. lib. I, cap. 22, pag. 41, Ptolemaeo lib. IV, cap. 1, est Κώττης ἄκρον. Mela, lib. I, c. 5: *Africae*, inquit, *caput atque exordium est promontorium, quod Graeci Ampelusiam, Afri aliter, sed idem significante vocabulo appellant.* Ἄμπελος Graecis vitem sonat: vitium feracem hanc oram utroque littore fuisse significat nummus Coloniae Iuliae Traductae, de quo dicetur in nota 13 huius capitis. Haso. et Ed. P.

Lissa et Cotta. In vet. ap. Dalec. *Lixa*, non *Lissa*. Mox vero apud ipsum Dalecamp. non *et Cotta* secundum Chiffl. fidem, sed *Cotes*. Ed. P.—Fuere, inquit, olim haec oppida: nunc bellis attrita, nomen tantum et locum servant. Idem Plinius, l. XXXII, c. 6: *In oceano*, inquit, *ad locum Mauritaniae, qui Cotta vocatur, non procul Lixio flumine.* H.

Nunc est Tingi. Ptolemaeo, lib IV, cap. 2, Τίγγις ἡ καὶ Καισάρεια. Hodie *Tanger*. Haso.

Ab Antaeo. Ita Solinus c. XXIV, p. 45. Non ab Antaeo modo id conditum, sed et conditum ibi Antaeum auctor est Plutarchus in vita Sertorii, p. 572, a quo refossum tumulum scribit, corpus repertum LX cubitorum, quam fabulam a Gabinio primum disseminatam in vulgus, Romanarum rerum scriptore, admonet Strabo l. XVII, p. 829. Hard.

Quum coloniam faceret. Tingitanis olim ab Augusto civitatis tantum iure donatis, ut auctor est Dio, lib. XLVIII, p. 384. Haso.

Traducta Iulia. Quot in hac una sententia voces occurrunt, tot paene scopuli sunt, ad quos summa ingenia offenderunt. *A. C. I. Caesare*, non *a*

proximo traiectu XXX M. pass. Ab eo XXV M. pass. in ora Oceani, colonia Augusti Iulia Constantia Zilis, regum ditioni exempta, et iura Baeticam pe-

Claudio, coloniam esse deductam, invitis libris omnibus legi, credique Vossius praecipit, Observ. in Melam lib. I, p. 168, quoniam Iuliae Iozae Strabo meminerit, qui Tiberio imperante, multo ante Claudii principatum, obiit. Obscure hic Plinium, ac forsitan falsa locutum esse Salmasius asseverat, in Solin. p. 288, quum Traductam in Baetica, non in Mauritania fuisse constet. Patinus in Sueton. pag. 115, ipsis Augusti temporibus Iuliae Traductae nomen Tingitanae civitati haesisse ex nummis probat, Pliniumque erroris insimulat. Ego vero sic censeo, huius mentem eorum neminem esse assecutum: neminem non ei culpae affinem, quam confert in Plinium. Fuit enimvero id primum quidem alteri concessum oppido nomen, in opposita Hispaniae Baeticae ripa posito, cui, ut Strabo narrat, Tingitanis eo Zelitanisque transductis ex Africa, Augusti temporibus, Iuliae quoque Traductae facta ex re appellatio est. Ea postmodum Claudio Caesare principe transductis iterum, seu revocatis (incertum qua causa) ex eo oppido Tingitanis in avitas sedes, unde commigrarant, additisque novis colonis, Traducta Iulia Tingis est nuncupata, prioris oppidi nomenclatione in Africam transvecta cum civibus. Argumento est quod Iuliam Iozam, quam in Baetica Strabo agnoscit, (lib. III, pag. 140, Ptolemaeus similiter, in descriptione eius orae, et Marcianus Heracl. p. 70, vetustos scilicet secuti auctores, Τραχαδοῦχτα appellant, Plinius in recensendis alioqui Baeticae oppidis ad fastidium prope diligens, praetermisit: quod nulla tum istic, praeter tenue forte vestigium, omnis in Africam Traducta Iulia commeasset. De Baeticae Hispaniae Traducta Iulia accipiendi nummi illi, quos Patinus exhibet, loco mox citato, tum Augusti, tum Caii Caesaris Augusti fil. nomine ac vultu insigniti: quibus insculpta ex adverso parte racemi uva est, cum epigraphe IVL. TSA. neque ad Tingin hi pertinent, ut Patinus putat. Oram vini feracem haec nota declarat; unde in opposito littore ea re factum promontorio nomen a Graecis Αμπελουσία. HARD.

Traiectu. In Chiffletian. non legitur. ED. P.

XXX M. pass. Solinus, c. XXIV, pag. 45, et Martianus lib. VI, cap. Alia divisio Europae, p. 215, XXXIII M. pass. Spatium Strabo non definit, lib. III, pag. 140, sed a Belone Tingin proximum esse traiectum ait. HARD.

In ora Oceani. Qua se a freti angustiis flectit in occasum Oceanus, et vergit in meridiem. HARD.

Iulia Constantia Zilis. Vet. apud Dalec. *Zubis* pro *Zilis*; aliis *Zulis*.— Sunt autem nomina haec coniunctim legenda, non divisim, ut prius, *Iulia Constantia, Zilis*: ne duo diversa existimentur oppida. Vt Tingis Traducta Iulia, ita Iulis Constantia Zilis est cognominata. Ζῆλις est Straboni lib. XVII, p. 827; Antonino, *Zilis*. Ficta inscriptio in Thesauro Goltzii, COL. CONSTANTIA ZILI AVGVSTA. Vetustum retinet nomen, praefixo Ara-

tere iussa : et ab ea XXXII M. passuum colonia a Claudio Caesare facta Lixos, vel fabulosissime antiquis narrata. Ibi regia Antaei, certamenque cum Hercule; et Hesperidum horti. Affunditur aestuarium e mari flexuoso meatu, in quo draconis custodiae instar
4 fuisse nunc interpretantur. Amplectitur intra se insulam, quam solam e vicino tractu aliquanto excelsiore, non tamen aestus maris inundat. Exstat in ea et ara Herculis, nec praeter oleastros aliud ex nar-

bum articula, *Arzilla*, in regno *Fez*. HARD.

Et iura Baeticam petere iussa, etc. Dalecampius, *et iura in Baeticam*, etc. intrusa vocula *in*, quae in Chifflet. non legitur. ED. P. — Baeticae iurisdictiani adscripta et contributa Zilis est, Mauritaniae regum ditioni exempta. HARD.

Lixas. Hodie *Larache*, teste I. B. GRAMATE, Africae illustr. lib. IV, cap. 1, 96. Λίξα Ptolemaea lib. IV, cap. 1. Λίγξ Straboni, loco citato. HARD.

Antiquis. Dalec. *ab antiquis*, repugnante Chiffl. ED. P.

Ibi regia Antaei. Haec Martianus iisdem fere verbis, lib. VI de Africa, pag. 45. Lixon Coloniam appellat etiam Antonini Itinerarium. Describitur ea regia a Lucano lib. IV, v. 589: *Inde petit tumulos, exesasque undique rupes, Antaei quae regna vocat non vana vetustas... Haec illi spelunca domus: latuisse sub alta Rupe ferunt, epulas raptos habuisse leones* etc. HARD.

Certamenque. De quo poëtice multa Lucanus, loco citato, et fabulosissime Apollodorus lib. II de Diis, pag. 129, seu quisquis alius eius libri auctor existit. HARD.

Hesperidum horti. De his dicemus c. 5. Harum situm indicat expressius ipse lib XIX, c. 21. HARD.

Affunditur. Dalec. *affunditur autem huic aestuarium*. In vet apud. Dalec. legitur *etiam*, pro *autem*. In Chiffl. deletur vox *huic*. ED. P. — Martianus loco citato. HARD.

In quo draconis. In Chiffl. *dracones*, non *draconis* legitur. ED. P. — In flexuoso aestuarii huius meatu, inquit, apecies quaedam cernitur, et simili luda draconis: hinc locus fabulae datus, auriferi Hesperidum nemoris aurea mala a dracone pervigili custodiri. Solini paraphrasis, loc. cit. *Flexuoso meatu aestuarium e mari fertur, adeo sinuosis lateribus tortuosum, ut visentibus procul lapsus angueas fracta vertigine mentiatur; idque quod hortos appellavere, circumdat: unde pomorum custodem interpretantes, struxerunt iter ad mendacium fabulandi.* HARD.

Non tamen aestus. Vel. apud Dalec. *inundant*, quasi plurali voce accipiendum sit verbum *aestus*. ED. P. — Solin. loco citato: *Planities manet sicca, quamvis prona superveniant aequora*, etc. Fabulis id Strabo accenset, l. XVII, p. 826. HARD.

Exstat in ea. Solinus: *Sed haec*

rato illo aurifero nemore. Minus profecto mirentur portentosa Graeciae mendacia, de iis et amne Lixo prodita, qui cogitent nostros nuper paulo minus monstrifica quaedam de iisdem tradidisse. Praevalidam hanc urbem maioremque Carthagine magna: praeterea ex adverso eius sitam, et prope immenso tractu ab Tingi: quaeque alia Cornelius Nepos avidissime credidit. Ab Lixo XL. M. in mediterraneo altera Augusti colonia est Babba, Iulia Campestris appellata: et tertia Banasa, LXXV M. Valentia cognominata. Ab ea XXXV M. pass. Volubile oppidum, tantumdem a mari utroque distans. At in ora a Lixo quinquaginta M. amnis Subur, praeter Banasam coloniam defluens, 5

inuda in sinubus alvei recurrentis, et in quibusdam aequoris spiris sita, praeter arbores oleastri sinules, et aram sacram Herculi, aliud nihil praefert, quo propaget vetustatis memoriam. De ara Herculis, Strabo, loco citato. HARD.

A. Lixo. Hodie *Luccus*, cuius in ostio situm Lixos oppidum. Ποταμὸς μέγας Λίξος, καὶ πόλις Φοινίκων Λίξος, Scylaci, pag. 50. HARD.

Nostros nuper. Gabiniam, credo, sugillat, Romanarum rerum scriptorem, quem annalibus suis, quos de Mauritania condidit, fabulosa intexuisse auctor est Strabo lib. XVII, pag 829. HARD.

Avidissime. Vet. apud Dalecamp. *audacissime*: sed perperam. ED. P.

Babba. Βάβα Ptolemaeo, lib. IV, c. 1; Stephano, Βαβαὶ, πόλις Λιβύης, ex Marciano in Periplo: cives Βαβαῖοι. In nummo Vespasiani, quem vidi, C. I. C. B. hoc est, *Colonia Iulia Campestris Babba.* H. — Illam loco nunc *Naranja* dicto stetisse opinatur d'Anville. ED. P.

Banasa, etc. Tertia Augusti colonia, ab Lixo LXXV mill. passuum distat, ad amnem Subur. Βάνασσα Ptolemaeo, loco supra citato. Panasam corrupte vocat Antonimus, sive, ut volunt, Aethicus in Itiner. HARD. — Fortasse locum, quem nautae *Vieille Mahmora* vocant, occupavit, ut coniicit d'Anville. ED. P.

Volubile. Volubilim coloniam appellat Anton. in Itiner. Οὐολοβιλὶς est Ptolemaeo lib. VI, cap. 1. HARD. — *Gualili* hodie vocatur, auctore d'Anville, qui illam nonnulla antiquitatis vestigia monstrasse ait. ED. P.

Amnis Subur, etc. Vet. apud Dal. *Subula.* Chiff. *Subulus.* ED. P. — Σούβουρ ποταμὸς Ptolemaeo, lib. IV, c. 1, proxime post Lixum amnem occurreos, Mauritaniae oram legentibus. HARD. — Flumen hoc cursum mutasse videtur auctore d'Anville; nunceque, non ut ante, iuxta locum *Vieille Mahmora* dictum, sed prope ipsam urbem *Mahmora*, in mare infundi; etiamnunc *Subu*, sive *Sebou* vocatur. ED. P.

magnificus et navigabilis. Ab eo totidem M. pass. oppidum Sala, eiusdem nominis fluvio impositum, iam solitudinibus vicinum, elephantorumque gregibus ininfestum, multo tamen magis Autololum gente, per quam iter est ad montem Africae vel fabulosissimum Atlantem.

6 E mediis hunc arenis in caelum attolli prodiderunt, asperum, squalentem, qua vergat ad littora Oceani, cui cognomen imposuit: eumdem opacum, nemorosumque, et scatebris fontium riguum, qua spectat Africam, fructibus omnium generum sponte ita subnascentibus, ut numquam satietas voluptatibus desit. Incolarum neminem interdiu cerni: silere omnia, haud alio, quam solitudinum horrore: subire tacitam regionem animos propius accedentium, praeterque horrorem elati super nubila, atque in viciniam

Magnificus. Vet. apud Dalecamp. *Munificus.* Ed. P.

Oppidum Sala. Quod nunc *Sale* esse credimus, inquit Mariana, Hist. Hispan. lib. I, cap. 20, pag. 41. Σάλα πόλις Ptolemaeo, loc. cit. et Σάλα ποταμός. Σάλης Philostrato, de vita Apoll. lib. V, cap. 4, pag. 209. At amni nunc nomen est *Asmir*, auct. L. Edrisi, Geog. Nubiens. *pars prima climat. tertii*, p. 77, *Buragrag*, auct. Leone Africano, *Africae Descript.* lib. IX, pag. 733; *Wadi-al-Raman*, ut nonnulli alii volunt. Ed. P.

Autololum. De his inferius. Habet haec quoque Solin. cap. XXIV, p. 45. Hard.

Fabulosissimum Atlantem. Montem illum antiquis celebratissimum. Cl. Shaw, *Voyages*, tom. I, pag. 8. Summa eius iuga altitudinem montium Britanniae non superant. Brot.

E mediis. Haec pariter Martianus, lib. VI, cap. de Africa, pag. 215, et Solinus, loco citato pag. 46.

Qua spectat Africam. Chifflet. *qua spectet.* Ed. P. — Quae proprie nimirum Africa vocetur, de qua c. 3. Hard.

Praeterque. Praeterea que. Vox Plinio perquam familiaris. H. — Chiffl. *praeterque terrorem.* Ed. P.

Elati. Subintellige, montis, qui caput ultra nubila condat, atque ad ipsum Lunae circulum accedere videatur. *Quod altius quam conspici potest, usque in nubila erigitur, caelum et sidera non modo tangere vertice, sed sustinere quoque dictus est*, inquit Mela, lib. III, cap. 10. Hard.

Viciniam. Chiffl. *vicina.* Ed. P.

Eumdem noctibus. Dalec. *eumdemque*, invitis codd. vett. et Chiffl. Ed. P. — Solinus, et Martianus, loc. cit. De Aegipanibus Satyrisque dicemus cap. 8. Hard.

lunaris circuli. Eumdem noctibus micare crebris ignibus, Aegipanum Satyrorumque lascivia impleri, tibiarum ac fistulae cantu, tympanorumque et cymbalorum sonitu strepere. Haec celebrati auctores prodidere, praeter Herculi et Perseo laborata ibi. Spatium ad eum immensum incertumque.

Fuere et Hannonis Carthaginiensium ducis commentarii, Punicis rebus florentissimis explorare ambitum Africae iussi: quem sequuti plerique e Graecis nostrisque, et alia quidem fabulosa, et urbes multas ab eo conditas ibi prodidere, quarum nec memoria ulla, nec vestigium exstat. 7

Scipione Aemiliano res in Africa gerente, Polybius Annalium conditor, ab eo accepta classe, scrutandi illius orbis gratia circumvectus, prodidit a monte eo ad occasum versus, saltus plenos feris, quas generat Africa, ad flumen Anatin CCCCLXXXV M. passuum. 8

Aegipanum Satyrorumque, etc. Haec omnia fabulas esse merito docet Cl. Shaw, loco citato. At quum nonnihil veritatis in fabulis plerumque latent, si quis attenderit iuga illorum montium insideri vicis hominum, qui *Cabyles* appellantur, haud mirum videbitur montem noctibus micuisse crebris ignibus, auditos fuisse laetis festisque noctibus tympanorum et cymbalorum sonitus, maxime quum ob nimios solis ardores illi homines die latitent. Brot.

Herculi et Perseo. Vet. apud Dalec. *Herculis et Persei*. Ed. P. — Solinus, cap. XXIV, pag. 46, ubi de Atlante monte: *Apex*, inquit, *Perseo et Herculi pervius, caeteris inaccessus: ita fidem ararum inscriptio palam facit*. Hard.

Hannonis. Diximus de eo in Auctorum indice. Hard.

Et alia quidem. Dalecamp. *ad alia quaedam*, repugnantibus codd. vett. et Chiffl. Ed. P.

Ab eo conditas. Quarum Hanno ipse meminit, statim Periplo initio, cuius fragmentum hodieque exstat. Haan.

CCCCLXXXV. Chifletius Cod. *CCCCLXVI*. Ed. P. — Solinus, loc. citat. CCCCLXXXVI: *Qua spectat mons Atlas occasum*, inquit, *inter ipsum et flumen Anatim, per quadringenta nonaginta sex millia passuum infames bestiis silvae obsident*. Ita etiam Martianus lib. VI, cap. de Africa, pag. 216. Tamen cum editis manuscripti codices concinunt. H. — De toto hoc Polybii Periplo vide quae disertissime disputet vir antiquae geographiae peritissimus Gossellin, *Recherches sur la géographie systématique et positive des Anciens*, tom. I, pag. 106 seqq.

Ab eo Lixum CCV M. passuum: a Gaditano freto CXII M. passuum abesse. Inde sinum qui vocetur Saguti. Oppidum in promontorio Mulelacha. Flumina, Subur, et Salam. Portum Rutubis a Lixo CCXIII M. pass. Inde promontorium Solis: portum Risardir: Gaetulos Autololes: flumen Cosenum: gentes, Scelatitos, et Masatos. Flumen Masatat: flumen Darat, in quo crocodilos gigni. Deinde sinum DCXVI M. pass.

Anatin flumen id esse demonstrat, pag. 112, quod Leo African. lib. II, pag. 192, *Ommirabih* vocat, L. Edrisi, Geogr. Nub. p. 1, Clim. 3, pag. 77, *Om Rabyo*. Ed. P.

CCV mill. pass. Ita Solinus, loco citato. H. — Libri editi voces hoc loco duas inserunt, quas nulli MSS. agnoscunt: *CCV mill. pass. Agrippa Lixum a Gaditano freto CXII M.* etc.

Qui vocetur Saguti. In Reg. 1, *Saguci*. Videtur esse Ptolemaei, l. IV, cap. 1, et Strabonis lib. XVII, pag. 825, Εμπορικὸς καλούμενος κόλπος, qui navigantibus a Lixo in Austrum occurrit. H. — Sic quidem Harduinus omnesque alii, egregie autem demonstrat Gossellin, op. citat. pag. 109, hic male a Nostro relata fuisse Polybii verba, et sinum Saguti eum esse qui Scylaci Cotes vocatur, nunc *Baiç d'Al cazar*, in ipso Gaditano freto. Promontorium autem Mulelacha, nunc *Mollabat* dictum, veteris nominis vestigia servat non obscura: oppidum in eo situm Thymiaterion fuit ab Hannone conditum. Vide Gossellin, op. cit. pag. 111. Ed. P.

Subur et Salam. Chiffl. *Sububum et Salat.* De illis diximus asp. not. 34 et 36. Ed. P.

Portus Rutubis. Ρούσιβις λιμὴν Ptolemaeo lib. IV, cap. 1. Hodie *Masagan*, auctore Gossellin. Ed. P.

CCXIII. Ita Reg. 1, 2, Colb. 1, 2, et Paris. Centenarii notam adiiciunt praeterea libri typis excusi. H.

Solis. Ἡλίου ὄρος, Solis mons, Ptolemaeo, lib. IV, cap. 1. H. — Promontorium Solis, nunc *le cap Cantin.* Bart.

Risardir. Nomen id in hac terrarum plaga soli Polybio cognitum. Portum hunc illum esse qui hodie *Safi*, sive *Asafi* vocatur, opinatur Gossellin. Ed. P.

Gaetulos. Vet. apud Dalec. *Gaetulos Autololes.* Ed. P. — Gaetulicarum gentium populi numerosissimi: Autololes, Darae, etc. Hard.

Cosenum. MSS. omnes, *Vosenum.* Est Ptolemaeo Χουσάρτος ποταμὸς iuxta Γαννάρειαν promontorium. H. — Nunc *Tensift*, iuxta urbem *Maroc*, auctore Gossellin. Ed. P.

Scelatitos. *Salatitos* a fluvio paulo ante memorato. Pint.

Flumen Masatat. Μάτσα ποταμὸς Ptolemaeo, loco citato. H. — Hodie *rivière de Mogador*, ut ait Gossellin, loco cit. Ed. P.

Flumen Darat. Δάρατος ποταμοῦ Ptolemaeus quoque meminit, loco citato, cui mox subiungit μέγαν λιμένα, *portum magnum*, quem sinus is videtur efficere, de quo statim Plinius. Hard. — Erud. Gossellin, in opere iam toties laudato, tom. I,

includi montis Barce promontorio excurrente in occasum, quod appellat Surrentium. Postea flumen Palsum, ultra quod Aethiopas Perorsos, quorum a tergo Pharusios. Iis iungi mediterraneos Gaetulos Daras. At in ora Aethiopas Daratitas, flumen Bambotum, crocodilis et hippopotamis refertum. Ab eo montes perpetuos usque ad eum, quem Theon ochema dicemus. Inde ad promontorium Hesperium navigatione dierum ac noctium decem, in medio eo spatio Atlantem locavit, a caeteris omnibus in extremis Mauritaniae proditum. 10

Romana arma primum, Claudio principe in Mau- 11

pag. 412 seqq. egregie demonstrat mendosum esse numerum DCXVI, aut DCVI, quem dat Elzev. legendumque asse XCVI, quae quidem mensura ad sinum nunc *golfe de Sainte Croix* dictum referenda est. Flumen autem Darat *rivière de Sus*, hodie vocatur, eodem auctore, p. 416; mons Barce, nunc *Atlas* sive *Daron*, Surrentiumque promontorium, *le cap Ger*. Ed. P.

Quod oppellat. Dalec. *quod oppellatur*. Ed. P. — Subintellige, Polybius, ex superioribus. Hanc oram Libycae, qua spectat oceanum, Polybiam descriptionem haud se praestare velle, satis aperte significat. Harn.

Palsum. MSS. omnes, Reg. 1, 2, Colb. 1, 2, Paris, etc. *Salsum*. H. — Flumen Salsum, nunc *rivière d'Asso*, auctore Gossellin. Ed. P.

Perorsos. Stephanus, Πέτορσοι, inquit, Αιθίης ἔθνος μέγα καὶ πολυάνθρωπον. Agathemerus, Geogr. lib. II, cap. 5, Περόργους vocat. Vterque mendose. Περόρσους recte Ptolemaeus lib. IV, cap. 6. Haad.

Pharusios. Dalec. *Pharusos*. Ed. P. — Φαρούσιοι, ἔθνος Αιθυκόν, Stephanus, pag. 691. De Perorsorum et Pharusiorum situ dicemus inferius, capite octavo. Haro.

Daratitos. A flumine Darat, de quo superius dictum est, sic cognominatos. Δάραδας appellat Agathemerus, loco citato, et Ptolemaeus lib. IV, cap. 6. Haro. — *Darah* etiamnunc vocatur quam incoluerunt regio. Ed. P.

Bambotum. Memoriit huius amnis, tacito tamen nomine, Hanno, in Periplo, pag. 39. H. — Nunc *Riv. da Nun*, ut vult Gossellin. Ed. P.

Montes perpetuos. De his vid. Gossellin, op. cit. tom. I, pag. 118 seqq. Ed. P.

Dicemus. Chiffl. *dicimus*. Ed. P. — Lib. VI, cap. 35, ubi et de Hesperio dicturi sumus. Haad.

Hesperium. Pint. *Hesperum*.

In medio eo spatio Atlantem. Errat Plinius: nec adsecutus est Polybii sensum. Hic enim locavit Atlantem medio spatio inter Carthagioem, unde erat profectus, et Theon Ochema, *le cap Lédo*, quo pervenerat. Promontorium Hesperium, nunc *cabo Roxo*. Baor.

ritania bellavere, Ptolemaeum regem a C. Caesare interemptum ulciscente liberto Aedemone, refugientibusque barbaris, ventum constat ad montem Atlantem. Nec solum consulatu perfunctis, atque e senatu ducibus, qui tum res gessere, sed equitibus quoque rom. qui ex eo praefuere ibi, Atlantem pene-
12 trasse in gloria fuit. Quinque sunt (ut diximus) rom. coloniae in ea provincia, perviumque fama videri potest. Sed id plerumque fallacissimum experimento deprehenditur: quia dignitates, quum indagare vera pigeat, ignorantiae pudore mentiri non piget: haud alio fidei proniore lapsu, quam ubi falsae rei gravis auctor exsistit. Et quidem minus miror incomperta quaedam esse equestris ordinis viris, iam vero et senatum inde intrantibus, quam luxuriae; cuius efficacissima vis sentitur atque maxima, quum ebori citroque silvae exquirantur, omnes scopuli Gaetuli muricibus ac purpuris.

13 Indigenae tamen tradunt in ora ab Sala centum

A C. Caesare. Germanici filio, quem Caligulam vocant, ut dictum est paulo ante. Hard.

Liberto. Ptolemaei regis Mauritaniarum. Hard.

Refugientibus. Maluisset Dal. *profugientibus.* Ed. P.

Quinque sunt. En quid romana arma profecerint: deductae scilicet coloniae quinque: Augusti tres: Iulia Constantia Zilia: Iulia Campestris Babba: Iulia Valentia Banasa. Claudii duae: Traducta Iulia Tingis, et Lixos. Hard.

Perviumque. Dalec. *perviumque famae.* En. P. — Subintellige Atlantem. Vltra montem, inquit, progredi fas est in interiora Libyae, videri iam potest fama ipsa et auctorum fide certum. Hard.

Dignitates. Magistratus, consules, praetores, quibus est administrandi belli, provinciaeque simul lustrandae cura demandata. Hard.

Et senatum inde intrantibus. Locum hunc Plinii editores, contra MSS. omnium fidem, Reg. 1, 2, Colb. 1, 2, Paris. et Chiffl. sic interpolarant, *et senatorii, nihil demirantibus quam luxuriam*, etc. quibus verbis nec salis, nec rationis probabilisve sententiae, mica ulla subest. Ed. P. — Minus equidem miror, inquit, incomperta quaedam esse equestris ordinis viris, aut etiam iis qui ex equestri in senatorium ordinem cooptantur, quam

quinquaginta mill. pass.: flumen Asanam marino haustu, sed portu spectabile: mox amnem quem vocant Fut: ab eo ad Dyrin (hoc enim Atlanti nomen esse eorum lingua convenit) ducenta mill. pass., interveniente flumine, cui nomen est Vior. Ibi fama, exstare circa vestigia habitati quondam soli, vinearum palmetorumque reliquias.

Suetonius Paulinus (quem consulem vidimus) primus romanorum ducum transgressus quoque Atlantem aliquot millium spatio, prodidit de excelsitate quidem eius, quae caeteri: imas radices densis altisque repletas silvis incognito genere arborum, proce- 14

luxuriae aliquid esse adhuc impervium: cuius sagacitas est eximia, tum in exquirendis silvis, unde at arbores citri, et elephantorum chur advehitur: tum in littoribus obeundis, scopulisque maris Gaetuli, unde purpurae et murices asportantur. Haan.

Asanam. Ita libri omnes. Ασάμα ποταμός Ptolemaeo lib. IV, cap. 1. Idem esse videtur quem Anatim supra vocavit Noster. Vid. supra not. 50. Eo. P.

Fut. Sive Phuth. Ptolemaeo loco citato, Δούτ, mendose, ut arbitror, pro Θούτ, vel potius Φθούτ, unde vet. apud Dalec. *Phthut* scribit. Idem esse videtur cum Coseno supra memorato. Vid. not. 59. Eo. P.

Hoc enim Atlanti. Martianus lib. VI, cap. de Africa, pag. 215, *Adirin*, male cursimque lecto Plinii codice, scripsit; Strabo lib. XVII, pag. 825: Ἕλληνες Ατλαντα καλοῦσιν· οἱ βάρβαροι δὲ Δύριν. H. — Etiamnunc *Daran* vocatur nonnunquam, ut supra not. 62 diximus. Ed. P.

Vior. Δίουρ Ptolemaeo, loco citato, forte pro Βίουρ. Nunc *Sus*, in finibus regni Marocchani. Hard.

Ibi fama. In Atlante monte. Solinus c. XXIV, pag. 46: *Habitatus ante mons Atlas, ut indicat loci facies, quondam cultu exercita, in qua usque adhuc vitis et palmae exstat vestigium.* Haan.

Exstare circa vestigia. Dalec. edit. contra Chifll. fidem *existere*, etc. Ipse autem Dalecampius emendare volebat *certa vestigia*, pro *circa vestigia*. Ed. P.

Suetonius. De eo egimus in Auctorum syllabo. Habet haec Solinus iisdem fere verbis, cap. XXIV, c. 46, et Dio Cass. lib. LX, pag. 670, qui haec ad primum Claudii Imp. annum refert Vrbis conditae 795. Gessit consulatum postremo Neronis anno, L. Pontio Telesino collega, ut quidem est auctor Tac. Ann. lib. VI, p. 270. Haan.

Imas radices, etc. Haec Martianus quoque lib. VI, c. de Africa p. 215. Haan.

Incognito. Incognitum sibi genus illud arborum Paulinus Suetonius memorabat, qui citrum arborem numquam viderat, quam Maurae silvae filiam vocat Martialis, ex qua Atlan-

ritatem spectabilem esse enodi nitore, frondes cupressis similes, praeterque gravitatem odoris, tenui eas obduci lanugine: quibus addita arte, posse, quales e bombyce vestes confici. Verticem, altis etiam
15 aestate operiri nivibus. Decumis se eo pervenisse castris, et ultra ad fluvium, qui Ger vocaretur, per solitudines nigri pulveris eminentibus interdum velut exustis cautibus, loca inhabitabilia fervere, quamquam hiberno tempore, expertum. Qui proximos inhabitent saltus, refertos elephantorum, ferarumque, et serpentium omni genere, Canarios appellari. Quippe victum eius animalis promiscuum his esse, et
16 dividua ferarum viscera. Iunctam Aethiopum gen-

tica munera, hoc est, mensas citreas fieri idem docet, ut suo loco dicturi sumus, lib. XIII, pag. 23. Hard.

Esse. Nec in vet. nec in Chiffl. legitur. Dalec.

Quibus addita arte. Frondibus scilicet obductis lanugine, vel ipsi potius per se lanugini arte addita: qua de arte rursum lib. VI, c. 20, et lib. XII, cap. 23. Hard.

Verticem. At si altior est eius vertex, quam unde nives et imbres cadunt, quomodo idem nivibus obsitus dici potest? Virgilius humeros idcirco, non verticem, nivibus operiri cecinit: *Nix humeros infusa tegit.* Sed piniferum quoque caput ventis et imbribus pulsari canit, poëtica nimirum licentia. Non omnium altissimum verticem attigisse Suetonius videtur. Harn.

Decumis se eo perv. castris. Decima localione, seu metatione castrorum. Hinc subducto calculo, montis altitudo colligitur esse amplius quindecim milliarium, etiam computatis anfractibus. Hard.

Qui Ger. Istud amnis nomen tum ex codicibus MSS. Reg 1, 2, et Paris. tum ex Ptolemaeo cui amnis Γειρ maximus est Libyae interioris, Garamantas alluens, restituimus, quum prius perperam *qui Niger* legeretur. Niger tamen legisse in Plinianis libris Solinus videtur, qui fluvium ea appellatione donatum putavit, quod atri coloris aquas volveret, quo nihil esse aut dici absurdius potest. *Ger* aut *Gir* etiamnunc vocari videtur. Hard. et Ed. P.

Fervere. Dalec. *fervore.* Ed. P.

Expertum. In edit. Dalecamp. legitur *experto*; in vet. apud ipsum *expertus.* Ed. P.

Eius animalis. Nempe caninae carnis, unde Canarii, sive Κυνοφάγοι appellati sunt. Hard.

Dividua. Vet. apud Dalec. *divisa.* Ed. P.

Viscera. Iunctam Aethiopum gentem. Chiffl. *Viscera, iuncta Aethiopum gente.* Ed. P.

tem, quos Perorsos vocant, satis constat. Iuba Ptolemaei pater, qui primus utrique Mauritaniae imperavit, studiorum claritate memorabilior etiam, quam regno, similia prodidit de Atlante: praeterque gigni ibi herbam euphorbiam nomine ab inventore medico suo appellatam. Cuius lacteum succum miris laudibus celebrat in claritate visus, contraque serpentes, et venena omnia, privatim dicato volumine. Et satis superque de Atlante.

(II.) Tingitaniae provinciae longitudo CLXX mill. 17
pass. est. Gentes in ea, quondam praecipua Maurorum, unde nomen, quos plerique Maurusios dixerunt. Attenuata bellis ad paucas recidit familias. Proxima illi Massaesylorum fuerat, sed simili modo

Vtrique Mauritaniae. Mauritanias omnes obtinuit Iuba Ptolemaei pater, alterius Iubae F. Caesariensem, quae Bocchi, et Tingitanam, quae Bogudia fuerat: praeter Numidicam, quam hereditario a patre iure obtinebat. Ita Strabo lib. XVII, pag. 828. De Iuba diximus in Auctorum syllabo. Hard.

Praeterque. Praetereaque. Refert haec et Solinus c. XXIV, pag. 46. De euphorbia dicetur oportunius libro XXV, cap. 38. Haad.

Tingitaniae. Sic editiones vetustae. MSS. tamen Reg. 1, etc. *Tingitanae.* Ptolemaeus quoque lib. IV, cap. 1, Τιγγιτάνην vocat. Eadem porro et inferior et citerior Mauritania appellat: non item Sitifensis, ut quidam volunt. De Tingitanae longitudine concinit Plinio Martianus lib. VI, cap. de Africa pag. 216. H. — Maior est Tingitaniae provinciae longitudo, ut videre est apud Cl. Shaw, loco citato pag. 11. Brot.

Gentes in ea, quondam praecipua Maurorum. Vet. apud Dalecamp. *et gens in ea quondam praecipua Maurorum.* Eo. P.

Vnde nomen. Vtrique provinciae, Tingitaniae ac Caesariensi. Libri hactenus editi, *unde nomen provinciae*, manifesto glossemate, quod abest a manuscriptis codicibus octo saltem, quos vidimus. Haad.

Maurusios, Μαυρούσιοι μὲν ὑπὸ τῶν Ἑλλήνων λεγόμενοι, Μαῦροι δ' ὑπὸ τῶν Ῥωμαίων. *A Graecis, Maurusii, Mauri a Romanis vocati*, inquit Strabo lib. XVII, pag. 825. Haad.

Recidit. Vet. apud Dalecamp. *redit.* Eo. P.

Massaesylorum. Μασσαισυλίων Straboni pag. 827. In ora interni seu mediterranei maris, usque ad Mulucham amnem. Diversi a Massaesylis Massyli, de quibus dicetur c. 4. Priscianus in Periegesi p. 368: *Post hos immensae Nomadum de semine gentes, Atque Mesaesylii, necnon*

exstincta est. Gaetulae nunc tenent gentes, Baniurae, multoque validissimi Autololes: et horum pars quondam Vesuni, qui avulsi his propriam fecere
18 gentem, versi ad Aethiopas. Ipsa provincia ab oriente montuosa, fert elephantos. In Abila quoque monte, et quos Septem fratres a simili altitudine appellant; ii freto imminent iuncti Abilae. Ab his ora interni maris. Flumen Tamuda navigabile, quon-

Massylia proles. H. — Dalec. *Massaesulorum.* Vet. apud eumdem *Massiliorum.* Ed. P.

Nunc tenent. Provinciam obtinent, habitantque, Tingitanam; e Caesariensi Mauritania huc profectae. Vide lib. XXI, cap. 45. Haro.

Baniurae. Ita emendavimus ex Reg. 1, 2, Colb. 1, 2, Paris. Prius *Banurri* legebatur. Apud Ptolemaeum lib. IV, cap. 1, BANIOYBAI pro BANIOYPAI, ut quidem merito suspicamur. Ed. P.

Autololes. Αὐτολάται Ptolem. lib. IV, cap. 6; *Autololes* Lucano lib. IV, vs. 677. Haro.

Vesuni. Nesuni. Reg. 1, 2, Colb. 1, 2, et Paris. Haro.

Versi ad Aethiopas. Post Tingitanam positi, vergentesque ad Aethiopas. Haro.

Ipsa provincia ab oriente montuosa. Tingitana. Haro.

In Abila. Sunt in Abila quoque, inquit, Tingitanae monte septentrionali, et in iis montibus quos Septem fratres vocant, frequentes elephanti: ut in parte provinciae quae ab oriente montuosa est. Solini paraphrasis c. xxv, p. 46, de Tingitana: *Exsurgit montibus septem, qui a similitudine fratres appellati, freto imminent: hi montes elephantis frequentissimi*, etc. Habet eadem Martianus lib. VI, cap. de Africa, pag. 216. Quare hanc lectionem, quam codices omnes constabiliunt, frustra impugnat Salmasius in Solin. pag. 305. Abila altera Herculis laborum in Africa, meta, Calpae in Europa positae respondet: in extremis est freti angustiis, versus ortum, unde aperiri se mare internum, seu mediterraneum incipit. Ἀβύλικα Strabo vocat lib. III, pag. 170. H. — Vet. ap. Dalec. *in Abila monte, et iis quoque quos Septem*, etc. Ed. P.

Et quos Septem. Επταδέλφους Ptolemaeus pariter vocat lib. IV, cap. 1. Mela lib. I, cap. 5: *Montes sunt alti, qui continenter, et quasi de industria in ordinem expositi, ob numerum, septem: ob similitudinem, fratres vocantur.* H. — Septem fratres montes eos esse putat d'Anville quos Arabes *Gebel Mousa* dixerunt. Ed. P.

Ii freto imminent iuncti Abilae. Chiffl. *ii freto imminenti iuncti Abilae.* Ed. P.

Ab his. Post Septem fratres Abilamque montem, iam internum seu mediterraneum, freti angustiis pone relictis, liberius expatiatur aequor. Centa enim et Abila, teste Strabone lib. III, p. 139, internum mare ab Atlantico discerunt. Deinde occurrit in ipsa ora flumen Tamuda, etc. H. et Ed. P.

Tamuda. Sic Mela loco cit. a Vos-

dam et oppidum. Flumen Laud, et ipsum navigiorum capax. Rusadier oppidum et portus, Malvana fluvius navigabilis.

Siga oppidum ex adverso Malachae in Hispania sitae, Syphacis regia, alterius iam Mauritaniae. Namque diu regum nomina obtinuere, ut Bogudiana appellaretur extima: itemque Bocchi, quae nunc Caesariensis. Ab ea portus Magnus a spatio appellatus, civium romanorum oppidum. Amnis Mulucha, Boc- 19

sio emendatus. Sic Pliniani codices. Ptolemaeus Ταλοῦδα corrupte, pro Τανοῦδα. Harn. — Hodie sive *Alamos* sive *Kerkal*. En. P.

Laud. Tolet. *Lauth*. En. P. — Ex situ coniicimus esse amnem eum, quem *Gomera* tabulae vocant. H.

Rusadir. Dalec. *Rusardi*. En. P. — Ptolemaeo lib. IV, cap. 1, Ρυσσάδιρον, in Tingitana. Antonino in Itiner. *Rusaddir colonia*. In notitia Africae, inter episcopos Mauritaniae Caesariensis, cuius in vicinio Rusadir fuit, *Idonius Rusaditanus* legitur. —Hodie, ut videtur, *Melilla*. En. P.

Malvana. Ita libri omnes. Antonino tamen *flumen malva*. Ptolemaeo lib. IV, cap. 1, Μαλοῦα, hodie *Maluia*. Caesariensem Mauritaniam a Tingitana dirimebat. H. et En. P.

Siga. Hodie *Aresgol* esse putatur, inquit Mariana, Hist. Hisp. lib. II, c. 23, p. 80. Coloniam vocat Ptol. lib. IV, c. 2. Mauritaniae Caesariensis caput. Harn. — Nonnulla reperiuntur vestigia eius loco dicto *Ned-Roma*, auctore d'Anville. En. P.

Ex adverso Malachae. Ita Solinus, c. xxv, p. 48, et Martianus lib. VI, pag. 216. Μάλαχα Straboni lib. III, pag. 156. Hispanis hodie *Malaga*, commercio celebris: cuius vina generositate superant reliqua omnium ferme regionum. In Chiffl. cod. *Maleae*, inepte. H.

Syphacis regia. Σίγα βασίλειον Σύφακος, inquit Strabo lib. XVII, p. 829, in Mauritania scilicet, quae Syphaci paruit. In ea vero Numidiae parte, quam occupavit, Cirta eiusdem βασίλειον fuit. Livius lib. XXX, *Cirta caput regni Syphacis erat*. Sic Iubae Regia triplex fuit, Cirta, Siga, Caesarea. H.

Alterius iam Mauritaniae. Caesariensis Mauritaniae, quae nunc regnum Algarianum dicitur, *Régence d'Alger*. En. P.

Namque diu. Non alio, inquit, Mauritania utraque nomine dudum est agnita, quam regum quibus paruit. Extima quidem, seu propior oceano, hoc est, Tingitana, Bogudis: Caesariensis, Bocchi. Tingitanae, Caesariensisque appellationes, Caio vel Claudio principe primum auditae. H.

Portus Magnus. Mela lib. I, cap. 5: *Portus cui Magno est cognomen ob spatium*. Πόρτος Μάγνος Ptolemaeo lib. IV, cap. 2. Nunc *Arzeu*, auctore d'Anville. H. et En. P.

Amnis Mulucha. Vet. apud Dalec. *Molocath*. Itemque Strabon. En. P. — Quem Ptolemaeus Χυλημάθ ποταμόν vocat lib. IV, cap. 2, inter Portum

chi Massaesylorumque finis. Quiza Xenitana peregrinorum oppidum, Arsennaria Latinorum, tribus millibus pass. a mari. Cartenna colonia Augusti, legio secunda. Item colonia eiusdem, deducta cohorte
20 Praetoria, Gunugi. Promontorium Apollinis: oppidumque ibi celeberrimum Caesarea, antea vocitatum Iol, Iubae regia, a Divo Claudio coloniae iure

Magnum, Quizamque coloniam, quo pariter ordine a Plinio ista collocancantur. H. et Ed. P.

Bocchi, etc. Mela lib. I, cap. 5: *Mulucha ille quem diximus amnis est, nunc gentium, olim regnorum, quoque terminus, Bocchi, Iugurthaeque.* Ab Malva amne superius memorato, usque ad Mulucham, Massaesyli Maurique incolebant, Boccho rege, Iugurthae genero. Hic igitur fluvius Massaesylorum finis: aed et idem initium regni Iubae, ad Ampsagam amnem versus ortum. H.

Quiza Xenitana. Nomen alterum habet a Mauris: a peregrinis, qui urbem condiderunt, graecum alterum. Ξένος enim hospitem et peregrinum sonat. Quiza castellum Melae, lib. I, cap. 6. Municipium Antonino, in Itiner. Colonia Ptolemaeo lib. IV, cap. 2, H. — Ad dextram fluminis proxime memorati ripam, iuxta ostium eius, illam in mappa sua ponit d'Anville. Ed. P.

Arsennaria. Arsinna Melae, loco citato, Ptolemaeo lib. IV. cap. 2, Αρσεναρία κολωνία. Nunc *Marz-Agolet*, aut non inde procul. H. et Ed. P.

Cartenna. Vet. apud Dalec. *Carceana.* Καρτέννα Ptolemaeo, loco citato. Cartennas coloniam vocat Antoninus in Itin. In Notitia Africae inter Episcopos Mauritaniae Caesar. *Lucidus Cartennitanus.* Hodie, *Tenez*, auctore d'Anville. H.

Legio secunda. Hoc est, legionis secundae colonia, vel colonia Secundanorum. Vide quae diximus lib. III, cap. 5. H.

Cohorte Praetoria. Festus: *Praetoria cohors est dicta, quae a praetore non discedebat. Scipio enim Africanus primus fortissimum quemque delegit, qui ab eo in bello non discederent, et caetero munere militiae vacarent, et sexquiplex stipendium acciperent.* Ex ea igitur colonia deducti Gunugin coloni. H.

Gunugi. Gunngus Antonino in Itiner. a Caesarea, de qua mox, XII mill. pass. H.

Apollinis. Απόλλωνος ἄκρον Ptolemaeo lib. IV, cap. 2. H.

Caesarea. Ἰὼλ Καισάρεια, Ptolemaeo, loco citato. *Caesarea colonia* Antonino in Itiner. Mela lib. I, c. 6: *Iol ad mare aliquando ignobilis, nunc quia Iubae regia fuit, et quod Caesarea vocitatur, illustris.* In nummo Claudii, teste Goltzio in Thesauro, Col. Iol. Caesarea. Iubae. Reg. sed suspecta mihi viri est pariter ac nummi fides. Hodie *Vacur* auctore d'Anville. H. — Quidam *Alger* volunt, ast multo magis nobis videtur *Vacur*. Ed. P.

donata: eiusdem iussu deductis veteranis, Oppidum novum: et Latio dato, Tipasa. Itemque a Vespasiano Imperatore eodem munere donatum Icosion. Colonia Augusti Rusconiae. Rusucurium civitate honoratum a Claudio. Rusazus colonia Augusti. Salde colonia eiusdem. Item Igilgili. Oppidum Tucca impo-

Eiusdem iussu. Augusti pariter iussu, inquit, deductis veteranis militibus instituta colonia Oppidum Novum fuit. Οππιδόνιον κολωνία Ptolemaeo lib. IV, c. 2, *Oppidum novum coloniam*, Antoninus a Tigavis, de quibus inferius, XXXIII M. pass. H. — Eutrop. VII, 10: *Tanto autem amore etiam apud barbaros fuit (Augustus), ut reges, populi romani amici, in honorem eius conderent civitates, quas Caesareas nominarunt: sicut in Mauritania a rege Iuba, et in Palaestina*, etc. Vide supra notam eiusdem capitis 38. Eo. P.

Et Latio dato. De iure Latii diximus lib. III, cap. 4. H.

Tipasa. Inter Episcopos Mauritaniae Caesar. In Notitia Africae, *Reparatus Tipasitanus.* Τίπασα quoque Ptolemaeo, loco cit. *Tipasam coloniam* vocat Antoninus. H.

Icosion. Ικόσιον Ptolemaeo lib. IV, cap. 2. *Icosium colonia*, Antonino, et Martiano lib. VI, c. de Africa, p. 216. In codice Can. Eccl. Afric. subscribit *Laurentius Icositanus, legatus provinciae Caesariensis.* In Notitia Africae, inter episcopos Maurit. Caesar. *Victor Icositanus*: scribe, *Icositanus.* De vocis originatione Solinus cap. XXV, p. 48: *Nec ab Icosio*, inquit, *taciti recedamus. Herculi enim illac transeunte, viginti qui a comitatu eius desciverant, locum deligunt, iaciunt moenia: ac ne quis imposito a se nomine privatim gloriaretur, condentium numero urbi nomen datum.* Εἴκοσι graece viginti significat. Solinianum tamen id figmentum puto. Nunc est *Sersel*, auctore d'Anville. Eo. P.

Colonia Augusti Rusconiae. Ita Martianus, loco citato, et MSS. omnes. Antoninus in Itin. *Rusgunias coloniam*: Parm. editio, *Rusgniae.* In Notitia Africae, inter episcopos Mauritan. Caesar. *Bonifacius Rusguniensis.* Ptolemaeus lib. IV, cap. 2, mendose Ρουστόνιον pro Ρουσκόνιον. Et in Conc. Carthag. *Numerianus Rungoniensis*, pro *Rusguniensis.* H.

Rusucurium. Sic recte Parmensis editio. Ptolemaeus lib. IV, cap. 2, Ρουσουκόραι. Antoninus, *Rusuccurum coloniam.* Inter episcopos Mauritan. Caesariensis, in Notitia Africae, *Metcur Rusuccuritanus.* Nunc *Hur*, auctore d'Anville. Eo. P.

Rusazus. Vet. apud Dalec. *Rusarus.* Eo. P. — *Rusazis municipium*, Antonino. Ρουσαζοῦς Ptolemaeo, loco cit. Haro.

Salde. Vel forte potius *Saldae*, cum Martiano lib. VI, pag. 216. Ptolemaeo item Σάλδαι, κολωνία. Antoninus, *Saldas coloniam* vocat. Inter episcopos Mauritaniae Sitifensis, in Notitia Africae, *Paschasius Salditanus.* Hodie *Tedles*, ut vult d'Anville. H. et Eo. P.

Igilgili. Prius legebatur, *Igilgili oppidum. Tucca*, etc. Nos addita vocula *item*, ex MSS. Reg. 1, 2, et

situm mari, et flumini Ampsagae. Intus colonia Au-
21 gusta, quae item Succabar: item Tubusuptus. Civitates: Timici, Tigavae. Flumina: Sardabal, Aves, Nabar: gens Macurebi: flumen Vsar: gens Nabades.

caeterorum admonitu, ac mutata interpunctione, Igilgili coloniam fuisse indicamus, quod et Antoninus in Itinerario admonet. Sic paulo ante, ubi praepostera loci distinctio, e duobus oppidis unum conflarat, in hunc modum: *Caesarea... a divo Claudio coloniae iure donata, eiusdemque iussu deductis veteranis. Oppidum novum, et Latio dato Tipasa*: nos geminum latera agnovimus, locumque distinximus: *A Divo Claudio coloniae iure donata: eiusdem iussu deductis veteranis, Oppidum Novum: et Latio dato Tipasa.* Nam *Oppidum novum*, proprium loci, coloniaeque nomen esse abunde ex Ptolemaeo et Antonino docuimus. Hard. — Igilgili Ιγιλγίλι Ptolemaeo, nunc *Jigeli*, sive *Gigeri* vocatur, Francorum expeditione anno 1664 nobile. Ed. P.

Tucca. Nunc intercidit. Diversa est Ptolemaei Τούκκα, lib. IV, cap. 2. Nam in mediterraneis Mauritaniae Caesariensis urbibus censetur: Pliniana haec maritima est, in ipso Ampsagae fluminis ostio: Mauritaniae Sitifensis novissima, quam proxime Numidia sequitur. H.

Succabar. Ita MSS. omnes: non, ut editi. *Succubar.* Inscriptio, in Thesauro Goltzii, pag. 238, Col. Ava. Svccabar. Ammianus lib. XXIX, p. 402: *Municipium Sugabarritanum, Transcellensi monti adcline.* Mediterraneum oppidum fuit, quod ea vox Pliniana declarat, *Intus*: quae et sequentibus oppidis accommodanda est. Ptolemaeo lib. IV, cap. 2, Ζουχάβαρι, inter mediterranea Maurit. Caesariensis oppida. H.

Tubusuptus. Τουβούσουπτος Ptolemaeo lib. IV, cap. 2, in mediterraneis Caesariensis Mauritaniae oppidis. *Tubusuptum* Antonino, a Saldis XVIII. M. pass. Ammiano, lib. XXIX, pag. 400: *Tubusuptum, oppidum Ferrato contiguum monti.* In Notitia Provinciae inter limitaneos, recensetur Praepositus limitis Tubusubditani, cap. 20, pag. 96. H. — Hodie *Burg*, ut ait d'Anville. Ed. P.

Timici. Τιμίκη Ptolemaeo lib. IV, cap. 2, inter mediterranea Maurit. Caesar. oppida. In Collat. Carthag. pag. 138, *Victor episcopus plebis Timicitenis.* Et in Notitia Africae, inter episcopos Mauritan. Caesar. *Honoratus Timicitanus.* H.

Tigavae. Tigavas Municipium, vocat Anton. in Itiner. Τιγαῦα Ptolemaeo, in mediterraneis civitatibus Mauritan. Caesar. Inter Episcopos Maurit. Caesar. in Notitia Africae, *Crescens Tigabitanus.* H.

Sardabal. Dalecamp. *Sardabala*, *Nabar*, praetermissa voce *Aves*, pro qua legebat Pintianus *Aneus.* Aves, quo nomine a Mela agnoscitur, lib. I, cap. 6, ab Harduino hoc loco restitutus est admonitu codicum Colb. 1, 2, etc. Ed. P.

Macurebi. Μαχουρηβοὶ Ptolemaeo, loco cit. H.

Vsar. Σίσαρ est Ptolemaeo, loc. cit. inter Saldas sive Bugiam et Igilgilin. Hard.

Nabades. Νάβαοι, Ptolem. l. c.

Flumen Ampsaga, abest a Caesarea CCCXXII millibus pass. Vtriusque Mauritaniae longitudo decies triginta novem mill. Latitudo quadringentorum sexaginta septem mill. pass.

II. (III.) Ab Ampsaga Numidia est, Massinissae clara

Ampsaga. Ptolem. Αμψάγας. *Amsagam fluvium Cirtensem faecilosum* vocat Victor Vitensis lib. II de Persecut. Afric. pag. 21. Cirtensem quidem a Cirta Iulia, Numidiae metropoli, de qua mox dicetur, prope ripas Ampsagae posita. Hodie *Vad-el-Kibir*, aliquot millibus pass. a *Jijeli* oppido versus ortum. H.

Abest a Caesarea. Vacat. Ed. P. *CCCXXII*. Ita Reg. Colb. 1, 2, Chiffl. et Martianus ipse. In libris editis male CCXXXIII. Hard. — Leg. CCXXII. Ita MSS. Reg. 1 et 2, editio princeps. In MSS. Reg. 5, CCXXIV. Perperam emendavit eruditus Harduinus CCCXXII. Id non patitur locorum natura. Flumen Ampsaga, nunc *Wad-el-Kibir*, id est, magnus fluvius. Caesarea, *Sher-Shell*. Brot.

Decies. Hoc est, decies centenum, et triginta novem millium pass. II.— Ita Reg. 1, 2, Colb. 1, 2, Paris. Chiffl. denique ipse Martianus l. VI, cap. de duabus Mauritaniis, p. 216, ut mirari subeat, cur Plinii editores, *octingentorum triginta novem mill.* tantum scripserint: quum vel ab Ampelusia promontorio, ad amnem Mulucham quem Massaesyliorum finem esse superius diximus, stadiorum quinque millia interesse Strabo sit auctor lib. XVII, pag. 827, quum tamen nec Tingitanae fere partem ullam, nec Caesariensem totam eo spatio complectatur. Missi Theodosii: *Gaulia* (*lege Gaetulia*) *et Mauritania finiuntur ab oriente flumine Ampsaga: ab occidente, oceano Atlantico: a septemtrione, mari Africo: a meridie, mari oceano Aethiopico, in longitudinem mill. passuum CCCCLXII, in latitudinem duodecies XXX iuxta Plinium Secundum.* Vbi mensurae longitudinis latitudinisque, ex scriptorum vitio, haud dubie sunt permutatae. Quod vero statim in eodem exemplari subditur: *Vtriusque Mauritaniae longitudo CCCCLXXX, latitudo CCCCLXVIII* aut vitiosum esse, aut adiectum ac spurium arbitror, certe falsum. H. — Non tanta est utriusque Mauritaniae mensura, ut recte observavit Cl. Shaw pag. 12. Forte in mensuram sinus et anfractus orae computit Plinius. Brot.

Quadringentorum sexaginta septem millium. Ita editio princeps aliaeque. In MS. Reg. 1, *CCCLXVII M*. Quod melius puto. Plinius enim infra lib. VI, c. 38, ait: *Africae latitudo, qua colitur, nusquam ducenta quinquaginta millia pass. excedit.* Brot. — Codd. Tolet. et Chiffl. *CCCLXXVII mill.* Ed. P.

II. *Numidia est*. Ita Solinus c. XXVI, p. 48. Numidia scilicet nova, quam sub Africae proprie dictae nomine Mela describit lib. I, cap. 7, quum Numidia, cuius Mela meminit, a Mulucha amne ad Ampsagam usque pertineat: quam sub Mauritaniae Caesariensis nomine Plinius complexus est. Verba haec Pomponii sunt: *Regio quae sequitur a promontorio Metagonio ad aras Philaenorum,*

nomine, Metagonitis terra Graecis appellata: Numidae vero Nomades a permutandis pabulis, mapalia sua, hoc est domus, plaustris circumferentes. Oppida: Cullu, Rusicade, et ab ea quadraginta octo M.

proprie nomen Africae usurpat. In ea sunt oppida, Hippo Regius, et Rusicade, et Tabraca. H.

Massinissae. Odio primum, mox amicitia populi rom. et fide clarus fuit. Numidiam, ante sua tempora, plane sterilem, omni frugum fructuumque genere fertilem cultu reddidit. Vide de eo plura apud Polyb. in Excerptis, p. 174, et Appian. in Punic. pag. 63 Graecis Μασσανίσσας. H.

Metagonitis. Μεταγωνίτις a Metagonio promontorio, de quo Mela proxime laudatus, quantumlibet Vossius refragetur, Observation. in Melam pag. 27. Hipponi Regio finitimum illud est: geminumque illi nomen: nam Τρίτον vocatur a Strabone, et Massiliae oppositum dicitur: hodie *Capo Bugaroni*. Ptolemaeo lib. IV, cap. 5, Τρητὸν ἄκρον. Diversum plane a Metagonio Ptolemaei et Strabonis, quod est in regno *Fez*, iuxta montem Abilam, eique nomen *Cabo de tres Forcas*. H. et Ed. P.

Numidae. Solinus et Martianus, locis citatis. Sallustius, in Bello Iugurth. pag. 66, de Africae incolis: *Hi quia saepe tentantes agros, alia deinde atque alia loca petiverant, semetipsi Numidas appellavere. Caeterum adhuc aedificia Numidarum agrestium, quae mapalia illi vocant, oblonga, incurvis lateribus tecta, quasi navium carinae sunt.* H.

Nomades. Ita Reg. 1, 2, Colb. 1, 2, Paris. librique recentius editi. At Parmensis editio, *a permutandis papilionibus*, legit: quae lectio etiam tolerabilis est. Sunt enim papiliones, τὰ, σκηνώματα, castrensia tabernacula, sive tentoria, ut docet vetus Glossar. unde vox gallica *pavillon*. Hac usus Aelius Spartianus, in Pescennio, p. 78. *In omni expeditione ante omnes militarem cibum sumpsit ante papilionem: nec sibi unquam, vel contra solem, vel contra imbres quaesivit tecti suffugium.* Sic Nomadum tabernacula papiliones rite vocaveris. Nomades dictos Festus existimat, quod id genus hominum pecoribus negotiatur: sive quod herbis, ut pecora, aluntur. Dicti potius, quod permutant pabulum, graece νομήν. H.

Hoc est, domus. Horat. Carm. lib. III, ode 24 de Nomadibus Scythis: *Quorum plaustra vagas rite trahunt domos.* De Africis Lucanus lib. IV, v. 684: *Et solitus vacuis errare mapalibus Afer Venator.* Idque etiamnum in usu est apud interiores Mauros, qui in Atlante vivunt. Ubi pabulum gregibus deficit, mapalia plaustris imposita alio transferunt, ac statuminant, suffulciuntque palis. H.

Cullu. Chulli municipium, Antonino in Itiner. ab Igilgili XLIX M. pass. Κούλλου Ptolem. lib. IV, cap. 3. Hodieque vetusto nomine *Chollum*, sive *Cullu*, vocatur. In Collat. Carth. p. 107, *Victor Cullitensis.* H.

Rusicade. Vet. apud Dalecamp. *Rusicade. Ab ea*, etc. negleeta vocula *et*. Rusiccade Antonino, a Chulli LX passuum mill. Ρουσίκαδα Ptolemaeo, loco citato. In Collat. Carthag. *Iunior*

passuum in mediterraneo colonia Cirta, Sittianorum cognomine: et alia intus Sicca: liberumque oppidum Bulla Regia. At in ora Tacatua, Hippo Regius, flumen Armua. Oppidum Tabraca civium romanorum. Tusca fluvius, Numidiae finis: nec praeter

Rusiccadiensis. Nunc *Sgigada*, auctore d'Anville. H. et Ed. P.

Et ab ea quadraginta octo M. Leg. *et ab eo ad quadraginta octo M.* Ita MSS. Reg. 1, 2, et editio princeps. Brot.

Cirta. Κίρτα Ἰουλία Ptolemaeo, lib. IV, c. 3, in mediterraneis oppidis, inter Ampsagam flumen et oppidum Tabracam. *Cirtam coloniam* pariter vocat Antoninus in Itiner. Ab ea Cirtensem Ampsagam dictum esse superius vidimus. Constantinam deinde appellatam, auctor est Aurelius Victor, hodieque appellari aiunt *Constantina*. Huius sedis episcopus Petilianus Donatista, adversus quem Augustinus librum inscripsit. H.

Sittianorum. Deductis en militibus, qui eum P. Sittio in bello contra Iubam Caesari adfuerant. Potiorem eoim regni Massinissae partem a Caesare Sittius beneficii et gratiae loco accepit. Is eam inter milites partitus est. Appianus, Bell. Civ. lib. IV, p. 621; Dio lib. XLIII, p. 214. Mela lib. I, c. 6: *Cirta procul a mari, nunc Sittianorum colonia, quondam regum domus: sed quum Syphacis foret, opulentissima*. Liv. XXX, 12, eam *caput regni Syphacis* vocat. Eo. P.

Et alia intus Sicca. Alia colonia in mediterraneo. Siccam Veneriam Antoninus appellat, et Ptolemaeus lib. IV, c. 3, inter mediterraneas Numidiae novae civitates. *Paulus Siccensis*, in Coll. Carthag. p. 181. H. — Hodie dicitur *Vrbs*, sive *Kef*, auctore d'Anville. Eo. P.

Bulla Regia. Βουλλαρία Ptolemaeus lib. IV, cap. 3, inter oppida Numidiae mediterranea. Bullam Regiam pariter in Numidia collocat Antoninus. In Collat. Carthag. *episcopus plebis Bullensium Regiorum*, n. 135. H. — Etiamnunc *Bull*. Eo. P.

Tacatua. Ταχατύη Ptolemaeo lib. IV, c. 3, in ora, inter Rusicaden et Hippoocem Regium. Hodie *Mabra*. H. — *Tagodet*, auctore d'Anville. Eo. P.

Hippo Regius. Chiffl. *Hippos*. Sic appellatus, quia sub Numidiae regum ditione, quorum haec etiam regia fuit. Silius Ital. lib. III: *Tum vaga, et antiquis dilectus regibus Hippo*. In Collat. Carthag. num. 138, p. 141: *Augustinus Episc. Eccles. Hipponensium Regiorum*. H. — Huius oppidi, cui claritatem addidit D. Augustinus, manent rudera prope ostium fluvii Armuae, nunc *Seibouse*, haud procul oppido *Bona*. Brot.

Armua. Ῥουβρίκατος ποταμός, Ptolemaeo lib. IV, c. 3, cuius ostia inter Hipponem Regium et Tabracam locat. H. — Hodie *Mafragg*, auctore Mannerto, qui Rubricatum ab Armua diversum facit. Eo. P.

Tabraca. Dalec. *Tabracha*. *Tacabracha*. Ed. P. — Θάβρακα κολωνία Ptolemaeo, loco citato. Nunc quoque *Tabarca*. In Collat. Carthag. pag. 171. *Clarentius Tabracensis*. H.

Tusca. Hodie *Wad-el-Berber*, amnis Numidiam ab Africa proprie dicta disterminans. H.

Nec praeter marmoris Numidica.

marmoris Numidici, ferarumque proventum aliud insigne.

III. (IV.) A Tusca, Zeugitana regio, et quae proprie vocetur Africa, est. Tria promontoria: Candidum: mox Apollinis, adversum Sardiniae: Mercurii, adversum Siciliae, in altum procurrentia, duos efficiunt sinus: Hipponensem, proximum ab oppido, quod Hipponem dirutum vocant, Diarrhytum a Graecis dictum, propter aquarum irrigua. Cui finitimum Theudalis immune oppidum, longius a littore. Dein

Solinus haec quoque cap. XXVI, pag. 48. HARD.

III. *Zeugitana*) *Zeugis non unius loci cognomentum*, inquit Aethicus in Cosmograph. *sed potius provinciae fuit, velut in hodiernum diem ita a prudentibus accipitur*. Ac paulo post: *Zeugis est, ubi Carthago civitas constituta est*. Isidorus, Orig. lib. XIV, cap. 5: *Zeugis, ubi Carthago magna est: ipsa est et vera Africa, inter Byzacium et Numidiam sita*. H.

Et quae proprie. Hoc est, eademque proprie Africa vocitata: quamquam et eo nomine ipsa quoque Numidia comprehenditur, ut dicemus cap. seq. H. — Nunc *Régence de Tunis*. Ed. P.

Tria promontoria, etc. Haec quoque Solinus cap. XXVII, pag. 49, et Martianus lib. VI, cap. de duabus Mauritan. pag. 216. Illi ex Plinio hausere. Habet eadem et Mela lib. I, c. 7, totidem fere verbis. H.

Candidum. Etiamnunc incolis *Ras-el-Abiad*, sive candidum, quod cretaceum sit; cum altero Apollinis promontorio, quod *Ras-Zelib* nominant, efficit Hipponensem sinum, *Golfe de Bizerte*. H. et Ed. P.

Mercurii. Ἑρμαῖα ἄκρα, ἡ προτείνη ὡς πρὸς τὴν Σικελίαν, inquit Polyb. lib. I, pag. 42. Nunc incolis *Ras-Addar*, vulgo nobis *Cap Bon*; cum promontorio Apollinis sinum efficit, *le Golfe de Tunis*. H. — Sudu serenoque caelo ex hoc promontorio aspici possunt montes Siciliae. B. et Ed. P.

Hipponem dirutum. Incolae, inquit, quum graece nesciant, *dirutum* vocant, pro *Diarrhytum*. Hanc vocem *dirutum* libri omnes miro consensu exhibent. *Zarytum* vocat Antoninus in Itiner. Salmasius in Solin. p. 322, ineptam tautologiam affingit erudito scriptori, quum scripsisse autumat, *quod Hipponem Dirutum vocant, Diarrhytum a Graecis dictum*. Nec Surita felicior in coniiciendo, quum *Dilutum* reponit. H. — Hic est Hippo Zarytus, nunc vulgo *Bizerte*, incolis *Ben-zert*, ut ait d'Anville. Describit hoc oppidum eleganter Plinius alter, lib. IX, epist. 33. Ed. P.

Diarrhytum. Διαῤῥυτόν, hoc est, irriguum, propter irrigua aquarum. Paludem Hipponensem describit Plinius Iunior lib. IX, epist. ad Caninium: ubi insignis historia, de Delphinn incolas loci dorso gestare solito. H.

Theudalis. Θευδάλη Ptolemaeo lib.

promontorium Apollinis, et in altero sinu Vtica civium romanorum, Catonis morte nobilis: flumen Bagrada. Locus, Castra Cornelia: colonia Carthago 2
magnae in vestigiis Carthaginis: colonia Maxulla. Op-

IV, cap. 3, in mediterraneis Africae oppidis, inter Tabracam civitatem, et Bagradam fluvium. In Notitia Africae proxime laudata, inter episcopos provinciae Proconsularis, *Victor Eudalensis*: idem ibi ac *Theudalensis*. Inscriptio vetus apud Gruterum, p. 512, *Teudalenses*. In Collat. Carthag. legitur p. 109: *Vrbanus episcopus plebis Theudalensis*. H.

In altero sinu. Cui nomen, ut diximus, a Tuneto oppido, *le Golfe de Tunis*. H.

Vtica. Nunc *Satcor* dicitur. De ea eleganter Mela lib. I, cap. 7: *Vrbes, Vtica, et Carthago: ambae inclytae: ambae a Phoenicibus conditae: illa fato Catonis insignis: haec suo*, etc. Datum porro Vticensibus ius civitatis ab Octavio Caesare, anno V. C. 718, L. Gellio, Cocceio Nerva coss. auctor est Dio lib. XLIX, p. 401. H.

Catonis. Vticensis ea re dicti. Vid. Florum lib. IV, c. 2, p. 166, et Plutarch. in Catone Minore p. 792. H.

Bagrada. Βαγράδας Ptolemaeo, reliquisque ferme scriptoribus: hodie *Medjerda*. En. P.

Locus, Castra Cornelia. Locus, inquit, ubi Scipio Maior Africanus, cui nomen Cornelio fuit, quum Africam petiit, primum metatus est. Κορνηλίου παρεμβολή, *Cornelii Castrametatio*, Ptolemaeo lib. IV, c. 3; Melae lib. I, cap. 7, *Castra Cornelia: Corneliana*, Caesari de Bello Civ. lib. II. Castra Cornelia describit eleganter Lucanus lib. IV, vers. 585, ubi de Curione agens, in eum Africae locum appellente, sic canit: *Inter sa-*
mirutas magnae Carthaginis arces, Et Clupeam, tenuit stationis littora notae: Primaque castra locat cano procul aequore qua se Bagrada lentus agit siccae sulcator arenae. Et mox, vers. 655, de Scipione: *Sed maiora dedit cognomina collibus istis, Poenum qui Latiis revocavit ab arcibus hostem Scipio: nam sedes Libyca tellure potito Haec fuit: en veteris cernis vestigia VALLI? Romana hos primum tenuit victoria campos*. Appianus, Bell. Civ. lib. II, pag. 455, Χάρακα Σκιπίωνος vocat, Castra Scipionis. HARD.

Colonia Carthago. Chiffl. *Colonia Carthago magnae et in vestigiis*, etc. En. P. — *Nunc populi romani colonia*, inquit Mela lib. I, c. 7, *olim imperii eius pertinax aemula: iam quidem iterum opulenta: etiamnunc tamen priorum excidio rerum, quam ope praesentium clarior*. Deductam a Caesare dictatore, altero suo consulatu, auctor est Dio lib. XLIII, pag. 239. Vide et Plutarchum in Caesare pag. 734; Appian. in Libyc. pag. 85, et Strab. lib. XVII, p. 833. Etiam prius a. C. Graccho deductos colonos, sed mox maiore fama a Caesare, scribit Solinus cap. XXVII, p. 49. Sumpsit a Livio lib. LX. Carthaginis portum etiamnunc *Marsa* vocant: ex urbis ruderibus Tunetum iuxta conditum. HARD.

Maxulla. Etiam Antonino colonia Maxulla, in Zeugitana. Ptolemaeus lib. IV, c. 3, Μαξούλα, pro Μαξοῦλα. In Notitia Africae inter episcopos provinciae proconsularis, *Carcadius*

pida: Carpi, Misua, et liberum Clupea in promontorio Mercurii. Item libera Curubis, Neapolis. Mox Africae ipsius alia distinctio. Libyphoenices vocantur, qui Byzacium incolunt. Ita appellatur regio CCL M. pass. per circuitum fertilitatis eximiae, cum centesima fruge agricolis fenus reddente terra.

Maxulitanus. Tuneto proxima fuit. HARD.

Carpi. Post Maxulam Καρπὶς sequitur apud Ptolemaeum. Itinc *Felix Carpitanus*, inter episcopos provinciae proconsularis, in Notitia Africae. *Secundinus a Carpis*, in Conc. S. Cypriani. H.

Misua. In graeco Ptolemaei codice, Καρπὶς, Νίσουα, scribe, Μίσουα. Apud Victorem Vitensem, inter episcopos prov. proconsularis, *Hirundinus Missuensis.* Et in Conc. Carthag. Bonifacii, *Servus-Dei Missuensis.* H. — Nunc *Sidi-doud* vocari ait d'Anville. Eo. P.

Clupea. Civitas Clypea, Floro lib. II, c. 2. Clupea Livio lib. XXVII, p. 340. Inter episcopos provinciae mox laudatae, *Aurelius Clypiensis.* Nunc *Polybia.* Κλυπέαν Ptolemaeus lib. IV, c. 3, et Ασπίδα, ceu duo oppida separatim describit, insigni errore: nam quae Graecis Ασπὶς dicta est, ut Polybio lib. I, p. 42, et Appiano in Punic. p. 3; Agathemero, Geogr. lib. I, c. 5, aliisque, eadem Latinis Clypea fuit. Solinus cap. XXVII, p. 49: *Clypeam civitatem Siculi astruant, et Aspida primum nominant.* A forma scilicet nomen accepit: Silius Ital. lib. I: *Tum quae Sicanio praecinxit littora muro, In clypei speciem curvatis turribus Aspis.* HARD. — Nunc *Aclebia.*

In promontorio Mercurii. Quod nunc vocatur *Cap Boua*, ut supra monuimus. H.

Curubis. Ptolemaeo lib. IV, cap. 3, Κουρόβις, inter Clypeam et Neapolim, exsilio S. Cypriani clara: cuius in Actis *civitas Curubitana* dicitur. Curubim Antoninus pariter in Zeugitana locat, a Clypea, XXX mill. passuum: a Neapoli XII. H. — Etiamnunc antiqui nominis servat vestigia *Curbis*, auctore d'Anville. Eo. P.

Neapolis. Νεάπολις κολωνία Ptolemaeo, loco citato, iuxta Curubim. Inter Curubim et Clypeam, Antonino. Inter episcopos provinciae proconsularis, apud Victorem Vitensem, *Clementinus Neapolitanus.* H. — *Nabel* nunc vocari ait d'Anville. Eo. P.

Libyphoenices. Λιβυφοίνικες, quasi ex Phoenicibus advenis, indigenisque Afris mixti. Transcripsere haec totidem fere verbis Solinus c. XXVII, p. 49, et Martian. lib. VI, de c. secundo sinu Africae, p. 216. HARD.

Byzacium. Vnde Byzacena provincia, Ecclesiasticis scriptoribus nota. Graecis Βυζάντιον, et Βύζαντες populi. HARD.

CCL M. pass. Ita Martianus. Solinus *CC amplius mill. pass.* HARD.

Per circuitum. Dalec. *circuitu*, contra Chiffl. fidem. Eo. P.

Cum centesima. Plinius ipse lib. XVII, c. 3: *In Byzacio Africae, illum centena quinquagena fruge fertilem campum*, etc. HARD. — Desiit illa

Hic oppida libera, Leptis, Adrumetum, Ruspina, Thapsus. Inde Thenae, Macomades, Tacape. Sabrata

fertilitas. Agri illi nunc reddunt fenus cum octava tantum, aut duodecima fruge. Vide Cl. Shaw, loc. cit. p. 296. Baot.

Leptis. Λέπτις μικρά, iuxta Adrumetum, Ptolem. lib. IV, cap. 3. *Leptim minorem civitatem* in Byzacena locat Antoninus, ab Adrumeto M. p. XVIII. Apud Victorem Vitensem, inter episcopos provinciae Byzacenae, *Fortunatianus Leptiminensis*. Harn. — Nunc *Lemta* vocatur. Ed. P.

Adrumetum. Stephano, Αδρύμη. Martiano, *Adrumetus*. Colonia romana sub nomine, *Iulia Hadrumetina Pia*, fuit. Nunc fortasse *Hammamet*. Hard. et Ed. P.

Ruspina. Ρούσπινα Dioni prope Adrumetum lib. XLII, pag. 215, et Ptolemaeo lib. IV, cap. 3. De ea Silius Italicus lib. III: *Quaeque procul cernit non aequos Ruspina fluctus*. De Ruspinensis agri fertilitate Plinius lib. XV, c. 21. Nunc est *Susa*. Martianus l. VI, cap. de secundo sinu Africae, pag. 216, *Ruspae*, inquit, *Thapsus*, etc. Ruspas a Ruspina haud diversas esse non obscure significans. Fulgentium sane Ruspensem episcopum novimus. In Notitia Africae, inter episcopos provinciae Byzacenae, *Stephanus Ruspensis*. Ruspinensis ibi Ecclesiae nulla mentio. Nec vero magni est apud me auctoritas Ptolemaei unius, qui, lib. IV, cap. 3, Ruspinam a Ruspis in eadem provincia, et nomine, et situ disiungit: qui Ασπίδα et Κλυπέαν, ut proxime diximus, diversas esse existimavit. Nam caeterorum scriptorum, qui Ruspas laudant, ii Ruspinam silent: qui hanc appellant, illam omittunt. Harn.

Thapsus. Θάψος Ptolemaeo, loco citato. Hinc inter episcopos Byzacenae, *Vigilius Tapsitanus*, qui et *Tapsensis*. Peninsulae similem ait fuisse Dio, l. XLIII. Incolis nunc, *Comingeras*, in peninsula, ut olim, sita. Hard.

Inde Thenae. Chifflet. *inde Thene, Aves, Macomades*. Nunc alterius iuris, inquit, sequuntur oppida, Thenae, etc. *Thenas coloniam* in Byzacena vocat Antoninus. Apud Gruter. pag. 363, COL. AEL. AVG. MERCVRIALIS. THARNIT. Inter episcopos provinciae Byzacenae, apud Victorem Vitensem, *Paschasius Thenitanus*. Etiamnunc *Tainch*, auctore d'Anville. H. et Ed. P.

Macomades. Macomades municipium Antonini, in Byzacena Ptolemaeo lib. IV, cap. 3 ad Syrtim minorem, iuxta Thenas, Μακόδαμα pro Μακόμαδα. Fuit et altera Macomada in Numidia. Vnde in Notitia Africae, inter eius provinciae episcopos, *Pardalius Macomadiensis*. Fuisse vero eo nomine et alteram in Byzacena, praeter Antoninum, Ptolemaeum, Plinium, docet Coll. Carthag. num. 197, ubi *Proficentius Macomazensis* legitur: et mox rogatus idem, *de qua Macomadia? Rusticiana*, inquit. Nunc illam d'Anville *El Mahres* ait appellari. Harn. et Ed. P.

Tacape, Τακάπη Ptolemaeo, loco citato, prope Tritonis ostia. Tacapas coloniam in Tripolitana locat Antoninus. Et inter episcopos provinciae Tripolitanae, in Notitia, *Servilius Tacapitanus*. Nunc illam d'Anville esse ait *Cabès*, quae nomen suum

contingens Syrtim minorem, ad quam Numidiae et Africae ab Ampsaga longitudo DLXXX mill. pass.: latitudo, qua cognitum est, CC mill. Ea pars, quam Africam appellavimus, dividitur in duas provincias, veterem et novam, discretas fossa inter Africanum sequentem et reges, Thenas usque perducta, quod oppidum a Carthagine abest CCXVI mill. pass.

IV. Tertius sinus dividitur in geminos, duarum Syrtium vadoso ac reciproco mari diros. Ad proximam, quae minor est, a Carthagine CCC M. pass. Polybius tradit: ipsam centum mill. pass. aditu, CCC mill.

Syrti minori indidit, nunc *golfe de Cabès*. HARD. et EO. P.

Sabrata. Chiffl. *Sabatra*, non *Sabrata*, mutata sede litterae *r*. Ptolemaeo lib. IV, cap. 3, ad Syrtim minorem, Σαβάθρα. *Sabratam coloniam* Antoninus in Tripolitana. Et inter episcopos prov. Tripolitanae, *Leo Sabratensis*. Eliamnunc *Sabart*, sive *Tripoli vecchio*, ut vult d' Anville. HARD. et EO. P.

At quam Numidiae, etc. Hoc totidem verbis Martianus lib. IV, cap. de secundo Africae sinu, pag. 216, et Missi Theodosii: *Numidia et Africa Carthaginiensis finiuntur ab oriente, Syrti minore: ab occidente, flumine Ampsaga: a septemtrione, mari Africo: a meridie, oceano: longitudo, DLXXX: latitudo, CC. Iuxta Plinium Secundum eadem mensura est.* HARD.

Quam Afric. Proprie dictam, seu Zeugitanam. HARD.

Africanum sequentem. Hoc est posteriorem Africanum, qui Pauli Aemilii gener ab Aemilia coniuge dictus est Aemilianus, ut Domitianus a Domitia. HARD. — Proponebat Dalec. *inter Africanum sinum et regias Thenas*, etc. EO. P.

Et reges. Massaoissae filios, ut opinior, intelligit: in quos patris regnum Scipio Africanus divisit, ut scribit Eutropius lib. IV. Obiit enim Massanissa, XLIV filiis relictis: Micipsae natu maximo Scipio Cirtam Numidiamque assignavit. Ab amne Tusca, qui Numidiae finis, ad Thenas usque, veterem Africam, populi rom. geminam provinciam, Carthagine excisa, fecit Proconsularem scilicet, et Byzacenam. Reges aut caeteros omnes, aut certe plerosque, Massanissae filios, ultra Thenas, fossa discretos a Byzacena dimovit. Nunc omnia haec obtinet a Tusca flumine ad Syrtim minorem, Tunetense regnum. HARD.

CCXVI. Ita MSS. Reg. 4, 2, Colb. 4, 2, At Anton. in Itin. *A Carthagine Thenas, M. P. CCXVII*. HARD.— Dalec. *CCXVII*. ED. P.

IV. *Tertius sinus*. Iisdem verbis haec Martianus lib. IV, cap. de tertio sinu Africae, pag. 217. HARD.

Quae minor est. Nunc vulgo, *le golfe de Capès*: aliis *le petit Banc*.

Aditu. Faucibus, qua mare in sinum influit. De eius aditu, ambituque, vide Strab. lib. XVII, pag. 834,

ambitu. Et terra autem, siderum observatione, ad eam per deserta arenis, perque serpentes iter est. Excipiunt saltus repleti ferarum multitudine: et introrsus elephantorum solitudines, mox deserta vasta, ultraque Garamantes, ab Augylis dierum XII itinere distantes. Super illos fuere gens Psylli, super quos lacus Lycomedis, desertis circumdatus. Augylae ipsi medio 2
fere spatio locantur ab Aethiopia, quae ad occidentem vergit, et a regione quae duas Syrtes interiacet, pari utrimque intervallo. Sed littore inter duas Syrtes, CCL M. pass. Ibi civitas Oeensis, Cinyps fluvius

et Melem lib. I, c. 7. H. — Mele *fere centum*, Strebo vero lib. ult. *aditu* LXXV, *ambitu* CC M. *p.* DAL.

Et terra autem. Vet. ap. Delec. *est terra haec observatione siderum nobilis.* Malebat vero Delecampius *meabilis* quam *nobilis*. Eo. P. — Ab interiore Africa, inquit, ed Syrtim terrestre iter est per deserta et arenerum cumulos, nullis viarum aut callium indiciis, turbente flatu vestigia: sed sola siderum, ut in mari, observatione. Haec Martianus, loco citato, et Solinus, c. XXVII, p. 52. HARD.

Per deserta arenis. Volebat Dalec. *per desertas arenas.* Eo. P.

Excipiunt saltus. Ubi nunc regio *Belad-el-Djerid*, Tunetanei regno ad austrum subiecta. HARD.

Vasta, ultraque Garamantes. Vet. ap. Dalec. *vastra utrinque. Garamantes.* Nunc *désert de Sahara.* ED. P.

Garamantes. Ad Begredae, et Cyniphis fontes, Ptolemaeo lib. IV, c. 6, ubi nunc regionee *Guargala, Gadames*, et *Fezzan.* Eo. P.

Super illos. Solinus c. XXVII, pag. 52: *Supra Garamantas Psylli fuerunt*, etc. De Psyllis dicemus lib. VII, cap. cap. 2. HARD.

Lycomedis. Λυκομήδους λίμνη, Ptolemaeo lib. IV, cap. 5, ced alieno, ut videtur, situ. HARD.

Augylae. Αὐγύλαι Ptolemaeo, lib. IV, cap. 5. Etiamnunc *Audjelah*, *Oasis.* Eo sub nomine *Oasis*, arboribus adumbratus vel aquis munitus ferax et abundans, praesertim si eum arenis circumiacentibus comparatus, locus agnoscitur. Eo. P.

A regione quae duas Syrtes. Nunc est Regnum Tripolitanum, *Régence de Tripoli.* HARD.

Sed littore. Solini paraphrasis cap. XXVII, p. 52: *utraeque Syrtes ducentis quinquaginta millibus passuum separantur.* HARD.

Oeensis. Ita Reg. 1, 2, Colb. 1, 2, etc. Vet. ap. Dalec. *Ibis civitas Oassensis.* Oeam coloniam in Tripolitana provincia, pro *Oeam*, vocat Antoninus. Ptolemaeo lib. IV, cap. 3, et Οἶα. In nummo Antonini Pii, a Cimelio nostro Paris. minoris formae ae aere, C. A. O. A. F. hoc *Colonia Antoniniana Oea Augusta Felix.* Unum a tribus oppidis est, ex quibus omnibus conflata vetus Tripolis, quae hodie, *Tripoli vecchio*, sive *Sabart*, quod Sabratam esse diximus.

ac regio. Oppida: Neapolis, Taphra, Abrotonum, Leptis altera, quae cognominatur magna. Inde Syrtis maior, circuitu DCXXV; aditu autem CCCXII mill.
3 pass. Inde accolit gens Cisipadum. In intimo sinu fuit ora Lotophagon, quos quidam Alachroas dixere,

Solinus cap. XXVII, pag. 49: *Achaei Tripolin lingua sua signant, de trium urbium numero, Oea, Sabratae, Leptis magnae. Tripoli*, regni cognominis caput. HARD. et ED. P.

Cinyps. Κίνυψ et amnis, et circumiacentis regionis nomen est Herodoto lib. Melpom. pag. 280 et 287. Κίνυψος ποταμός Ptolemaeo loc. cit. nunc Tripolitanus amnis. Mela lib. I, c. 7: *ultra est Oea oppidum, et Cinyps fluvius per uberrima arva decidens*. HARD.— Nunc incolis *Wad-el-Quaham*. EO. P.

Neapolis. Cave ne hanc Neapolim cum altera confundas, de qua sup. c. diximus in Prov. Procons. seu Zeugitana. H.— Hodie *Nabel*, auctore d'Anville. ED. P.

Taphra. In libris omnibus sic *Taphra* legitur. Haec fortassis Γαράφα λιμήν dicitur Ptolemaeo, inter Neapolim et Oeam. Scylax, p. 46, situm huius orae describens: Ἀπὸ δὲ Νεαπόλεως τῆς Καρχηδονίων χώρας Γράφαρα πόλις. Ταύτη παράπλους ἡμέρας μιᾶς ἀπὸ Νέας πόλεως. Ἀπὸ δὲ Γραφάρων Ἀβρότονον πόλις καὶ λιμήν. Sed Γράφαρα Scylax pro Γάφαρα videtur scripsisse. Taphrae successisse *Sfakes* ait d'Anville. HARD. et ED. P.

Abrotonum. Scylaci et Stephano, Ἀβρότονον. Sed iste cum Neapoli eamdem facit: diversam ille, cum Plinio Pomponioque. Nunc *Tesuta*. H.

Leptis altera. Hodie *Lebida*. Hanc Strabo lib. XVII, pag. 835, et Ptolomaeus lib. IV, cap. 3, eamdem esse cum Neapoli arbitrantur. Rectius cum Pomponio Plinius diversam: quod et ipse situs comprobat. Inter episcopos prov. Tripolitanae, apud Victorem, *Callipides Leptimagnensis*. HARD.

Syrtis maior. Gallis, *les Seches de Barbarie*; Italis, *Golfo de Sidra*; nautis, *Golfo di Zalocho*. HARD.

DCXXV. Ita Martian. lib. VI, c. de tertio Africae sinu p. 227.

CCCXII mill. Ita sane libri omnes. Dalecampius, *CCCXIII*. Verum quum Mela lib. VI, c. 7, de Syrti maiore agens, et qua debiscit, et qua flexum agit, altero tanto spatio doceat esse ampliorem, quam sit Syrtis minor: haec autem qua mare accipit, centum fere millia passuum auctore Plinio Pomponioque pateat · superfluere hoc loco centenarii notam, perspicuum est, scribique oportere CCXII. HARD. et ED. P.

Cisipadum. Hi Syrtium oram occidentalem accoluere olim: quae orienti obvertitur: Lotophagi, *a* promontorio Borio, usque ad Phycunta, de quo cap. seq. Mela lib. I, cap. 7. HARD.

Lotophagon. Λωτοφάγοι Λίβυες Scylaci pag. 45, qui loto vescebantur: quo de cibo dicemus lib XIII, c. 32. HARD.

Alachroas dixere. Quasi marini coloris viros. Macbryas forte rectius agnoveris: sunt enim Μάχρυες Ptolemaeo l. IV, c. 3, et Stephano, quos Herodotus, Melpom. lib. IV, p. 231, num. 178, Μάχλυας appellat, ipse-

ad Philaenorum aras: ex arena sunt eae. Ab his non procul a continente palus vasta amnem Tritonem nomenque ab eo accipit, Pallantias appellata Callimacho, et citra minorem Syrtim esse dicta: a multis vero inter duas Syrtes. Promontorium, quod maiorem includit, Borion appellatur. Vltra Cyrenaica provincia.

Ad hunc finem Africa a fluvio Ampsaga populos XXVI, 4

que Plinius lib. VII, cap. 2, supra Nasamonas locat. Hos ad mare usque pertinere Herodotus asseverat, Lotophagis esse confines, et loto pariter vesci, ac Tritonis amnis ripam accolere: Λωτοφάγων δὲ τὸ παρὰ θάλασσαν ἔχονται Μάχλυες, λωτῷ μὲν καὶ οὗτοι χρεώμενοι... κατήκουσι δὲ ἐπὶ ποταμὸν μέγαν, τῷ οὔνομα Τρίτων ἐστίν. Sed libri omnes *Alachroas* exhibent, Reg. 1, 2, Colb. 1, 2, Paris. etc. Hard.

Ad Philaenorum. Vbi Philaeni fratres vivi sponte obrui se passi sunt. Rem narrant eleganter Mela lib. I, c. 7; Valerius Max. lib. V, cap. 6, pag. 278; Sallustius, bello Iugurth. pag. 116. Hard.

Amnem Tritonem. Λίμνην Τριτωνίδα, et ποταμὸν μέγαν Τρίτωνα hoc tractu agnoscunt Herodotus, Melpom. lib. IV, num. 179, pag. 281, et Ptolem. lib. IV, cap. 3. Hod. nomen amni, *Wad-el-Djedyd*, ut videtur: hic tamen amnis non in lacum *Loudeah* de quo mox, sed *Melgig* influit. Ed. P.

Pallantias. Chiffl. *Pallanteas.* Eo. P. — Παλλαντιὰς Minervae epitheton est in Epigram. Id paludi inditum nomen, quod in amne cognomine, inquit Solinus cap. XXVII, p. 52, *speculatam se artium deam crediderunt.* Ab eo vicissim ipsa Tritoniae nomen recepit: Festus: *Tritonia Minerva, a ripa Tritonis fluminis dicta, quod ibi primitus sit visa.* Alia est Minervae appellatio, qua Τριτογένεια, aliaque vocis originatio: qua de Eusebium consule, Praepar. lib. III, pag. 89, et Apologiam Homeri a nobis editam. Veremur etiam valde, ut a Pallade *Pallantias amnis* rite deducatur. Hic tamen genitam Minervam Mela ait lib. I, cap. 7. H. — *Loudeah* nunc dicitur lacus ille. Eo. P.

Borion. Borion quoque Melae lib. I, cap. 7. Straboni lib. XVII, p. 836, μικρὸν ἀκρωτήριον Βόριον, citra Berenicen. Nunc est *Capo di Teiones.* Hard.

Cyrenaica provincia. Chiffl. *Cyrenaica promontoria provincia.* Ed. P.

Africa. Non ea iam quae proprie dicta, sed quae latius sumpta, Numidiam quoque complectitur: quo plane modo Africae proprie appellatae nomen a Mela accipitur lib. I, cap. 7, a promontorio Metagonio ad Philaenorum aras. Hard.

Populos XXVI. At codices omnes MSS. Reg. 1, 2, Colb. 1, 2, Paris. Chiffl. etc. habent *populos DXVI*, qui numerus fidem omnem superat. H. — Leg. *DXVI.* In MS. Reg. 5 et recentioribus editionibus *XXVI.* Prior numerus forte maior est; sed

qui romano parent imperio. In his colonias VI, praeter iam supradictas, Vthinam, Tuburbin. Oppida civium romanorum XV, ex quibus in mediterraneo dicenda Azuritanum, Abutucense, Aboriense, Canopicum, Chilmanense, Simittuense, Thunusidense, Tuburnicense, Tynidrumense, Tibigense, Vcitana duo, ma-

antiquioribus libris probatus. Alter exilior videtur. In MSS. Reg. 1 et 2 *parcant*. Complures certe ibi fuere populi, qui romano imperio paruere. Brot.

Colonias VI. In quibus sunt Vthina, et Tuburbis, inquit, prseter iam snpra dictss qnatuor, Cirtam, Siccam, Carthaginem, et Maxullam. Haro.

Vthinam. Οὔθινα Ptolemaeo lib. IV, csp. 3, inter mediterraneas Africae civitates, inter Tabracam oppidum, et Bagradam amnem, Proconsularis provinciae. In Collat. Carthag. pag. 119, *Isac Episcopus plebis Vtinensis*. Et in Conc. S. Cyprisni, de haeret. baptiz. *Felix ab Vthina*. H.

Tuburbin. In eadem Zengitana seu Proconsulari, *Tuburbo minus*, a Carthagine XLVI M. pass. Θουβουρβῶ, Ptolemaeo, loco citato. Inter episcopos Prov. Proconsularis, apud Victorem Vitens. *Benenatus Tuburbitensis*. H. — Illam etiamnunc nomen suum retinere ait d'Anville. Eo. P.

Azuritanum. In Reg. 1, 2, Colb. 1, 2, et Paris. *Absuritanum*. Est haec Ασσουρος Ptolemaei lib. IV, c. 2, inter mediterraneas civitates Numidiae novae, prope Siceam Venerism. Hard.

Aboriensa. Vet. apnd Dalec. *Abitacense*, *Apariense*. Eo. P. — In Collat. Carthag. pag. 121: *Trifolius episcopus plebis Aborensis*. Huc forte Suidae illud pertinet, Αβωρα ὄνομα τόπου. Hard.

Canopicum. Καννώπισσαι Ptolemaeo lib. IV, cap. 3, oppidum est mediterraneum Africae proprie dictae, inter Tabracam civitatem, et Bagradam fluvium, Stephanus: ἔστι καὶ Λιβύης τόπος Κάναβος. Haso.

Chilmanense. Κῶμα mediterraneum Africae propriae oppidum, post Bagradam amnem, sub Carthagine, auctore Ptolemaeo lib. IV, cap. 3. Haso.

Simittuense. Σιμίσθου oppidum mediterraneum Numidiae novae, inter Ampssgam fl. et Tabracam oppidum, Ptolemaeo, loco cit. *Simittu colonia* est in Numidia Antonino, a Bulla Regia, de qua supra, VII mill. pass. Haro.

Thunusidense. Θούνουσσα Ptolemaeo, loco citato, prope Madauram. Hard.

Tuburnicense. Θουβούρνικα κολωνία Ptolemaeo, loc. cit. Sed idem Turbusicam ab ea diversam facit, quod vereor ut iure faciat. Hard.

Tynidrumense. Ptolemaeo rursum inter oppida Numidise novae mediterranea, Θουνούδρομον κολωνία, lib. IV, cap. 3. Haro.

Tibigense. Its libri omnes, etiam MSS. ex quibus Ptolemaeus est emendsndus, qui loc. cit. permutatis syllabis, pro Τιβίγα, scribit Θιγίβα κολωνία. H. — Vet. ap. Dalec. *Tichicense*. En. P.

ius, et minus: Vagense. Oppidum Latinum unum Vsalitanum. Oppidum stipendiarium unum, Castris Corneliis. Oppida libera triginta: ex quibus dicenda 5 intus Acolitanum, Acharitanum, Avinense, Abziritanum, Canopitanum, Melzitanum, Materense, Salaphi-

Vcitana duo. Horum alterum Οὐκιτέι Ptolemaeo, loc. cit. In Collat. Carthag. p. 131: *Octavianus episcopus plebis Vcimaius.* Hard.

Vagense. Vet. ap. Dalec. *et minus Vagense oppidum.* Ed. P. — Οὐάγα Ptolemaeo lib. IV, cap. 3, prope Cirtam. Haro.

Vsalitanum. Diversa ab ista Vzala est, unde Evodius Vzalensis Episcopus, Augustino perfamiliaris, Epist. 147, et Serm. 33 de diversis. Et inter episcopos Provinciae Proconsularis in Notitia Africae *Sacconius Vzalensis.* Coloniam Vticae vicinam vocat Augustinus, de Civit. lib. XXII, cap. 8. Haad.

Castris Corneliis. Hoc est, iuxta castra Cornelia, vel appositum oppidum castris Corneliis, de quibus c. 3. Adversatur MSS. codicibus Pintianus, orationemque Plinianam labefactat, quum *a castris Corneliis* legi putat oportere. Hard.

Acolitanum. In Notitia Africae, inter episcopos prov. Byzacenae, *Restitutus Acolitanus.* Straboni lib. XVII, pag. 831, Ἀχόλλα ἐλευθέρα πόλις. In vet. inscript. apud Gruter. pag. 512, Aquillitani, cum Leptitanis, Vsallinatisque iunguntur. Hirtio lib. da Bello Afric. passim Acilla vocatur libera civitas. Haan.

Acharitanum. In Reg. 1, *Accharitanum.* Reg. 2, *Accaritanum.* H. — Vet. ap. Dalec. *Aparitanum.* Ed. P.

Avinense. Ita libri omnes. Id oppidum esse arbitror, quod alii Vinense vocant. Nam *Vina Civitatem* in Zeugitana Antoninus agnoscit. Hermolaus mavult *Avittense* ab Αουΐττα mediterraneo oppido, inter Tabracam oppidum, et Bagradam amnem, apud Ptolem. lib. IV, c. 3. H.

Abziritanum. Volebat Dalec. *Arrizitanum.* Ed. P. — In Coll. Carth. pag. 112, *Fructuosus Abziritensis.* Haro.

Canopitanum. In Collat. Carthag. num. 133, *Felix episcopus Canopitanorum.* Haan.

Melzitanum. In Reg. 1, 2, et Chiffl. *Melizitanum.* Vet. ap. Dalec. *Meldi-tanum.* In Collat. Carthag. pag. 99: *Tutus episcopus plebis Melzitensis.* H. et Ed. P.

Materense. Hanc lectionem, quam summa fide, ac miro consensu codices omnes MSS. exhibent, Reg. 1, 2, Colb. 1, 2, Paris. ipsaque Parmensis editio, primus induxit Hermolaus, ut *Madaurense* nobis oppidum obtruderet. Celebratum illud quidem, Apuleii Philosophi natalibus, et D. Augustini palaestra: sed non huius loci: quo Byzacenae fere mediterranea censentur oppida: quum Madaurense Numidiae fuerit, ut ipse testatur Apuleius, Victorque Vitensis, cuius in Notitia, inter episcopos Numidiae *Prudentius Madaurensis* laudatur; inter episcopos vero Prov. Byzacenae *Adelphius Mattaritanus.* H. — Vet apud Dalec. *Madurense.* Ed. P.

Salaphitanum. Ita libri omnes. Huius

tanum, Tusdritanum, Tiphicense, Tunicense, Theudense, Tagestense, Tigense, Vlusubritanum, Vagense aliud, Visense, Zamense. Ex reliquo numero

tamen oppidi vestigium ullum uspiam deprehendere nondum licuit. Forte *Sataphitanum* scripsit: nam in Collat. Carthag. pag. 167, *Vrbanus Satafensis* legitur. Forte *Salaritanum*: quod in eadem Collat. pag. 139: *Proculus episcopus plebis Ginesitensis Salariae.* Vel denique, permutatis tantum syllabis, *Sufetulanum*: est enim inter episcopos prov. Byzacenae, in Notitia Victoris, *Praesidius Sufetulensis.* Sed in tam multiplicibus coniecturis ne mihi quidem ipse satis facere possum. Harn.

Tusdritanum. Nomen oppido Θύσδρος apud Ptolem. lib. IV, cap. 3, sub Adrumeto. Tusdrum Antonino, in Byzacena. Harn.

Tiphicense. Libri editi ad hunc diem exhibent, *Tiricense, Tiphicense:* sed prioris nomenclaturae oppidum, nulli MSS. codices Pliniani, nulla Notitia Africae agnoscit. Neque vero exploratae satis fidei alterum quoque nomen *Tiphicense* est: ut venire in dubium iure videatur, an huc referri possit *Pascasius Tiiucensis*, ex Collat. Carthag. pag. 109, an *Solemnius Tigisitensis*, e pag. 160; an denique *Tigicense* scribi oporteat, a Tigisi oppido, quod a Procopio describitur, Vandal. lib. II. MSS. certe. Reg. 2, et Chiffl. exhibent, *Thisicense.* H. — In tanta rerum obscuritate vulgatam nos cum Harduino lectionem retinendam putamus. Ed. P.

Tunicense. In MSS. Reg. 1, etc. *Thuniense.* Oppida modo mediterranea censentur: quamobrem Tunetum, littoralem civitatem, quam *Tunis* vocamus, cave hic appellari a Plinio putes. Hard.

Theudense. Inter episcopos prov. Byzacenae, in Notitia Victoris, *Decimus Theuzitanus*, sive *Theuditanus:* nam Theuaa et Theuda promiscue scribitur, ut Quiza et Quida, quod ante monuimus, litteris D et Z in hisce nominibus permutari invicem solitis, ut vulgo creditur. Hard.

Tagestense. In MSS. omnibus Reg. 1, 2, etc. *Tagesense.* Vet. ap. Dalec. *Tagastense.* Nec Tagasta porro, nec Teveste, locum habere hic potest: tribuitur enim utraque Numidiae provinciae: neutra Byzacenae, cuius nunc lustrantur oppida. H. et Ed. P.

Tigense. In Collat Carthag. p. 98, *Aptus episcopus plebis Tigiensis*, fortassis huc pertinet. Hard.

Vlusubritanum. Οὐλισβιτρρα Ptolemaeo lib. IV, cap. 3, inter oppida Africae mediterranea, in Byzacena, sub Adrumeto. Hard.

Vagense aliud. Aliud nimirum a superiore Vagensi, quod in Numidia positum prope Cirtam diximus: istud, in Byzacena. Vnicum Collatio Carthaginiensis agnoscit, p. 211: *Accedente Ampelio Vagensi*, inquit. Et mox *accedente Primulio episcopo Vagense.* Hard.

Visense. Libri MSS. omnes, Reg. 1, 2, Colb. 1, 2, Paris. etc. *Sense.* Ab V. littera duci vocis huius initium vidit Hermolaus. Frobenius *Vigense* commentus est, Nos *Visense* reponimus, ex Collat. Carthag. p. 178, ubi legitur: *Dativus episcopus Visensis.* Hard.

Zamense. Chifflet. *Zyamense.* Ed.

non civitates tantum, sed pleraeque etiam nationes iure dici possunt: ut Natabudes, Capsitani, Misulani, Sabarbares, Massyli, Nisives, Vacamures, Ethini, Mussini, Marchubii, et tota Gaetulia ad flumen Nigrin, qui Africam ab Aethiopia dirimit.

V. (v.) Cyrenaica, eadem Pentapolitana regio illu-

P. — In Collat. Carthag. p. 104, *Dialogus Zamensis.* Haec Iubae regia fuit, Hirtio teste, Vitruvioque. Areem regni Sallustius vocat, in Bello Iugurth. pag. 99. Livius lib. XXX: *Zama quinque dierum iter a Carthagine abest.* Hard. — Nunc *Zewarin,* auctore Mannerto. Ed. P.

Natabudes. Ita libri omnes, etiam MSS. Vet. ap. Dalec. *Natabutae.* Ptolemaeo lib. IV, cap. 3 Νασάβουτες vocantur. Hard. et Ed. P.

Capsitani. Vet. apud Dalec. *Caspitani.* Ed. P. — Sallustius in Bello Iugurth. pag. 127: *Erat inter ingentes solitudines, oppidum magnum atque valens, namine Capsa, cuius conditor Hercules Libys memorabatur,* etc. Ibi de huius urbis obsidione prolixe et eleganter. Κάψα Ptolemaeo l. IV, cap. 3, inter Bagradam et Tritonem amnes. Cives Sallustio *Capsenses.* Hard.

Misulani. In Reg. 1, 2, Colb. 1, 2, et Chiffl. *Musulani.* Ptolem. lib. IV, cap. 3, Μισούλαμοι, Cirtae ad austrum subiecti: quibus vicini Nasabutes proxime appellati. Taeitus, Annal. lib. II, pag. 57: *Musulanarum valida gens, et solitudinibus Africae propinqua.* Hard.

Sabarbares. Ita Reg. 1 et 2, Chiffl. *Sababares.* Ptolemaeo, lib. IV, cap. 3, Σαβούβουρες. Hard.

Massyli. Dal. *Massili.* Ed. P. — Cave ne hos cum Massaesylis confundas, de quibus actum est superius, c. 1. Massyla Numidiae gens altera a Livio appellatur, lib. XXIV, cap. 48.

Nisives. Νίσιβες Ptolemaeo loco citato. Iidem forte qui *Nisvetae* Livio lib. XXXIII, cap. 48. Haad.

Vamacures. Ita libri omnes. Forte ii sunt qui Ptolemaeo loco citato, Αστάκουρες appellantur: vel ii potius, qui in orientali parte Mauritaniae Caesariensis positi, Μάκκουραι, vel ii qui in eodem fere tractu Μάχουρες vocantur, apud eundem Ptolem. lib. IV, cap. 3. Haad.

Ethini. Eos esse suspicor, qui Ptolemaeo lib. IV, cap. 3, Κινίθιοι, *Cinithiorum haud spernenda natio,* Taeito dicitur, iuxta Musulanos, Annal. lib. II, cap. 52. Haad.

Mussini. Qui Ptolemaeo, Μουσσουνοι, loco cit. Hard.

Marchubii. Vet. ap. Dalec. *Macrobii.* Ed. P. — Qui in orientali Mauritaniae Caesariensis parte positi, iuxta Numidiam, Μαλχούβιοι a Ptolemaeo appellantur, l. IV, c. 2.

V. *Cyrenaica.* Haec deinceps iisdem verbis Martianus lib. VI, cap. de tertio sinu Africae, pag. 217, et Solinus c. XXVII, pag. 52. A Cyrene urbe provinciae nomen: urbi a Cyre fonte ἀπὸ Κυρῆς πηγῆς, ut Callimaeus ait, in Hymno Apollinis: vel a Cyra monte, unde fons oritur, ut Iustino visum, lib. XIII, cap. 7, p. 136. Regio hodie *Barcah* vocatur. H. et Ed. P.

stratur Hammonis oraculo, quod a Cyrenis abest CCCC M. pass.: fonte solis: urbibus maxime quinque, Berenice, Arsinoe, Ptolemaide, Apollonia ipsa Cyrene. Berenice, in Syrtis extimo cornu est, quondam vocata Hesperidum supradictarum, vagantibus Graeciae fabulis. Nec procul ante oppidum fluvius Lethon, lu-
2 cus sacer, ubi Hesperidum horti memorantur. Abest a Lepti CCCLXXV M. pass. Ab ea Arsinoe, Teuchira

Hammonis oraculo. Describitur a Curtio lib. IV, cap. 28 et seq. Iovis Ammonis porro simulacrum arietinn vultu fuisse omnes sciunt: confirmat Athanasius, Λίβυες πρόβατον ὃ καλοῦσιν Ἄμμωνα Θεὸν ἔχουσι, καὶ τοῦτο πολλοῖς παρ' ἑτέρων εἰς θυσίαν σφάξεται. Vide Plinium lib. XXXVII, c. 60, num. 7. Caeterum Ammonem Aegyptii Invem appellant, teste Herodot. lib. II, num. 42, pag. 106, Ἄμμοῦν γὰρ Αἰγύπτιοι καλέουσι τὸν Δία. Hard.

Fonte Solis. De eo diximus lib. II, cap. 6. Mela quoque de situ Plinio suffragatur: *Sunt*, inquit lib. I, cap. 8, *in Cyrenaica Ammonis oraculum, fidei inclytae. et fons, quem Solis appellant*, etc.

In Syrtis extimo cornu) *Circa extimum Syrtis cornum*, inquit Solinus XXVII, pag. 53, nempe Syrtis maioris. Borion, credo, promontorium intelligit, de quo cap. sup. quo Syrtium maior includitur, seu terminatur ab orientali parte. Hard. — Nunc *Tejunas*. Ed. P.

Hesperidum. Vt vagantur fabulae, inquit, olibi aliis Hesperidum hortos statuentibus, aliis quidem in Magnesia, aliis ad fretum Herculis: in oceano aliis: hic quoque nonnulli collocarunt Hesperidas, quas cap. 4 ad Atlantem montem posuimus. Ptolemaeus lib. IV, cap. 4, Βερενίκη, ἡ ἀπὸ Ἑσπερίδων. Ammianus lib. XXII, pag. 233. *Berenice, quos Hesperidas appellant.* Hesperis prius dicta est, quae mox Berenice ab uxore Ptolemaei Evergetae. Stephanus: Ἑσπερὶς πόλις Λιβύης, ἡ νῦν Βερενίκη. Mela, I, 8, p. 110, non alio nomine, quam Hesperidem vocat. Hard. — Quem quidem Hesperidum hortum eruditus vir Pacho, qui loca nuper lustravit, prope Berenicen non collocat; ex Scylacis descriptione, ex Herodoti, Lucani et Anonymi Peripli interpretatione eum in summo *d' Hyco* promontorio, hodie *Razat*, mavult. Nota ipsius adhuc inedita. Ed. P.

Lethon. Vet. ap. Dalec. *Lethe.* Ed. P. — Ita Solinus et Martianus, locis citatis, Λάθων est Ptolemaeo, loco citato, iuxta Berenicen. Λήθαιος Straboni lib. XIV, pag. 647, ἐν Ἑσπερίτοις Λίβυσι, ubi Casaubonus, qui sint Hesperitae Libyes, Berenices nimirum incolae, quae Hesperidum dicta est regio, videtur nesciisse. Ptolemaeus alter Aegypti rex, Comment. lib. II, apud Athen. lib. II, pag. 71, Λήθωνα cum Plinio vocat. Et hic quoque, ob similitudinem cum infernali Lethe, creditus oblivionem parere, teste Lucano l. IX, vs. 355. Hard.

CCCLXXV. Sic rescripsimus ex

vocitata, XLIII M. pass. Et deinde Ptolemais, antiquo nomine Barce, XXII M. pass. Mox XL M. pass. promontorium Phycus, per Creticum mare excurrit, distans CCCL M. pass. a Taenaro Laconicae promontorio. A Creta vero ipsa CCXXV M. Post id Cyrene, a mari undecim M. pass. A Phycunte Apolloniam XXIV mill. pass.

MSS. Reg. 1, 2, Colb. 1, 2, Chiffl. Paris. atque ex Martiano lib. VI, p. 217. Prius legebatur CCCLXXV.

Arsinoë. Ἀρσινόη, ἡ καὶ Τεύχειρα, Ptolemaeo lib. IV, cap. 4, et Straboni lib. XVII, p. 837. Ταύχειρα, Stephano, pag. 115, et Scylaci, pag. 44. Nunc *Taoukrah.* HARD. et ED. P.

Ptolemais. Strabo, loco citato, ἡ Βάρκη πρότερον, νῦν δὲ Πτολεμαΐς. Ita et Stephanus, verbo Βάρκη Ptolemaeo tamen lib. IV, cap. 4, Πτολεμαΐς, et Βάρκη duae sunt civitates: haec mediterranea, illa littoralis. Scylaci quoque, loco citato; Ptolemais igitur condita, non eo loco quo Barce fuit, sed quo Barcaeorum portus. Inter Poenorum hostes, a Marone, Aen. lib. IV, censentur *lateque furentes Barcaei.* Nunc quoque interius oppidum retinet nomen et moenia, *Barcah:* unde regionis appellatio: littorale, *Tolemeta* nuncupatur. H. — Idem inclytus Pacho, ut ex ipsius mappa suo in opere inserta, cui titulus est, *Relation d'un voyage dans la Marmarique, la Cyrénaïque, et les Oasis d'Aujelan et Demaradeh*, apparet, antiquam Barcen in *Merdjeh* reperit; caeterum de Ptolemaide cum Ptolemaeo consentit. EO. P.

XXII M. pass. A Teuchira Ptolemaidem, Antoninus in Itiner. XXVI M. pass. intervallum facit. HARD.

Mox XL M. Sic restituimus ex MSS. Reg. 1, 2, etc. quum prius perperam legeretur in editis, CCL. Sententia loci est, a Ptolemaida distare XL millibus passuum promontorium Phycuntem appellatum: quod intervallum tabulae omnes geographicae approbant: alterum non ferunt. HARD.

Phycus. Φυκοῦς ἄκρον Ptolemaeo lib. IV, cap. 4. Ibi regio Cyrenaica ab occasu incipit flectere se in axortum solis. Nautis dicitur, *Capo Razato.* HARD.

CCCL M. passuum. Sive bis mille et octingentis stadiis, ut ait Strabo lib. XVII, pag. 837, quae mensura cum Pliniana congruit. H. — CCLXIV M. pass. verum est inter promontoria *Matapan* et *Razato* intervallum. ED. P.

CCXXV. Sic cum vet. apud Dal. et Broterio legimus, ut supra l. IV, cap. 12, quamvis Harduinus ex MSS. Reg. 1, 2, Colb. 1, 2, etc. CXXV legendum putet: sed verum est CCXXV M. pass. inter promontorium *Razato* et proximum quoque Cretae littus intervallum.

Cyrene. Κυρήνη, de qua multa vide apud Strab. loc. cit. Nunc est *Grannah*, quo de oppido et tota hac regione, vide quae nuper edidit inclytus viator noster Pacho, *Voyage à la Cyrénaïque.* EO. P.

Apolloniam. Ἀπολλωνία Ptolemaeo lib. IV, cap. 4. At Straboni loc. cit. Ἀπολλωνιάς Κυρηναίων ἐπίνειον, Cyrenensium navale. Hodie *Marsah-Souza.* HARD. et ED. P.

Ad Chersonesum LXXXVIII mill. pass. Vnde Catabath-
3 mum CCXVI mill. pass. Accolunt Marmaridae, a Paraetonii ferme regione ad Syrtin usque maiorem porrecti. Post eos Arauceles, et iam in ora Syrtis Nasamones, quos antea Mesammones Graeci appellavere, ab argumento loci, medios inter arenas sitos. Cyrenaicus ager XV M. pass. latitudine a littore, arboribus fertilis habetur. Intus eodem spatio frugibus tantum: mox triginta mill. pass. latitudine, et CCL mill. pass. longitudine, lasere modo.

Ad Chersonesum. Volebat Dalec. *a Cherroneso.* Eo. P. — Χερσόννησος μεγάλη Ptolemaeo lib. IV, cap. 5, inter Marmaricae nomos, sive praefecturas. Vbi nunc promontorium *Ras-el-Tyn.* Straboni lib. XVII, p. 838, Ακρα Χερρόνησος λιμένα ἔχουσα. Promontorium cum portu. Stephano, urbs est, cui nomen et Κέρρουρα fuit: gentile, Κερρούριος, ut a Ταυχείρα, de qua paulo ante, Ταυχείριος.

Catabathmum. Volebat Dalec. *inde Catabathmus.* — In Chiffl. *CCVI.* omissa denarii nota. Ed. P. — De Catabathmo et Paraetonio, c. seq.

Accolunt Marmaridae. Μαρμαρίδαι Straboni loco citato. Hard.

Arauceles. Post Marmaridas, versus occasum solis, Syrtimque maiorem. Αραυράκιδες Ptolemaeo lib. IV, cap. 4, quorum magis ad ortum solis regio vergit, quam Barcitarum. Haar.

Nasamones. Νασάμωνες, Syrti maiori confines, apud Strabonem, lib. XVII, pag. 838. Gentis mores ac situm Lucanus pereleganter describit lib. IX, v. 439: *Quas Nasamon gens dura legit, qui proxima ponto Nudus rura tenet: quem mundi barbara damnis Syrtis alit: nam littoreis populator arenis Imminet, et nulla portus tangente carina Novit opes. Sic cum toto commercia mundo Naufragiis Nasamones habent.* H.

Mesammones. Voce conflata ex μέσος, quod *medium*, et ἄμμος, quod *arenam* sonat. Ex Hebraica originatione vocem derivat Bochartus, Geogr. parte 1, lib. IV, cap. 30, pag. 322, quasi viros Hammonis vox ea significet. H.

Graeci. Chiffl. *Grai.* Eo. P.

Medios. Chiffl. *medio.* Eo. P.

Inter arenas. Lucanus hanc oram describens, libro cit. vs. 454: *patet omne solum, liberque meatu Aeoliam rabiem totis exercet arenis.* Et mox: *Regna videt pauper Nasamon errantia vento* H.

Cyrenaicus ager. Accepta haec sunt ab Herodoto, Melpom. lib. IV, num. 199, pag. 287. H.

Arboribus. Dalecamp. *et arboribus*, addita vocula *et*, quae a vett. codd. abest, ipso Dalec. confitente. Eo. P.

Lasere modo. De lasere lib XIX, cap. 15. H. — Multum Pacho de eo scripsit; ipsius opus supra dictum vide. Ed. P.

Post Nasamones, Asbystae, et Macae vivunt. Vltra eos Hammanientes duodecim dierum itinere a Syrtibus maioribus ad occidentem, et ipsi quaquaversus arenis circumdati: puteos tamen haud difficiles binum ferme cubitorum inveniunt altitudine, ibi restagnantibus Mauritaniae aquis. Domos sale montibus suis exciso, ceu lapide, construunt. Ab his ad Troglodytas hiberni occasus plaga dierum IV iter, cum quibus commercium gemmae tantum, quam carbunculum vocamus, ex Aethiopia invectae. Intervenit 5

Asbystae. In libris hactenus editis *Hasbytae* legitur, sed mendose. Ασβύσται enim vocantur primum ab Herodoto, Melpom. lib. IV, n. 170, p. 279: Ασβύσται, οὗτοι τὸ ὑπὲρ Κυρήνης οἰκέουσι· ἐπὶ θάλασσαν δ' οὐ κατήκουσιν Ασβύσται, *Hi supra Cyrenem habitant: ad mare autem non pertingunt Asbystae.* Ασβύσται pariter Stephano, et Dionysio, vs. 214, quem laudat Tzetzes in Lyc. pag. 122. Ptolemaeo lib. IV, c. 4, perperam Ασβύται pro Ασβύσται. Hinc Iovi ipsi nomen, apud Nonnum, lib. XIII, pag. 372: Καὶ Διὸς Ασβύστοιο μεσημβρίζοντας ἐναύλους. H. — Vet. apud Dalec. *Abytae.* Eo. P.

Et Macae vivunt. Hoc est, degunt, sive habitant. Μάκαιοι Συρτίται Ptolemaeo, lib. IV, pag. 3. Μάκαι Herodoto, Melpom. lib. IV, n. 175, pag. 280, et Scylaci, p. 45, et Diodoro, Bibl. lib. III, cap. 178, Solinus haec transcribens Asbyslas lasere pariter vivere inepte pronuntiat. H.

Hammanientes. Vel Ammanientes, ut ab ἄμμῳ *arena*, traxisse et illi nomen videri possint. Ii plane sunt, quos Solinus c. XXVIII, p. 54, Amantes vocat: quos cum Hammonis Iovis accolis Ortelius male confundit: et Bochartus eum secutus, loco mox citat. Nam quod de domibus sale ceu lapide structis mox narratur a Plinio, id Amantibus a Solino arrogatur: situsque idem inter Nasamonas et Troglodytas. H.

Duodecim. Leg. *XI.* Ita MSS. Reg. 1, 2, 5, et editio princeps. Brot. — Chiffl. *XII*, Dalec. *XI.* Eo. P.

Domos sale. Accepta haec ab Herod. Melp. l. IV, n. 158, p. 284.

Ad Troglodytas. Non una modo in parte terrarum Troglodytae sunt: nam praeter eos qui sinum Arabicum accolunt, suot et in Africae paene umbilico, a Syrtibus maioribus sedecim dierum itinere dissiti, versus occasum. Τρωγλοδύται Αἰθίοπες hi vocantur ab Herodoto, Melpom. lib. IV, n. 185, p. 283. H.

Dierum IV iter. MSS. Reg. 1, 2, Colb. 1, 2, Chifflet. *dierum VII itinere.* De carbunculorum commercio eadem habet Solinus: de his dicemus lib. XXXVII, cap. 25. Hard. — Leg. *dierum septem iter.* Ita et totidem litteris MSS. Reg. 1. Sic quoque editio princeps. In MSS. Reg. 5, et recentioribus editionibus. *dierum IV.* Brot.

Invectae. Sic in Chiffl. Dalecamp. *vectae.* Eo. P.

Intervenit. In ea via, inquit, quae

ad solitudines Africae, supra minorem Syrtin dictas, versa Phazania, ubi gentem Phazaniorum, urbesque Alelen et Cillabam subegimus. Item Cidamum e regione Sabratae. Ab his mons longo spatio in occasum ab ortu tendit, Ater nostris dictus a natura adusto
6 similis, aut solis repercussu accenso. Vltra eum deserta: Matelgae oppidum Garamantum: itemque Debris, affuso fonte; a medio die ad mediam noctem aquis ferventibus, totidemque horis ad medium diem rigentibus: clarissimumque oppidum Garama caput Garamantum: omnia armis rom. superata, et a Cor-

est ab Hammanientibus ad Troglodytas occurrit Phazania regio, vergens ad eas solitudines, quas paulo ante diximus supra minorem Syrtin esse positas: initio nimirum superioris capitis. H.

Dictas. Chiffl. *dictam.* Eo. P.

Phazania. Vet. apud. Dalec. *urbs Phazania.* Φαζανία regionis nomen est, apud Agathemerum, Geograph. lib. II, cap. 5. Nunc *Fezzan.* Hard. et Eo. P.

E regione Sabratae. Quam c. 3, silam esse diximus in ipso Syrtis minoris cornu, qua spectat Africam proprie dictam. H. — Nunc *Gadanès.* Eo. P.

Aut solis repercussu accenso. Volebat Dal. *velut solis repercussu accensus.* Etiamnunc incolis *Soudah*, sive Nigri montes appellantur. E. P.

Vltra eum. Versus austrum, ubi desertum vastissimum est, *Biledulgerid.* Haad.

Matelgae. Forte rectius, *Mox Talgae*, ut in Chifflet. cod. Reg. 1, Colb. 1, 2, etc. H.

Debris. Meminit huius oppidi Priscianus in Periegesi, pag. 369: *Continuo post hos sequitur Phaurusia tellus: Hanc habitant iuxta Garamantes Debride clari.* Βέδιρον est Ptolemaei lib. IV, cap. 6, circa fontes Cinyphis amnis, nec procul a Garame metropoli. H.

Affuso fonte pro *affuso* proponebat Dal. *effuso.* Eo. P. — *Affuso fonte.* De hoc fonte eadem Augustinus, de Civit. lib. XXI, cap. 5; Solinus cap. XXIX, pag. 54. Breviter Isidorus lib. XIII, c. 13, ex Augustino: *Apud Garamantes fontem esse aiunt ita algentem diu, ut non bibatur: ita ardentem nocte, ut non tangatur.* Causam huius miraculi Lucretius investigat lib. VI. Ad ignes subterraneos nocturnumque frigus causam refert Licetus lib. V de Quaesitis per epist. pagina 256, quem vide, si tanti esse id putas. H.

Garama. Vet. apud Dalec. *Garamana.* Eo. P. — Γαράμη μητρόπολις Ptolemaeo lib. IV, cap. 6. Etiamnunc *Gherma* in regione *Fezzan* dicta. Garamantas Strabo lib. XVII, p. 835, ait esse confines iis gentibus, unde Carchedonii lapilli afferuntur: Troglodytis scilicet, cum quibus commercium eius gemmae esse paulo

a

nelio Balbo triumphata: uni huic omnium externo curru et Quiritium iure donato: quippe Gadibus genito civitas romana cum Balbo maiore patruo data est. Et hoc mirum, supradicta oppida ab eo capta, auctores nostros prodidisse: ipsum in triumpho, praeter Cidamum et Garamam, omnium aliarum gentium urbiumque nomina ac simulacra duxisse, quae iere hoc ordine. Tabidium oppidum, Niteris natio, Ne- 7
gligemela oppidum, Bubeium natio, vel oppidum, Enipi natio, Thuben oppidum: mons nomine Niger: Nitibrum, Rapsa, oppida: Discera natio, Debris oppidum, flumen Nathabur, Thapsagum oppidum, Nannagi natio, Boin oppidum, Pege oppidum, flumen Dasibari. Mox oppida continua, Baracum, Bulu-

ante disimus, quam carbunculum vocamus. H. et Ed. P.

Cornelio Balbo. De hoc Balbo altero, sive iuniore, Cicero ad Att. lib. XI, ep. 12, p. 341. De maiore qui alterius patruus fuit, idem ad Atticum lib. VIII, epistol. 9, pag. 236. H.

Vni huic omnium. Vni illi omnium externorum et triumphi bonos, et civitas est donata. Triumphavit et P. Ventidius. at non externus ille, sed Italus. Solinus, de Balbo, cap. XXIX, p. 54: *Primus sane de externis, utpote Gadibus genitus, accessit ad gloriam nominis triumphalis.* Verum non modo primus is externi sanguinis eum honorem est adeptus, sed et privatorum postremus: nam Romae consequenti tempore de victis gentibus soli imperatores triumpharunt. In libris hactenus editis perperam, *unius omnium.* Salmas. p. 483, in Solin. spreta omnium fide locum pro arbitrio mutat. Hard. — Alii apud Dal. *uno omnium externorum.* Ed. P.

Genito. Sic apud Chiffl. Dalecamp. *nato.* Ed. P.

Tabidium. Chiffl. *Tabudium.* Ed. P. Θαβουδίς Ptolemaeo lib. IV, cap. 6, circa Bagradae fontes. H.

Niteris. Colb. 1, 2, *Nitiebres.* Et mox *Viscera* pro *Discera.* Quibus et Reg. 1. et Chiffl. cod. suffragatur. H.

Thuben. Huc, credo, spectat Praepositus limitis Tubuniensis, inter Limitaneos, sub dispositione comitis Africae, in Notitia imperii romani. cap. 50. H.

Oppida. Chiffl. *oppidum.* Ed. P.

Discera. Chiffl. *Viscera.* Ed. P.

Nannagi. Chifflet. cod. *Dannagi.* Reg. 1, Colb. 1, 2, *Tamiagi.* H.

Mox oppida. Horum deinde oppidorum, inquit, in triumpho imagines secutae sunt. MSS. paulo aliter haec nomina repraesentant: *Baracum, Halasigalsa, Balla, Mazalla, Cizama.* H.

Buluba. Chiffl. *Bulba.* Ed. P.

ba, Alasi, Balsa, Galla, Maxala, Zizama. Mons Gyri, in quo gemmas nasci titulus praecessit. Ad Garamantas iter inexplicabile adhuc fuit, latronibus gentis eius puteos (qui sunt non alte fodiendi, si locorum
8 notitia adsit) arenis operientibus. Proximo bello, quod cum Oeensibus Romani gessere auspiciis Vespasiani Imperatoris, compendium viae quatridui deprehensum est. Hoc iter vocatur: Praeter caput saxi. Finis Cyrenaicus Catabathmos appellatur, oppidum, et vallis repente convexa. Ad eum terminum Cyrenaica Africa a Syrti minore decies centena LX M. passuum in longitudine patet: in latitudine, qua cognitum est, DCCC.

1 VI. (VI.) Quae sequitur regio Mareotis Libya appellatur, Aegypto contermina. Tenent Marmaridae,

Balsa. Proponebat Dalec. *Galca.* Ed. P.

Galla. Vet. apud Dalec. *Balla.* Ed. P.

Maxala, Zizama. Vet. apud Dalec. *Mazalla, Cyzama.* Ed. P.

Titulus praecessit. Singulis triumphi simulacris titulus affigebatur, cui inscripta gentium oppidorumque devictorum nomina. In MSS. Reg. 1, et Colb. 2, *titulus praecessit.* Cod. et vel. Dalec. *Titus prodidit.* H.

Cum Oeensibus. Ab Oea oppido, de quo dictum est, c. 4. Solini paraphrasis cap. XXIX, p. 54: *Sub Vespasiano principe, bello quod cum Oeensibus gestum est, difficultas haec dissoluta est compendio spatii brevioris invento.* Plinius *proximum bellum* dixit, quia proxime gestum, quum haec scriberet. Proximum Solinus nec dixit, nec vero integra fide potuit dicere, tanto nimirum Plinio recentior, quantum vel unus hic locus abunde declarat. H.

Catabathmos. Mela lib. I, cap. 8: *Catabathmos vallis devexa in Aegyptum, finit Africam.* Ita et Sallustius, bello Iugurthino, p. 65. Καταβαθμός Graecis, descensum, devexitatem, acclivitatemque loci significat. H.

A Syrti minore. Ita libri omnes. Cyrenaica provincia a maiore quidem Syrti incipit. At Cyrenaica Africa latius patet: a minore enim Syrti, ubi Africa proprie dicta desinit, ipsa initium ducit. H.

VI. *Quae.* Dalec. *ea quae*, repugnante Chifll. Ed. P.

Mareotis. Libya. Μαρεῶτις, quae Ptolemaeo lib. IV, cap. 5, Marmarica dicitur, inter Pentapolim, sive Cyrenaicam, et Alexandriam Aegypti. Pars maxime orientalis regionis *Barcah*, et illius quae *Aoualad-Aly* in recentioribus tabulis appellatur. H. et Ed. P.

Adyrmachidae : dein Mareotae. Mensura a Catabathmo ad Paraetonium LXXXVI M. passuum. In eo tractu vicus Apis interest, nobilis religione Aegypti locus. Ab eo Paraetonium LXII M. passuum. Inde Alexandriam CC millia passuum; latitudo CLXIX est. Eratosthenes a 2
Cyrenis Alexandriam terrestri itinere DXXV M. pass. prodidit. Agrippa totius Africae a mari Atlantico cum inferiore Aegypto XXX XL mill. passuum longitudinem. Polybius et Eratosthenes diligentissimi existimati, ab Oceano ad Carthaginem magnam, XI millia passuum : ab ea Canopicum Nili proximum ostium XV

Adyrmachidae. Ἀδυρμαχίδαι, ἔθνος Λιβύων; Scylaci, p. 42. Πρῶτοι Λιβύων, Herodot. Melpomen. lib. IV, num. 167, p 279. Ἀδυρμαχίται Ptolemaeo loco citato. Apud Stephanum, Ἀδαρχίδαι, mendose. H.

Mareotae. A quibus regioni nomen. Μαρεώτης νομός, Mareotis praefectura, apud Ptolem. loc. cit. H.

In eo tractu. Libyae Mareotidis. Scylaci pag. 42, Απις πόλις, et Ptolemaeo quoque, loco citato. H.

Nobilis religione. De cultu bovis Apis dicemus lib. VIII, c. 71. H.

Ab eo Paraetonium. Παραιτόνιον inter oppida huius Libyae, apud Ptolemaeum lib. IV, c. 5. In Conc. Nic. I, *Titus Paraetonii*, in provincia Libyae inferioris. Nunc illam *Al-Baretoun* vocari ait d'Anville. H. et Ed. P.

* *LXXII M. pass. Inde Alexandriam CC mill.* Vterque numerus, in libris impressis corruptus, a nobis restitutus est, tum ope codicum Reg. 4, 2, Colb. 1, 2, Paris. Chiffl. tum ipsius Martiani admonitu, quem secuti, pro XII M. rescripsimus LXII, ac pro *C mill.* restituta centenarii nota, quae facili lapsu amanuensibus excidit, *CC mill.* H.

XXX XL. Hoc est, tricies centena, et quadraginta millia pass. ut recte Martianus interpretatur lib. VI, c. de Africae tertio sinu, p. 217, apud quem tamen *quadringenta* perperam, pro *quadraginta* scribitur. Neque enim latine dicimus tricies quadringenta : sed si is numerus exprimi debet, *tricies quater*, subintelligendo centena. H. — Vet. apud Dalecamp. et Chiffl. XXX LXXX. Ed. P.

Longitudinem. Vet. apud Dalec. *longitudinem posuit*, addita voce *posuit*. Ed. P.

XI mill. Hoc est, ut Martianus ait, undecies centena millia. Ita libri omnes. Editi vitiose legunt *XVI.* Haad.

Ab ea Canopicum. Leg. *ab ea Canopum*, ex MSS. Reg. et editione principe. Brot. — Volebat Dalec. *ab ea ad Canopicum Nili proximum ostio.* Ed. P.

XV XXVIII. Quindecies centena, et viginti octo mill. pass. Ita Reg. 4, 2, Colberl. 1, 2, Paris. etc. H. — Dalec. *XVI mill. pass. XXX.* Vet. apud eumdem *LXXVIII*, pro *XXX.* Ed. P.

XXVIII fecerunt. Isidorus a Tingi Canopum $\overline{\text{XXXV}}$ XLIX mill. passuum, Artemidorus XL minus quam Isidorus.

VII. (VII.) Insulas non ita multas complectuntur haec maria, Clarissima est Meninx, longitudine XXV mill. pass. latitudine XXIII, ab Eratosthene Lotophagitis appellata. Oppida habet duo, Meningem ab Africae latere: et altero, Thoar: ipsa a dextro Syrtis minoris promontorio passibus CC sita. Ab ea centum mill. passuum contra laevum, Cercina, cum urbe eiusdem nominis libera, longa XXV mill. pass. lata dimidium

$\overline{\text{XXXV}}$ *XLIX*. Tricies et quinquies centena, et quadraginta novem millia passuum. H.

XL minus. Leg. *XL mill. minus*. Ita MSS. Reg. et editio princeps. Ed. P. — Detrahit Artemidorus de Isidori summa, XL millia. H.

VII. *Insulas*. Huic capiti lemma istud Plinii editores ex Indice huius libri petitum praefixere: *Insulae circa Africam, et ex adverso Africae*: quum tamen nullae hoc loco memorentur insulae, quam quae contra Africam in mediterraneo mari sunt positae. Verum, ut in Indice monuimus, non *ex adverso Africae* Plinius, sed *aversa* scripsit, Aethiopiam intelligens, quae aversa, hoc est, post Africam retro posita est: de ea enim peracta insularum mentione statim seq. cap. agitur. H.

Meninx. Μῆνιγξ Graecis. Nunc *Gerbi* et *Zerbi*. Quae appellatio haud recens est: nam Antonino *Girba* vocatur. Et Sex. Aurel. Victor in vita Vibii Galli Imperat. *Creatus*, inquit, *in insula Meninge, quae nunc Girba dicitur*. Hinc in Africae Notitia, inter episcopos prov. Tripolitanae, cui ex adverso insula haec obiacet, *Faustinus Girbitanus*. In ea urbe C. Mario latebra fuit, inquit Solinus cap. XXVII, pag. 52. H.

Longitudine XV. Ita MSS. omnes: non, ut editi, XXXV. Et mox, XXII, non XXV. *Hard.*

Lotophagitis. Et Ptolemaeo quoque Λωτοφαγῖτις lib. IV, c. 3, et Polybio lib. I, pag. 55, Λωτοφάγων νῆσος, ἣ καλεῖται Μῆνιγξ. Quoniam in adversa continentis ripa Lotophagi fuerunt. Vide Strabon. lib. XVII, p. 834. H.

Et altero. Altero latere, quod septemtrionali obvertitur. Sed oppidi nomen apud Ptolemaeum lib. IV, c. 3, Γίῤῥα. H. — Vet. apud Dalec. *Thorar*, non *Thoar*. Ed. P.

Ipsa a dextro. Quod est austro propius, et Tripolitano regno: cui promontorio nomen est ab ipsa insula, *Capo di Zerbi*. H.

Passibus CC. Leg. *passibus mille quingentis*. Ita MSS. Reg. 1, 2, et editio princeps. In MS. Reg. 5, et recentioribus editionibus, *passibus CC*. Brot. — Corrupti certe sunt omnes isti numeri. Ed. P.

Contra laevum. Subintellige promontorium, ubi Africa proprie dicta deficit, ubi Sabrata oppidum Syrtim contingit: contra id littus Cercina

eius, ubi plurimum: at in extremo non plus quinque mill. passuum. Huic perparva, Carthaginem versus, 2
Cercinitis ponte iungitur. Ab his quinquaginta mill. fere passuum Lopadusa, longa VI millia passuum. Mox Gaulos et Galata, cuius terra scorpionem, dirum animal Africae, necat. Dicuntur et in Clupea emori: cuius ex adverso Cosyra cum oppido. At contra Carthaginis sinum duae Aegimori arae, scopuli verius, quam insulae, inter Siciliam maxime et Sardiniam. Auctores sunt, et has quondam habitatas subsedisse.

VIII. (VIII.) Interiori autem ambitu Africae ad me- 4

est, Κέρκινα νῆσος καὶ πόλις, Ptolem. loco citato aliisque. Etiamnunc insulae *Kerkéni*, communi nomine cum Cercinili de qua mox. H. et Ed. P.

At. Dalecamp. *ac*, invitis vett. codd. Ed. P.

Non plus quinque. Sic Agathemerus, Geogr. lib. I, c. 5. H.

Cercinitis. Κερκιννῖτις Straboni lib. XVII, p. 834. H.

Lopadusa. Chiffl. *Lipadusa.* Ed. P. — Λοπαδοῦσα Ptolemaeo, loco citato. Nunc *Lampedosa* De Lopadusa, Gaulo et Galata lib. III, c. 14. H.

Cosyra. Vet. apud Dalecamp. *Cossyria.* Chifflet. *Cossoracum oppidum.* Ed. P. — De ea Ovidius, Fast. lib. III, v. 167: *Fertilis est Melitae sterili vicina Cosyrae Insula, quam Lybici verberat unda freti.* Vide quae de eadem diximus lib. III, cap. 14. Hard.

Aegimori arae. Scopuli sunt, de quibus Virgilius, Aeneid. lib. I, vs. 113: *Saxa vocant Itali, mediis quae in fluctibus Aras.* Vbi Servius, *In saxa latentia propter tempestatem: haec saxa inter Africam et Sardiniam sunt: quae saxa ob hoc Itali Aras vocant, quod ibi et Afri et Romani foedus inierunt.* Αἰγίμουρος νῆσος dicitur Straboni l. XVII, p. 834. Αἰγίμορος, νῆσος Λιβύης, Stephano: cuius saxi geminus vertex, intercurrente forte freto disiunctus, duarum ararum, ob causam a Servio allatam nomen invenit. Sinum ab alto claudere, in quo sita Carthago est, a Livio dicitur lib. XXX, cap. 24. Prius in libris editis legebatur, *duo Aegimori a re*: quod plane absurdum. H. — Vet. apud Dalec. duo, *Aegemo*, *Aerea.* Alii, *Aereae*, vel *Arae.* Alii, *Agatae et Torichlae.* Alii, *Aegimori et Arae.* Hodie *Zimbre* vocantur. Ed. P.

VIII. *Interiori.* Qui intus et in mediterraneo, Africae partem descriptam hactenus ambiunt, includuntque, post deserta, quae interveniunt, sunt Libyaegyptii, etc. Mela lib. I, cap. 4: *Super ea quae Libyco mari alluuntur, Lybyaegyptii sunt, et Lybiaethiopes, et natio frequens, multiplexque Gaetuli. Deinde late vacat regio, perpetuo tractu inhabitabilis. Tum primos ab oriente Garamantas*, etc. Descripsit haec a Plinio Martianus lib. VI, p. 217. H.

ridiem versus, superque Gaetulos, intervenientibus desertis, primi omnium Libyaegyptii, deinde Leucaethiopes habitant. Super eos Aethiopum gentes Nigritae, a quo dictum est flumine: Gymnetes Pharusii iam Oceanum attingentes, et quos in Mauritaniae fine diximus, Perorsi. Ab his omnibus vastae solitudines orientem versus, usque Garamantes, Augylasque et Troglodytas: verissima opinione eorum, qui desertis Africae duas Aethiopias superponunt, et ante omnes Homeri, qui bipertitos tradit Aethiopas, ad
2 orientem occasumque versos. Nigri fluvio eadem na-

Libyaegyptii. Quasi mixti Aegyptiis Libyes: ad occasum Thebaidis positi, ubi nunc deserta Barcae et Libyae. H.

Leucaethiopes. Chifflet. *Leucae Aethiopes.* Ed. P. — Λευκαιθίοπες, *albi Aethiopes,* Ptolemaeo lib. IV, cap. 6, et Agathemero, Geogr. lib. I, cap. 5: nempe quia ceteris candidiores sunt. Nunc est desertum *Sahara.* H.

Nigritae. Qui utramque Nigris amois ripam accolebaot. Nunc *Nigritie,* vel *Soudan.* H. et Ed. P.

A quo dictum. Ita MSS. omnes. Vet. apud Dalec. *a quibus.* Nomen, inquit, Nigritae habent, ab eo amne, de quo iam diximus, in fine scilicet capitis 4, et ab eo usque, ad Leucaethiopas tractum ingeotem terrarum occupant. H. et Ed. P. — Flumen Nigris, nunc quidem *Niger* apud doctos, potius vero *Joliba*, vel *Nil des Negres*, ap. viatores. Ed. P.

Gymnetes, etc. Γυμνῆτες, a nuditate corporis nomen sortiti. H.

Pharusii. Chiffl. adstipulaote Pint. *Pharusii, oceanum attingentes, et quos,* etc. Dal. — In edit. Dalec. legitur, *Pharusi, et iam oceanum attingentes, quos,* etc. Ed. P. — Φαιούσιοι Ptolemaeo lib. IV, c. 6. De bis rursum in fine buius capitis. H.

Perorsi. De quibus diximus cap. 4. Haro.

Vsque Garamantes. Leg. ex MS. Reg. 4, *usque ad Garamantas.* Ed. P.

Desertis Africae. Vltra deserta Africae, versus austrum. H.

Homeri. Odyss. lib. I, vers. 23: Αἰθίοπας τοὶ δίχθα δεδαίαται, ἔσχατοι ἀνδρῶν, Οἱ μὲν δυσομένου ὑπερίονος, οἱ δ' ἀνιόντος. *Extremos hominum Aethiopas, quorum altera solem Nascentem hinc regio videt, altera et inde cadentem.* Non vidit Plinius, Aethiopas illos, ad quos Homerus mari divertisse fingit Vlyssem, fabulosos esse; nihil aliud ibi sigoificante vate quam Vlyssem eo navigationis suae tempore inculpatam duxisse vitam, qualem agere negat homines, nisi extra huoc paene orbem, aut in extremo isto certe positos, quos Aethiopas orientales et occidentales vocat. H.

Bipertitos. Dalec. *bipartitos.*

Versos. Tolet. *versus.* Ed. P.

Nigri fluvio. Haec totidem verbis Solinus cap. xxx, p. 55, et Martianus lib. VI, cap. de interiori Africa p. 217. H.

tura, quae Nilo : calamum, et papyrum ; et easdem gignit animantes, iidemque temporibus augescit. Oritur inter Tareleos Aethiopas, et Oecalicas. Horum oppidum Mavin quidam solitudinibus imposuerunt, Atlantas iuxta eos, Aegipanas semiferos, et Blemmyas, et Gamphasantas, et Satyros, et Himantopodas. Atlantes degeneres sunt humani ritus, si credimus. Nam neque nominum ullorum inter eos appellatio est, et solem orientem occidentemque dira imprecatione contuentur, ut exitialem ipsis agrisque : neque insomnia visunt, qualia reliqui mortales. Troglodytae specus 3 excavant. Hae illis domus, victus serpentium carnes, stridorque, non vox : adeo sermonis commercio ca-

Oecalicas. Ἀκαλικαῖς vocat Ptolemaeus lib. IV, cap. 6, inter Aethiopas orientales. H.

Horum oppidum. Oecalicarum, inquit, oppidum nonnulli statim post Africae solitudines, de quibus proxime dictum est, collocant. H.

Mavin. Reg. 1, 2, Colbert. 1, 2, Paris. Chiffl. *Magium.* H.

Imposuerunt. Volebat Pint. *interposuerunt.* Ed. P.

Atlantas iuxta eos. Chifflet. *iuxtaque eos.* Ed. P. — Subintellige, *quidam posuerunt.* Neque enim fidem hic ipse suam obligat, sed ad eos reiicit auctores qui prodiderunt : apud Pomponium Melam eadem haec ad verbum legas lib. I, c. 8, p. 10 et 11. Transcripserunt eadem a Plinio, Solinus cap. xxxi, pag. 58, et Martianus loco citato. H.

Atlantes. Ultimos ad occasum Atlantes vocat Mela loc. cit. H.

Nominum ullorum. Solini paraphrasis : *Nulli proprium vocabulum, nulli speciale nomen.* H.

Solem. Solinus : *Diris solis ortus excipiunt, diris occasus prosequuntur : ustique undique torrentis plagae sidere, oderunt deum lucis.* H.

Contuentur. Ita libri omnes, etiam MSS. quibus invitis Salmasius p. 411, in Solinum legit, *comitantur.* H. — Vet. apud Dal. *intuentur.* Ed. P.

Neque insomnia. Vet. apud Dalec. *neque in somno.* Ed. P. — Refert id quoque de Atlantibus Rhianus apud Stephanum, verbo Ατλαντες, praeter auctores proxime laudatos. Martianus loco citato : *Hi nunquam somniare videntur.* Hoc est, nulla signa edunt, risus, pavoris, caeterorumque affectuum, qualia reliqui mortales, quos signis eiusmodi somniare intelligimus. Vide quae de Cleone refert Plut. lib. de defect. orac. H.

Specus excavant. Et inde nomen, a subeundis cavernis. Est enim τρώγλη caverna, specus : δύνω, subeo. H.

Stridorque. Solini paraphr. *Ignarique sermonis, strident potius, quam loquuntur.* H.

rent: Garamantes matrimoniorum exsortes, passim cum feminis degunt. Augylae inferos tantum colunt. Gamphasantes nudi, praeliorumque expertes, nulli externo congregantur. Blemmyis traduntur capita abesse, ore et oculis pectori affixis. Satyris, praeter figuram, nihil moris humani, Aegipanum, qualis vulgo pingitur, forma. Himantopodes loripedes quidam, quibus serpendo ingredi natura est. Pharusii quondam

Garamantes. Mela, Solinus, Martianus, locis citatis, eadem plane de Garamantibus, Augylis, Gamphasantibusque commemorant. H.

Augylae inferos. Hoc est deos inferos. Mela: *Augylae manes tantum deos putant.* H.

Expertes, nulli, etc. Censebat Pintianus ex Herodoto, Pomponio Solinoque, hic esse reponendas voces superiores, *adeo sermonis commercio carent,* ita ut legeretur *expertes. Ideo sermonis commercio carent. Nullo externo,* etc. Ed. P.

Blemmyis traduntur. Traduntur, inquit: neque enim fidem obstringit suam. Augustinus, de Civitate Dei, lib. XVI, c. 8, id esse verum putat posse: neque mirum videri oportere, si quemadmodum in singulis quibusque hominum gentibus quaedam monstra sunt hominum, ita in universo genere humano quaedam monstra sint gentium. Brevissimo ii collo fortassis, unde thoraci caput iungi creditum. Singulare quiddam sane in eorum hominum specie fuisse certum est ex Vopisco in Probo pag. 239: *Blemmyas,* inquit, *etiam subegit, quorum captivos Romam transmisit: qui mirabilem sui visum stupente populo romano praebuerunt.* Fabulam alii volunt esse: dictosque sine capite, qui sine cerebro ac sensu forent. Hard.

Satyris. Mela, loco citato: *Intra, si credere libet, vix iam homines, magisque semiferi: Aegipanes, et Blemmyes, et Satyri,* etc. Hard.

Qualis vulgo pingitur. Vultu caprino, hircinis cruribus. Herod. Γράφουσι καὶ γλύφουσιν οἱ ζωγράφοι καὶ οἱ ἀγαλματοποιοὶ τοῦ Πανὸς τὥγαλμα αἰγοπρόσωπον καὶ τραγοσκελέα. Lib. II, Euterpe, num. 46, pag. 108. Vnde Ovidio, Metam. lib. XIV, vs. 515, *Semicaper Pan.* Hard.

Himantopodes. De his auctores iam laudati, ἱμαντόπους Graecis loripes dicitur, qui pedem in modum lori tortum habet. Ἱμὰς *lorum* est. H.

Pharusii quondam Persae. Salmasius in Solioum pag. 415, legit *quondam per se comites*, hoc est, sponte sua, refragantibus MSS. omnibus, Reg. 1, 2, Colbert. 2, etc. in quibus *Persae* diserte scribitur: refragante, quod maius est, veritate ipsa: nam Pharusios a Persis oriundos, et Sallustius quoque prodidit, lib. de bello Iugurthino pag. 66: *Sed postquam in Hispania,* inquit, *Hercules (sicuti Afri putant) interiit, exercitus eius compositus ex variis gentibus, amisso duce, ac passim multis sibi imperium petentibus, brevi dilabitur.*

Persae, comites fuisse dicuntur Herculis ad Hesperidas tendentis. Nec de Africa plura quae memorentur, occurrunt.

IX. (IX.) Adhaeret Asia, quam patere a Canopico ostio ad Ponti ostium Timosthenes $\overline{\text{XXVI}}$ XXXIX M. passuum tradidit. Ab ore autem Ponti ad os Maeotis Eratosthenes $\overline{\text{XVI}}$ XLV M. passuum. Vniversam vero cum Aegypto ad Tanain, Artemidorus et Isidorus $\overline{\text{LXIII}}$ LXXV M. passuum. Maria eius complura ab accolis

Ex eo numero Medi, Persae et Armenii, navibus in Africam transvecti, proximos nostro mari (mediterraneo scilicet) locos occupavere: sed Persae intra oceanum magis, ubi Plinius nimirum Pharusios locat, quos hoc ipso capite oceanum dixit attingere. Refert eadem ex Sallustio Isidorus, Orig. lib. IX, cap. 2. H. — Dalec. *Pharusi*, contra Stephani auctoritatem, ni fuerit mera amanuensium, vel operarum, culpa. Ed. P.

IX. *Adhaeret Asia.* Asiaeque prima pars Aegyptus, ut ait Mela lib. I, cap. 9. Hard.

Ostium. Volebat Pint. *os.* Ed. P.

$\overline{\text{XXVI}}$ XXXIX. Vicies sexies centena, et triginta novem millia passuum. Ita MSS. omnes. Numerus posterior apud Martianum corruptus lib. VI, cap. de Aegypto, quae est Asiae caput pag. 218. Hard.

Ore. Dalec. *ora*, repugnantibus vett. codd. praecipue Chiffl. Ed. P.

$\overline{\text{XVI}}$ XLV. Martianus: *Ab ore autem Ponti ad os Maeotis sedecies centena septuaginta quinque millia passuum.* Legit igitur LXXV, non XXXXV. Sed insigni, ut videtur, errore, numerum intervalli sequentis huc transtulit. H. — Dalec. *XL XLV.*

$\overline{\text{LXIII}}$ LXXV. Ter et sexagies centena, septuaginta quinque millia. In MSS. omnibus, Reg. 1, 2, Colb. 1, 2, Paris. Chiffl. tum hoc loco, tum lib. VI, cap. 38, ubi haec ruraum Asiae longitudo repetitur, miro consensu scriptum vidimus, *$\overline{\text{LXIII}}$ DCCL.* Et Parmensis editio ita fere utrobique exhibet. Quum vero hunc numerum explicare et concoquere Frobenius non posset, expuncto posteriore, nempe CCC minuit: nodumque, quum solvendo non esset par, abscidit. Sane sexagies ter centena et septingenta millia nemo latine dixerit: quum enim ter centena et septingenta sint decies, brevius atque apertius septuagies dixeris. Sed haec nimirum erroris occasio, haec hallucinationis ansa oblata amanuensibus est. Quum scriptum viderent in Plinianis codicibus, *$\overline{\text{LXIII}}$ sept. quinq.* Martianum secuti, *septingenta quinquaginta*, pro *septuaginta quinque* posuere. Quid quod Agathemerus, qui Artemidori epitomen fecit, eius nimirum quem hoc loco Plinius laudat auctorem, Geogr. lib. I, 3, multo breviorem mensuram facit huius longitudinis, quum Asiam a Canopico Nili ostio ad Tanais ostia patere scribit stadiis XL M. CXI, nec recta via, sed littoribus omnibus etiam,

2 traxere nomina: quare simul indicabuntur. Proxima Africae incolitur Aegyptus, introrsus ad meridiem recedens, donec a tergo praetendantur Aethiopes. Inferiorem eius partem Nilus, dextra laevaque divisus, amplexu suo determinat, Canopico ostio ab Africa, ab Asia Pelusiaco, CLXX M. passuum intervallo. Quam ob causam inter insulas quidam Aegyptum retulere: ita se findente Nilo, ut triquetram terrae figuram efficiat. Ideo multi Graecae litterae vocabulo, Delta appellavere Aegyptum. Mensura ab unitate alvei, unde se primum findit in latera, ad Canopicum ostium, CXLVI M. ad Pelusiacum CCLVI M. est. Summa pars con-
3 termina Aethiopiae, Thebais vocatur. Dividitur in prae-

sinuumque anfractibus comprehensis? τῆς δὲ Ἀσίας ἀπὸ Κανώβου ἕως Ταναΐδος ποταμοῦ μετὰ τῶν κόλπων, ὁ παράπλους σταδίων μυριάδων ὁ καὶ ριά. Efficit haec summa quinquagies centena, et quatuordecim millia passuum. Cui spatio ut Aegypti etiam mensuram addas, tamen Pliniana summa LXIII CXXXV millibus amplius septingentis hanc superabit. Similem isti amanuensium errorem detegemus inferius, n. 35, et alibi passim. H. — Vet. *LXXXVIII DCCL M.* Chifflet. *LXIII CCCL M.* Tolet. *XIII M. pass.* Isidorus in Chifflet. non legitur. DALEC. — Edit. Dalec. *LXXXVIII M. pass.* ED. P.

Proxima Africae. Mela lib. I, c. 9: *Asiae prima pars Aegyptus, ab hoc littore penitus immissa, donec Aethiopiam dorso contingat, ad meridiem refugit.* Martianus, loco cit., eadem hausit a Plinio: et Missi Theodosii, totidem verbis. HARD.

Determinat, Volebat Dalec. *disterminat.* ED. P.

CLXX. Diodorus Bibl. lib. I, p. 30, stadia assignat mille ac trecenta: quae sunt passuum millia fere CLXIII. Missi Theodosii, male CCLXXX. H.

Quam ob causam. Haec totidem verbis Missi Theodosii. HARD.

Ideo. Vet. apud Dalecamp. *ideoque.* ED. P.

Delta appellavere. Aegypti nomine Thebaidem, quae Nili ripam utramque accolit, Veterum nemo comprehendit: sed solum Delta. Herod. Euterpe lib. II, n. 15, p. 95. HARD.

Mensura. Martianus loco citato: Mensura *a principio fissurae ipsius fluvialis*, etc. HARD.

Findit. Chiffl. *fundit.* ED. P.

Ad Canopicum ostium CXLVI. Similem et ad Canopicum et ad Pelusiacum ostium mensuram statuunt Missi Theodosii, nempe CLXVI, sed mendose. HARD.

Summa pars. Martianus loc. citato. Summam porro Aegypti partem vocat, ab Aethiopise finibus, ad Libyae montes, qui Thebaidem finiunt, ut dicetur cap. 11, longe supra Deltam Aegyptium.

fecturas oppidorum, quas Nomos vocant: Ombiten, Apollopoliten, Hermonthiten, Thiniten, Phaturiten, Coptiten, Tentyriten, Diospoliten, Antaeopoliten,

Nomos. Tolet. *Nomus* graec. accusat. νομούς. Id oppidis praecipuis nomen fuit, cum circumiacente et contributo agro. Cyrill. Alexand. in Comment. ad Isai. cap. 19: Νομὸς δὲ λέγεται παρὰ τοῖς τὴν Αἰγυπτίων οἰκοῦσι χώραν, ἑκάστη πόλις, καὶ αἱ περιοικίδες αὐτῆς, καὶ αἱ ὑπ' αὐτῇ κῶμαι. Herodot. in Thalia νομούς quoque satrapias Persarum appellat. Has praefecturas Aegyptii nunc *Cassifs* vocant. H. — P. Picard, qui omnium diligentissimus Aegyptum lustravit, tabulam eius geographicam in 50 nomos praefecturasve descripsit, et regi Ludovico XV nuncupavit anno 1722, veteraque nomina cum novis contulit. Opus praestantissimum, at litteris utilissimum, saepe laudatur a Cl. d'Anville, *Mémoires sur l'Égypte ancienne et moderne.* B.

Ombiten. Dalec. *Ombiten, Phatniten, Apollopoliten.* Ed. P. — In Itiner. Anton. *Contra Ombos*, quod oppidum ibi Arabiae latere a Syene M. P. XXIII statuitur, ubi et a Ptolemaeo lib. IV, cap. 5, Ομβοι corrupte pro Ομβοι scribitur. In Notitia Imp. Rom. cap. 20, sub dispositione ducis Thebaidos, *Ambo* pro *Omba* legitur, ut ante nos alii adnotarunt. Reliquarum Thebaidis praefecturarum in primis hae cognitae. Απολλωνοπολίτης νομός, ab Apollinis civitate magna in latere Africae, quam Ptolemaeus in nomo Hermonthite collocat. Ερμωνθίτης, cuius Ερμωνθις πόλις Αἰγύπτου Stephano: Ptolemaeo, Ερμονθις Africae latere. Θινίτης, cuius metropolis Πτολεμαΐς Ερμίου, Ptolemaeo: Stephano, Θις, πόλις Αἰγυπτία, πλησίον Αβύδου· ὁ πολίτης Θινίτης. Hard.

Hermonthiten. Chiffl. *Hermothiten.* Ed. P.

Phaturiten. Ita restituimus, tum ope codicum Reg. 1, 2, Colb. 1, 2, Paris. et Chifflet. tum sacrarum litterarum admonitu, Ierem. XLIV, vs. 1 et 15; Ezech. XXIX, etc. in quibus terra Phatures, sive Phathures, portio Aegypti nominatur: etiam et Aegypti metropolis, ab Hieronymo, in Ezech. 29. Euseb. de locis Hebr. Φαθωρὶ χώρα Αἰγύπτου, ὡς ἐν Ἰεζεχιὴλ καὶ ἐν Ἱερεμίᾳ, ἔνθα κατώκησαν οἱ Ἰουδαῖοι. *Phatori regio Aegypti, ut est in Ezechiele et Ieremia, ubi habitarunt Iudaei.* In libris hactenus editis, quos Ortelius secutus est, *Phanturiten.* Eademque vox ab editoribus Pliniani operis rursum temere post Ombiten nomon in Parmensi editione repetita, negotium eruditis facessivit, ut ex ea voce Phatniten, seu novam aliam praefecturam excuderent, numerumque augerent. At post Ombiten in MSS. Reg. 1, 2, aliisque, Apollopolites sequitur: nec de Phatnite nomo in Thebaide iuxta Aethiopiam vel levis apud caeteros scriptores suspicio est. Sic paulo inferius ex Hermopolita post Panopoliten repetito, Thermopoliten confinxerunt, cuius nullum vestigium aut in MSS. exstat, aut in aliis scriptoribus.

Coptiten. Κοπτίτης, cuius metropolis Coptos, de qua cap. 11, *Kebth* et *Kibth* et *Al-Kibth* Aegyptum Arabes appellant: Aegyptum hominem, *Kebthi*, *Kibthi*, et *Kobthi*, unde Co-

Aphroditopoliten, Lycopoliten. Quae iuxta Pelusium est regio, nomos habet, Pharbaethiten, Bubastiten, Sethroiten, Taniten. Reliqua autem Arabicum, Hammoniacum tendentem ad Hammonis Iovis oraculum, Oxyrynchiten, Leontopoliten, Atharrhabiten, Cyno-

plorum esse et linguae Copticae appellatio ereditur; detrita, ut apparet, ex vetere appellatione, *Aegyptus*, priore syllaba. At Coptorum nomine soli intelliguntur indigenae, qui et Christiani. Natos enim in Aegypto Arabas Mahometanos vel Iudaeos, *Misri* ae *Misraim* vocant. Harn.

Tentyriten. Vet. apud Dalec. *Tempyriten*, *Diopoliten.* Ed. P. — De Tentyra, et Diospoli, non illa centum portarum urbe, sed altera, quae Iovis dicta est, cap. 11. Hard.

Antaeopoliten, etc. In Conc. Ephes. I, act. 4, p. 500, *Macarius Antei episcopus.* His praefecturis sua quaeque civitates nomina dedere, Ανταίου Antaei, Αφροδίτης *Veneris*, Λύκων *Luporum.* In Thebaide Agatharchides apud Photium, cod. 250, pag. 1340, collocat primo Λύκων πόλιν. Dein Αφροδίτης ἄλλην, Πανῶν, Διὸς πόλιν, ἣν καὶ καλοῦσι μικράν, Τεντυρίτην νομόν, Απόλλωνος πόλιν, ἧς ἐπάνω μὲν Κόπτος, ἔπειτα Ελεφαντίνη, εἶτα Αἰθιόπων χώρα. Plinius contrario ordine ab Aethiopum finibus exorsus, Nomos Thebaidis est prosecutus. Harn.

Quae iuxta Pelusium. Tum inter Nili ostia duo, quae magis versus orientem vergunt: tum extra ea, Arabiae latere. Φαρβαιθίτης a Φάρβαιθος metropoli: Βουβαστίτης a Βούβαστις; Τανίτης a Τάνις, nomen habent apud Ptolem. lib. IV, cap. 5. Σεθρωΐτου νομοῦ metropolis est Heraclea minor, Ηρακλέους μικρὰ πόλις. Harn.— *Pelusium.* Hanc urbem condidit Peleus Achillis pater, monitu deorum post lustrationem, si fides adhibenda sit Ammian. Marcell. lib. XXII, capite 16. Ed. P.

Pharbaethiten. Dalec. *Pharbaetiten.* Vet. apud eumdem *Barbethiten.* Ed. P.

Reliqua. Sobintellige, reliqua pars Aegypti, tam quae Delta continetur, quam quae extra Thebaidem est. Hard.

Arabicum. Qui maxime tendit in Arabiam: ut Αμμωνιακὸς ad Hammonem. Ptolem. lib. IV, cap. 5. Ibi Arabes Autei, ut dicetur libro seq. c. 33. Hard.

Oxyrynchiten. Οξύρυγχος oppidum, latere Nili occidentali. In nummo vetere Antonini Pii ΟΞΥΡΥΓΧΙΤΩΝ, III. Nummus *Oxyrynchitarum*, anno 18. Leontopolites, cuius metropolis Λεόντων πόλις, inter Nili ostia, et iam in ipso Delta. Leones ibi studiose ali, auctor est Aelianus, Hist. Anim. lib. XII, cap. 7. In nummo Iuliae Domnae, ΛΕΟΝΤΟΠΟΛΕΙΤΩΝ. Nominis vestigia retinet locus *Tel-Essabe*, id est, Leonis collis vocatur. Ed. P.

Atharrhabiten. Vel *Athribiten*, inter Nili ostia. Codices Reg. 1, 2, Colb. 1, et Paris. 1, habent *Athribiten*, quemadmodum et Ptolemaeus l. IV, cap. 5: Ανθριβίτης νομὸς, καὶ μητρόπολις Αθριβις. Nihil tamen necesse est immutari: nam Stephanus: Αθάρραβις, inquit, πόλις Αἰγύπτου, ὡς καὶ Ηρωδιανὸς ἐν τρίτῳ· Αθαρραβίτης νο-

politen, Hermopoliten, Xoiten, Mendesium, Sebennyten, Cabasiten, Latopoliten, Heliopoliten, Prosopiten, Panopoliten, Busiriten, Onuphiten, Saiten,

μός ἐν Αἰγύπτῳ: etc. Addit ex Hecataeo scribi etiam Αθαραμβίτης νομός. H.— Leg. *Athribiten*. Ita MSS. Reg. 1, 5, et editio princeps; et infra memoratur Athribis, nunc *Atreib*. Baot. — Dalec. *Atarrhabiten*. Eo. P.

Cynopoliten. Ab urbe quae in ipso Delta est, cui Κυνῶν, seu *canum* nomen: quod ibi Anubis colebatur, cui caninum caput: unde a Marone appellatur *Latrator Anubis*, Aeneid. lib. VIII. In Notitia Hieroclis pag. 55. Provinciae Aegypti secundae urbs est et Κύνω, cuius provinciae est et Σεβέννυτος, et Ξόϊς, et Βούσιρις. Hard.

Hermopoliten. Νομὸς Ερμοπολίτης, ab Ερμουπόλει μεγάλῃ; est enim et altera eiusdem nominis, sed parva, in Alexandrinorum nomo. Haec ab latere est occidentali Nili. Hodie *Ashmunein* vocari aiunt. Nummus anno Hadriani undecimo cusus, ΕΡΜΟ. L. ΙΑ. hoc est, Ερμοπολιτῶν. Ανκάβαντος ιὰ. *anno undecimo*. Haao.

Xoiten. In ipso quoque Delta Ξόϊς μητρόπολις, Ptolamaeo, loc. cit. Stephano et Straboni. Hard.

Mendesium. Dedit ei praefecturae nomen Μένδης πόλις Αἰγύπτου, περὶ τὴν Λύκων πόλιν, Straboni, lib. XVII, p. 802, et Steph. lib. 457. De Sebennyto oppido, unde nomo appellatio obtigit, dicemus cap. 11. H.—Dalec. *Sebenniten*, non *Sebennyten*. Ed. P.

Cabasiten. Hactenus in libris editis legebatur, *Capastiten*. In MSS. Reg. 1, 2, Colb. 1, 2, Paris. *Cabastiten*. Mendam admonitu Ptolemaei sustulimus, at Actorum consilii Ephes. I, in quibus act. 1, pag. 485, Theopemptus Cabasorum episcopus interloquitur. Eo. P.—Καβαστίτης Ptol. lib. IV, cap. 5, in ipso Delta, καὶ μητρόπολις Κάβασα, Nummus Hadriano principe cusus, KABAC. L. IA. Καβαστιτῶν. Ανκάβαντος ιὰ. *anno undecimo*. Haao.

Latopoliten. Aut, si mavis, Letopoliten. Est enim Λητουπολίτης νομὸς Ptolemaeo. loc. cit. et Λητοῦς πόλις, hoc est, Latonae civitas, latere Nili occidentali, Ptolemaeo et Stephano. Alii sunt Latopolitae dicti ab urbe Latorum, πόλις Λάτων, quam Ptolemaeus in Hermonthita nomo collocat: quod ibi Λάτον Nili piscem colerent, sic appellatam, ut docet Strabo lib. XVII, pag. 812. Haao.

Heliopoliten. Ηλιοπολίτης νομός, ipsaque adeo Heliopolis, quo Phoenix nidum suum deferre credebatur, a quibusdam Aegypto, Arabiae a nonnullis attributa est. Hinc Stephani error, duas esse Heliopoles existimantis: quoniam in Arabiae Aegyptique confinio fuit, ut docet Plinius c. 11. H. — Hodie *Ain-Sjems*, id est, fons solis. Ed. P.

Prosopiten. Orientali Nili latere, iuxta ipsum Delta, Προσωπίτης νομός Ptolemaeo lib. IV, cap. 5. Stephano Προσωπὶς πόλις Αἰγύπτου· τὸ ἐθνικὸν Προσωπίτης. In insula cognomine ponitur ab Herod. Euterpa lib. II, n. 165, p. 154. H.

Panopoliten. Inter *Panopoliten* et *Busiriten* legitur in edit. Dal. *Thermopoliten*. Ed. P.— Hinc Nonnus vates oriundus, paraphrasi in Ioannem, at Dionysiacis notus. Vrbs ipsa Ptolemaeo, loco citato, Πανόπολις. Antonino, *Panu*, a Thebis CXXXVIII, a

Ptenethu, Phthemphu, Naucratiten, Meteliten, Gy-
4 naecopoliten, Menelaiten, Alexandriae regione. Item Libyae Mareotis: Heracleopolites est in insula Nili,

Copto CXIV in Thebaide, latere Nili orientali. Hardo.

Busiriten. In medio Aegyptii Delta posita civitas, teste Herod. loco cit. n. 29, p. 100, Βούσιρις πόλις ἐν τῷ Βουσιρίτῃ νομῷ, Straboni l. XVII, pag. 802. Hic arae Busiridis poëtarum fabulis decantatae. In nummo Hadriani, BOYCI. L. IA'. Hard.

Onuphiten. Ονουφις πόλις et Ονουφίτης νομός Ptol. lib. IV, c. 5, inter Phthemphuti, et Athribiten: Herodoto quoque, Euterpe lib. II, n. 166. p. 154. Hardo.

Saiten. Prope Sebennyticam praefecturam Σαΐς a Strabone l. XVII, p. 802, inter Cabasiticam et Prosopiticam a Ptolemaeo, loco citato, collocatur in ipso Delta. Ibi Psammitichi regis tumulus fuit: Amasis cunae. In vet. nummo, CAITΩN. Hard.

Ptenethu. Vet. apud Dalec. *Ptenethum.* Alii *Ptenetrum.* Ed. P. — In Conc. Calched. *Heraclius Ptenethensis.* Is ipse nomus est, quem Ptolemaeus Φθενότην vocat, cuius metropolis Βοῦτος, de qua cap. 14 dicetur: quanquam diversos Ortelius facit. H.

Phthemphu. Vet apud Dal. *Phthemphum.* Alii *Phemphtu.* Ed. P. — Φθεμφουθί, sive Φθεμφουθὶ νομός Ptolemaeo loco cit. intra ipsum Delta. Metropolis Ταούα. Stephano, Ταύα. Antonino, *Tafa.* H.

Naucratiten. Naucratis, Athenaei Dipnosophistae patria intra Delta fuit. Naucratico Nili ostio inde nomen, uti dicemus cap. 11. Saiticae praefecturae quidam adscribunt.

Meteliten. Μετηλίτης νομός, Μέτηλις μητρόπολις Ptolemaeo loco citato, in ipso Delta. In Reg. 1, Colb. 1, 2, et Parm. ed. *Melentiten.* Reg. 2, et Paris. *Metelliten.* Et in Concil. Ephes. I, act. 1, pag. 489, *Macarius Metelitarum Aegypti* episcopus. Sed ingenti sane fiducia Frobenius *Nitriten* substituit, cuius fidem deinde caeteri editores secuti, neglecta vetustorum exemplarium auctoritate, in eumdem errorem impegerunt: quum Νιτριῶτις νομός, non Nitritis, auctore Strabone lib. XVII, p. 807, aliisque scribi oportuisset. Nitria urbs et mons fuit iuxta Alexandriam, ex Palladio in Lausiac. sacris monachorum agminibus celebratissimus. A nitri copia ei nomen, ut refert Sozomenus lib. VI, cap. 30. Hard.

Gynaecopoliten. Vet. apud Dalec. *Gymnopoliten.* Ed. P. — Γυναικόπολις, urbs mulierum, et Γυναικοπολίτης νομός. Straboni l. XVII, p. 303, et Stephano. Latere Africae extra Delta praefectura haec fuit. Hardo.

Menelaiten. Eodem Africae latere, in regionem Alexandrinorum, prope Nitriam urbs est Μενέλαος, inquit Strabo loco citato, et post eum Stephanus. In nummo vet MENEΛAIΤΩN. Hardo.

Item Libyae. Libyae, inquit, regioni praefectura adiacet Mareotis dicta. Μαρεώτης νομός Ptolemaeo l. IV, c. 5. Hardo.

Heracleopolites. Oppidi ac praefecturae Strabo meminit lib. XVII, pag. 809. Hanc ille caeteris omnibus nomis anteponit. In insula est, quam Nilus ante efficit, quam ad Memphim et Delta perveniat. Oppidum

longa passuum quinquaginta M. in qua et oppidum Herculis appellatum. Arsinoitae duo sunt: hi et Memphites, usque ad summum Delta perveniunt. Cui sunt contermini ex Africa duo Oasitae. Quidam ex his aliqua nomina permutant, et substituunt alios nomos, ut Heroopoliten, Crocodilopoliten. Inter Arsioniten autem ac Memphiten lacus fuit, circuitu CCL M. passuum: aut, ut Mucianus tradit, CCCCL M. et altitudinis quinquaginta passuum, manu factus: a rege, qui fecerat, Moeridis appellatus. Inde LXXII M. passuum, 5

Ptolemaeo dicitur, Ἡρακλέους πόλις μεγάλη. H.

Arsinoitae duo. Maior et minor, ut Oasitae, de quibus mox dicetur. Arsinoën ab occasu insulae Nili, de qua proxime dictum est, collocat Ptolemaeus. Arsinoën hoc loco cave credas esse eam quae Arabico sinu adiacet, de qua dicturi sumus l. VI, cap. 37. Haec qua de nunc agitur, Memphi multo propior fuit, et Africae latere HARD.

Duo Oasitae. Vet. ap. Dalec. *duo Oacitae.* Eo. P. — Οἱ δύο Οασῖται, Ptolemaeo loco citato, Οασις μικρά, et Οασις μεγάλη. In Notitia imperii, c. 20, Oasis maior et minor. Tres Oases distinguit Olympiodorus ap. Phot. in Bibl. cod. 8, p. 192: Strab. lib. II, pag. 130. Αὐάσεις nominatur, quae vox, inquit, Aegyptiis incultam, siticulosam, desertamque regionem sonat. HARD.

Alios nomos. In Reg. 1, 2, Colb. 1, 2, Paris. Chifflet. *alias nomos.* Sic muliebri genere Νιτριῶτιν νομὸν Strabo extulit, lib. XVII, pag. 807. HARD.

Heroopoliten, etc. Heroopoliten, ab Heroum urbe, Ἡρώων πόλει. Crocodipoliten, in ipsa Moeride palude, Κροκοδείλων πόλις, inquit Stephanus ἐν τῇ Μοιριδι τῇ λίμνῃ ἐν Αἰγύπτῳ. HARD.

CCCCL. Mela lib. I, cap. 9, *quingenta ipsa millia.* Muciano tamen subscribit planissime Herod. Euterpe, lib. II, n. 149, pag. 148, quum lacus ambitum ait esse stadiorum ter mille, et LX. HARD.

Quinquaginta passuum. Sic Herodotus loco cit. πεντηκοντόργυιον vocat. Orgyam pro passu accipi oportere, ex sequentibus Herodoti verbis liquet. Diodorus item, Bibl. lib. I, pag. 48: τὸ δὲ βάθος... ὀργυιῶν πεντήκοντα. H.

Moeridis. Μοίριδος, sive Μύριδος: utroque enim modo id nomen apud Herodot. scribitur, Euterpe lib. II, 13 et 68. Sic Mysiam et Moesiam dicimus. Vide quae dicturi sumus l. XXXVI, c. 16. H. — Moeridis lacus, nunc *le lac Birket-el-Karoun*, a rege Moeride, qui septem aetatibus hominum Sesostrin antecessit, factus. Ex hoc lacu fossaque Taneos aqua Nili in alterum lacum Moeridis, nunc *le lac de la Corne*, deferebatur. Nec movenda est difficultas de lacus Moeridis altitudine, quum aquam tot ca-

abest Memphis, quondam arx Aegypti regum: unde ad Hammonis oraculum XII dierum iter est. Ad scissuram autem Nili, quod appellavimus Delta, XV M. passuum.

X. Nilus incertis ortus fontibus, it per deserta et ardentia: et immenso longitudinis spatio ambulans, famaque tantum inermi quaesitu cognitus, sine bellis, quae caeteras omnes terras invenere. Originem (ut Iuba rex potuit exquirere) in monte inferioris Mauritaniae, non procul Oceano habet, lacu protinus sta-

nalibus siticulosaeque regioni deberet sufficere. Baot.

LXXII mill. passuum. Leg. *LXII mill.* Ita MSS. Reg. 1 et 2. In MS. Reg. 5, et editione principe, aliisque, *LXXII M.* At ipse locorum situs postulat minui potius, quam augeri numeros. Baot.

Memphis. Cuius nunc ipsae periere ruinae: loco tamen superesse aiunt nomen *Menf*, supra urbem *Gizeh.* Nunc ex adverso, in altera Nili ripa, hoc est orientali, excitata Cairus est, vulgo *al Cairo*, *le Caire*, ex Babilonis ruinis: quam falso Babylonem, Βαβυλῶνα, quidam vocarunt. *Babilon*, hoc est, parva Babel, vocabulo diminuentis formae, verum ei priscumque nomen fuit. Hanc designabat Ludovicus XII, Francorum Neapoleosque rex, in nummo alias a nobis explanato, inscripto scilicet, PERGAM BABILONIS NOMEN. *Hard.* et Eo. P.

Quondam arae. Vsque ad conditam Alexandriam. Diodorus Bibl. l. 1, pag. 47. Haad.

XV M. pass. Strab. lib. XVII, p. 807, distare Memphim a Delta scribit, tribus schoenis. Schoenus porro Eratosthenis ratione, ut Plinius ait lib. XII, cap. 31, patet stadia XL, hoc est, passuum quinque millia. Strabonis igitur mensura omnino cum Pliniana congruit. Haad.

Nilus incertis. Etiamnunc incerti sunt Nili fontes, qui ex montibus Lunae sive *Al-Qamar* oriri vulgo existimatur, *Bahr-el-Abiad*, sive album Flumen, primo vocitatum; de quo videas quae nuper edidit inclytus viator noster Caillaud, *Voyage à Méroé et au fleuve Blanc.* Ed. P.

Famaque tantum.... sine bellis. Vet. ap. Dalec. *famaque tantum quaesitus sine bellis.* Alii, *famaque tantum inermi quaesitus sine armis*, Eo. P.

In monte. Ita Solinus c. XXXII, p. 59, et Martianus lib. VI, cap. de Aegypto, pag. 218. Ita etiam Reg. 1 cod. At Reg. 1 et Chiffl. *in fonte*, minus recte. Ammianus enim lib. XXII, pag. 229: *Rex autem Iuba*, inquit, *Punicorum confisus textu librorum, a monte quodam oriri eum exponit, qui situs in Mauritania despectat Oceanum: hisque indicis hoc proditum ait, quod pisces et herbae, et belluae similes, per eas paludes gignuntur.* Ita etiam Xiphilinus in Severo, aliique, Nilum eliciunt ex Atlante monte.

gnante, quem vocant Nilidem. Ibi pisces reperiuntur alabetae, coracini, siluri. Crocodilus quoque inde ob argumentum hoc Caesareae in Iseo dicatus ab eo spectatur hodie. Praeterea observatum est, prout 2
in Mauritania nives imbresve satiaverint, ita Nilum increscere. Ex hoc lacu profusus indignatur fluere per arenosa et squalentia, conditque se aliquot dierum itinere. Mox alio lacu maiore, in Caesariensis Mauritaniae gente Massaesylum erumpit, et hominum coetus veluti circumspicit, iisdem animalium argumentis: iterum arenis receptus conditur rursus xx dierum

Ibi pisces. De quibus suis locis dicturi sumus lib. IX et XXII. De alabete privatim, et coracino, Nili piscibus, Strabo lib. XVII, p. 823. H.

Crocodilus quoque inde. Crocodilus quoque idcirco, inquit, ad indicium huius rei praebendum, repertus in eo lacu, a Iuba rege dicatus est in Isidis templo, et consecratus, Caesareae. H. — Miras huic loco tenebras offudit, tum interpolatorum audacia, tum etiam interpretum nimia subtilitas. Sic enim in editis libris legitur, Interpunctione etiam praepostere locata: *Ibi pisces reperiuntur alabetae: coracini, siluri, crocodilus quoque. Inde ob argumentum hoc Nili ortus creditus; Caesareae in Iseo dicatus ab eo spectatur hodie.* Addidere interpolatores haec verba, *Nili ortus creditus*, atque e margine glossema importunum in perspicuam per se planissimamque orationis seriem transvexerunt: quod nusquam in MSS. comparet, nec Reg. 1, 2, Colb. 1, 2, Paris. quos vidi, neque in Tolet. et Salmant. quos Pintianus, neque in aliis quos Salmasius laudat in Solin. p. 415. Sed et interpretes haud sane feliciter in hoc loco versatos esse intelligo, quum ipsius lacus picturam Salmasius in eo templo dedicatam esse, Hermolaum secutus affirmat: quod de vero crocodilo ibidem reperto, ac postmodum in Isidis aede appenso, ad memoriam rei sempiternam accipi, dicique oportuit. Harn.

Caesareae. Quae nunc *Vacur*, ut diximus. Harn.

In Iseo. Ἰσεῖον Isidis fanum vocari ait Plutarchus, lib. de Iside, p. 352. Fuit et Iseum Romae et Serapeum, urbis regione nona, apud P. Victorem in descriptione Romae. H.

Satiaverint. Hoc est, abundaverint. Ita libri omnes. Proponebat Dalec. *sauciaverint.* Refert haec quoque Solinus c. XXXII, p. 59. H. et Ed. P.

In Caesariensis Mauritaniae, etc. *Mauretaniae* per è semper habet Chifll. Dalec.

Circumspicit. Vel. ap. Dalec. *circuit.* Ed. P.

Iisdem animalium. Eodem, inquit, argumento indicioque intelligimus, Ipsum esse Nilum, qui has terras alluat, qui subinde se condat, emergatque, quod eadem animalia, quae superius censuimus, hic quoque reperiantur, Solinus, loc. cit. Harn.

desertis ad proximos Aethiopas: atque ubi iterum senserit hominem, prosilit, fonte (ut verisimile est) illo,
3 quem Nigrin vocavere. Inde Africam ab Aethiopia dispescens, etiamsi non protinus populis, feris tamen et belluis frequens, silvarumque opifex, medios Aethiopas secat, cognominatus Astapus; quod illarum gentium lingua significat aquam e tenebris profluentem.
4 Insulas ita innumeras spargit, quasdamque tam vastae magnitudinis, ut quamquam rapida celeritate, tamen dierum quinque cursu non breviore transvolet: circa clarissimam earum Meroen, Astabores laevo alveo dictus, hoc est, ramus aquae venientis e tenebris: dextro vero Astusapes, quod latentis significationem adiicit: nec ante Nilus, quam se totum aquis concordibus rursus iunxit: sic quoque etiamnum Siris, ut

Hominem. Volebat Dalecamp. *homines.* Ed. P.

Nigrin. Vet. apud Dalec. *Nigrum.* Ed. P.

Astapus, etc. Transcribit haec quoque Solinus, loco cit. Eamdem ob causam huic amni, ex Atlante monte prorumpenti nomen primum fuisse Dyrin, mox Melan, hoc est, Nigrum, Vitruvius scripsit: ratus nimirum Nigrin amnem, a quo Nigritae, Nilum ipsum esse. H. — Nostri sententia Astapus hic fluminis ramus esse videtur, qui nunc *Bahr-el-Abiad* dicitur. Ed. P.

Meroën. Quam insulam esse veteres credidere, peninsulam esse evincunt accuratissimae recentiorum tabulae geographicae, et iam superius laudatum docti viatoris Caillaud opus cui titulus *Voyage à Méroé et au fleuve Blanc*, quod vide. Ed. P.

Astabores. Permutat haec Nili ramorum nomina Eratosthenes ap. Eustath. in Dionys. pag. 93. Ptolemaeo vero l. IV, c. 8, Astores est, Plini Astusapes. Astabores, si mentem Plinii sequamur, hic ramus est qui nunc *Bark-el-Azerek*, sive caeruleum flumen vocatur, Astusapes vero Straboni Astotabas dictus, qui hodie *Tacazze.* De his autem omnibus opus iam superius bis laudatum videas et, si libuerit, dissertationem D. Delisle, in Historia Academiae Regis Scientiarum, anni 1708, pag. 365, de situ insulae Meroës. Caeterum pro *Astusapes*, libentius *Astasupes*, litteris permutatis agnoverim: quoniam in similibus vocibus, *Astabores*, et *Astapus:* vox *Asta* iis gentibus aquam sonare videatur. Haan.

Quod latentis. In Reg. 1, 2, etc. *lateris:* quasi vox ea significet latus aquae venientis e tenebris. Id vero vix placet. Haan.

Siris. Vet. apud Dalecamp. *Giris ante nominatus.* Ed. P. — Festus Avie-

ante, nominatus per aliquot millia, et in totum Homero Aegyptus, aliisque Triton: subinde insulis impactus, totidem incitatus irritamentis: postremo inclusus montibus, nec aliunde torrentior, vectus aquis properantibus ad locum Aethiopum, qui Catadupi vocantur, novissimo catarracte inter occursantes scopulos non fluere immenso fragore creditur, sed ruere. Postea lenis et confractis aquis, domitaque violentia, aliquid et spatio fessus, multis quamvis faucibus in Aegyptium mare se evomit. Certis tamen diebus auctu magno per totam spatiatus Aegyptum, fecundus innatat terrae.

nus, in Descript. orbis, vers. 336: *Hic qua secretis incidit flexibus agros Aethiopum in lingua Syris ruit: utque Syene Caerulus accedens diti loca flumine adulat, Nomine se clarum Nilum trahit*, etc. Dionysii Periegetae carmen illud expressit, vs. 213: Σῖρις ὑπ' Αἰθιόπων κεκλήσκεται· οἱ δὲ Συήνης Ενναέται στρεφοέντι μετ' οὔνομα Νεῖλον ἔθεντο. Vbi Eustathius ait esse barbaram vocem Sirin, cuius proinde οὐ χρὴ ζητεῖν ἑλληνικὴν ἐτυμολογίαν. Vide etiam Stephanum, verbo Συήνη. Hard.

Homero Aegyptus. Odysseae lib. IV, vs. 477. Hesychio pariter: Αἴγυπτος, ὁ Νεῖλος ὁ ποταμός, ἀφ' οὗ καὶ ἡ χώρα ὑπὸ τῶν νεωτέρων Αἴγυπτος ἐκλήθη. *Aegyptus, Nilus fluvius, a quo regio a recentioribus Aegyptus est appellata.* Hard.

Aliisque Triton. Lycophroni in Cassandra, pag. 25, Τρίτωνος ἐκβολαῖσιν. Vbi Tzetzes: Τρίτων ὁ Νεῖλος, ὅτι τρὶς μετωνομάσθη, etc. propterea quia ter nomen mutaverit: primum enim Oceanus: deinde Aetus, sive Aquila, mox Aegyptus appellatus est. Nili nomenclationem recentissimam putat. Hard.

Nec aliunde. Dalec. *nec alibi*, neglecta Tolet. auctoritate. Ed. P.

Qui Catadupi vocantur. Chiffl. *vocatur.* Eo. P. — Sic populi catarractarum accolae vocitantur. Ammianus lib. XXII, pag. 228: *Aegyptia gens*, inquit, *qua orientem prospicit, Elephantinen, et Meroën urbes Aethiopum, et Catadupos, rubrumque pelagus*, etc. Ipsi etiam Nili catarractae, κατάδουπα vocantur, quod ibi aqua cum sonitu cadat: a δουπέω, *cado.* Hard.

Catarracte. Dal. *Cataracte.*

Domitaque.... faucibus. Sic emendabat Pintianus: *domitaque alioqui violentia: et quamvis spatio fessus, multis faucibus*, etc. Eo. P.

Multis quamvis. Ita libri omnes. Sensus est: Quamvis, ut ait Mela lib. I, cap. 9: *septem in ora se scindat, singulis tamen grandis evolvitur.* Et, ut Seneca, Nat. Quaest. lib. IV, cap. 2, *quodcumque elegeris ex his, mare est.* Hard.

Fecundus. Dalec. *faecundus.* Vet.

Causas huius incrementi varias prodidere: sed maxime probabiles, Etesiarum eo tempore ex adverso flantium repercussum, ultra in ora acto mari: aut imbres Aethiopiae aestivos, iisdem Etesiis nubila illo ferentibus e reliquo orbe. Timaeus Mathematicus occultam protulit rationem: Phialam appellari fontem eius, mergique in cuniculos ipsum amnem, vapore anhelantem fumidis cautibus ubi conditur. Verum sole per eos dies cominus facto, extrahi ardoris vi, et suspensum abundare, ac ne devoretur, abscondi. Id evenire a Canis ortu, per introitum solis in Leonem,

apud ipsum *secundus*. Ed. P. — Atque idcirco Χρυσορρόας ab Epiphanio, Cedrenoque vocatur, ob divitias quas importat agris. Hard.

Causas. Quas Plinius nunc causas affert, has Mela habet, qui eleganter admodum breviterque complexus lib. I, cap. 9: *Sive quod per ea tempora*, inquit, *flantes Etesiae, aut actas a septemtrione in meridiem nubes super principia eius imbre praecipitant: aut venienti obvii adverso spiritu cursum descendentis impediunt: aut arenis, quas cum fluctibus littori applicant, ostia obducunt: fitque maior, vel quod nihil ex semet amittit, vel quod plus quam solet accipit, vel quod minus quam debet emittit*. Hard.

Etesiarum. Thaletis haec sententia fuit, Laërtio teste in eius vita pag. 9, quam refellit Seneca. Quaest. Nat. lib. IV, cap. 2, pag. 886, et Herod. Euterpe lib. II, n. 19, pag. 97. H.

Vltra in ora. Ita libri omnes MSS. Hoc est, ulterius in ipsa Nili ostia reiecto mari, Etesiarum ventorum impellentium vi. Seneca loco citato *acto contra ostia mari*. Legi tamen et *ultro* potest: quod et *procul* sonat. Plautus in Casin. *Vltro te, amator: apage te a me*. In Capt. *Vltro istum a me*. Hard.

Aut imbres Aethiopiae. Haec Democriti Abderitae opinio, et Agatharchidae Cnidii, quam pluribus coarguit Diodorus Sic. Bibl. lib. I, pag. 36, et quae tamen hodie sola vera existimatur. Haad. et Ed. P.

Phialam. Sic et fontem Iordanis Φιάλην appellari Iosephus est auctor, Bell. Iud. lib. III, cap. 18, p. 860, idque ei nomen esse ex rotunditate, quod sinuatus in orbem ambitus eius visatur. Hard.

Vapore. Calore solis, ut monuimus lib. II, cap. 40. Refert quoque Solinus cap. XXXII, pag. 59. Haad.

Et suspensum abundare. Exundare. Hanc eamdem ob causam oceanum intumescere Veterum nonnulli credidere: extractum nempe solaribus radiis, et erectum suspensumque vi caelestis ardoris terras inundare. Sic Lucanus cecinit, causam vestigans maritimi aestus lib. I, vs. 415: *Flammiger an Titan, ut alentes hauriat undas, Erigat oceanum, fluctusque ad sidera tollat*. Haad.

Ac ne devoretur. Malebat Dalec. *ac rursumne*, etc. Ed. P. — Nec so-

contra perpendiculum fontis sidere stante, quum in eo tractu absumantur umbrae. Plerisque e diverso opinatis largiorem fluere, ad septemtrionem sole discedente, quod in Cancro et Leone evenit: ideoque tunc minus siccari. Rursus in Capricornum et austrinum polum reverso sorberi: et ob id parcius fluere. Sed Timaeo si quis extrahi posse credat, umbrarum defectus iis diebus et locis sine fine adest.

Incipit crescere luna nova, quaecumque post sol- 8
stitium est, sensim modiceque Cancrum sole transeunte, abundantissime autem Leonem. Et residit in Virgine, iisdem, quibus accrevit, modis. In totum autem revocatur intra ripas in Libra, ut tradit Hero-

lis ardore absumatur, iterum terris se condere. Hard.

Quum in eo tractu. Quum in eo tractu terrarum, sole fonti ad perpendiculum, εἰς κάθετον, imminente, hora diei sexta, sive meridiana, umbrae ibi nullae sint. Nili fontem igitur Timaeus citra Aequatorem quintadecima fere mundi parte, sive gradu latitudinis collocavit. Hard.

Plerisque e diverso. Quibus adstipulatur Herodotus, Euterpe lib. II, n. 24, pag. 98. Id vero quomodo accipiendum sit, planissime Pomponius aperit lib. I, cap. 9, collatamque simul a Salmasio in Solin. Exercit. pag. 426, criminationem omnem in Plinium eluit: *Sive quod sol hieme*, inquit (*in Capricornum scilicet austrinumque polum regressus*), *terris propior, et ob id fontem eius* (*Nili*) *in aestate tunc altius abit*, discedens a fonte longissime, quod fit in Cancro et Leone *sinitque integrum* fontem, *et ut plenissimus est, surgere*; quem illi fontem Capricorni Tropico subiectum esse suspicabantur. H.

E diverso opinatis, etc. *E* in Chifletii codice deletur et MS. Ed. P.

Sed Timaeo. Si quis Timaeo credat aienti extrahi sublimem suspensumque amnem ardoris vi, adversatur ei defectus umbrarum assidnus in eo tractu terrarum, iis diebus, quibus austrinum etiam polum lustrat: intumescere enim anno toto Nilum oporteret. Hard.

Incipit crescere. Ab incrementi causa, quam assequi posse desperat, ad tempus modumque transfert orationem. Hanc Solinus quoque exscripsit c. XXXII, p. 59, et Missi Theodosii totidem verbis. Excogitavit V. Cl. De-la-Chambre, Med. Gallus, novam Niliaci incrementi causam, quam in lutum eius amnis nitrosum coniicit, opere singulari et erudito. H.

Et residit in Virgine. Non hoc ex Herodoto Plinius refert, ut putat Salmasius in Solin. p. 436. Nam is etiam, quum est in Virgine sol crescere Nilum ad aequinoctium usque autumni censet. Hard.

Herodotus. Euterpe libro II, n. 19,

dotus centesima die. Quum crescit, reges aut praefectos navigare eo, nefas iudicatum est. Auctus per puteos mensurae notis deprehenduntur. Iustum incrementum est cubitorum XVI. Minores aquae non omnia rigant: ampliores detinent, tradius recedendo. Hae serendi tempora absumunt solo madente: illae
9 non dant sitiente. Vtrumque reputat provincia. In duodecim cubitis famem sentit, in tredecim etiamnum esurit: quatuordecim cubita hilaritatem afferunt: quindecim securitatem: sedecim delicias. Maximum incrementum ad hoc aevi fuit cubitorum decem et octo Claudio principe: minimum quinque, Pharsalico bello

pag. 97, et n. 27, p. 99. Plinio, de incrementi initio: de fine, Herodoto Lucanus subscribit lib. X, vs. 225: *Nilus neque suscitat undas Ante Canis radios, nec ripis alligat amnem Ante parem nocti Libra sub iudice Phoebum.* Hard.

Auctus Incrementi. Dalec. *auctus eius*, addita voce *eius*, quae in Tolet. et vet. deletur. Puteus est, inquit Strabo lib. XVII, p. 817, in ripa Nili ex integro lapide structus: in quo et maxima, et minima, et mediocria Nili incrementa notantur: nam putei aqua cum Nilo pariter crescit ac decrescit. Suntque in putei pariete notae quaedam insculptae incrementorum, etc. Νειλομέτρεον e re ipsa huiusmodi puteis factum nomen est. Hard. et En. P.

Cubitorum XVI. Id quoque Solinus loco cit. Idcirco nimirum a Vespasiano Augusto in templo Paeis dicata Nilo imago est, cum sedecim liberis, quibus incrementi Niliaci cubita sedecim significarentur, ut auctor est Plinius lib. XXXVI, c. 11. His adde ea quae dicenda sunt lib. XVIII, cap. 47. H. — Vt intelligatur Nili auctus, eiusque altitudo, observandum est Aegyptium cubitum, qui in Nilometro urbis *le Caire* adservatur, esse regia nostra mensura Galliea pollicum 20. Brot.

In duodecim. Solinus loco citato. Dissentit Strabo lib. XVII, p. 788. Hard.

Claudio. Solinus loco citato.

Minimum quinque. Ita Solinus et MSS. omnes, non Plinii modo, sed et Missorum Theodosii: *In duodecim cubitis famem sentit: in XIII esurit: XIV cubiti hilaritatem afferunt: XV securitatem: XVI delicias. Maximum incrementum ab hoc aevo fuit cubitorum XVII Claudio principe: minimum V, Pharsalico bello*, etc. Perperam in editis hactenus, *minimumque*. His adde et quae Seneca refert, Natur. Quaest. lib. IV, cap. 2, pag. 886: *Biennio continuo, regnante Cleopatra, non ascendisse Nilum, decimo regni anno et undecimo cos. tat. Significatum aiunt duobus rerum potientibus defectionem. Antonii enim Cleopatraeque defecit imperium.* H.

veluti necem Magni prodigio quodam flumine aversante. Quum stetere aquae, apertis molibus admittuntur. Vt quaeque liberata est terra, seritur. Idem amnis unus omnium nullas exspirat auras.

Ditionis Aegypti esse incipit a fine Aethiopiae Syene: 10 ita vocatur peninsula mille passuum ambitu, in qua Castra sunt, latere Arabiae: et ex adverso insula IV Philae, DC M. passuum a Nili fissura, unde appellari

Molibus. Perfossis aggeribus, quibus inhibentur aquae, admittuntur eae in agros arte et industria, quum ultro ac sponte non increscit: Nilus. Haro. — Chiffl. *emittuntur*, non *admittuntur*. Eo. P.

Nullas exspirat. Id quoque Solinus a Plinio loco citato, Plinius ab Herodoto, Euterpe lib. II, n. 19, pag 97. Ab utroque Ammianus lib. XXII, pag. 228, et alii. Auras autem crassiores intellige nebulas, nec tenues exclude halitus qua laude Borysthenes Nilo antecellit, ut dicemus lib. XXXI, cap. 30. Haro.

Ditionis Aegypti. Chifflet. *ditionis Aegyptiae.* Eo. P. — Solinus capite XXXII, pag. 60. Haro.

Syene. Nunc *Assouan.* Huc Iuvenalis ablegatus specie honorificae militiae: nam tres cohortes romanae ibi praesidii causa excubabant, teste Strabone lib. XVII, pag. 797, quae mox Castra Plinius appellat. Ibi et obiit: hoc ei Satyrae profuerunt. De Syene diximus iam lib. II, cap. 75. Hard. et Ed. P.

In qua Castra. Cerastae, non *Castra*, exhibent libri omnes impressi, contra fidem omnium plane codicum MSS. Reg. 1, 2, Colb. 1, 2, Paris. Tolet. et Salmant. ut Pintianus ipse testatur. Sic paulo post eorumdemque exemplarium admonitu, *peninsula mille passuum ambitu* scripsimus, non *centum mill. pass.* ut hactenus legebatur. Haro.

Et ex adverso. Dalec. *et in adverso.* Eo. P. — Hoc est, ex adverso Africae latere. Sententia enim huius loci est, Nilum ditionis Aegyptiae censeri, latere quidem Arabiae, a Syene: adverso Africae latere, a Philis insula, Africae contributa: Nili alveo qui Philas circumit, eas ex adverso continentis, in qua Syene est, collocante. Quomobrem eo latere *regni claustra Philas* Lucanus appellat lib. X, vers. 313: *Quae dirimunt Arabum populis Aegyptia rura.* H.

Insula IV. Hoc est, insula quatuor millium passuum ambitu, uti Syene peninsula mille tantum. Haro. — Dalec. *insulae IV Philae.* Vet. *Pilae*, non *Philae.* Ed. P.

Philae. In Notitia imperii, cap. 20, *Filae.* Τὰς Φιλὰς appellat Strabo lib. XVII, p. 818. Parvam eam insulam fuisse testis est αὐτόπτης Aristides, qui fere totam urbe ipsa ait occupari: quod et Seneca asseverat, Natur. Quaest. lib. IV, c. 2, p. 885. Haro. — Philae, nunc *Djézirct-el-Birbé*, *l'île du Temple*, insula quatuor M. pass. ambitu.

diximus Delta. Hoc spatium edidit Artemidorus, et in eo CCL oppida fuisse. Iuba CCCC M. passuum. Aristocreon ab Elephantide ad mare DCCL M. passuum. Elephantis insula intra novissimum catarracten IV M. passuum, et supra Syenen XVI M. habitatur, navigationis Aegyptiae finis, ab Alexandria DLXXX M. pass. In tantum erravere suprascripti. Ibi Aethiopicae conveniunt naves. Namque eas plicatiles humeris transferunt, quoties ad catarractas ventum est.

XI. Aegyptus super caeteram antiquitatis gloriam XX M. urbium sibi Amase regnante habitata praefert:

Elephantide. Legebat Dalec. libentius *Elephantine.* Ed. P.

Ad mare. Scilicet Mediterraneum. Hard.

Elephantis. Quae caeteris Ἐλεφαντίνη, ea Melae lib. I, cap. 9, et Parthenio apud Stephanum, p. 258, Ἐλεφαντίς. Hard. — Elephantis, nunc *El-Sag*, *l'île Fleurie.*

Intra novissimum. Hoc est, infra, citra. Nam supra Elephantinam insulam, sive ulterius versus austrum, est cataracles. Strabo lib. XVII, p. 817: Μικρὸν δ' ὑπὲρ τῆς Ἐλεφαντίνης ἐστὶν ὁ μικρὸς καταῤῥάκτης, etc. H.

IV M. passuum. Dalec. *tria M. pass.* contra Toletan. codic. fidem. Ed. P.

Et supra Sienen. Erral hic Plinius. Elephantis insula non distat a Syene XVI mill. pass. Immo proxima est, et ex adverso. Crediderim Plinium perperam scripsisse Syenen, quum scribendum esset *Philas*; et adhuc longior, quam par est, videbitur mansura. Baor.

Navigationis Aegyptiae finis. Philas enim, quae a Syena centum stadiorum itinere disiunctae, supra cataracten sitae sunt, plaustro iter est, non amne, ut docet Strabo l. XVII, pag. 818. H.

DLXXX. Ita Reg. 1, 2, Colb. 1, 2. At Chiffl. DLXXXV. Hard. — Dalec. CCCCCLXXXVI. Ed. P.

Suprascripti. Artemidorus, Iuba, et Aristocreon. H.

Plicatiles. Quoniam fiebant fortassis ex pellibus. Eiusmodi erant navigia Babyloniorum coriacea πλοῖα πάντα σκύτινα, quae Herodotus describit, Clio lib. I, num. 194, p. 81: neque enim ex lignis fiebant, sed ex pellibus: Οὐκ ἐκ ξύλων ποιεῦνται τὰ πλοῖα, ἀλλ' ἐκ διφθερέων. Forte etiam et ex papyro plicabilia fieri potuerunt. H.

Aegyptus super caeteram antiquitatis gloriam, etc. Habet eadem Mela, lib. I, c. 9, p. 43. H.

XX M. urbium. Amplius XXXIII urbium millibus habitatam fuisse Ptolemaeo Lagida regnante, scribit Tzetzes, Chiliad. III, histor. 67, vs. 72. Amplius XVIII millibus, Diodorus, Bibl. lib. I, pag. 27. H.

Sibi. Vet. apud Dal. *ibi.* Ed. P.

Amase regnante. Olympiade LVI,

nunc quoque multis, etiamsi ignobilibus, frequens. Celebratur tamen Apollinis: mox Leucotheae: Diospolis magna, eadem Thebe portarum centum nobilis fama: Coptos Indicarum Arabicarumque mercium Nilo proximum emporium. Mox Veneris oppidum, et iterum Iovis, ac Tentyris: infra quod Abydus, Menno-

amplius decennio ante Cyri Persarum regis tempora. H.

Etiamsi. Exempl. Tolet. *etiam non* Ed. P.

Celebratur. Vet apud Palec. *celebrantur*. Ed. P.

Apollinis. Απόλλωνος πόλις [illegible]λη, quam Antoninus in Itinerar. Thebaidis, *Apollonos superioris* vocat, citra Syenen passuum millibus LXXII, Africae latere. Ab ea nomon Apollopoliten nomen esse sortitum diximus cap. 9. H. — Apollinis dicta quoque Apollinopolis magna, nunc *Adfou*.

Leucotheae. Hoc credo Lucinae fuisse nomen inditum a candore, qualis in luce cernitur. Sane Ovidius lib. II Fastorum, a luce nomen Lucioae derivat: *Gratia Lucinae: dedit haec tibi nomina lucus: Aut quia principium tu Dea lucis habes*. Lucinae porro oppidum, Εἰληθυίας πόλιν inter Thebas et Syenen Ptolemaeus agnoscit, lib. IV, c. 5. H. — Hunc *El-kab*.

Diospolis. Διός πόλις μεγάλη, αἱ Θῆβαι, Ptolemaeo, loc citat. unde regioni Thebaidis nomen. Arabiae latere posita civitas fuit, a Copto M. P. XLIV apud Antonin H. — Nunc *Quarnac* et *Louqsor* in ripa Nili orientali, et in occidentali *Kournou* et *Medineh-Tabou*. Tantam enim locorum amplitudinem adhuc obtinent admiranda celeberrimae urbis radera. Nusquam terrarum plus est antiquitatis et artium.

Portarum centum. Vnde Εκατόμπυλος ab Homero primum, Iliad. lib. I; et a Stephano cognominata, verbo Διός πόλις. Mela lib. 1, cap. 9, pag. 13: *Thebae, quae ut Homero dictum est, centum porta[illegible] sive, ut alii aiunt, centum aulas habent, totidem olim principum domos, solitasque singulas, ubi negotium exigeret, dena armatorum millia effundere*. Sic ex una civitate exibant armatorum militum centum myriades: Galli dicunt *un million*. H. — Dubium certe hoc videbitur reputantibus, ut id verum esset, in urbe recensendas fuisse trecentas, aut etiam quadringentas incolarum myriadas. Ed. P.

Coptos. A quo Copticae praefecturae nomen, de qua cap. 9. Harc. — Nunc *Keft*.

Mox Veneris. Illud ipsum, a quo Aphroditopolites nomos nomen habet, de quo c. 9. H. — Dicta quoque est Aphroditopolis, nunc *Agfoun*.

Et iterum Iovis. Hoc est, alis Diospolis: Διός πόλις μικρά, Ptolemaeus lib. IV, c. 5. Diospolis parva, a qua Diospoliticae praefecturae nomen, de qua cap. 9. Proxima ei est Τέντυρα, unde Tentyrites nomos dictus: utraque Africae latere, sive ad Nili ripam occidentalem posita, in Thebaide. Tentyra versus austrum recedit a Diospoli M. P. XXVII ex Antonino. Diospolis rursum ab Abydo, de qua mox, M. P. XXVIII. H. — Est Diospolis

nis regia, et Osiris templo inclytum, VII M. CCCCC pas-
2 suum in Libyam remotum a flumine. Dein Ptolemais, et Panopolis, ac Veneris iterum. Et in Libyco Lycon, ubi montes finiunt Thebaidem. Ab iis oppida Mercurii, Alabastron, Canum, et supra dictum Herculis.

parva, nunc *Hou*; Tentyris, nunc *Dendera*.

Infra quod. Infra Diospolim et Tentyram, secundo Nili flumine, Aegypto, quod Delta vocant, propius. Abydon porro, Ἄβυδον, Memnonis regia et Osiridis fano inclytum fuisse, tradit quoque Strabo lib. XVII, pag. 813, et Solinus, cap. XXXII, pag. 61. Sed *Mennonis* legi hic oportere, non *Memnonis*, quamquam sic habent editiones vetustae, dicemus ad librum VI, cap. 35. H. — Abydus urbs, nunc *el-Berbi*, id est, *le Temple*.

Et Osiris. Osiris quem Aegyptii colunt, Bacchum esse aiunt, inquit Herod. Euterpe, lib. II, n. 42, pag. 106. H.

In Libram. In eam Africae partem, quam Libyes Aegyptii obtinent. HARD.

Dein Ptolemais. Ab Abydo versus septemtrionem, et Delta Aegyptiacum refugiens, M. P. XXII eodem Africae latere, in Thebaide, apud Antonin. Vrbs haud Memphi minor, teste Strabone, loco citato. HARD. — Nunc vocatur *Memshiet-el-Nèdè*.

Et Panopolis. Haec eodem ordine Strabo, loco citato: Πανῶν πόλις, καὶ Αφροδίτης, καὶ Λύκων πόλις. Hoc Veneris oppidum, multo magis ab Boream et Delta Aegyptiacum accedit, quam supradictum. De Panopoli diximus c. 9. Lupoum urbem in Thebaide Africae latere collocat Antonin. a Ptolemaide LXIII M. P. Ab his oppidis nomi Lycopolites, Panopolites et Aphroditopolites, nomen accepere. HARD. — Panopolis, nunc *Akhmin*, ubi multa sunt antiquitatis monumenta. Altera autem haec Veneris urbs, dicta quoque Aphroditopolis, penitus periit. Fuit ultra Lycum [illegible]alem. BROT.

In Libyco. A Nili fissura, quae Delta efficit, usque ad fines Thebaidis, quidquid terrarum interiacet, comprehensa etiam regione Alexandriae et Mereotidi proxima, Libyam appellabant: quod adverso Nili latere, Arabiam. Strabo lib. XVII, pag. 806. HARD. — Lycon, nunc *Siouth*.

Vbi montes. Ibi nunc sunt Coenobia Abyssinorum et Apollinis Abbatis. BROT.

Ab iis. Ab iis montibus. H.

Mercurii. Hermopolim intelligit, Ἑρμοῦ πόλιν, iam extra Thebaidem in Aegypto positam, a Lycon oppidu Thebaidis, M. P. LIX dissitam, versus septemtrionem, Africae latere, teste Antonino in Itinerario. Ab hac Hermopolitae nomo facta appellatio est, quo de nomo cap. 9. HARD. — Nunc *Aschemounain*, cuius egregium monumentum edidit P. Sicard, *nouveaux Mémoires des Missions dans le Levant*, tom. II, pag. 208. BROT.

Alabastron, etc. Graece dixeris, Αλαβάστρων, Κυνῶν, Ηρακλέους. In his enim vox *oppida* subintelligi debet. Ptolemaeo lib. IV, cap. 5, Αλαβαστρῶν πόλις, in Cynopolite nomo:

Deinde Arsinoe, et iam dicta Memphis: inter quam et Arsinoiten nomon, in Libyco, turres, quae pyramides vocantur: labyrinthus in Moeridis lacu nullo addito ligno exaedificatus: et oppidum Crialon. Vnum praeterea intus et Arabiae conterminum claritatis magnae, Solis oppidum.

(x.) Sed iure laudetur in littore Aegyptii maris 3
Alexandria, a Magno Alexandro condita, in Africae parte, ab ostio Canopico XII mill. passuum iuxta Mareotim lacum, qui locus antea Rhacotes nominabatur.

cui ad septentrionem Κυνῶν πόλις imponitur: quo situ et a Plinio collocatur, Africae latere. H. — Alabastron oppidum fuit in dextra Nili ripa: penitus periit. Prope fuit mons Alabastrenus, nunc *le mont Saint-Antoine*, et Alabastrites collis, nunc *le côteau Hessan*. Canum, dicta quoque Cynopolis, nunc *el-Gis*, secundum eruditissimum Champollion, *Égypte sous les Pharaons*, tom. I, pag. 302. Eo. P.

Et supra dictum Herculis. Cap. 9 in Heracleopolite nomo. H. — Heraeleopolis, nunc *Ahnas*.

Arsinoe. Eodem Africae latere, haud procul Memphi. Ab ea nomos Arsinoites, de quo cap. 9. Hard. — Arsinoe, dicta quoque Crocodilopolis, nunc *Fayyoum*.

In Libyco. Africae latere. H.

Pyramides. De his dicemus lib. XXXVI, cap. 16. De Labyrintho dicemus eodem libro, cap. 19. H.

In Moeridis lacu. In Reg. 1 et 2, *et Moeridis lacu*. Forte pro *ad Moeridis lacum*. Nam Herod. Euterpe lib. II, num. 149, pag. 147, παρὰ Μοίριος λίμνην, et num. 148, ὀλίγον ὑπὲρ τῆς λίμνης τῆς Μοίριος. H. — Labyrinthus ille, nunc *Havara*, haud procul ab urbe Arsinoe, orientem versus. Brot.

Crialon. Ita libri omnes, R. 1, 2, Colbert. 1, 2, Paris. Chiffl. An pro *Crocodilon*, Κροκοδείλων πόλις, quam in Moeride palude sitam esse ex Stephano superius diximus, cap. 9, confirmatque Herodotus, Euterpe, lib. II, num. 147, ubi Labyrinthum ait exstructum esse supra stagnum Moerios, versus urbem Crocodilon. H. — Vrbs illa fuit prope Pyramides, meridiem versus. Penitus periit. Br.

Solis oppidum. Heliopolis, de qua disimus cap. 9, in Heliopolite nomo, Arabiae confinl. Hard. — Nunc *Ain-Schams*, i. e. oculus Solis; vulgo quoque. *Mathariah*.

Sed iure. Transcribit haec Martianus lib. VI, c. de Aegypto, p. 219. In Commentariis Academiae Regiae Scientiarum, anni 1716, pag. 298, dicitur altitudo Alexandriae esse graduum 31° 11'. Hard.

Mareotim lacum. Nunc *Birk-Mariout*. Eo. P.

Qui locus antea Rhacotes. Hanc lectionem egregie constabiliunt Stephanus, et Strabo, lib. XVII, pag. 792. Ille enim tum pag. 592: Ῥακώτης, οὕτως ἡ Ἀλεξάνδρεια πρότερον

Metatus est eam Dinochares architectus pluribus modis memorabili ingenio, XV M. passuum laxitate insessa, ad effigiem Macedonicae chlamydis orbe gyrato laciniosam, dextra laevaque anguloso procursu: iam tum tamen quinta situs parte regiae dicata.

4 Mareotis lacus a meridiana urbis parte, euripo e

ἐκαλεῖτο: *Rhacotes, sic Alexandria prius vocabatur.* Tum verbo Αλεξάνδρεια, ἐκλήθη δὲ Ρακῶτις, καὶ Φάρος, etc. Iste partem Alexandriae ait fuisse ita vocatam, quae navalibus immineret. Vitium receptae lectionis in Plinianis libris odoratus est ante nos Pintianus, quum sic legi videret, *Qui locus antea Arapotes nominabatur.* Meminit huius vocis ac loci, *Rhacotes*, praeterea Pausanias in Eliacis: Tacitus item, Hist. lib. IV. H.

Dinochares. Ita libri omnes, tum hoc loco, tum lib. XXXIV, cap. 42. Etsi Solinus cap. XXXII, pag. 62, *Dinocrates* legisse videatur. Valerius item Maxim. lib. I, cap. 4: *Quum rex Alexander urbem in Aegypto constituere vellet, architectus Dinocrates, quum cretam non haberet, polentaque futurae urbis lineamenta duxisset*, etc. Vide etiam Ammianum lib. XXII, pag. 233. Δεινοκράτης est Straboni, l. XIV, p. 644. Haad.—Dalec. fidem seculus vetl. codd et Vitruvii malebat *Dinocrates*. Ed P.

XV mill. pass. Strabo longitudinem ait fuisse stadiorum XXXIV, latitudinem, octo: circuitum centum et decem stadiorum, hoc est, XIII M. DCCL pass. quae mensura Plinianae affinis est. H.

Laxitate insessa. Vet. apud Dalec. *immensa.* Alii *inserta.* Ed. P.—Occupato telluris laxissimo spatio. Sic Statius l. I Sylvar. 4, vers. 56, insessam pondere humum dixit, hoc est occupatam, pressam.

Macedonicae chlamydis. Ea forma chlamys macedonica fuit, ut non totum ambiret corpus, sed posteriora fere tantum, praeterquam ad pectus et humeros, ad quos nodo colligabatur: anteriore parte eius aperta. Non Alexandriae modo Strabo, lib. XVII, pag. 793, sed et habitabili terrae, macedonicae chlamydis speciem veteres tribuerunt, χλαμυδοειδὲς σχῆμα, cuiusmodi forma orbis Tabula exhibetur a Brietio nostro, part. 1 Parall. Geog. l. V, c. 5. Paludamentum Imperatorum idem fuit, cum chlamyde. Chlamys igitur humi extenta, ac tota quanta est porrecta, speciem exhibuit et Alexandriae, et τῆς οἰκουμένης, qualem Veteres agnoverunt. Similes fere sunt, quae in sacris ritibus Trabeae induuntur, *les chapes.* Sed in chlamyde humi extenta, dextra laevaque sunt angulosae incisurae duae, quibus illae carent. Haad.

Iam tum quinta. Quarta etiam, tertiave, inquit Strabo, lib. XVII, p. 793. Haad.

Mareotis. Graecis Μαρία, Μαρεία, et Μαριῶτις. A circumiacente agro vinum Mareoticum appellatum, lib. XIV, cap 4. Haad.

A meridiana, etc. Vet. ap. Dalec. *ad meridianam urbis partem.* Alii, *a meridiana parte; Euripo in Canopicum ostium*, Pintianus ex Strabone,

Canopico ostio mittitur mediterraneo commercio, insulas quoque plures amplexus, triginta mill. passuum traiectu, CL ambitu, ut tradit Claudius Caesar. Alii schoenos in longitudinem patere XL faciunt, schoenumque stadia triginta: ita fieri longitudinis CL mill. pass. tantumdem et latitudinis.

Sunt in honore et intra decursus Nili multa oppida, 5 praecipue quae nomina dedere ostiis, non omnibus (XII enim reperiuntur, superque quatuor, quae ipsi falsa ora appellant), sed celeberrimis septem, proximo Alexandriae Canopico, deinde Bolbitino, Sebennytico, Phatnitico, Mendesico, Tanitico, ultimoque

Euripo Canopico ostio committitur. DALEC.

Insulas quoque. Octo omnino, ex Strabone lib. XVII, pag. 799. HAAN.

Triginta mill. Strabo, loco citato, lacus longitudinem intra stadia trecenta definit, quae sunt passuum millia XXXVII. HAAO.

CL ambitu. Amanuenses in primitivis Plinii exemplaribus scriptum repererunt, *centum quin.* Ii *quingenta.* rati hoc loco significari, CD primum (sic enim exhibent MSS. quos terimus omnes: Reg. 1, 2, Colbert. 1, 2, Paris. etc.), mox permutatis numeris, ne scripserunt. At Strabo lib. XVII, p. 799, quum lacus huiusce latitudinem circumscribat stadiis centum et quinquaginta, longitudinem trecentis, ambitus ex eo universus exsistere non potest, nisi mille circiter stadiorum, quae efficiunt CXXV mill. pass. quibus Claudius Caesar millia quinque et XX adiecit. HARD.

Alii schoenos. De schoenis agemus libro seq. cap. 30. HAAN.

Ita fieri. Martianus lib. VI, cap. de Aegypto p 219. HAAN.

Tantumdem et latitudinis. Ille tamen lacus longior est quam latius. BROT.

XII enim. Dalecamp. *XI enim.* Tolet. *nunc enim XI.* DALEC.

Falsa ora. Ψευδοστόματα, pervia tantum scaphis, non vero maioribus navigiis, propter brevia et paludes. Strabo l. XVII, p. 804. Seneca, Natur. Quaest. l. IV, c. 2, ignobiles ramos appellat. HARD.

Canopico. Sive Canobico, a Canobo, sive Canopo, Menelai navis rectore, a quo et Canopum oppidum, ubi sepultus. At Canopum oppidum Plinius nusquam appellat: adeo ut an ab oppido, an ab homine, vel aliunde, data sit Canopico ostio nomen, nobis adhuc incompertum sit. HARD. — Haud longe ab *Abouqir* eius rudera. ED. P.

Bolbitino. Βολβίτινον στόμα Ptolemaeo lib. IV, cap. 5. Aliis Βολβιτικόν, a Bolbitine oppido, de quo Stephanus. Nunc vocant *bras de Rasehit ou de Rosette*, ab oppido cognomine. HAAN.

Sebennytico. Dal. *Sebennitico.* Per medium Delta decurrit in mare, teste Herodoto, Euterpe lib. II, num. 17,

Pelusiaco. Praeterea Butos, Pharbaethos, Leontopolis, Athribis, Isidis oppidum, Busiris, Cynopolis, Aphrodites, Sais, Naucratis: unde ostium quidam Naucraticum nominant, quod alii Heracleoticum, Canopico, cui proximum est, praeferentes.

pag. 96. Nomen ei a Sebennytico oppido, nomoque. Nunc *Samannoud*. Eo. P.

Phatnitico. Φατνιτικὸν στόμα Straboni, lib. XVII, p. 802. Πατμητικὸν Ptolemaeo, loc. cit. Hodie *bras de Damiette*. Hard. et Eo. P.

Mendesico. Vel, ut alii Mendesio, ab oppido, nomoque cognomine. Hodie *bras de Dibeh*. Hard. et Eo. P.

Tanitico. Tanicum Mela vocat l. I, cap. 9. Nonnulli et Saiticum, apud Strabonem lib. XVII, pag. 802. Quod quidem Nili ostium ex Pelusiaco, vel Bubastico defluere haud immerito videtur. Suum ab inclyta *Tanite* urbe nomen accipiebat, quae in orientali ripa sedebat, et suli nomine *Szan*, vel *Tzan*, nunc quoque agnoscitur. *Omm-Faredjé* sic hodie appellatur ostium. Eo. P.

Vltimoque. Quod maxime vergit in orientem. *Le bras de Tineh*. H. et Eo. P.

Butos. Dalec. *Buros*. Eo. P.—Βοῦτος Ptolemaeo lib. IV, cap. 5, metropolis νομοῦ Φθενότου. Prope Sebennyticum ostium Straboni, lib. XVII, pag. 802. Hard.

Pharbaetos. Φάρβαιθος Ptolem. loc. cit. Φαρβαιτίτης νομός Straboni, inter Mendesium Tanoiticumque ostium, loco citato. Cui nomo et Leontopolin quoque vicinam facit, caeterasque praefecturas quae nunc recensentur, Athribiten, sive, ut diximus cap. 9, Atharrabiten, Busiriten, Cynopoliten, Prosopiten, in quo Αφροδίτης, hoc est, Veneris oppidum fuit, teste eodem Strabone, lib. XVII, pag. 802, Saiten et Naucratiten. Notitia Eccles. Itieroclis, in prov. Augustamnica secunda, p. 55, Κάρβαθος, pro Φάρβαιθος. Item Αθρήκης, pro Αθριβεις. Hard.— Pharbaethos, nunc *Balbeis*; Leontopolis, nunc *Thall-Essabouah*, id est, *la Colline du Lion*; Athribis, nunc *Atrib*.

Isidis oppidum. Stephano, Ισιον, πόλις Αιγύπτου. Hoc vero quum intra Nili decursus, hoc est, in ipso Delta contineatur, Plinio teste, diversum esse necesse est ab *Isiu* Antonini, quae mediterranea civitas est, longe supra Memphin. Isis porro Ceres est, ut omnibus notum. Hard. — Isidis oppidum, nunc *Zaöyyeh*; Busiris, nunc *Abousir*; Cynopolis, nunc *Meniet-ebn-Kasib*; Aphrodites, nunc forte insula *de Tauta*; Sais, nunc *Ssa-al-Hadjar*, id est, *Ssa de la Pierre*; Naucratis nunc ignoratur. Eo. P.

Canopico, cui proximum est, etc. Vet. apud Dalec. *cui VI M. pass. proximum*. Eo. P.

Praeferentes. Sic Ptolemaeus Canopico praetermisso, Heracleoticum nominat, quod Canopico proximum fuit, ut Diouysius Periegetes censuit, teste Eustathio ad illius versum 13, et Tacitus, Annal. l. II, c. 60. Quare nihil hic mutandum, quantumlibet Pintianus inclamet, in tanto praesertim, tamque conspirante codicum scriptorumque consensu. Hard.

XII. (XI.) Vltra Pelusiacum Arabia est, ad Rubrum mare pertinens, et odoriferam illam, ac divitem et beatae cognomine inclytam. Haec Catabanum et Esbonitarum, et Scenitarum Arabum vocatur, sterilis, praeterquam ubi Syriae confinia attingit, nec nisi Casio monte nobilis. His arabes iunguntur, ab oriente Canchlei, a meridie Cedrei, qui deinde ambo Nabataeis. Heroopoliticus vocatur, alterque Aelaniticus 2 sinus Rubri maris in Aegyptum vergentis, CL mill. pass. intervallo inter duo oppida, Aelana, et in nostro

XII. *Ad Rubrum mare*. Ad Arabicum sinum, unde fere odorifera illa, et Felix appellata Arabia incipit. H.

Haec Catabanum. Non illa odorifera et Felix dicta, ut hallucinatus credidit Solinus, cap. XXXIII, pag. 62, sed illa Arabia, quae a Pelusiaco incipit ostio, deserta et sterilis. H.

Catabanum, etc. Vet. ap. Dalec. *Cabanum*. Eo. P.—Hi Catabanes Arabiae sterilis et Petreae incolae, a Catabanis illis diversissimi sunt, quos ad Rubrum seu meridianum mare, in Arabia felice ac penitiore positos dicemus lib. VI, capite 32. Haro.

Esbonitarum. Quorum regia Essebon, de qua Hieronymus in locis Hebr. post Eusebium: *Esebon*, inquit, *civitas Schon regis Amorrhaeorum.... nunc vocatur Esbus* (Εσβοῦς *Eusebio*) *urbs insignis Arabiae in montibus qui sunt contra Iericho*, etc. Haad.

Scenitarum. Commune id multis Arabum populis nomen fuit, ut dicemus lib. VI, c. 30 et 32. Hi Aegypto confines, alias Saraceni appellati, ut Ptolemaeus admonet, lib. V, c. 17, in Arabia Petraea. De his Ammianus lib. XXII, pag. 228, Aegyptus, inquit, usque *ad Scenitas praetenditur Arabas, quos Saracenos appellamus*. Iidem in sacris pagiuis Ismaëlitae dicti. H.

Casio monte. De quo cap. 14. H. — Casius mons, nunc *le cap del Kas*, id est, *le cap du Ciseau*, haud procul Pelusiaco ostio, orientem versus.

Canchlei. Qui in sacris litteris Amalecitae dicti videntur. Nec Bocharto assentior, Chavilaeos nunc significari, qui erant Babyloniae proximi. Haro.

Cedrei. *Habitantes Cedar*, Psalm. 119, Hieronymus in locis Hebraic. *Cedar.... est regio in eremo Saracenorum, a filio Ismaelis Cedar ita cognominata*. Haao.

Nabataeis. Dalec. *Nabahaeis*. Eo. P. — Quorum oppidum Petra. De his dicemus lib. VI, cap. 32. H.

Heroopoliticus. Ita dicebatur ab urbe Heroopoli, nunc *Ageroud*. Sinus vero, nunc *Bahr-el-Soueys*, *le golfe de Suez*. Aelaniticus sinus, nunc *Bahr-el-Aqabah*, *le golfe d'Aqabah*. Brot. et Eo. P.

CL mill. Strabo lib. XVI, p. 597, stadia numerat mille ducenta et sexaginta, quae passuum efficiunt CLVII millia. Haro.

mari Gazam. Agrippa a Pelusio Arsinoen Rubri maris oppidum, per deserta CXXV M. passuum tradit: tam parvo distat ibi tanta rerum naturae diversitas.

1 XIII. (XII.) Iuxta Syria littus occupat, quondam terrarum maxima, et pluribus distincta nominibus. Namque Palaestina vocabatur, qua contingit Arabas, et Iudaea, et Coele, dein Phoenice: et qua recedit intus, Damascena: ac magis etiamnum meridiana, Babylonia. Et eadem Mesopotamia inter Euphratem et Tigrin: quaque transit, Taurum, Sophene: citra vero etiam Commagene. Et ultra Armeniam, Adiabene, Assyria ante dicta: et ubi Ciliciam attingit, Antiochia. Longitudo eius inter Ciliciam et Arabiam, CCCCLXX M.
2 passuum est. Latitudo a Seleucia Pieria, ad oppidum in Euphrate Zeugma, CLXXV M. passuum. Qui subtilius

Arsinoen. De ea libro VI, cap. 33. HARD. — Nunc *Suez* vocatur. BROT.

XIII. *Iuxta Syria.* Haec totidem verbis ac paene syllabis Martianus lib. VI, cap. de Arabia et Syria, p. 219, a Plinio expressit. Sic et Mela lib. I, cap. 11, pag. 11. HARD.

Arabas. Non eos qui Arabiam peninsulam incolunt, sed qui ab Arabia Petraea post Iordanem amnem ad Libanum usque montem penetrant, ut Plinius ait lib. VI, cap. 32. HARD.

Coele. Coelesyria, id est, Syria cava. BROT.

Dein. Chiffl. *exin.* ED. P.

Et eadem. Vet. apud Dalec. et Chiffl. *exinde.* Alii, *ex eadem.* Anteponebat Dalec. *haec eadem.* ED. P.

Assyria ante. Ammianus lib. XXIII, p. 251: *Iuxta hunc circuitum Adiabena est, Assyria priscis temporibus vocitata, longaque assuetudine ad hoc translata vocabulum, ea re quod inter Oenam et Tigridem sita, navigeros fluvios, adiri vado nunquam potuit. Transire enim διαβαίνειν dicimus Graeci. Et Veteres quidem hoc arbitrantur. Nos autem dicimus, quod in his terris amnes sunt duo perpetui, quos et transivimus, Diavas et Adiavas, iuncti navalibus pontibus, ideoque intelligi Adiavenam cognominatam.* Assyriae videlicet para nobilissima Adiabene fuit, in qua Ninus, Arbela et Gaugamela: de quibus lib. VI, c. 16. HARD.

Ante. Chiffl. *antea.* ED. P.

Antiochia. Non id oppidi modo nomen, sed regionis est, quae Syria Antiochia dicebatur, non ut nunc vulgus geographorum loquitur, Syria Antiochena. Ita c. 18, *promontorium Syriae Antiochiae*: sic enim libri veteres habent. Mela lib. I, cap. 12: *Reliqua pars Syriae, cui Antiochiae cognomen additur.* HARD.

Et Arabiam. Sive Ostracinen, ubi finitur Arabia, ut mox dicetur. H.

CLXXV M. Hanc Syriae latitu-

dividunt, circumfundi Syria Phoenicen volunt: et esse oram maritimam Syriae, cuius pars sit Idumaea et Iudaea, deinde Phoenice, deinde Syria. Id quod praeiacet mare totum, Phoenicium appellatur. Ipsa gens Phoenicum in magna gloria litterarum inventionis, et siderum, navaliumque ac bellicarum artium.

XIV. A Pelusio Chabriae castra, Casius mons, de-

dinem arrogant libri omnes editi, manuque exarati. Et Missi Theodosii: *Syria finitur ab oriente, flumine Euphrate: ab occidente, mari Aegyptio: a septemtrione, mari quod inter Cyprum et Syriam est: a meridie, Arabia quae est inter mare Rubrum et sinum Arabicum: huius spatium patet in longitudine* CCCCLXX, *in latitudine* CLXXV. Martianus vero lib. VI, cap. de Arabia et Syria p. 219, hunc Plinii locum transcribens DXXV, pro CLXXV, manifesto errore expressit: alioqui latior multo, quam longior, Syria foret: quum ea parte angustissimam esse situs ipse regionum, tabulaeque significent. Hard.

Circumfundi. Qui subtilius dividunt, inquit, Phoenicen undequaque Syria includi aiunt: et eam esse Syriae oram maritimam, cuius Syriae pars Idumaea sit, et Iudaea: deinde sequi Phoenicen: mox Syriam rursus proprie appellatam, et quae Coele, et quae Antiochia dicebatur. Lucum hunc frustra sollicitant Schefferus, de Milit. navali lib. I, cap. 2, pag. 16, aliique. Harn.

Et esse oram, etc. Lege ex Bud. 4, de Asse, et velust. exemp. *Esse enim primum oram maritimam Syriae ab Arabia, cuius pars sit Idumaea et Iudaea: deinde Phoenicen: deinde rursus Syriam: introrsus autem Syria Damasci claudi Phoenicen.* Dalec.

Syria. Vet. apud Dalecamp. *Assyria.* Ed. P.

In magna gloria. Sic apud Chiffl. Dalecamp., *in magna gloria.* Ed. P.

Litterarum. Vide quae dicturi sumus lib. VII, cap. 57. Sic et Mela Pomponius lib. I, c. 12. Harn.

Et siderum. Tum ad viam mari regendam contemplatione siderum, tum ad praesignificandum ex iisdem quae sunt futura hominibus. Propertius lib. II, vers. 989: *Quaeritis et caelo Phoenicum inventa sereno, Quae sit stella homini commoda, quaeque mala.* Hard.

Navaliumque. Maria *navibus adire*, inquit Mela, *classe confligere, imperitare gentibus, regnum praeliumque commenti.* Hard.

Chabriae castra. In via quae a Syria et Casio monte Pelusium ducit, Chabriae castra locat et Strabo lib. XVI, pag. 760, ὁ Χαβρίου λεγόμενος χάραξ. Videtur a Chabria Atheniensi dicta, de cuius expeditione in Aegyptum, multa Diodorus Sicul. Biblioth. lib. XV, pag. 400. Harn.

Casius. Montem hunc Κάσιον πρὸς Αἰγύπτῳ, et Κάσιον πρὸς τῷ Πηλουσίῳ a locorum vicinio appellat Strabo: ut ab altero eiusdem nominis secernatur, de quo cap. 18. Errant qui montem hunc Sinai esse arbitrantur. Hard.

lubrum Iovis Casii, tumulus Magni Pompeii. Ostracine Arabia finitur, a Pelusio LXV mill. passuum.

2 (XIII.) Mox Idumaea incipit, et Palaestina, ab emersu Sirbonis lacus, quem quidam CL M. passuum circuitu tradidere: Herodotus Casio monti applicuit: nunc est palus modica. Oppida: Rhinocolura, et intus Rha-

Delubrum. Cum oppido, quod Antoninus et Ammianus Cassium vocant, Διὸς ἱερὸν Κασίου, Straboni loco citato. HARD.

Pompeii. Dio lib. XLII, p. 188, ad Casium montem interfectum ait ea ipsa die, qua quondam de Mithridate et piratis triumphum egerat. Quin et ipso suo die natali, inquit Plutarchus, in Camillo p. 138, qui et idem dies triumphi fuit. Eum alii pridie, alii ipso die natalis sui aiunt obiisse, ut idem monet, Sympos. lib. VIII, cap. 1, p. 717. Sed nodum fortasse solvunt Fasti Capitolini, ex Verrii fragmentis, in quibus legitur *per biduum* triumphi pompam esse protractam. At unicum diem triumpho Plinius adsignat lib. XXXVII, cap. 6. HARD.

Ostracine. Οστρακίνη Ptolemaeo lib. IV, cap. 5, oppidum est, unde *Abraamius Ostracinenis* episcopus, in Conc. Calced. Ostracena dicitur Antonino, inter Casium montem, et Rhinocorura, medio intervallo posita utrimque M. P. XXVI. Regionem Ostracinen Solinus nugando comminiscitur. HARD. — Arabiae proxima Ostracine, nunc rudera eius in promontorio *Straki.* ED. P.

LXV mill. Martianus loco citato LXVI. Antoninus item in Itinerar. *Ostracina Cassium XXVI; Pentaschoenon*, XX; *Pelusium*, XX. HARD.

Sirbonis lacus. Ptolemaeo lib. IV, cap. 5, in Casiotide, ἔκρηγμα Σιρβωνίδος λίμνης, *eruptio paludis Sirbonidis.* Cum Asphaltite magno errore confundit Strabo lib. XVI, cap. 762. HARD. — Sirbonis lacus nunc incolis *Sebaket*, *Bardoil*, id est, *le lac du roi Baudoin.* ED. P.

Herodotus. Thalia lib. III, num. 5, pag. 163: Σερβωνὶς λίμνη, παρ' ἣν δὴ τὸ Κάσιον ὄρος. HARD.

Rhinocolura. Rhinocolura quoque Livio lib. XLV, cap. 5, et Straboni lib. XVI, p. 759, Ρινοκόλουρα. Seneca de Ira, lib. III, cap. 20, pag. 594: *Rex Persarum totius populi nares recidit in Syria: inde Rhinocolura loci nomen est.* At saepiuscule Seneca in historia nominibusque sublabitur. Diodorus Sic. Bibl. lib. I, pag. 55, hoc Aethiopiae regi adscribit, idque a diversa valde causa: benignitas enim et miseratio fuit. Is Aegypto subacta, latrones quos ceperat, acerbius ratus omnes necidere, quod magno numero erant; iniquius impune dimittere: ita mediam viam legit, ut resectis naribus, quo dignoscerentur, in desertis Aegypti finibus colere iusserit, urbe ibi structa, cui a re et facie nomen esse. Graeci enim ῥῖνα, nasum, κόλουρον, curtatum dicunt. Ptolemaeus tamen et Stephanus scribunt Ρινοκόρουρα. H. — Loco dicto nunc *El-Arish* sita fuit, auctore d'Anville. ED. P.

phea: Gaza, et intus Anthedon: mons Angaris. Regio per oram Samaria. Oppidum Ascalo liberum, Azotus: Iamneae duae, altera intus. Ioppe Phoenicum, antiquior terrarum inundatione, ut ferunt. Insidet collem 3 praeiacente saxo, in quo vinculorum Andromedae ve-

Rhaphea. Stephanus, Ῥάφεια, πόλις Συρίας. Strabo lib. XVI, pag. 759, Ῥαφία, μετὰ Γάζαν, post Gazam sequitur Rhaphia. Distat a Gaza, et a Rhinocolura, pari intervallo, XXXII M. P. apud Autonioum. H. — Nominis vestigia servat, nunc *Refah* dicta Abulfedae quem citat d'Anville, *Mémoires sur l'Égypte*, pag. 103. Eo. P.

Gaza. Sic *Persae aerarium vocant*, inquit Mela, *et inde nomen est, quod quum Cambyses armis Aegyptum peteret, huc belli et opes et pecuniam intulerat.* Distat ab Ascalone Gaza, littore maris mediterranei, XVI M. P. Etiamnunc *Gaza.* Harn. et Eo. P.

Anthedon. Ἀνθηδών Ptolem. l. IV, cap. 5, in Cassiotide. Palestinae ab Hesychio accensetur pag. 103. H.

Angaris. Ita libri omnes. Ariolantur, qui permutatis syllabis legi putant oportere *Garizam*, vel *Garizim*, qui mons Samariae celeberrimus, prope Neapolim, quae prius Sichima dicebatur: ut scimus ex Iud. l. IV, cap. 2. Is enim ab Anthedone et Ascalone, quo in tractu describendo Plinius nunc habitat, multis passuum millibus disiungitur. H. — Leg. *mons Argaris.* Ita MSS. Reg. 1, 2, et editio princeps. Male MS. Reg. 5, et recentiores editiones, *Aagaris.* Mons est Garizim, Samariae celeberrimus, quem videre est in nummis Philippi imperatoris Neapoli, de qua mox dicetur, cusis. Brot.

Ascalo. Graecis Ἀσκάλων, atque ita nummi Augusti, Titi et Antonini. Hodie *Scalona.* Haro.

Azotus. Chiffl. *Azostos.* Eo. P. — Ἄζωτος, πόλις Παλαιστίνης, Stephano, et Ptolemaeo, lib. V, cap. 16. Distat a Jamnea littorali, XX M. P. si Antonino credimus: si Straboni lib. VI, pag. 759, XXV, hoc est, CC stadiis. Haro. — Nomen servat oppidum illud, quamvis fere omnino dirutum. Eo. P.

Iamneae duae. Dalec. *Iamnes duae.* Eo. P. — Quarum altera Iamnitarum portus ad mare, Ἰαμνιτῶν λιμὴν Ptolemaeo lib. V, cap. 16, altera urbs ipsa paululum a mari semota, Ἰάμνεια Straboni l. XVI, p. 759. Stephano Ἰάμνια. Ipsi Ptolemaeo in urbibus mediterraneis Ἰάμνεια, cui hodieque vetustum nomen manet, *Iebna.* Haro.

Intus. Vet. apud Dalecamp. *vicus.* Eo. P.

Ioppe. Ἰόππη, nunc *Iaffa.* Mela similiter lib. I, cap. 11: *Est Ioppe*, inquit, *ante diluvium, ut ferunt, condita.* Haro.

Insidet collem. Vet. ap. Dal. *insidet colli.* Eo. P. — Colli imponitur adeo edito, ut inde conspici Hierosolyma, Iudaeorum metropolis possit. Conf. Strabo lib. XVI, pag. 759. H.

Andromedae. Quam ibi ceto a matre expositam, mox a Perseo ereptam fabulantur. Visa ibi haec vincula testis est quoque Iosephus, lib. III belli Iudaic. cap. 15. Vide Apollodorum, de Diis lib. II, pag. 95. Harn.

stigia ostendunt. Colitur illic fabulosa Ceto. Inde Apollonia: Stratonis turris, eadem Caesarea, ab Herode rege condita: nunc colonia prima Flavia, a Vespasiano Imperatore deducta: finis Palaestines centum octoginta novem millibus passuum, a confinio Arabiae: deinde Phoenice. Intus autem Samariae oppida: Neapolis, quod antea Mamortha dicebatur: Sebaste in monte, et altiore Gamala.

Ceto. Quae Nereidos fere forma pingebatur, figura ex pisce feminaque composita: cuiusmodi in vetustis Syriae ac Mesopotamiae nummis conspici creditur. Idcirco fabulosam vocat. Ciceroois illud eo forte pertinet, *piscem Syri venerantur*, de Natura Deorum lib. III. Hard. — Pro *Ceto* Frobenius *Derceto*, ea c. 19, huc transtulit. Certe *Ceto* hoc loco Pliniana omnia exemplaria repraesentant, R. 1, 2, Colb. 1, 2, Paris. Chiffl. Libri quoque editi, Parm. Ven. Brix. caeterique ante Frobenium. Hardo.

Apollonia. Stephano Απολλονία κατὰ Ἰόππην. Nunc *Arsuf.* Eo. P.

Stratonis. Στράτωνος πύργος Straboni lib. XVI, pag. 758. Eadem Καισάρεια Στράτωνος Ptolemaeo l. V, cap. 16, et Caesarea Palestinae vulgo appellata: quam quum Caesarea Philippi, sive Paneade dicta, perperam Surita confundit in Itin. Anton. Hieronym. in Chron. pag 155, an. 4, Olymp. 191: *Herodes Caesaream in nomine Caesaris condidit, quae prius Turris Stratonis vocabatur.* Nunc *Qaisarieh* dicitur. Herodes rex quum a Plinio dicitur, is designatur, quem Romani et nummi veteres regem appellavere; ac proinde is, qui prius tetrarcha Galilaeae, deinde et rex fuit: in nummis ΗΡΩΔΗΣ ΒΑΣΙΛΕΥΣ. *Ab eo condita*, hoc est, cincta muris Caesarea dicitur. Prior Herodes ΕΘΝΑΡΧΗΣ tantum, non ΒΑΣΙΛΕΥΣ fuit. Hard.

Nunc colonia. Musei nostri Parisiensis nummus aereus formae medioeris, M. Aurelio principe cusus, cum Serapidis effigie, et epigraphe eiusmodi, COL. PRIMA FL. AVG. CAESAREA. Prima Flavia vocatur, quod prima omnium coloniarum dicta sit Flavia a Vespasiani nomine. Vlpian. Digest. lib. L, tit. 15, de Censibus: *Divus Vespasianus Caesariensis colonos fecit, non adiecto ut et iuris Italici essent, sed tributum his remisit capitis*, etc. Hardo.

Finis Palaestines. Id quoque Martianus habet lib. VI, cap de Arabia et Syria pag. 219. Hardo.

Millibus. Dalec. *millium.* Eo. P.

Samariae oppida. Chifflet. *Samaria oppida.* Eo. P.

Neapolis. Νεάπολις in Samaria, Ptolem. lib. V, cap. 16. Sichem Chr. Domini temporibus dicta; teste Beniamino in Itiner. pag. 38. Indigenis *Mabortha*, auctore Iosepho, Bell. Iud. lib. V, cap. 4, quanquam Plinio *Mamortha* dicitur. Hodie *Nabolos*, sive *Naplouse.* Hard.

Sebaste. Prius legebatur *Sebaste, in monte altiore Gamala*, Plinii sententia et oratione deminuta, qui Se-

XV. (XIV.) Supra Idumaeam et Samariam Iudaea longe lateque funditur. Pars eius Syriae iuncta, Galilaea vocatur: Arabiae vero et Aegypto proxima Peraea, asperis dispersa montibus, et a caeteris Iudaeis Iordane amne discreta. Reliqua Iudaea dividitur in

basten quoque ipsam in monte aitam significare voluit, ut sinceri codices admonent, Reg. 1, 2, Colb. 1, 2, Paria. Chifll. Huiusmodi sane fuisse Samariae aitum haud obscure significant sacrae pagiuae Michaeæ I, va. 6, et ad eum locum Hieronymus. De Gamala diximus auo loco. Quod porro Samariam Stephanus, cum Neapoli, quae Sichem dicta est, temere miaceat, alii aote nos adnotarunt. H. — Non recte, meo animo, *Sebaste in monte, et altiora Gamala;* Gamala namque ultra Iordanem. Dal. — Vide notam insequentem 30. Ed. P. — in gratiam Augusti, aic appellata urbs ea est. Vide Beniam. loco citato: Σεβαστὴ, ἐν τῇ Σαμαρείτιδι πολίχνιον, Stephano in Coue Nic. I. et CP. I. subscribunt episcopi Sebastenses, vel Sebasteni, ex prov. Palaestinae. Hodie *Sebastia.* Hard.

Gamala. Diversum hoc Samariae oppidum, ab altero eiusdem nominis ultra Iordanem posito, quam Iudaeæ urbem validissimam Suetonius appellat in Tito. Quanquam eadem utriusqua vocis originatio est: aic enim dicta videtur, ab Hebraeo גמל quasi Camela, quod dorso moo. tis insidena. cameli dorsum referra credatur. Illam certe quae Iudaeæ est, iugo montis aspero editoque impositam docet Iosephus, Bell. Iud. lib. IV, cap. 1. Hanc idem lib. III, cap. 2, p. 832, Γάμαλα πόλιν Ἱππέων, civitatem Equitum, quos eo colonos duxit Herodes, appellatam ait: Carmelo monti insidentem. Hard.

XV. *Syriae.* Hoc est, Syriae Antiochiae, ut diximua cap. 13. Iudaea hie appellatur, quae in libris aacris *terra Chanaan* aaepe dicitur, eo quod filii Chanaan eam inter se aibi diviserunt, in hortu Phaleg, et Hebraeam ibi linguam integram aervavere, immunem a confusione, quae in Babylonia post annos quinquaginta pluresve contigit. Hie enim aensua verborum illorum est, Gen. X, 25: *Nomen uni Phaleg, eo quod in diebus eius divisa sit terra.* Gallice vere ac recte dixeris: *Le pays fut alors partagé entre les enfans de Canaan.* H.

Galilaea vocatur. In duas partea divisa, nempe inferior Samariae contermioa, et superior dicta quoque Galilaea gentium, Caeleayriae vicinior. Ed. P.

Peraea. Nugaa agere Salmasiua ait, in Solin. pag. 460, eos qui *Peraea* hoc loco defendunt. Ipse *Petraea* legi contendit oportere, ab asperis saxis, quibua montuosa est. Ego vero qui Iudaeæ partem aliquam Petraeam appellaveriot, adhuc auctores desidero: qui Peraeam, occurrunt plurimi, et quidem fidai exploratae. Nam praeter consenaum codicum omnium MSS. Reg. 1, 2, Colb. 1, 2, Paris. ete. partem Iudaeae Transamnanam, hoc eat, ut aacrae paginae loquuntur, quae est trana Iordanem: ut Plinius, quae a caeteria Iudaeis

toparchias decem, quo dicemus ordine: Hiericuntem palmetis consitam, fontibus irriguam: Emmaum, Lyddam, Ioppicam, Acrabatenam, Gophniticam, Thamniticam, Bethleptephenen, Orinen, in qua fuere Hie-

Iordane amne discreta est; Περαίαν Iosephus vocat Bell. Iud. lib. II, cap. 2, pag. 778: καὶ τῆς ὑπὲρ Ἰορδάνην Περαίας. Et lib. III, cap. 1, pag. 831, Nigrum quemdam Περαῖτην appellat, quod ex regione trans Iordanem posita ortum duceret. Ipse et regionis huius fines describit, lib. III, cap. 2, pag. 833. Et ex eodem Iosepho ap. Photium, cod. 238, p: 973, Ἡρώδης ὁ τετράρχης Γαλιλαίας καὶ Περαίας vocatur. Et Perae, quod Constantinopoleos suburbium, seu altera civitas est, factum inde nomen crediderim. Εν τῇ Περαίᾳ conditum oppidum Iuliadis nomine Iosephus ait, Bell. Iud. lib. III, cap. 8, pag. 789, hoc est, ultra Iordanem; sive, ut Plinius mox ait, ab oriente lacus Genesareth. Hard. — Legi volebat Dal. *Arabiae vero Petraeae et Aegypto altera proxima.* Eo. P.

Decem. Vet. ap. Dal. *XII.* Eo. P.

Hiericuntem. Dalec. *Hierichuntem.* Praepostera interpunctione, non Hiericuotis, ut decuit, sed Emmauntis agrum aquis riguum Plinianae hactenus editiones repraesentarunt: *fontibus irriguam Emmaum.* Quum ea dos propria sit Hiericuntioi agri, teste Strabone lib. XVII, pag. 763, ubi de Hiericunte agens, ἐνταῦθα δ' ἐστὶν ὁ Φοινικῶν... διαῤῥυτὸς ἅπας, etc. *Ibi palmetum est... locusque totus irriguus*, etc. De huius agri palmetis dicemus lib. XIII, cap. 9. Hiericus, Iericho in paginis sacris dicta, incolis nunc *Eriha* vocatur. H. et Eo. P.

Emmaum. Εμμαοῦς sive Αμαοῦς a Tito captis Hierosolymis Nicopolis appellata, una e Iudaeae Ioparchiis Iosepho, Bell. Iud. lib. III, cap. 2, pag. 833. *Emaus.* Neutrum indeclinabile, *Emmaum*, Mach. I, III et IV, ut apud Plinium. Hardo.

Lyddam. Λυδδά, una ex toparchiis Iudaeae, apud Iosephum, loc. cit. Diospolis postmodum appellata. Vnde in Conc. CP. I, Dionysius Diospolitanus, Prov. Palaestinae. H. — *Lod* etiamnunc appellantur rudera eius Eo. P.

Ioppicam. A Ioppe, de qua cap. sup. Hardo.

Acrabatenam. Chiffl. *Acrebitenam, Zophaniticam.* Eo. P. — Ακραβαττὰ et Ακραβατηνῶν τοπαρχίαι, apud Ioseph. loco citato. In sacris paginis, Machab. I, 5, *Acrabatane.* H.

Thamniticam. Η Θαμνὰ τοπαρχία Iudaeae, apud Ioseph. Bell. Iud. lib. V, cap. 4, pag. 890. Hardo.

Bethleptephenen. Τὴν Βεθλεπτηφῶν τοπαρχίαν Iosephus vocat, loco proxime citato. Quum decem modo Iudaeae Ioparchias Plinius pollicitus sit, ex iis unam in duas dissecuere Plinii interpolatores: quumque in MSS. legerent, *Betolethhepenen* (sic enim Reg. 1, 2, Colb. 1, 2, et Paris. exhibent) ipsi *Betholenen*, *Thephenen*, commenti sunt, quos sequutus Ortelius, rogat, an a Bethlehemo Betholemen legi oporteat. Sed nec Betholenen, nec Thephenen caeterorum scriptorum quisquam agnoverit: Bethleptephenam vero toparchiam Iosephus appellat, ut diximus,

rosolyma, longe clarissima urbium orientis, non Iudaeae modo: Herodium cum oppido illustri eiusdem nominis.

Iordanis amnis oritur e fonte Paneade, qui cognomen dedit Caesareae, de qua dicemus: amnis amoenus, et quatenus locorum situs patitur, ambitiosus, accolisque se praebens, velut invitus Asphaltiten lacum dirum natura petit, a quo postremo ebibitur, aquasque laudatas perdit pestilentibus mixtas. Ergo ubi prima convallium fuit occasio, in lacum se fudit, quem

Bell. Iud. lib. V, cap. 4, pag. 890, quae haec ipsa est, quam Plinius modo commemorat. Hae porro decem toparchiae, *decem cornua*, sive *decem illi reges sunt*, qui *potestatem tanquam reges* accepisse dicuntur, Apoc. XVII, 12, ut in eum locum commentarii nostri nondum editi, sed praelo iamdudum parati docent. Hard.

Orinen. Graeci Ορεινὰν vocant. De Virgine Deipara sacer codex, Luc. ἐπορεύθη εἰς τὴν Ορεινὴν μετὰ σπουδῆς, *abiit in montana Iudaeae cum festinatione.* Pars Iudaeae plurimum montuosa, in qua fuere Hierosolyma, Rama, Bethlehem. Lapidosum hunc tractum ad LX stadia esse Strabo est auctor, lib. XVI, pag. 761. Hard.

Hierosolyma. De urbe satis multa alii. De urbis nomine recte admonet Hieronymus, ad Evagr. ep. 126: *Non ut Iosephus, et nostri omnes arbitrantur. Hierusalem nomen est ex graeco hebraicoque compositum: id enim absurdum esse peregrinae linguae mixtura demonstrat.* Ex hebraea tota conflata vox est, et contracte dictum ורשלם arbitramur pro ירושה שלם *Possessio pacificorum*, sive *quiete degentium.* Nam quod *visio pacis* vulgo definitur, contra leges hebraicarum originationum est. At istiusmodi contracta nomina quaedam ibi reperimus, ut est Iordanis ירדן contractum pro יאר עדן *fluvius voluptatis*, et similia. Haro. — Hierosolyma, Iordanis, Genesera, seu lacus Genesareth, mereve Tiberiadis, aliaque loca, vita miraculisque Iesu Christi, Christianorumque religione ita nobilitantur, ut sint supra omnem cleritetem evecta. Brot.

Non Iudaeae modo. Hanc vocem *non modo* adversativae orationis parti postponere, familiare ac solemne Plinio est. Sic lib. VI, cap. 22: *Omnium in India prope, non modo in hoc tractu, claritatem antecedunt Prasii*, etc. H.

Herodium. Nomen unius est e Iudaeae toparchiis apud Ioseph. Bell. Iud. lib. III, c. 2, p. 833, Ηρώδιον. Hard.

Iordanis amnis, etc. Chifflet. *Iordanes.* Ed. P. — Describit haec Martianus lib. VI, cap. de Syria, p. 219. Hard.

De qua dicemus. Vid. infra c. 16. Haro.

Se praebens. Veluti moras nectat, invitusque lacum petat. H.

plures Genesaram vocant, XVI mill. passuum longitudinis, VI mill. latitudinis, amoenis circumseptum oppidis: ab oriente, Iuliade, et Hippo: a meridie, Tarichea, quo nomine aliqui et lacum appellant: ab occidente Tiberiade, aquis calidis salubri.

3 (XVI.) Asphaltites nihil praeter bitumen gignit: unde et nomen. Nullum corpus animalium recipit: tauri camelique fluitant. Inde fama, nihil in eo mergi. Longitudine excedit centum M. passuum, latitudine ma-

Genesaram. Γεννησαρίτις λίμνη Strabonis lib. VI, p. 755. In sacris paginis, *Lacus Genesareth*, et mare Tiberiadis, et mare Galilaeae. Hodie *mer de Tabarich.* H.

XVI mill. pass. Ita Solinus cap. XXXV, p. 64. H. — Chiffl. *XV.* Ed. P.

Circumseptum. Vet. ap. Dal. *circumseptus*; al. *circumspectus.* Ed. P.

Iuliade. Ιουλιάς Ptolemaeo lib. V, c. 16, in Galilaea. Hanc Philippus tetrarcha in Gaulanitide condidit: et Iuliadem, in gratiam Iuliae, quae Tiberii coniux, voluit appellari. Iosephus, Bell. Iud. lib. II, c. 8, p. 789, in Peraea, hoc est, ultra Iordanem sitam dicit: hoc est, ut Plinius ait, ab oriente Genesarae lacus. H. — Reperiuntur vestigia eius oppidi *Tel-oui* dicta. Ed. P.

Hippo. A quo Ιππηνὴ regio cognominata, apud Iosephum de Bell. Iudaic. lib. III, cap. 2, p. 832. H.

Tarichea. Vet. apud Dalec. *Trachaea.* Strab. *Tarichia.* Ed. P. — Ταριχία Stephano. Iosepho Bell. Iud. lib. III, c. 16, p. 857, Ταριχαίαι. Urbem Iudaeae validissimam Tarichaeam vocat Suetonius in Tito. H.

Et lacum Genesaram scilicet, quem Tarichaeum aliqui vocabant, et Tiberiadis, a vicinia urbibus: ut Genevae dicimus, et Lausannae, et Lemannum lacum. A Tarichaea nomen quoque invenisse lacum eum innuit Strabo lib. XVI, p. 764, ut inanis iam sit Drusii coniectura, locum hunc pro arbitrio immutantis, in Comment. ad voces Hebr. novi Testam. cap. 24, p. 46. H.

Tiberiade. Τιβεριὰς πόλις τῆς Ἰουδαίας, πρὸς τῇ Γεννεσαρίτιδι λίμνῃ, Steph. In gratiam Tiberii ab Herode tetrarcha sic appellata, quae prius *Cenereth* dicebatur. H.

Aquis calidis. Iosephus, Antiquit. Iudaic. lib. XVIII, cap. 3, pag. 619. Harn.

Vnde et nomem. Ἀσφαλτος enim Graecis bitumen est. H.

Nullum corpus. Vivum scilicet: qua de re vide Philosophum, Meteorol. lib. II, c. 3, p. 557, et Strabon. lib. XVI, p. 763. Id verum expertum esse Vespasianum Aug proiectis in lacum hominibus nondi imperitis, vinctisque post terga manibus, auctor est Iosepbus, de Bell. Iud. lib. V, c. 5, pag 891. H.

Tauri. etc. Solinus c. XXXV, p. 64. Aliud est quod Iosephus ait loc. cit. lacum eum plurimis locis vomere bituminis glebas, quae super undam et facie et mole tauris assimiles natent. Harn.

xima xxv implet, minima sex. Prospicit eum ab oriente Arabia Nomadum, a meridie Machaerus, secunda quondam arx Iudaeae, ab Hierosolymis. Eodem latere est calidus fons medicae salubritatis Callirrhoe, aquarum gloriam ipso nomine praeferens.

(XVII.) Ab occidente littora Esséni fugiunt, usque qua nocent: gens sola, et in toto orbe praeter caeteras

XV implet. Reg. 1, 2, Colb. 1, 2, Paris Chiffl. *XXV*, quod fidem superat, et a caeterorum scriptorum consensu abhorret. Isidorus, Orig. lib. XIII, cap. 19, latitudinem stadiis centum et quinquagenis circumscribit, quae sunt millia passuum fere XIX. Hausit Isidorus a Iosepho, ut quidem videtur, Bell. Iud. lib. V, c. 5, p. 892. H.

Arabia Nomadum. Quae a Palmirenis solitudinibus, unde initium ducunt, ad meridiem descendit ultra Asphaltiten lacum. H.

Machaerus. Μαχαιραῦς Stephano, et Iosepho, qui Antiqu. Iud. lib. XVIII, cap. 7, p. 626, ibi necatum ab Herode Christi Domini praecursorem refert. Id Peraeae regionis Iudaeae parte meridionali a Iosepho locatur lib. III, cap. 2, p. 833. H. — Nunc *Masera.* Ed. P.

Eodem latere. Latere Asphaltitae lacus meridionali. H.

Callirrhoe. Καλλιῤῥόη Ptolem. lib. V, cap. 16; Καλλιρόη Iosepho, Antiq. Iud. lib. XVII, cap. 8, pag. 598, cuius fontes calidos, praeter vim medicam, potui quoque iucundos esse asseverat. Solini hallucinationem c. XXXV, pag. 65, hunc fontem Hierosolymis proximum statuentis, Plinii loco perperam intellecto, iam pridem Salmasius insectatus est p. 579. H.

Praeferens. Malebat Dalec. *prae se ferens* Ed. P.

Ab occidente. Vet. *ab occidente littora Esseni habitant. Hos fugitant usquequaque nocentes.* Ita legit et Rhodig. Lego: *ob occidente littora Esseni habitant usquequaque, gens*, etc. Dal. — Ab occidente, inquit, littora Asphaltitae lacus Esseni refugiunt, sive tantum ab eo lacu recedunt, quoad vis illius malefica pertingit. Nam letales exspirat auras, vicinumque aërem inficit. H. — Littora autem Asphaltitae lacus, non ipsius mediterranei maris, Esseni fugiunt, ut Salmasius intellexit p. 612 et 613 in Solin. ubi et illa Plinii verba subsequentia, *usque qua nocent*, sic explicat: Quatenus ea littora, maritimaque commercia nocent agricolendi studio tantum addictis. Atqui neque eo mari, quod mortuum appellabant, ulla commercia, neque agriculturam, artemve ullam exercebant Esseni Theoretici, de quibus hic Plinius; sed diem totum in sacrorum librorum meditatione transigebant, neque limen egrediebantur. Non igitur commerciorum frequentia nocere poterant Essenis haec littora, sed vi malefica, et letali aura. Gravitate enim odoris, ut ait Tacitus, Histor. lib. V, accolis pestifer hic lacus fuit. *Natura dirum* idcirco Plinius proxime antea appellavit. H.

Gens sola. Hoc est, solitaria, et a populorum frequentia seiuncta. De

mira, sine ulla femina, omni Venere abdicata, sine pecunia, socia palmarum. In diem ex aequo convenarum turba renascitur, large frequentantibus, quos vita fessos ad mores eorum fortunae fluctus agitat. Ita per saeculorum millia (incredibile dictu) gens aeterna est, in qua nemo nascitur. Tam fecunda illis aliorum vitae poenitentia est. Infra hos Engadda oppidum fuit, secundum ab Hierosolymis fertilitate, palmetorumque nemoribus: nunc alterum bustum. Inde Masada castellum in rupe, et ipsum haud procul Asphaltite. Et hactenus Iudaea est.

Theoreticis Essenis accipi haec debere, tum verba haec suadent, tum quod mox addit, gentem eam sociam esse palmarum, hoc est, in palmetis, adeoque desertis locis aetatem degere. De Practicis, quod alterum genus est Essenorum (quanquam et ii divisi bifariam, nam alii ἄγαμοι et coelibes fuerunt, alii nuptiis implicati), referi Iosephus eos in urbibus degere, Bell. Iud. lib. II, cap. 7, pag. 785, ubi caeteros Essenorum mores describit. H. — Sic adhuc hac nostra aetate vivebant Saporogi, *les Saporoges*; quos Catharina II Russici imperii moderatrix, in poenam eorum pervicaciae locis suis dimovit et in interiora imperii secedere iussit. Bror.

Socia palmarum. Displicet Salmasio in Solin. p. 616, ea locutio: scribi iubet, *Esu palmarum*, quoniam Solinus cap. xxxv, p. 65, *palmis victitare* dixit. Samuel Petitus, Var. Lect. lib. II, c. 7, p. 124, legendum coniicit, *Satias palmarum*: hoc est, palmis victitabant, eoque se cibo esplebant. Vtraque correctio abruptam et inconditam lectionem facit: quum vulgata scriptura, et a scriptis codicibus Reg. 1, 2, Colb. 1. 2. Paris. Chifflet. caeteris, et ab ipsa sententia auctoritatem habeat. *Socia palmarum* gens dicitur, quae in palmetis procul ab hominum strepitu et frequentia degit: et quidem perbene latine. Sic libro XII, c. 5, *Platanus in Lycia* dicitur *gelidi fontis socia amoenitate.* Ed. P.

Quos vita fessos, etc. Legebat Pint. *quos vita fessos fortunae fluctus ad mores eorum agit.* In Chiffl. et Tolet. *flectibus* pro *fluctus.* Ed. P.

Infra hos. Solinus c. xxxv, p. 65: *Infra Essenos Engadda oppidum fuit, sed excisum est.* Πόλιχνη Ἐνγάδδι Iosepho, Bell. Iud. lib. V, c. 3: *Inde opobalsamum venit*, inquit Hieron. lib. de loc. Hebr. *quas vineas Engaddi Salomon nuncupat: vicus est praegrandis Iudaeorum iuxta mare mortuum.* H.

Masada. Solinus loc. cit. *Iudaeae terminus Massada castellum.* Ita et Martianus lib. VI, pag. 219. Μασάδα Iosepho, Bell. Iud. lib. V, c. 3, pag. 887, castellum validissimum haud procul Hierosolymis, οὐ πόρρω Ἱεροσολύμων. Straboni lib. XVI, p. 764, Μασσάδα. H.

Asphaltite. Volebat Dalecamp *ab Asphaltite.* Ed. P.

XVI. (XVIII.) Iungitur ei latere Syriae Decapolitana regio, a numero oppidorum, in quo non omnes eadem observant. Plurimi tamen Damascum ex epoto riguis amne Chrysorrhoa fertilem: Philadelphiam, Rhaphanam, omnia in Arabiam recedentia. Scythopolin (antea Nysam a Libero Patre, sepulta nutrice

XVI. *Latere Syriae.* Qua vergit in Syriam Coelen et Libanum montem. Oppida habuit Decapolitana regio celebriora ultra Iordanem, atque, ut Plinius ait, in Arabiam recedentia. Arabiae enim Nomadum appellatione fere censetur, quidquid ultra Iordanem est Tamen etiam cis Iordanem habuit nonnulla. Nam et Christus a finibus Tyriorum ad mare Galilaeae perrexisse dicitur per fines Decapoleos. H.

Plurimi. Chiffl. *plurimum.* Ed. P.

Damascum ex epoto riguis Dalec. *Damascum et Opoton riguas amne Chrysorrhoa, fertilem Philadelphiam,* etc. Ed. P. — Fertilem ait esse Damascenum agrum, quia totum epotat Chrysorrhoam amnem, dum ad rigua distrahitur. Testatur id etiam Strabo lib. XVI, pag. 755: Ὁ μὲν Χρυσορρόας ἀρξάμενος ἀπὸ τῆς Δαμασκηνῶν πόλεως καὶ χώρας, εἰς τὰς ὀχετείας ἀναλίσκεται, etc. Hodie *Damas.* Chrysorrhoam sic distrahi, ut singulae aedes et hôrti fontem ex eo derivatum habeant in urbe, auctor est Bellonius, Observ. lib. II, cap. 94. Volusiani nummus aereus minoris formae in Cimelio nostro Parisiensi: COL. DAMAS. SIRTR. *Hard.*

Philadelphiam. Φιλαδελφία Ptolemaeo lib. V, cap. 15, in Decapolitana regione. Stephanus a Ptolemaeo Philadelphn nomen invenisse ait. A Iosepho, Bell. Iud. lib. III, c. 2, pag. 833, in Peraea collocatur. In Arabiae confinio, a Plinio. Vnde circumiectus ager. Ἀραβία, τῆς Φιλαδελφίας dicitur Epiphanio in Ἀναχεφαλ. pag. 145 In nummis ΦΙΛΑΔΕΛΦΕΩΝ ΚΟΙΛ. CYP Κοίλης Συρίας. H. — Haec urbs, Rabboth-Ammon prius dicta, *Ammon* hodie vocatur, auctore d'Anville. Ed. P.

Rhaphanam Ῥαφανέα Stephano et Iosepho, Bell Iud. lib. VII, cap. 19, Ῥαφανεῖαι. In Conc. Nic. *Bassianus Rhaphanoensis*, ex provinc. Syriae Coeles. Insignis est Raphanae nummus percussus, Anniae Aureliae Faustinae nomine, quae soror fuit M. Aurelii Severi Alexandri imp ANNIA AYPHAIA ΦAYCTEINA C. hoc est, Σεβαστή, *Augusta*)(' EIII CTP. KYPINOY. *Sub Praetore Cyrino* ΡΑΦΑΝΕΩΤΩΝ Nummus *Raphanaeotarum* AOC. Anno 274 aerae Caesarianae. Egimus de hoc nummo fusius in Diario Trevoltiano, et alibi. HARD.

Scythopolin. Legebat Pintianus *Scythopolin deductis Scythis, antea Nysam, a Libero Patre sepulta nutrice ibi.* Ed. P. — Cis Iordanem haec sita, nec iam in Arabiam recedens, ut superius memoratae urbes. Civitatem Decapoleos maximam, et Tiberiadi vicinam facit Iosephus, Bell. Iud. lib. III, cap. 16, p. 856. Galilaeae Strabo, lib. XVI, p. 763. Meminere Ptolemaeus, Stephanus, et alii. Antoninus a Gadara, de qua statim dicemus, distare ait M. P. XVI.

ibi), Scythis deductis. Gadara, Hieromiace praefluente, et iam dictum Hippon: Dion, Pellam aquis divitem, Galasam: Canatham. Intercursant cinguntque has urbes tetrarchiae, regionum instar singulae, et in regna contribuuntur: Trachonitis, Paneas, in qua Caesarea

Hard. — Scythopolis antea dicebatur Bethsam, hodieque *Baisan*. Baot.

Antea Nysam, etc. Ita Steph. Νῦσα κοίλης Συρίας, Σκυθῶν πόλις. Haec porro parenthesi inclusimus ne forte eum Solino existimares Scythas a Libero Patre deductos. Scytharum excursionis meminit Eusebius in Chronic. qui eosdem ait suum huic urbi nomen indidisse, quae prius Βεθσάνη, καλουμένη πρὸς Ἑλλήνων Σκυθόπολις, inquit Iosephus, Antiq. Iud. lib. XII, c. 12, p. 418. H.

Gadara. Dalecamp. *Gaddara*. Γάδαρα Stephano, qui Coeles Syriae urbem esse ait. Ptolemaeus lib. V, c. 15, Decapolitanae (sic enim habet Parisiens. cod.) adiudicat. Τὰ Γάδαρα, et Ἵππον, et Γαυλανίτιδα regionem, eeu loca inter se vicina admodum coniungit Iosephus, Bell. Iudaic. lib. II, c. 19, p. 813. Nunc *Kedar*. Hard. et Ed. P.

Hieromiace. Amne. MSS. *Hieromice*. *Iarmoch*, e montibus Galaad fluens, in regione Gergessaeorum, quorum fuit regio Gadarena. H. — Nunc *Yermuk*. Ed. P.

Et iam dictum. Superiore cap. Palaestinae urbs a Stephano appellatur. H. — Dalec. *et iam dictum Hippon Dion, Pellam*, etc. Chiffl. *Hippodion*, una voce. Ed. P.

Dion. Δῖον Ptolemaeo lib. V, cap. 15, in Decapolitana, Pellam inter et Gadara. H.

Pellam. Πέλλα Ptolemaeo loc. cit. Stephano, Πέλλα, κοίλης Συρίας ἡ Βοῦτις λεγομένη. A Iosepho, Bell. Iudaic. lib. III, cap. 2, p. 833, in Peraea collocatur. H.

Galasam. Ita libri quos vidi manu exaratos, typisve editos. Tamen Gerasam scribi oportere paene persuadet hic Iosephi locus, haec quae modo a Plinio commemorantur oppida, eodem ferme ordine recensentis, Bell. Iudaic. lib. II, c. 19, p. 813: Φιλαδέλφειάν τε, καὶ Γέρασσαν, καὶ Πέλλαν, καὶ Σκυθόπολιν· ἔπειτα Γαδάροις καὶ Ἵππῳ, καὶ τῇ Γαυλανίτιδι, etc. Hard. — Volebat Dalec. *Gadaram*. Ed. P.

Canatham. Τὰ Κάναθα τῆς κοίλης Συρίας. Iosepho, Bell. Iudaic. lib. II, cap. 14, p. 742. Ptolemaeo item et Stephano. H.

Tetrarchiae. Tetrarchia non modo pars regni quarta appellatur, sed et mediocris quaelibet ditio: ita ut singulae fere urbes tetrarchiae fuerint, cum circumiacente agro: plures etiam quandoque tetrarchiae in unum tetrarcham Augustorum beneficio ac iussu collatae. H.

Regionum. Vet. apud Dalecamp. et Chiffl. *regnorum*. Ed. P.

Et in regna. Totidemque regna censentur. Sic Abilenen Lysaniae regnum, Λυσανίου βασίλειαν Iosephus appellat, Bell. Iudaic. lib. II, cap. 14, pag. 796. H.

Trachonitis. Trachonitidis regionis tetrarcha Philippus apud Lucam, cap. III. H.

cum supradicto fonte: Abila, Arca, Ampeloessa, Gabe.

XVII. (XIX.) Hinc redeundum est ad oram, atque Phoenicen. Fuit oppidum Crocodilon, est flumen: memoria urbium, Dorum, Sycaminum. Promontorium

Paneas. Πανεὰς regionis nomen, in qua condita Caesarea Philippi dicta, tetrarchae nomine, qui Herodis frater. Eadem quoque a vicino fonte, Caesarea Paneas appellata. In nummo M. Aurelii, ΚΑΙϹ. ϹΕΒ. ΙΕΡ. ΚΑΙ ΑϹΥ. ΥΙΙ. ΠΑΝΕΙΩ. hoc est, Καισάρεια σεβαστὴ ἱερὰ καὶ ἄσυλος ὑπὸ Πανείῳ. Sic et a fonte nomen accepisse videtur, ut Plinio et Stephano creditum: et a monte unde fons manat, quod Πάνειον ὄρος Eusebio dicitur, Hist. Eccles. lib. VII, cap. 17. H.

Abila. Hinc Lysanias Ἀβιληνῆς tetrarcha, Luc. III, oppidum Ἀβίλη Iosepho, Antiq. Iud. lib. IV, cap. 7, pag. 118, in loco palmetis consito ad Iordanem. In Coelesyria collocatur ab Antonino in Itiner. a Damasco, m. p. XVIII. Hodie *Bellinas.* H.

Arca. Ἀρκαίας et Ῥαφανεαίας regni Agrippae civitates duas appellat Iosephus, Bell. Iudaic. lib. VII, cap. 24, p. 976. Phoeniciae a Ptolemaeo adscribitur Ἀρκα, lib. V, c. 15, inter oppida mediterranea. A Stephano quoque, Ἀρκη πόλις Φοινίκης, etc. etsi Stephani interpres cum Ace, hoc est, cum Ptolemaide confundit. Fuit Arca scilicet in confinio Phoenices et Decapoleos. H.

Ampeloessa. Ἀμπελόεσσα. Vitibus consitam regionem vox ea sonat: ut vel Arcae potius, vel Gabea cognomen, quam oppidi alterius nomen id esse videatur. H.

Gabe. Ita libri omnes. Vet. apud Dalec. *Gabala.* Γάβαν appellat Iosephus, Bell. Iud. lib. II, c. 19, p. 814. Gabbam Plinius, l. XII, cap. 41, et Stephanus Γάββα, πόλις Συρίας· ἧς τὸ ἐθνικὸν Γαβηνός. Petri episcop. Gabbi mentio in Epistola synodali primae Syriae ad Leonem Imp. in Conc. Calced. In vetere nummo Musei nostri Parisiensis, ΓΑΒΗΝΟΝ. Hado. et Ed. P.

Hinc redeundum est ad oram, atque Phoenicen. Vnde oratio deflexerat, capite 14, ab his verbis: *Finis Palaestinae... Deinde Phoenice.* H.

Fuit oppidum. Vet. apud Dalec. *ac Phoenicem in qua fuit oppidum.* Ed. P. — Nihil eius superesse innuit praeter nomen: quod et Strabo significat his verbis, lib. XVI, pag. 758: Καὶ πολιχνίων ὀνόματα, πλέον δ' οὐδέν. Συκαμίνων πόλις, Βουτόλων, καὶ Κροκοδείλων πόλις, καὶ ἄλλα τοιαῦτα. H.

Est flumen. Vet. apud Dalec. *et flumen.* Ed. P. — Quo vero id nomine? Au eodem quo oppidum? ποταμὸς κροκοδείλων. An potius eum cuius ostia Ptolemaeus, lib. V, cap. 15, prope Dora collocat. Χεραίου ποταμοῦ ἐκβολαί. Vitrovio nomine idem amnis designatur. H.

Dorum. Fuit quum *Doron* scribi mallem et *Sycaminon*, quia sic Crocodilon dixisse videtur, patrio casu. Nam graece Δῶρα Ptolemaeo, loco citato, in ora Phoeniciae. Scylaci, p. 40, Δῶρος, πόλις Σιδωνίων. Meminere Eusebius et Hieronym. de locis Hebr. At libros veteres sequi-

Carmelum, et in monte oppidum, eodem nomine, quondam Ecbatana dictum. Iuxta Getta, Iebba: rivus Pagida, sive Belus, vitri fertiles arenas parvo littori miscens. Ipse e palude Cendevia a radicibus Carmeli profluit. Iuxta colonia Claudii Caesaris Ptolemais, quae

mur probatiores. H.—Nunc *Tartoura*, auctore d'Anville. Eo. P.

Sycaminum. Συκαμίνων Strabonis, loco citato, a recto Συκόμινον, ut docet Stephanus. H.—Nunc *Atlik*, ut opinatur idem d'Anville. Eo. P.

Carmelum. Κάρμηλος τὸ ὄρος Straboni, loc. cit. Dum haec scriberem, venit in mentem illius loci apud Iosephum, Bell. Iud. lib. III, cap. 2, pag. 832: Κάρμηλος τὸ πάλαι μὲν Γαλιλαίων, νῦν δὲ Τυρίων ὄρος· ᾧ προσέχει Γάμαλα πόλις Ἱππέων, etc. *Carmelus mons, quondam Galilaeorum, nunc autem Tyriorum: cui contineta est Gamala civitas Equitum*, etc. Subortsque suspicio est, significari hoc loco illud ipsum oppidum, quod eiusdem nominis fuisse cum monte Plinius asseverat, legique oportere: ᾧ προσέχει Κάρμηλα, etc. Moneo tamen modo, non definio. H.

Ecbatana. In MSS. *A betana*. Stephanus, pag. 12, Ἀγβάτανα, πολίχνιον Συρίας. Per α et ε scribi a priscis auctoribus promiscue monet. Et p. 255, Ἐκβάτανα Συρίας πόλις. In hac urbe Cyri F. Cambyses obiit, oraculo delusus, quum in Ecbatanis Mediae decessurum se speraret. Herodot. Thalia, lib. III, p. 186 et 187. Hard.

*Getta. Forte Γίττα, quam πόλιν Παλαιστίνης Polybius vocat in Excerptis, e libro XVI. Non est Gith vel Geth, de quo Eusebius et Hieron. in loc. Hebr. De Iebba scriptores caeteri silent. H.

Pagida. MSS. *Pacida*. Reg. 1, 2, Colb. 1, 2, Paris, Chiffl. Qui *Pagida* scripserunt, ἀπὸ τῶν πηγῶν deduci nomen Syrum voluerunt. H.—Rivus Pagida, sive Belus, nunc *Nahr-Halou*. Brot.

Belus. Stephano Βῆλος, verbo Ἀκη. Iosepho, Bell. Iud. lib. II, c. 8, pag. 790, Βῆλος ποταμὸς παντόπαστν ὀλίγος, stadiis a Ptolemaide duobus, hoc est, pass. CCC, vallem praefluens, atque arenam volvens secum perpetuo, vitreis operibus conficiendis aptam. De eo amne rursum lib. XXXVI, cap. 65. De arenis littoris huiusce vitrariis vide etiam Straboneni, lib. XVI, p. 758. H.

Parvo. Hanc vocem in veteribus codicibus deesse affirmat Dal. Eo. P.

Cendevia. MSS. *Centebria* et *Candebea*; vel. apud Dalec. *Candelabra*. Eo. P.—An a Κενδεβαίῳ duce nomen, quem ab Antiocho missum ad vastandam Iudaeam refert Iosephus, Antiq. Iud. lib. XII, cap. 13, pag. 447. Libro XXXVI, cap. 65. Hard.

Ptolemais. Huc pertinent nummi Antonini et Getae, apud Patinum, pagina 299 et 317, COL. PTOL. ille praesertim Antonini, qui Serapidis effigiem habet: cuius cultum in Syria familiarem fuisse, ex Caesareae nummo a nobis antea laudato, perspicuum est. Frustra igitur haeret Patinus, quo sui illi nummi spectent. Hard.

quondam Ace. Oppidum Ecdippa. Promontorium Album. Tyrus quondam insula, praealto mari septingentis passibus divisa, nunc vero Alexandri oppugnantis operibus continens, olim partu clara, urbibus genitis, Lepti, Vtica, et illa romani imperii aemula, terrarum orbis avida, Carthagine: etiam Gadibus extra orbem conditis. Nunc omnis eius nobilitas conchylia atque purpura constat. Circuitus XIX mill. passuum est, intra Palaetyro inclusa. Oppidum ipsum XXII stadia obtinet. Inde Sarepta, et Ornithon oppida: et Sidon artifex vitri, Thebarumque Boeotiarum parens.

Ace. Strabo lib. XVI, pag. 758: ἣν Ακην ὠνόμαζον πρότερον. Ex Strabone Stephanus: Ακη, πόλις Φοινίκης... αὕτη Πτολεμαΐς ἐκαλεῖτο. Demetrius apud Harpocrat. verbo Ακη, id nominis arci Ptolemaidis fuisse ait. Causam appellationis huius vide apud Stephanum, verbo Πτολεμαΐς. Hodie S. *Jean d'Acre.* H.

Ecdippa. Εκδίππα Ptolemaeo lib. V, cap. 15, inter Ptolemaida et Tyrom. Iosepho, Bell. Iud. lib. I, cap. 11, Εκδιππος. H. — Nunc *Zib*, ut monet d'Anville. Ed. P.

Album. Hi Tyrii montes, Christiano in his oris bello notissimi: quorum promontorium hodie *le cap. Blanc.* H.

Tyrus. Hodie *Sour*: ut apud Hebraeos olim צור *Tsor*, quae vox munitum oppidum sonat. H.

Continens. Hoc est, continenti adhaerens, illo ipso, quem Alexander struserat, aggere. Strabo lib. XV, pag. 757. H.

Lepti, etc. Isidorus, Orig. lib. XV, c. 1: *Phoenices a Rubro mari profecti, Sidonem urbem opulentissimam condiderunt... Ipsi etiam Tyrum in Syria: ipsi Vticam in Africa, Hipponem, Leptim, aliasque urbes in ora maritima condiderunt: ipsi Thebas in Boeotia duce Cadmo*, etc. Curtius lib. IV, c. 19 de Tyro: *Coloniae certe eius paene orbe toto diffusae sunt: Carthago in Africa, in Boeotia Thebae, Gades in Oceano.* A Tyriis Thebas esse conditas asseverat, quas Plinius Sidoniis adscribit, ut vicissim Tyriorum partum Leptim Plinius esse statuit, quam a Sidoniis conditam Sallustius pronunciavit, lib de Bello Iugurthino, pag. 115. Sed ab iisdem nimirum orti parentibus, Phaenicibus scilicet, Tyrii Sidoniique. Vticam a Tyriis conditam Velleius quoque affirmat lib. I, pag 3. Quo vero id anno contigerit, dicemus lib. XVI, capite 79. H.

Romani imperii aemula. Haec in Tolet. exemplari non leguntur, nec in Chiffl. Dalec.

Palaetyro. Παλαίτυρος (ea vox antiquam Tyrum sonat), quam a Tyro nova distare stadiis XXX, hoc est, pass. 1er mille, DCCL, auctor est Strabo lib. XVI, pag. 758. H.

Inde Sarepta. Vet. ap. Dalec. *Sarapta.* Σαρεφθὰ Iosepho, Antiq. lib. VIII, cap. 7, pag 785, medio Ty-

(xx.) A tergo eius mons Libanus orsus, mille quingentis stadiis Simyram usque porrigitur, qua Coele Syria cognominatur. Huic par, interiacente valle, mons adversus Antilibanus obtenditur quondam muro coniunctus. Post eum introrsus, Decapolitana regio est, praedictaeque cum ea tetrarchiae, et Palaestinae tota laxitas. At in ora etiamnum subiecta Libano, fluvius Magoras: Berytus colonia, quae Felix Iulia appellatur. Leontos oppidum: flumen Lycos: Palae-

rum inter, et Sidonem, intervallo. Hinc Sareptana vidua, R. III, 17. Hactenus editum sic est: *Inde Evhydra, Sarepta.* Sed *Evhydra* nulli MSS. agnoscunt. Ενυδρα Strabonis lib. XVI, pag. 753, ultra Aradum sita, non est huius loci. H. — Sareptae memoriam servat locus, quem *Sarfand* vocari ait d'Anville. Ed. P.

Ornithon. Medio quoque intervallo Tyrum inter et Sidonem, hoc est, centum utrimque stadiis, sive pass. ΔΙΙ Μ. Π. Ορνίθων πόλις λεγομένη, Avium, seu mavis Gallinarum oppidum, a Strabone collocatur lib. XVI, pag. 758. H. — Nunc *Elurbi*, auctore eodem d'Anville Ed. P.

Et Sidon artifex. Quoniam arenae vitrariae, de quibus superius dictum, Sidonem deferuntur, ubi fornaceae officinaeque vitrariae, arenarum fusioni aptae. Strabo, loco citato *Saide.* Hasu.

A tergo eius. Sidonis. H.

Porrigitur. A Sidone Simyram usque, versus septemtrionem: quae pars Syriae Coele dicitur, hoc est, Cava. Hasu.

Interiacente valle. In Amphitheatri formam: clandente vallem a septemtrione et ab occasu, Libano monte, quem nunc populi incolunt, dicti *les Druses*: ab meridie et oriente, Antilibano, *l'Antiliban.* H.

Post eum. Post Antilibanum, versus ortum solis, Damascus occurrit, et Decapolitana: versus meridiem, laxissimus, hoc est, vastissimus Palaestinae tractus. H.

At in ora etiamnum subiecta Libano, fluvius Magoras. Chifflet. *in ora autem subiecta Libano fluvius Nagoras* Ed. P.

Magoras. Qui Straboni lib. XVI, pag. 756, medio spatio inter Sidonem et Berytum. Nunc vocant incolae, patria lingua, *Nahr-el-Damur.* H. et Ed. P.

Felix Iulia. Βηρυτὸς Graecis dicitur, producta penultima syllaba: indigenis *Bairout.* Olim binominis fuit. nam et Beroeam appellatam esse auctor est Eusebius in Chron. H.

Leontos. Λέοντος, vel ut Scylax, p. 40, et Strabo vocat lib. XVI, pag. 256, Λεόντων, hoc est, Leonum oppidum. H.

Lycos. Straboni p. 755, Λύκος ποταμὸς inter Byblum et Berytum: mox Byblum sequi deinde dicit Αδωνιν ποταμόν, ac postea Παλαιβύβλον, quo ordine a Plinio nunc commemorantur. Canis nomen eiamni fecere nunc indigenae, *Nahr-el-Kelb.* Adonidi

byblos: flumen Adonis. Oppida: Byblos, Botrys, Gigarta, Trieris, Calamos: Tripolis, quam Tyrii et Sidonii et Aradii obtinent. Orthosia, Eleutheros flumen. Oppida: Simyra, Marathos, contraque Arados septem

vero Abrahae, *Nahr-el-Ibrahim*. H.

Byblos. Βύβλος Stephano, cuius vocis originationem pluribus idem investigat. Hodie *Diebail*. H.

Botrys. Βότρυς πόλις Φοινίκης, Stephan. Indigeois *Batroun*. Hinc Diagoras Botryeosis, de quo diximus in Auctorum syllabo. H.

Gigarta. Chifflet. *Sycarda*. Strabo lib. XVI, p. 755, Βόστρα (lego Βότρυν), καὶ Γίγαρτον, inter oppida numerat, quae sunt subiecta Libano. In Notitia Eccles. Provinc. Phaenieiae, Γήγαρτα κώμη. Nunc *Gazir*, auctore d'Anville. H. et Ed. P.

Trieris. Τριήρης χωρίον τι Strabonis pag. 754: πόλις est Stephano, pag. 664. Hinc sunt *Trieres* appellati a Daniele prophete cap. xi, 30, ut acute vidit Vulgatus interpres. H.

Calamos. Has eodem ordine appellat Polybius lib. V, p. 754: Βηρυτόν, Βότρυν, Τριήρη, καὶ Κάλαμον. H. — Etiamnunc *Calamon*, ut vult d'Anville. Ed. P.

Tripolis. Mela concise lib. II, cap. 12: *Tria oppida fuerunt, singulis inter se stadiis distantia: locus ex numero Tripolis dicitur*. Plinio Strabo suffragatur, loc. cit. Etiamnunc *Tripoli*. H.

Orthosia. Ορθωσιάς Straboni pag. 753, iuxta Ελεύθερον amnem, quem hodie aiunt Sanctum vocari, *le Fleuve Saint*. Vrbem *Orthosida sacram* appellat Priscianus in Periegesi p. 389. In omnis, ΟΡΘΩΣΙΕΩΝ. Harc. — Etiamnunc *Ortosa*. Ed. P.

Simyra. Σίμυρος, τὰ Σίμυρα, Stephano, et Straboni lib. XVI, p. 753. Simyra castellum, Melae loco citato. H. — Etiamnunc *Sumira*. Ed. P.

Marathos. Μάραθος πόλις ἀρχαία Φοινίκων κατεσπασμένη, *vetus Phoenicum civitas, nunc diruta*, inquit Strabo loco citato. H.

Contraque Arados. Sic Reg. 1, 2, Colb. 1, 2, Paris. Chifflet. Vet. Dal. etc. Sic editio Parmens. aliaeque vetustiores ante Hermolaum Barbarum, cui visum est sic emendare, *contraque Aradum Antarados*. Atqui et vulgatae scripturae conciliat auctoritatem, tum consensus codicum, tum situs ipse locorum, tum Arriani testimonium lib. II, de Expedit. Alex. p. 149, statuentis ex adverso Marathi, non alterius cuiuspiam oppidi, Aradum esse: τήν τε Αράδον τὴν νῆσον, καὶ τὴν Μάραθον τὸν κατάντικρυ τῆς Αράδου ἐν τῇ ἠπείρῳ ᾠκισμένην, πόλιν μεγάλην καὶ εὐδαίμονα, etc. Inde factum Marathi alterum cognomen Antaradi. Et Melae quidem lib. II, c. 7, et Straboni, ut diximus in prioribus notis, Arados insula est, oppidumque, eius amplitudinis, quanta nunc a Plinio assignatur: oeutri laudata Antarados. Antaradi qui meminit Antonius, nec Aradi ie meotionem fecit, quod terrestri via iter commoostraret, nec Marathi, quod eius oppidi cognomen alterum esse Aotaradum intelligeret. Vous omnium Ptolemaeus utromque saoe commemorat, Antaradum, Marathumque: sed is est, ut eruditi norunt, cuius fides in geographicis re-

stadiorum oppidum et insula, ducentos passus a continente distans. Regio in qua supradicti desinunt montes, et interiacentibus campis, Bargylus mons incipit.

XVIII. Hinc rursus Syria, desinente Phoenice. Oppida: Carne, Balanea, Paltos, Gabale: promontorium, in quo Laodicea libera, Diospolis, Heraclea, Charadrus, Posidium.

bua est admodum sublesta: tum certe maxime quum nullius ei scriptoris alterius patrocinatur auctoritas. Nam quis porro miretur in Asia Antaradum Marathumque in duo eum oppida distraxisse, qui Clupeam Aspidemque in Africae littore, ceu geminas civitates, qui sexcenta errata similia passim a nobis in hoc opere animadversa, obtruserit? Esto igitur antiqua Marathos, eademque, quod contra Aradum in continente foret, Antaradus olim cognominata, quae hodie, uti a viris accepimus, qui loca ea diligentissime perlustrarunt, *Tortosa* dicitur: deductis in eam videlicet, ut quidem remur, Orthosiae veteris, quae haud procul fuit, civibus incolisque, cum ipsa Orthosiae appellatione. Hasd. — Aradum nunc *Ruad* vocari ait d'Anville. Eo P. — *Septem stadiorum.* Hoc ipsum de Arado insula oppidoque, Strabo lib. XVI, p. 753. H.

Ducentos passus. Chiffl. *ducentis passibus.* Eo. P. — Strabo, stadia xx, quae efficiunt passus bis mille et ducentos. H.

Regio in qua. Transcribit haec Marlianus lib. VI, cap. de Arabia et Syria pag. 220. H.

XVIII. *Hinc rursus.* Hinc appellari rursus Syria incipit, etiam in ora, ubi Phoenice desinit. Phoeniciae tamen, Carne, Balaneaque a Stephano adscribuntur Κάρνη, πόλις Φοινίκης. Et Βαλανέαι, πόλις Φοινίκης, ἡ νῦν Ἀτυχάς. Utraque Aradiorum ditionis est, eum Palin, teste Strabone lib. XVI, pag. 753: ἡ τῶν Ἀραδίων παλαιὰ Πάλτος, καὶ Βαλανεία, καὶ Κάρανος τὸ ἐπίνειον τῆς Ἀράδου, Aradiorum navale. H. — Balanea *Banias* hodie vocatur: ignorantur Carne et Paltos. Eo. P.

Gabale. Oppidula Laodiceae proxima a Strabone haec numerantur lib. XVI, pag 753: Τῇ γὰρ Λαοδικείᾳ πλησιάζει πολίχνια, καὶ τὸ Ποσείδιον, καὶ τὸ Ἡράκλειον, καὶ τὰ Γάβαλα. Hoc imperatori Elagabalo factum nomen, quae vox Gabalitarum deum sonat: quod esset solis sacerdote genitus, ut fabulantur. Hodie *Djébélé* Hasd. et Eo P.

Laodicea. Hi sunt Λαοδικεῖς οἱ παράλιοι, Laodicenses maritimi, ap. Iosephum, Bell. Iudaic. lib. I, cap. 46, pag. 740. Hodie *Ladquié*, sive *Lattaquié.* Hasd. et Eo P.

Diospolis. MSS. omnes. Reg. 1, 2, Colbert. 1, 2, Paris. Chiffl. *Dipolis.* Cave enim existimes hanc esse Diospolin Palaestinae, cuius sedis Episcopi in Conciliis saepe subscribunt, cuius apud Antoninum mentio, caeterosque: haec enim haud procul Ascalone et Caesarea Palaestinae fuit,

(XXI.) Deinde promontorium Syriae Antiochiae. Intus ipsa Antiochia libera, Epidaphnes cognominata, Oronte amne dividitur: in promontorio autem Seleucia libera, Pieria appellata.

(XXII.) Super eam mons eodem, quo alius, nomine, Casius. Cuius excelsa altitudo quarta vigilia orientem per tenebras solem aspicit, brevi circumactu corporis, diem noctemque pariter ostendens. Ambitus ad cacumen XIX M. pass. est: altitudo per directum, IV. At

Lydda prius, ut cap. 16 nominimus, appellata. De Herardes diximus in libro de Nummis antiquis populorum et orbium. HARD.

Charadrus. Quoniam id oppidum in confinio Ciliciae Syriaeque est, Ciliciae a Scylace pag. 38, Stephanoque adscribitur. Χάραδρος λιμὴν καὶ ἐπίνειον Κιλικίας. HARD.

Antiochiae. Dalec. *Antiochenae.* Vet. apud eumdem, *deinde Syriae Antiochiae*, nulla promontorii facta mentione. EO. P. — Cognomento etiam alio, ἐπὶ τοῦ Ὀρόντου, *ad Orontem* dicta, Ptolemaeo lib. V, cap. 15, ab eo amne qui eam urbem praeter fluit. Incolis nunc *Antiaquié*. A mari unius diei navigatione adverso flumine distare auctor est Strabo lib. XVI, p. 751. Liberam fuisse, id est, suis, non romanis, vixisse legibus, docet nummus antiquus apud Spanhemium p. 789, ΑΝΤΙΟΧΕΩΝ ΜΗΤΡΟΠΟΛ. ΑΥΤΟΝΟΜΟΥ. HARD.

Epidaphnes Vet. apud Dalec. *Epiphanes.* EO. P. — Ἐπὶ Δάφνης. Straboni lib. XVI, pag. 749, Ἀντιόχεια ἡ ἐπὶ Δάφνῃ. HARD.

Oronte. Ὀρόντης Strabo ni lib. XVI, pag. 751. Hodie *Nahr-el-Assi.* HARD. et EO. P.

Seleucia Nunc *Soueidié*, ut legimus in mappa trium provinciarum, sive *Paschaliks de Hhaleb*, *Reha* et *Baghdad*, auctore Rousseau, curis et impensis societatis Geographiae Parisiensis recens in lucem edita, quam de his omnibus consulas, si vacat. EO. P.

Quo alius. In confinio Aegypti et Syriae positus, de quo c. 14. H.—. Hic *Djebel-Mouça*, hodie dicitur. EO. P.

Cuius excelsa. Narrant id quoque Solinus iisdem verbis c. XXXVI, pag. 65, et Martianus lib. VI, pag. 220. HARD.

Quarta vigilia. Ternis horis ante solis exortum. Eadem ferme, non de Casio, sed de Caucaso monte refert Aristoteles, Meteorol. lib. I, cap. 16, pag. 545. Ac de Cauraso quidem id vere a Philosopho dictum esse, probat egregie Cabeus, in Meteorol. lib. 1, text. 63, p. 388. At Pomponius Mela lib. I, cap. 10, pag 14. Casio id quidem tribuit, non tamen Antiocheno, sed Aegyptio. Item Lucanus lib. X, vers. 534: *Lucifer a Casia prospexit rupe, diemque Misit in Aegyptum primo quoque sole calentem* HARD.

Circumactu. Globosi verticis parte altera lucem, altera tenebras ostendente. HARD.

in ora amnis Orontes, natus inter Libanum et Antilibanum iuxta Heliopolin. Oppidum Rhosos: et a tergo Portae, quae Syriae appellantur, intervallo Rhosiorum montium et Tauri. In ora oppidum Myriandros: mons Amanus, in quo oppidum Bomitae. Ipse ab Syris Ciliciam separat.

XIX. (XXIII.) Nunc interiora dicantur. Coele habet Apamiam, Marsya amne divisam a Nazerinorum te-

Heliopolin. Ἡλιόπολις Ptolemaeo l. V, c. 15, in Syria Coele, vel ut alii codices habent, in Decapolitana. Ab Antonino, medio ferme itinere ponitur, inter Laodiceam, et Damascum, utrimque circiter mill. pass. XX. Haud procul Apamea, a Strabone lib. XVI, pag. 752. H. — *Baalbeck* hodie dicitur: in eaque magnifica ac paene integra reperiuntur rudera templi quondam Soli dicati. Eo. P.

Rhosos. Ῥῶσος Stephano: Straboni lib. XVI, p. 751, Ῥωσσός inter Issum Ciliciae oppidum et Seleuciam. H. — Nomen hodieque servat. Eo. P.

Portae, quae Syriae. Sic angustias vocat, inter Tauri montis partem, Rossicumque scopulum, de quo Ptolemaeus lib. V, c. 15, qua transitus aditusque est in Syriam a Cilicia, et Myriandro. Συρίαι πύλαι, Ptolemaeo, loco citato, et Straboni lib. XIV, p. 676. H. — *Saqqal-Doutan* hodie dicuntur. Eo. P.

Myriandros. Μυριάνδρος Scylaci pag. 38, in Syriae Ciliciaeque confinio. H. — Veteri nomine etiamnunc agnoscitur. Eo. P.

Amanus. Quo de monte Cicero multa lib. V ad Attic. epist. 20, p. 150. Hic enim castra posuit: hinc nomen imperatoris obtinuit. *Amanus*, inquit, *Ciliciam a Syria aquarum divortio dividit.* H. — Nunc *Quezel Dagh.* Eo. P.

Ab Syris. Vet. apud Dalecamp. *ab Assyriis.* Eo. P.

XIX. *Coele.* Syria Coele, Κοίλη Συρία: Syria Cava, quoniam inter editissimos montes, Libanum, Antilibanumque depressa et humilis. Haro.

Apamiam. Απάμεια Graecis, incolis nunc *Famia*, ad Orontem sita, Strabone teste lib. XVI, pag. 752. Haro. et Eo. P.

Marsya amne. Hunc esse arbitror quem Graeci ob similitudinem aliquam cum amne Macedonico Axium appellarunt: unde nummus exstat apud D. Vaillant lib. de Hist Regum Syriae p. 261, cum epigraphe, ΑΠΑΜΕΩΝ ΤΩΝ ΠΡΟΣ ΤΩ ΑΞΙΩ. Haro.

Nazarinorum. Qoos, ut arbitror, Apamiensium ab ortu vicinos, iuxta Marsyam, Strabo facit, pag. 753, et Φυλάρχους Αραβας vocat. Ab his profecti qui versus occasum refugientes, Marsyam Orontemque transgressi, inter Orontem amnem ab ortu, mare mediterraneum ab occasu, Marathum *Tortose* a meridie, a septemtrione Laodiceam, montes incolunt, priscumque retinent nomen, *les Nosairis*, quos indigenas

trarchia: Bambycen, quae alio nomine Hierapolis vocatur, Syris vero Magog. Ibi prodigiosa Atargatis, Graecis autem Derceto dicta, colitur: Chalcidem cognominatam ad Belum, unde regio Chalcidene fertilissima Syriae. Et inde Cyrrhestice Cyrrhum: Gaza-

esse nos monet erudit. Rousseau, in mappa iam superius laudata. Haan. et Ed. P.

Bambycen. Βαμβύκη, Straboni l. XVI, pag. 751. Plutarchus in Anton. Ἱερὰν πόλιν, ἣν Βορβύκην (lege Βαμβύκην) πρότερον ἐκάλουν. A Seleuco Hierapolim esse appellatam, auctor est Aelianus, Histor. Anim. lib. XII, cap. 2. Hard.

Magog. A filio Iapheth. Nunc *Munbedje*, ut in eadem mappa legimus, haud longe ab Euphrate. Vt autem apud Plinium civitas una e primariis Syriae Coeles Magog appellata fuisse dicitur: sic apud Ezechielem, cap. XXXVIII: *Gog terra Magog*; gens ipsa Coeles Syriae est, oriunda a Magog filio Iaphet: cuius gentis exercitus penitus interiisse, Nabuchodonosoris victoria, ab Ezechiele loco citato, dicitur, anno ante Christum 573, desolationis Templi quatuordecimo: anno antequam Nabuchodonosor Tyrum expugnaret, ut Ezechielis capite sequente narratur. Hard. et Ed. P.

Atargatis. Vet. apud Dalec. *Atergati.* Ed. P. — Strabo lib. XVI, p. 748, de Hierapoli, ἐν ᾗ τιμῶσιν, inquit, τὴν Συρίαν θεὸν τὴν Αταργάτιν. Et pag. 785, eamdem appellatam esse a Ctesia Δερκετὼ docet: ab aliis Αθάραν, forte pro Ασθάραν. Est enim id numen quod sacrae paginae Astaroth vocant. Prodigiosam appellat, quod facie hominis esset, reliquo corpore in piscem desinente. Ovidius, Metamorph. lib. IV, v. 44: *De te, Babylonia, narret, Derceti, quam versa squamis velantibus artus Stagna Palaestini credunt celebrasse figura.* Alii Atargatim, sive Atargatin, muliebri plane forma fuisse aiunt, et matrem esse deum. Hard.

Colitur. Chiffl. *colit.* Ed. P.

Chalcidem. Χαλκὶς Συρίας Stephano, et Ptolemaeo lib. V, cap. 15. A Beroea M. P. XVIII, apud Antonin. Regio ipsa ἡ Χαλκιδικὴ dicta Straboni lib. XVI, pag. 753, et Ptolem. In Conc. CP. I: *Eusebius Chalcidensis, ex prov. Coeles Syriae.* Haan. — Nunc *Quinnesrin.* Ed. P.

Ad Belum. Πρὸς Βήλῳ. Montis id nomen esse videtur, qui sub diversis nominibus ab Oronte ad Chalum, nunc *Quouaicq*, protenditur, et cuius pars Chalcidi vicina, nunc *Djebel-il-Semmaq* appellatur. H. Ed. P.

Et inde. Versus septemtrionem, Amano monti et Commagenae contigua, Strabo lib. XVI, p. 751. Cicero lib. V ad Atticum epist. 18, p. 447: *Cyrrhestica Syriae pars proxima est provinciae meae*, nempe Ciliciae. H.

Cyrrhestice. Pro his vocibus *Cyrrhum*, *Gazatas*, MSS. Reg. 1, 2, Colbert. 1, 2, Paris. et Vet. Dalec. habent tantum *Yrticazetas.* Parm. editio *Irneazetes.* Gazatas porro in hoc tractu terrarum, caeterorum Geographorum nemo unus agnoscit. H. — Dalec. *Cyrrhistica* pro *Cyrrhestice.* Ed. P. — Κυρρίστικὴ Ptolemaeo lib. V, cap. 15. Κυρηστικὴ,

tas, Gindarenos, Gabenos: tetrarchias duas, quae Granucomatae vocantur, Emesenos, Hylatas, Ituraeorum gentem, et qui ex iis Baetarreni vocantur: Mariammitanos: tetrarchiam, quae Mammisea appellatur: Paradisum, Pagras, Pinaritas, Seleucias praeter iam

Straboni lib. XVI, p. 751. Nummus aereus mediocris formae, sub Antonino Pio cusus, in Museo nostro Parisiensi exstat, cum epigraphe ΚΥΡΡΗΣΤΩΝ. Videtur Cyrrhestice ea esse, quae Amos XII, 7, *Cyrene* vocatur: eademque *Libya*, Iudith, 111, 1. Regioni nomen ab oppido, quod Κύρρος Ptolemaeo: Tacito *Cyrrhus*, Annal. lib. II, cap. 57. In Conc. Calced. Κύρος. Theodoreti haec sedes fuit: qui bidui itinere distare illam ait ab Antiochia, in Hist. Eccles. A Beroea Antoninus, XIII M. P. Hodie *Khoros*. H. et Ed. P.

Gindarenos. Vet. apud Daleeamp. *Gindaneos*. Ed. P. — Γίνδαρος ἀκρόπολις τῆς Κυρηστικῆς, arx Cyrrhesticae regionis, Straboni lib. XVI, p. 751. *Petrus Gindarensis* ex prov. Syriae Coeles, in Conc. Nic. I, p. 51. Hard.

Gabenos. *Bassonus Gabenus*, ex prov. Syriae Coeles, in Conc. Nic. I, pag. 52 Hard.

Granucomatae. Cheff. *Granocumatiae*. Ed. P. — Γράνου κωμῆται, quasi Grani pagani, sive e Grani pagis. Hard.

Emesenos Dalec. *Emisenos* Ed. P. — Εμεσηνοὺς appellat Strab. p 753, ab Emesa oppido, de quo cap. 21. De Hylatis caeteri silent. Forte *Heliatae* ab Heliopoli legendum Barbarus suspicatur, cui vix assentimur. Hard

Ituraeorum. Ἰτουραίων ὀρεινῶν, montana Ituraeorum haud procul Chalcidene statuere Strabo videtur pag. 753 et 755. Tetrarcha Ituraeae Philippus, et Trachonitidis regionis: Luc. III, iuxta Trachonitas, ex eodem Strabone pag. 753 et 756. H.

Baetarreni. Frobenius Barbari coniecturam amplexus, Baetarrenos huc transtulit, quam tertiae Palaestinae, hoc est, Arabiae Petraeae gentem fuisse ex Stephano constat: Βαιταρρηνοὺς κώμη μεγάλη τρίτης Παλαιστίνης· οἱ κατοικοῦντες, Βαιταρρηνοί. At vetusti codices longe aliter: nam Reg. 1, 2, Colb 1, 2, Paris. *Baetocemi*. Reg. 2, Chiffl. Vet. Dalec. et Parm. edit. *Bethami*. Hard.

Mariammitanos. In Notitia antiqua Ecclesiast. provinciae Syriae secundae pag. 58, Επιφανεια, Μαριαμμη, Σελευκόδηλος. In Conc. Calced. pag. 483: *Paulus episcopus Mariammae Syriae secundae*. H. — Chiffl. *Mariamnitanos*. Ed. P.

Mammisea. In MSS. *Mamisa*. Haud dubie *Minnizea* scriptum oportuit: nam in Cyrrhestice Antoninus non semel Minnizam commemorat, a Cyrrho dissitam M. P. XX, totidemque a Beroa, quae et ipsa Cyrrhesticae ab eodem adiudicatur, ut diximus. Namque in recensendis Cyrrhestices oppidis gentibusque, Plinius modo totus habitat Hard.

Paradisum. Παράδεισος πόλις Συρίας Stephano. Laodiceae regioni a Ptolemaeo adscribitur lib. V, c. 15. H.

Pagras. Iuxta Gindarum, de qua

dictam duas, quae ad Euphraten, et quae ad Belum vocantur, Cardytenses. Reliqua autem Syria habet (exceptis quae cum Euphrate dicentur), Arethusios, Beroeenses, Epiphaneenses. Ad orientem Laodicenos, qui ad Libanum cognominantur, Leucadios, Laris-

proxime dictum est. Strabo l. XVI, pag. 751, Τῇ δὲ Γινδάρῳ συνάπτουσιν αἱ Πάγραι, prope Amani transitum, qua ex portis Amanidibus appellatis in Syriam itur. Hard.

Pinaritas, Πίναρα, iuxta Pagras in Pieria, apud Ptolemaeum lib. V, c. 15, unde Πιναρίται. Hard.

Iam dictam. Cap. superiore. H. — Chifft. *iam dictas*. Ed. P.

Ad Euphratem. Cuius sedis episcopus fuisse videtur Byzus Seleuciensis, cuius subscriptio legitur in Concil. CP. I, pag 955, inter episcopos provinciae Syriae Coelea, cum Apameense, Epiphaniense, et Seleucobelitano. Hard.

Ad Belum. Montia id nomen, ut superius diximus. Σελευκείας πρὸς Βέλῳ, meminit Ptolemaeus, in Cassiotide lib. V, cap. 15, inter Antiochiam et Larissam. In Conc. CP. I, p 955, *Marcianus Seleucobelitanus*. In Conc. Calced. Act. IV, pag. 487, *Eusebius episcopus Seleucobeli, Syriae secundae*. Σελευκόβηλος Stephano p. 592. *Schoghr* nunc vocatur. H. et Ed. P.

Cardytenses. Ab oppido, de quo Stephanus p. 356, Καρδύτος, πόλις Συρίων μεγάλη, ex Hecataei periegesi Asiae: τὸ ἐθνικὸν Καρδύτιος. Tamen series litterarum poscere videtur, ut legatur, *Tardytenses*. H. — Dalec. *Carditenses*. Ed. P.

Dicentur. Cap. seq. Hard.

Arethusios. In Notitia antiqua Ecclesiastica, provinciae Syriae secundae, oppida haec recensentur, Απάμεια, Αχρίασα, Επιφάνεια, Αρεθοῦσα, etc. Antoninus in itinere ab Antiochia Emesam, ab Epiphania Arethusam collocat, XVI M. P. pari ab Emesa intervallo. H. — *Restan* nunc vocatur, auctore d'Anville. Ed. P.

Beroeenses. Ab urbe, quae Beroa Antonino, in Cyrrhestice. Graecis Βέρροια, Βέροια, et Βερόη, testa Stephano. In Conc. CP. I, pag. 955, *Acacius Beroeensis*, ex prov. Syriae Coeles. Hodie *Hhaleb*, volgo *Alep*, emporium urientia celeberrimum. Qui hodie Graeci episcopi Aleppi sedem habeot, *episcopi Beroeenses* subscribunt. Nicetas Chon. in Ioan. Comn. p. 19: Ἐπιστὰς δὲ τῷ Χάλεπ, τὸ δ' ἐστὶν ἡ πάλαι λεγομένη Βέρροια. Nicephorus Callist. lib. XIV, cap 39, pag. 526. ἀπὸ Βερροίας, εἴη δ' ἂν αὕτη τὸ Χάλεπ. Sic etiam Zonaras et Cedrenus. Aleppi hodie amnis est exiguus, qui moenia praeterfluit: quem *Quouaiq* incolae vocant, ut sup. diximus. Hard. et Ed. P.

Epiphaneenses. Dalec. *Epiphanenses*. Larissam inter et Arethusam, pari utrinque XVI M. P. intervallo disiuncta Epiphania collocatur ab Antonino in Itin. In Conc. Nic. I, p. 51, *Mauricius Epiphaneensis*, inter episcopos provinciae Syriae Coelea. In Conc. CP. I, p. 955, *Eusebius Epiphaniensis*. Nunc *Hhama*, ut omnes confitentur. Hard.

Qui ad Libanum. In nummis Antonini Severi, ΛΑΟΔΙΚ. ΠΡΟΣ ΛΙΒΑΝ. A Laodicea libera, sive mari-

saeos, praeter tetrarchias in regna descriptas barbaris nominibus XVII.

XX. (XXIV.) Et de Euphrate hoc in loco dixisse aptissimum fuerit. Oritur in praefectura Armeniae maioris Caranitide, ut prodidere ex iis, qui proxime viderant, Domitius Corbulo, in monte Aba: Licinius Mucianus sub radicibus montis, quem Capoten appellant, supra Zimaram, XII M. pass. initio Pyxirates no-

tima, de qua diximus capite superiore, ut cognomine, ita et situ Laodicea haec diversa. HARD.

Leucadios. De hac Leucade Asiatica caeteri scriptores silent. Sunt haec a Macedonibus, dum rerum in Asia potirentur, graeca urbibus imposita nomina, quibus sua iam essent alia Syra et vernacula. Nam id de Larissa Stephanus docet, pag. 410, Λάρισσα Συρίας, ἣν Σύροι Σίσαρα καλοῦσιν. HARD.

Larissaeos. Vicinam Apameae Larissam facit Strabo lib. XVI, p. 752. Mediam inter Apameam et Epiphaniam, Antoninus. In altera autem Orontis ripa sita fuit, ubi nunc reperitur vicus *Scheizer* dictus. In Conc. Nic. I, p. 51, *Leontius Larissaeus*, inter episcopos provinc. Syriae Coeles. HARD. et EO. P.

XX. *Oritur.* Habet haec Solinus cap. XXXVII, pag. 66. H. — Euphrates nunc incolis *Il Ferat* dicitur, nonnunquamque etiam *Mourad-sou*, hoc est, desiderii aqua; quod quidem nomen minus recte, ut videtur, Arsaniae, da quo infra not. 15, attribuit. ED. P.

Caranitide. Ipsa est quam Κάρηνιτιν Strabo vocat lib. XI, pag. 528, minori Armeniae a quibusdam attributa: adiuncta deinde maiori est. HARD.

Viderant. Sic in Chifflet. cod. Dalecamp. *viderunt.* ED. P.

In monte Aba. Straboni lib. XI, pag. 527, sc Ptolemaeo lib. V, cap. 13, Ἄβος appellatur, unde Euphrates prolabitur, Araxesque. MSS. tamen Reg. 1, 2, Colb. 1, 2, Chiffl. habent, *in monte Aga*: et Eustathio quidem in Dionys. pag. 125, dicitur Ἄγος ὄρος. HARD.

Capoten. Ita etiam Solinus loc. cit. *Capodem* Martianus legit lib. VI, cap. de Euphrate p. 220. *Catoten* in libro de Mensura orbis terrae MS. legimus. HARD.

Supra Zimaram. Libri editi hactenus, *supra Simyram*, insigni menda: nam Simyra urbs est Syriae, de qua diximus cap. 17, in ora mediterranei maris. At MSS. Reg. 1, 2, Colb. 1, 2, et Paris. *supra Zimaram*: itemque inferius, *Dascusa abest a Zimara*, quemadmodum et in Parmensi editione legitur. Ptolemaeo lib. V, cap. 7, inter urbes minoris Armeniae recensetur, παρὰ τὸν Εὐφρατην, Ζιμάρα, Δάσκουσα. Antonino pariter in Itin. Zimara, dicitur in minore Armenia, itinere per Euphratis ripam, a Satala Melitenen:

Analiba Zimaram. M. P. XVI.
Teucilam . . . . . M. P. XVI.
Sabus . . . . . M. P. XXVIII.
Dascusam . . . . . M. P. XVI.

minatus. Fluit Derxenen primum, mox Anaiticam, Armeniae regiones a Cappadocia excludens. Dascusa abest a Zimara LXXV M. passuum. Inde navigatur Pastonam, quinquaginta M. passuum. Melitenen Cappadociae, XXIV mill. passuum. Elegiam Armeniae decem mill. passuum, acceptis fluminibus Lyco, Arsa-

Et Tabul. Peutingeriana, segmento septimo:

Zimara . . . . . XVIII.
Zenocopi . . . . . XVIII.
Vereuso . . . . . XIII.
Saba ? . . . . . XVIII.
Dascusa . . . . . XVIII.

Sic ille Zimara Dascusam usque, LX millia passuum: ista, LXVII colligit: Plinius LXXV. HARD.

Derxenen. Ita etiam MSS. Sed multo rectius arbitror Xerxenen, Ξερξηνὴν, ut Straboni lib. XI, p. 528. Stephano, Ξερξήνη, a Xerxe dicta regio, ut a Cambyse Cambysene: Armeniae minori contermina: Ξερξήνη . . τῇ μικρᾷ Ἀρμενίᾳ ὅμορος. HARD.

Anaiticam. Dalec. *Anactiam*. Ios. Gor. apud Dalec. *Anaitiam*. ED. P. — A cultu deae Ἀναΐτιδος, cui praecipue addictos fuisse Armenios docet Strabo lib. XI, p. 532, nomen regioni factum videtur, vel loco potius in quo eius deae fanum fuit: de quo rursum Plinius lib. XXXIII, p. 24: *Templum Anaitidis*, inquit (*quo sit situ terrarum nomen hoc significavimus*), *numine gentibus illis sacratissimo*. HARD.

Armeniae. Maioris scilicet Armeniae, a Cappadociae parte, quae minori Armeniae adscripta aliquando est, maiori praetenta, ut dicetur lib. VI, cap. 3. HARD.

Pastonam. Reg. 1, 2, Colb. 1, 2, Paris. Chiffl. *Sutonam*. H. — Nunc *Pastek*, auctore d'Anville. ED. P.

Melitenen. Quae minoris Armeniae metropolis dicitur Procopio, Bell. Pers. lib. I. Ammianus lib. XIX, p. 144: *Exindeque Melitinam minoris Armeniae oppidum venimus*: quod iterum repetit lib. XX, p. 172. Apud scriptores belli sacri, *Malotina* scribitur. Nunc *Malatia*. De ea rursum lib. VI, cap. 3. *Melitenem Cappadociae XXIV*. Restituimus librorum admonitu, Reg. 1, 2, Colb. 1, 2, Paris. et Chiffl. quum prius perperam scriberetur LXXIV. At ne tantumdem intervalli a Dascusa quidem Melitenen usque statuit Antoninus, aut Tab. Peuting. Nam ille L M. P. ista LXIII omino computat. HARD.

Elegiam Armeniae. Chiffl. *Elegeam*. Et idcirco trans Euphratem posita intelligitur, ut Melitene e contrario eis amnem eum, quia Cappadociae ditionis. Stephanus, p. 257, Ἐλέγεια, χωρίον πέραν Εὐφράτου. Nunc *Ilija*, si audiatur d'Anville. H. et ED. P.

Decem mill. Infra Melitenen, ad amnis ripam. HARD.

Lyco. De Lyco qui in Euphratem influat, nemo alius. Neque enim aut Ptolemaei Λυκὸς, aut Curtii Lycus huc pertinet, ut falso existimavit Ortelius: nam is Assyriae amnis est, in Tigrinque delabitur. H. — Ex fontibus innumeris qui ab incolis *Binghgheul*, quod significat mille fontes, vocantur, eum conflatum putat d'Anville. ED. P.

2 nia, Arsano. Apud Elegiam occurrit ei Taurus mons: nec resistit, quamquam XII mill. pass. latitudine praevalens. Omiram vocant irrumpentem: mox ubi perfregit, Euphraten: tum quoque saxosum ac violentum. Arabiam inde laeva, Oreon dictam regionem, trischoena mensura, dextraque Commagenen disterminat, pontis

Arsania. Αρσανίας ποταμός, Dioni lib. XLII, pag. 710, et Plutarch. in Lucullo pag. 513. De Arsano caeteri scriptores silent. H. — Vid. sup. not. 1. Ed. P.

Nec resistit. Vet. apud Dalecamp. *Tanquam XII M. pass. latitudine perforata praevalenti.* Alii: *nec resistit aquae praevalenti.* Eo. P. — Nec mons, inquit, amni resistit, namque eum perfringit Euphrates, etsi latum ea parte XII millibus pass. Sive, Taurum intrat Euphrates, penetratque, per latitudinem XII millium. Solinus haec quoque iisdem verbis c. XXXVII, pag 66. H. — Locus qua penetrat *Col de Nushar* hodie vocatur. Ed. P.

Omiram. B. 1, aliique MSS. *Ommom.* Et mox: *saxuosum*, pro *saxosum.* In libro Iudith cap. 2, 12, dicitur Holofernes, *quum pertransisset fines Assyriorum, venisse ad magnos montes Ange, qui sunt a sinistro Ciliciae.* Hic est mons Taurus. *Fines* autem *Assyriorum*, ipse amnis Euphrates ibi est, ubi nondum Euphrates, sed *Omiros* vocabatur. Quam ob causam accuratus scriptor maluit *fines Assyriorum* dicere, quam Euphratem. Assyria eo aevo dicebatur, ut ostendimus in Tractatu de situ Paradisi terrestris, quae nunc Mesopotamia est. Versu deinde 14, ubi legitur de eodem Holoferne; *Et transivit Euphratem, et venit in Mesopotamiam* Syriae, *et fregit omnes civitates excelsos, quae erant ibi, a torrente Mombre, usquequo perveniatur ad mare*, mediterraneum scilicet; *torrens Mambre* videtur ipse Euphrates esse, *ubi* Taurum montem *perfregit*, ut ait Plinius *tum quoque saxosus et violentus.* Hard.

Perfregit, Euphraten. Tolet. *perfregit cornu, Euphraten.* Ed. P.

Tum quoque saxosum. Dalec. *ultra quoque saxosum.* Chiffl. *saxuosum.* Eo. P.

Arabiam inde laeva. Nempe ab ortu. Arabiam veteres ad loca Armeniae finitima extendebant. Hinc Mesopotamiam accenset Arabiae Xenophon lib. I Ανάβασ. Atque ita hoc loco Plinius Arabiam vocat, eam Mesopotamiae partem, quae proxima Armeniae est. Hard.

Oreon. Hactenus editum fuerat, *Merorum.* At MSS. Reg. 1, 2, Colb. 1, 2, Paris. Chiffl. et Rigalti teste Salmasio pag. 625, in Solinum, *Moroeon.* Nos *Oreon* scribimus, Ορεῶν, hoc est, Montanorum, altero Plinii testimonio adducti, scribentis lib. VI, c. 9: *Quod interest ibi, tenent Arabes Orei. Sic finem usque in Adiabenen perfert.* Hard.

Trischoena. Amnem ibi latum esse ait schoenis tribus: qua de mensura dictum est superius cap. 11.

Dextraque. Occidentali latere fluvii. Hard.

Commagenen. Dalec. *Comagenen.* Ed. P.

tamen, etiam ubi Taurum expugnat, patiens. Apud Claudiopolim Cappadociae, cursum ad occasum solis agit. Primum hunc illi in pugna Taurus aufert: victusque et abscissus sibimet, alio modo vincit, ac fractum expellit in meridiem. Ita naturae dimicatio illa aequatur, hoc eunte quo vult, illo prohibente ire qua velit. A catarractis iterum navigatur, XL M. pass. inde Commagenes caput Samosata.

XXI. Arabia supra dicta, habet oppida: Edessam, quae quondam Antiochia dicebatur, Callirhoen a fonte

Claudiopolim Cappadociae. Quam rursum minori Armeniae Ptolemaeos adiudicat lib. V, cap. 7, in Cataonia praefectura, quae Commagenae praetenditur, ut ait Plinius lib. VI, cap. 3. Eo. P.

Primum hunc. Hanc omnium endieum conditivorum lectionem Pliniani editores sic interpolarant: *Primo hunc illi impugnatus cursum Taurus aufert.* H. — In Basiliensi cod. legitur: *Primum hunc illi impugnatus Taurus aperit.* DALEC. — Hunc, inquit, amnis cursum, quem versus occasum solis ibi flectere incipit, Taurus abrumpit: atque haec prima veluti Tauri victoria, in ea pugna quam invicem habent: victusque et abscissus sibimet, atque perfractus, alio modo vincit: cursu enim versus occasum solis inhibito, fractum amnem expellit in meridiem, *ni Taurus obstet, in nostra maria*, hoc est, mediterranea *venturum*, inquit Mela l. III, cap. 8, pag. 61. H.

Ac fractum. Quidam legunt: *ac fractum cursum.* DALEC.

Hoc eunte qua vult, illo prohibente ire q. vult. Euphrate quidem in mare pergente, quo vult ire, sed non qua vult, avertente Tauro monte cursum, quem in occasum destinabat. HARD.

A catarractis iterum navigatur. Ab eo loco ubi fractus a Tauro monte Euphrates expellitur in meridiem: non ab Elegia, ut Salmasius credidit in Solinum pag. 628. HARD.

XL M. pass. inde. A catarractis, et Claudiopoli. A Melitene vero usque Samosata, per Euphratis ripam numerat Antoninus in Itiner. LXXXIV M. P. HARD.

Samosata. Hodie *Semisat*, ad Euphratem. Nummus Hadriani, apud Patin. pag. 201, ΦΛΑ. CAMO. ΜΗ. ΤΡΟ. ΚΟΜ. Hoc est, Φλαουΐας Σαμοσάτης Μητροπόλεως Κομμαγηνῆς. Commagenem posterior aetas Euphratesiam appellavit. Procop. Bell. Pers. lib. I, pag. 49. HARD.

XXI. *Edessam, quae quondam Antiochia dicebatur.* Mesopotamiae eaeteri vulgo adscribunt: Notitia antiqua Eccles. Edessam et Carrhas, Osroenae. Nunc vulgo creditur esse *Rhea*, quae alio nomine *Orfa* dicitur. H. et Eo. P.

Callirhoen. Edessae hoc cognomen alterum, ut Stephanus indicat, verbo Ἀντιόχεια: quum octavam eo nomine urbem ait esse, ἐπὶ τῆς Καλλιρόης

nominatam: Carrhas clade Crassi nobiles. Iungitur praefectura Mesopotamiae, originem ab Assyriis trahens, in qua Anthemusia et Nicephorium oppida. Mox Arabes, qui Retavi vocantur: horum caput Singara. A Samosatis autem, latere Syriae, Marsyas amnis influit. Cingilla Commagenen finit, Imme civitas incipit.

λίμνης. Multo vero apertius nummus Antiochi IV, cuius ectypum exhibet D. Vaillant lib. de Histor. Regum Syriae p. 199, cum hac epigraphe, ΑΝΤΙΟΧΕΩΝ ΤΩΝ ΠΡΟΣ ΚΑΛΛΙΡΟΗΝ. Neque enim hic nummus ad Callirhoen illam pertinet, sitam in Palaestina ad Iordanem, de qua diximus cap. 15, quamquam vir eruditus ita existimavit: nam quis veterum Antiochiae nomen ei oppidulo dedit, quod Edessae tot monumenta adserunt? Hard.

Carrhas. Dalec. *Carras*: Chifflet. *nobile*, non *nobiles*. Ed. P. — De utrinsque Crassi clade, M. patris, et P. filii, consulendi romanarum rerum scriptores: Dio lib. XL, p. 132; Valer. Maxim. lib. I, cap. 6; Florus lib. III, cap. 11, pag. 127; Ammianus lib. XXIV, etc. Stephano, Κάρραι, πόλις Μεσοποταμίας. Nunc *Harran*. Nummus Severi Alexandri ex aere, mediae formae, in Museo nostro Paris. ΜΗΤ. ΚΟΛ. ΚΑΡΡΗΝΩΝ. Hoc est, *metropolis colonia Carrhenorum*. Hard.

Originem ab Assyriis trahens. Dalecamp. *originem a Syris trahens.* Chifflet. *ab Assyriis originem trahens.* Ed. P.

Anthemusia. Ἀνθεμουσία. Straboni lib. XVI, pag. 747, in Mesopotamia. Tacitus, Annal. lib. VI, pag. 148: *Nicephorium, et Anthemusiada, ceteraque urbes, quae a Macedonibus sitae, graeca vocabula usurpant.* Indigenis Χάρανα Σίδου Anthemusiam appellatam esse, auctor est Isidorus Charac. ἐν Σταθμοῖς, pag. 185. Nummum Avenione et Massiliae sibi visum esse, ex aere minimo, scripsit ad nos amicus ex urbe Roma, sub Antonino Severi F. percussum, hoc titulo: ΑΥ. Κ. ΑΝΤΩΝΙΝΟΣ. capite laureato..)(. Caput muliebre turritum ac velatum, symbolum liberae civitatis: epigraphe, ΑΝΘΕΜΟΥΣΙΩΝ. Hard.

Nicephorium. Νικηφόριον, ἡ πρὸς Ἐδέσσαν πόλις, Stephano. H. — Illius locum tenere videtur *Raca*. Ed. P.

Retavi. Reg. 1, 2, Colb. 1, 2, *Praetavi*. H. — Leg. *Praetavi*. In editione principe, *Praetani*. In recentioribus, *Retavi*. Brot.

Singara. Stephanus: Σίγγαρα πόλις Ἀραβίας πρὸς τῇ Ἐδέσσᾳ. Ibi Singarensis pugna Constantii Imp. adversus Chosroen Persarum regem, de qua nos egimus in notis ad Themistium, orat. I. H. — Nunc *Sinjar*. Brot.

Marsyas amnis. De quo dictum est cap. 17. Nunc *Sandjé* vocant, Syrorum voce antiqua: nam et Σίγγας Ptolemaeo dicitur I, V, c. 15. H. et Ed. P.

Cingilla. Hoc maxime omnium loco grassata interpolatorum audacia est, qui sic ediderunt: *Gingla Commagenem finit, Merorum civitas incipit.* En iterum Merorum Arabum per summam vim obtrusa mentio.

Oppida alluuntur Epiphania et Antiochia, quae ad Euphraten vocantur. Item Zeugma, LXXII millibus passuum a Samosatis, transitu Euphratis nobile. Ex adverso Apamiam Seleucus, idem utriusque conditor, 2

At MSS. Reg. 1, 2, Colb. 1, 2, et Paris. quin et Rigalt. codex, ita referente Salmasio, pag. 630, in Solinum, sic exhibent: *Cingilla Commagenen finit, Imen civitas incipit.* Certe quae Cingilla Plinio, ea est quae Ptolemaeo lib. V, cap. 15, Κιγιλία Cyrrhestices post Europum ad Euphratem civitas appellatur: sed verius a Plinio Commagenae adscribitur: Imma vero, seu Imme, quam hodie *Harem* vocari ait d'Anville, Ptolemaeo eidem Seleucidis est, quae Commageoae proxima quum sit, ab novissimo eius oppido Commagenen incipere, indubitata profecto coniectura est. Mentio eius oppidi est etiam in Hieronymi chronico, Aureliani Imper. anno 2: *Zenobin apud Immas haud longa ab Antiochia vincitur.* Sic enim MS. codex noster exhibet: ubi corrupte libri vulgati, *apud Timas.* Immes, sive Immarum, meminit praeterea Hieronymus in vita Malchi, cap. 11: *Perveni tandem ad Eremum Chalcidos, qui inter Immas et Beroeam magis ad austrum sita est.* Vbi Colon. editio, *inter Emmam* habet. Quod autem Salmasius, loco citato, *Guindarum* pro *Cingilla* repoonit, et vim codicibus antiquis facit, et Plinii ipsius auctoritati ac diligentiae detrahit plurimum: si Gindarenos, quos proxime antea, cap. 19, Cyrrhesticae regioni attribuit, nunc sui immemor Commagenae adiudicet. H. — Pinet. *fluvius Singa Comagenem*, etc. Dalec.

Oppida. In Commagene. H.

Epiphania. Επιφάνεια altera ab ea, cuius cives Epiphaneenses vocati, c. 19. Isti enim ab Euphrate seiuncti procul; haec eo amne alluitur, et ab eo cognominatur, Επιφάνεια παρ' Εὐφράτην: nec de ea dicturum se Plinius pollicitus est ante, quam de Euphrate diceret. H.

Antiochia. Ipsa esse videtur Αντιόχεια πρὸς Ταύρῳ ὄρει, Antiochia ad montem Taurum, cuius urbis ima alluereat Euphrates. Hanc in Commagene quoque statuit Ptolemaeus lib. V, c. 15, et Stephanus: sed ab Euphrate ille, ut opinor, longiuscule summovet. H.

Item Zeugma. Hac Parthi solent Euphratem transire. Dio lib. XLIX, p. 403. Huic riparum iunctioni nomen sum Ζεῦγμα debet. Hac Bacchus Iodiam petiturus, hac Alexander Macedo transmisit Euphratem, ut ait Plinius, l. XXXIV, cap. 43, et Strabo lib. XVI, pag. 746, ponte videlicet ferreis catenis iuncto. Quare Zeugma Pellaeum dicitur Lucano lib. VIII, v. 237, a Pellaeo iuvene, hoc est, Alexandro. Haau. — *Roum Qala* hodie vocatur. Ed. P.

Ex adverso. Zeugmatis. Haec porro Apamia trans Euphratem sita ea est, de qua Stephanus, verbo Απάμεια. Εστι καὶ τῆς Περσαίας, Εδέσσης πρὸς ἄρκτους. *Est et alia*, inquit, *Persici iuris, quae Edessae ad septentrionem obiacet.* Latuit hoc Stephani interpretem. Persis diu Mesopotamiam paruisse, exploratum est. H.

Vtriusque. Zeugmatis et Apameae. H.

ponte iunxerat. Qui cohaerent Mesopotamiae, Rhoali vocantur. At in Syria oppida, Europum, Thapsacum quondam, nunc Amphipolis. Arabes Scenitae. Ita fertur usque Vram locum, in quo conversus ad Orientem relinquit Syriae Palmirenas solitudines, quae usque ad Petram urbem, et regionem Arabiae Felicis appellatae, pertinent.

3 (xxv.) Palmira urbs nobilis situ, divitiis soli, et aquis amoenis, vasto undique ambitu arenis includit agros, ac velut terris exempta a rerum natura, privata sorte inter duo imperia summa, Romanorum Parthorumque, et prima in discordia semper utrim-

Europum. Εὐρωπὸς Συρίας, Stephano, pag. 280. Cyrrhesticae a Ptolemaeo adiudicatur, uti et Zeugma ipsum inter oppida quae Euphrati adiacent, παρὰ τὸν Εὐφράτην πόλεις. Haab.

Thapsacum. Θάψακος, πόλις Συρίας πρὸς Εὐφράτῃ, Stephano. A Zeugmate Thapsacum duobus stadiorum millibus, hoc est, M. P. CCC distare auctor est Strabo, l. XVI, pag. 747. H. — *El-Der* nunc dicitur. Ed. P.

Amphipolis. E Thapsaci ruinis excitata, ad Euphratem, a Seleuco. Indigenae *Turmeda* appellabant. Stephanus verbo, Αμφίπολις· Εστι καὶ πόλις Συρίας, πρὸς τῷ Εὐφράτῃ, κτίσμα Σελεύκου. Καλεῖται δὲ ὑπὸ τῶν Σύρων Τούρμεδα. H.

Arabes Scenitae. Palmirenarum solitudinum vicini. De his dicemus uberius libro sequente, c. 32. H.

Vram. Quae nunc Vra dicitur, eadem mox addito sibilo Sura vocatur: a Ptolemaeo quidem lib. V, c. 15, Σοῦρα. Verum quum latera Syriae et Palmirenes ea sit posita, Plinio teste, et Ptolemaeo, sive Vram, sive Suram appellaveris, inanis est Bocharti coniectura, Geographia part. I, lib. II, cap. 6, pag. 87, existimantis hanc esse Vr Chaldaeorum, seu Babyloniae, quae longo hinc terrarum est intervallo disiuncta, citra tamen ulteriorem Euphratis ripam. At Vram Plinianam eam esse credimus, quae in Notit. Eccles. antiqua, pag. 37, Σύριμα; in altera, pag. 59, Ορίμων appellatur, in provincia Euphratesiae. Vide ea quae mox addituri sumus, quum Suram iterum Plinius appellabit. H.

Palmira. Nunc *Tadmor.* Manent magnifica urbis monumenta, quae multa cum laude descripsere Cll. Wood et Dawkins, *les Ruines de Palmyre.* Brot.

Arenis. Proponebat Dalec. *arenosos.* Ed. P.

Privata sorte inter duo imperia summa. Sui iuris, nec Romanis subiecta, nec Parthis. H.

que cura. Abest a Seleucia Parthorum, quae vocatur ad Tigrin, CCCXXXVII mill. passuum: a proximo vero Syriae littore, CCIII millibus: et a Damasco viginti septem propius.

(XXVI.) Infra Palmirae solitudines, Stelendena regio est, dictaeque iam Hierapolis, ac Beroea, et Chalcis. Vltra Palmiram quoque ex solitudinibus iis aliquid obtinet Emesa: item Elatium, dimidio propior Petrae, quam Damascus. A Sura autem proxime est Philiscum, oppidum Parthorum ad Euphratem. Ab eo Seleuciam dierum decem navigatio, totidemque fere Babylonem. Scinditur Euphrates a Zeugmate octoginta tribus M. pass. circa vicum Massicen: et parte laeva in Mesopotamiam vadit per ipsam Seleu-

Seleucia. Σελεύκεια ἐπὶ τοῦ Τίγρητος, Appiano in Syriacis, pag. 125. De ea multa dicenda, lib. VI, cap. 30. H.

CCCXXXVII. Ita Reg. 1, 2, Colbert. 1, 2, Paris. Chifflet. non XXXVII, ut editi. Et mox, CCIII, non CCLII. H.

Viginti septem propius. Igitur abest a Damasco CLXXVI, quod intervallum et nos esse sceepimus ab iis qui viderunt. H.

Stelendena. Caeteris scriptoribus de ea regione silentium. H.

Dictaeque iam. Cap. 19. H. — Vet. apud Dalec. *dictaque iam Hierapolis. At vero et Calchis.* Eo. P.

Emesa. Dalec. *Hemesa.* Eo. P. — Εμισσα Ptolemaeo lib. V, cap. 15, in Apamene. Hinc Eusebius Emissenius episcopus. Nummus Antonini apud Patinum, pag. 228. ΕΜΙCΗΝΩΝ. Trebellius Pollio in Aureliano Emessam vocat. In nummo Iuliae Domnae, pag. 290. ΕΜΙCΩΝ ΚΟΛΩΝΙΑC. ΙΙΑΛΙ.

A Sura. Hic Pliniani editores *Asura*, *Arura* alii, Dalecampius *Assur* reponit: quum perspicua admodum planaque scriptoris sententia sit, ab Vra, sive Sura, quod novissime appellavit, ex iis oppidis, quae Euphrati confinia suot, sequi proxime Philiscum, etc Et Ortelius tamen Thesaurum suum locupletavit hac voce *Asura*, corrupti huius loci fide, ut numerus cresceret oppidorum. H. — Chiffletian. *Assur autem proxime est, Philiscum oppidum, Parthorumque.* Eo. P. — Est haec Flavia Firma Sura, de qua in Notitia Imp. Rom. cap. XXIV, pag. 41, sub dispositione Ducis Syriae et Euphratensis. H.

Ab eo Seleuciam. Martianus lib. VI, cap. de Euphrate, p. 220.

Scinditur. Chifflet. *scinditur eum.* Eo. P.

Octog. tribus. Leg. OLXXXXIV. Ita MSS. Reg. 1, 2, et editio princeps. In MS. Reg. 5, LXXXIV. In recentioribus editionibus, LXXXIII. Maiorem

5 ciam, circa eam praefluenti infusus Tigri. Dexteriora autem alveo Babylonem, quondam Chaldaeae caput petit, mediamque permeans, item quam Otrin vocant, distrahitur in paludes. Increscit autem et ipse Nili modo statis diebus, paulum differens, ac Mesopotamiam inundat, sole obtinente vicesimam partem Cancri: minui incipit in Virgine, et Leone transgresso. In totum vero remeat in vicesima nona parte Virginis.

4 XXII. (XXVII.) Sed redeamus ad oram Syriae, cui proxima est Cilicia. Flumen Diaphanes, mons Crocodilus, portae Amani montis. Flumina: Andricus, Pinarus, Lycus: sinus Issicus. Oppidum Issos, inde Alexandria: flumen Chlorus, oppidum Aegae liberum,

numerum postulat locorum situs. Br. — Chifflet ianus, DLXXXIII. Ed. P.

Circa eam. Est enim Seleucia in confluente Euphratis fossa perducti, atque Tigris, ut dicetur lib. VI, c. 30. H. — Chiffl. *circaque eam.* Ed. P.

Dexteriore. Occidentali. H.

Otrin. MSS. omnes, *Mathi.* H.

Distrahitur. Vide Philostrat. lib. I de vita Apoll. cap. 14, p. 29. H.

Increscit autem. Solinus capite XXXVII, p. 66. Auctor libri de Mensura orbis terrae, MS. Strabo, lib. XVI, pag. 740. H.

In Virgine. Forte, *In Virginem e Leone.* MSS. *In Virgine et Leone transgresso.* Hard. — Dalec. edit. *in Virgine, Leone transgresso*, deleta vocula *et.* Coniiciebat vero Dalec. *in Virginem a Leone transgresso.* Ed. P.

XXII. *Portae Amani.* Vet. apud Dalecamp. *Parte*, non *Portae.* Ed. P. — Angustiae sunt, qua ex Amano monte atque interiore Cilicia in Syriam est aditus. Αμανικαὶ πύλαι Ptolemaeo, lib. V, cap. 8. Αμανίδες πύλαι Straboni, lib. XIV, pag. 676, prope Aegaeas. Hard.

Pinarus. Stephanus, verbo Ισσός: ἐκεῖ δὲ καὶ ποταμὸς Πίναρος ὀνομαζόμενος. Straboni, loco citato, Ισσὸς πολίχνιον, καὶ ποταμὸς Πίνδος, scribo Πίναρος. Hard. — *Deli-sou* hodie vocatur, auctore d'Anville. Ed. P.

Sinus Issicus. Hodie *golfe de Scanderoun*, sive *d'Alexandrette*, ab urbe de qua mox. Issus, nunc *Payas* dictus videtur; Graecis Ισσός. Mela de eo appido et sinu lib. I, cap. 13: *At in recessu intimo locus est magni aliquanda discriminis, fusorum ab Alexandro Persarum, fugientisque Darii spectator, ac testis. Nunc ue minime quidem, tunc ingenti urbe celebris, Isso fuit, et hac re sinus Issicus dicitur.* Hard. et Ed. P.

Alexandria. Vet. apud Dalec. *inde est Alexandria*, addita voce est. Stephano, Αλεξάνδρεια Κιλικίας. In Conc. Nic. I, *Hesychius Alexandriae minoris*, ex provincia Ciliciae. Nunc,

amnis Pyramus, portae Ciliciae: oppida, Mallos, Magarsos, et intus Tarsos. Campi Aleii: oppida Cassipolis, Mopsos liberum, Pyramo impositum: Thynos,

ut modo diximus, *Alexandrette*, sive *Scanderoun*. Haro. et Eo. P.

Aegae. Dalecamp. *Aege*. Eo. P. — Αἰγαὶ Stephano, et Ptolemaeo l. V, cap. 8; Philostrato quoque lib. I, cap. 5; Straboni lib. XIV, pag. 676, Αἰγαῖαι. In Conc. Nic. I, *Tarcondimantus Aegetanus*, ex provinc. Ciliciae. In Conc. Antioch. I, idem *Aegeates* appellatur. Haro. — Hodie *Aias*. Eo. P.

Pyramus. Πύραμος, ποταμὸς ἐν Μάλλῳ τῆς Κιλικίας Stephanus. Mela quoque lib. I, cap. 13: *Pyramus Isso prior Mallon praeterfluit*. Et Scylax p. 38 Haro. — *Geihoun* seu *Djihoun* hodie dicitur. Eo. P.

Portae Ciliciae. Per Tauri montis angustias in Ciliciam transitus. H.

Mallos. Μαλλός Ptolemaeo, aliisque. Incolae Μαλλῶται dicuntur. Hodie *Mallo*. In libro Iudith. cap. 11, 13, videtur haec esse *civitas opinatissima Melothi*, iuxta *filios Tharsis*. Haro.

Magarsos. Vet. apud Dalec. *Margissos*. Eo. P. — Stephano Μάγαρσος collis est inata Mallum, Μέγιστος ὄχθος ἐν Κιλικίᾳ, πρὸς τῇ Μαλλῷ. Oppido a monte nomen inditum. Lycophroni, vers. 444, Μέγαρσος. Is. Tzetzae in Lycophr. p. 71, Μέγαρσος πόλις κεῖται πρὸς ταῖς ἐκχύσεσι τοῦ Πυραμοῦ ποταμοῦ, in aestuatione Pyrami amnis. Haro.

Tarsos. Nulla re clarior, quam quod Doctorem gentium orbi Paulum dedit. Describitur a Strabone, l. XIV, pag. 673. Nunc quoque *Tarsous*. Eadem *Tharsis* est, in libro Iudith. c. 11, 13. At in libris hebraice scriptis, proprie *Tharsis* regio est procul dissita, ad quam mari itur, vel ipsum etiam mare. Vnde *naves* תרשיש Isaia cap. 11, vs. 16; et XXIII, 1, et 14, *naves maris sunt*: et filia תרשיש ibidem XXIII, 10, *filia maris* est; et LXVI, 19, gentes תרשיש *gentes in mare sunt*, ea Vulgato Interprete, viro supra fidem erudito. Itaque non repugnant inter se duo scriptores sacri; quum III Reg. XXII, 49, Iosaphat rex fecisse dicitur classes תרשיש quae navigarent in Ophir: id quod idem Interpres vertit, *naves in mari, quae navigarent in Ophir*: secundo autem libro Paralip. XX, 36, dicitur idem Iosaphat praecepisse, *ut facerent naves, quae irent in Tharsis*, hoc est, in regionem mari adeundas. Sic accipe *Tharsis*, II Paral. IX, 21; Ierem. X, 1, Ion. I, 3, etc. et II, 4, ac fortassis Psal. XLVII, 8, et LXX, 10, nisi forte in Psalmis, ut Ezech. XXVII, 12, תרשיש Carthago est, ex eodem Vulgato Interprete. Haro.

Aleii. Festus Avienus in descriptione Orbis, vs. 1045: *Clari post ultima Bellerophontis Hic caespes late producit Aleius arva*. Dionysio Periegetae, quem carmine latino Festus expressit, vers 872, πεδίον τὸ Ἀληΐον. Stephano item p. 58, et Straboni p. 676. Haro. — Inter Pyramum, *Djihoun*, et Sarum, *Syhoun*, iacent isti campi. Eo. P.

Cassipolis. Chiff. *Cassiponus*. Eo. P.

Mopsos. Ptolemaeus, aliique Μόψου ἱστίαν, quasi Mopsi lares appellant, quae appellatio altera frequen-

Zephyrium, Anchiale. Amnes: Saros, Cydnus Tarsum liberam urbem procul a mari secans: regio Calenderitis cum oppido. Locus Nymphaeum, Soloe Cilicii, nunc Pompeiopolis: Adana, Cibyra, Pinara, Pedalie,

tior, notiorque est. Stephanus: Μόψου ἑστία Κιλικίας, ἐπὶ τῷ Πυράμῳ ποταμῷ. Haro. — *Messis* hodie vocatur, ut aiunt d'Anville et Mannertus. Ed. P.

Thynos. Ita libri quidem editi: et MSS omnes, Reg. 1, 2, etc. *Tyros.* Haro.

Zephyrium. Ζαφύριον et Αγχιάλην finitima oppida Strabo quoque facit, lib. XIV, pag. 671, et Stephanus, p. 19. In nummis antiquis Severi, Getae, et aliis, ΑΓΧΙΑΛΕΩΝ. Haro.

Saros. Σαρὸς Ptolemaeo lib. 5, cap. 8, inter Pyramum et Cydnum. A Saro duce nomen accepisse, quum prius Κοίρανος diceretur, auctor est Stephanus, verbo Αδανα. Harn. — Nunc *Syhoun*, ut modo diximus. Ed. P.

Cydnus. Dal. *Sydnus.* Ed. P. — Κύδνος Straboni lib. XIV, pag. 672. Mela, lib. I, cap. 13, *Cydnus per Tarsum exit.* Festus Avienus, vers. 1041: *Pyramus hic undas, hic volvit Pinarus aequor, Cydnus item mediae discerniit moenia Troiae.* Haro.

Liberam urbem. Nummus Antonini Severi F. ΚΟΙΝΟΒΟΥΛΙΟΝ ΕΛΕΥΘ. ΤΑΡΣΟΥ. *Senatus liberae civitatis Tarsi*, cum signo libertatis. Haro.

Celenderitis. Κελενδερὶς πόλις. Scylaci pag. 38, in Cilicia. Item Ptolemaeo lib. V, cap. 8. Straboni pag. 670, Κελένδερις πόλις λιμένα ἔχουσα, oppidum cum portu. Et Mela huius meminit lib. I, cap. 13; et Tacitus Annal. lib. II, cap. 80. II. — Nunc *Kelnar*, auctore d'Anville. Ed. P.

Nymphaeum. Νυμφαῖον Suidae, fanum est delubrumve Nympharum. Alias Nymphaeum locus est bituminis ferax, qualis in Apolloniatarum agro. Haro.

Solae Cilicii. Σόλοι Κιλίκιοι, ut discernantur a Solis Cypriis. Soloecismo nomen ea urbs dedit. Huius incolae Σολεῖς: Cypriae, Σόλιοι, teste Laërtio, in Solone pag. 13. A Pompeio decus et nomen traxit, Πομπηΐου πόλις, inquit Stephanus pag 613. Nummus Musei nostri Parisiensis, in quo Arati et Chrysippi Solensium icones, ut vulgo creditur, cum epigraphe, ΠΟΜΠΗΙΟ ΠΟΛΕΙΤΩΝ. In alio vetustiore e Museo P. Chamillart, Minervae caput sive Palladis est, et noctua, cum epigraphe, ΣΟΛΕΩΝ ΘΕ. Σολέων Θεὰ, *Solensium dea.* Hard.

Adana. Chiffl. *Addana.* Τὰ Αδανα Appiano in Mithrid. p. 237. Stephano, Αδανα, Κίλισσα πόλις. In nummis ΑΔΑΝΕΩΝ. Nomen hodieque servat et principem in provincia occupat locum. Haro. et Ed. P.

Cibyra. Dalec. *Cibira.* Κίβυρα Ptolemaeo lib V, cap. 8, et Stephano, verbo Τάβαι. *Iburar* hodie vocatur. Hard. et Ed. P.

Pinara. Crago Ciliciae monti imposita. Stephanus: Πίναρα, πόλις μεγίστη, ὑπερκειμένη τῷ Κράγῳ τῆς Κιλικίας. De hoc Ciliciae promontorio Crago, Strabonem consule lib. XIV, pag. 669. Haro.

Pedalie, etc. Parmens. edit. *Pedalie, Hales, Arsinoë, Tabe.* Dalec. *Pedalie, Halix, Arsinoë, Tabae, Do-*

Ale, Selinus, Arsinoë, Iotape, Doron. Iuxtaque mare Corycos, eodem nomine oppidum, et portus, et specus. Mox flumen Calycadnus. Promontorium Sarpe-

ron. Vet. cod. Dalec. *Pedalie*, *Halis*, *Clinus*, *Arsinoë*. Chiffl. *Halis*, *Elini*, *Arsinoë*. Reg. 1, 2, *Hales*, *Clinus*, *Arsinoë*. Pro *Pedalie* forte *Podalie* rectius legendum; nam in Conc. CP. I, *Callinicus* Podaliensis legitur ex prov. Pisidiae, cui provinciae attributa haec ora aliquando est. Hale autem, seu *Ale* potius, oppidi nomen esse statuimus, a quo Aleii campi, da quibus suo loco diximus, cognominati sunt: caetera deinde refingimus in hunc modum: *Selenus*, *Arsinoë*, *Jotape:* nam *Tabae* non sunt huius loci, sed Lydiae, teste Strabone: nec Thebe Strabonis lib. XIV, pag. 667, quae Pamphyliae ditionis fuit. Ex *Ale* autem fit Αλῆνός. Vnde nummus est perrarus, ex aere mediocri, apud D. Abb. de Fontenu, sic inscriptus: AY. KAI. AAP. ANTΩNEINOC. capite laureato. In aversa parte: AAHNΩN. ΕΠΙ ΔΗΜΟΠΙΚΟΥ ΔΙΩΝΟC. Nummus *Alenorum*. *Sub Demonico Dionis F.* Iuppiter ibi stans, sinistra hastam, dextra tenet aquilam. In alio, qui est ex aere maximo apud eumdem, hinc caput est Genii civitatis laureatum, ΔΗΜΟΣ ΑΛΗΝΩΝ. Inde Isis, cum modio in capite: dextra temonem tenens, sinistra cornu copiae. Epigraphe: ΕΠΙ ΑΛ Μ. Κ. ΑΡΧΟΝΤΟC Δ. Η. e. ἐπὶ Αλεξάνδρου μάντιος ἀεὶ ἄρχοντος δ'. *Sub Alexandro Augure et Arconte quartum.* At Selinus Ciliciae oppidum est non ignobile, Σελινοῦς Ptolemaeo lib. V, cap. 8, unde Selenitidi regioni nomen: sic enim legendum puto apud Ptolemaeum, non ut in vulgatis editionibus, Σελίνιδος. Ad Selinuntem fluvium urbi cognomina sita videtur, cuius amnis in hoc ipso tractu prope Cragum et Pinara, meminit Strabo lib. XIV, p. 669. In eadem Selenitide Ἰοτάπη collocatur a Ptolemaeo loco citato. In Notitia antiqua Ecclesiast. Ἰοτάπη perperam appellata, atque Isauriae, perinde atque ipsa Selinus, attributa. In Conc. CP. I, p. 956, *Neon Selenuntensis* subscribit inter episcopos provinciae Isauriae. Haan.

Selinus. Σελινοῦς, Αρσινόη, Ἰοτάπη, Ptolemaeo lib. V, cap. 8. Selinus nunc *Selenti* vocatur. Hard. et Ed. P.

Arsinoë. Αρσινόη Ptolemaeo loco citato, et Stephano Αρσινόη Κιλικίας, post Strabonem lib. XIV, pag. 670. Haan.

Doron. In MSS. *Dorion.* Haan.

Corycos. Κώρυκος ἄκρα et Κωρύκιον ἄντρον Straboni lib. XIV, pag. 670. In Concil. Constant. I, *Germanus Corycensis*, ex provincia Ciliciae. In nummis ΚΩΡΥΚΙΩΤΩΝ. Haan. — *Korghos* nomen servat. Ed. P.

Et specus. Mela, lib. I, cap. 13: *Non longe hinc Corycos oppidum, portu soloque incingitur, angusto tergore continenti annexum. Supra specus est, nomine Corycius, singulari ingenio, ac supra quam describi facile sit, eximius.* Quae sequuntur, ita sunt eleganter scripta, ut nihil concinnius, nihil ornatius usquam legi posse videatur. Hic Corycium nemus, ubi Crocus optimus gignitur. Haan.

Calycadnos. Ptolemaeo, Καλύκαδνος, et Straboni loco citato. *Mediam Isauriam*, inquit Ammianus lib. XIV,

don. Oppida: Holmoe, Myle. Promontorium et op-
3 pidum Veneris, a quo proxime Cyprus insula. Sed in continenti oppida, Myanda, Anemurium, Coracesium, finisque antiquus Ciliciae Melas amnis. Intus autem dicendi Anazarbeni, qui nunc Caesarea: Au-

cap. 19, *navigabile flumen Calycadnus interscindit.* Hard. — Nunc *Giuk Sooyoa.* Ed. P.

Sarpedon. Σαρπηδὼν ἄκρα, iisdem auctoribus, Mela loc. cit. *Promontorium Sarpedan, finis aliquanda regni Sarpedanis.* Et Σαρπηδὼν πόλις, Scylaci pag. 38. Hard. — Hodie *capa Cavaliere.* Eo. P.

Holmae. Dalec. *Olme.* Eo. P. — Ὅλμοι, ut Soloe Σόλοι. Stephanus: Ὅλμοι, πόλις τραχείας Κιλικίας, etc. Eadem Holmia, vetusque Seleucia, quae a mari deinde, ut mox dicetur, in mediterraneum sinum retracta adductaque est. Hard. — Seleucia nunc est *Selefkeh.* Eo. P.

Myle. Μύλη, vel Μύλαι. Forte Μωλώη, quae in Notitia Ecclesiast. Isauriae adscribitur. Hard.

Oppidum Veneris. Ἀφροδισιάς Ptolemaeo, loca citato. Meminit et Solinus, cap. XXXVIII, p. 68. H.

Myanda. In MSS. Reg. 1 et 2, etc. *Mysanda.* H.

Anemurium. Ἀνεμούριον Strabani et Ptolemaeo, oppidi ac promontorii nomen. Mela, lib. I, cap. 13: *Quod Ciliciam a Pamphylia distinguit, Anemurium.* Nummi, ΑΝΕΜΟΥΡΙΕΩΝ, in Museo nostro Parisiensi. H. — Nameo servat *Anemour.* Eo. P.

Coracesium. Κορακήσιον, primum Ciliciae castellum, teste Strabone, lib. XIV, p. 668. In Notitia Ecclesiast. antiq. Coracesium Pamphyliae accensetur. Et in Concil. CP. I, *Theodulus Coracesiensis*, e provincia Pamphyliae. H. — Huius locum occupare videtur *Alayah.* Eo. P.

Melas. Cauto finem antiquum Ciliciae dixit hunc amnem esse: recentiores eoim Pamphyliae adscripsere. Mela, lib. I, c. 14: *In Pamphylia est Melas, navigabilis fluvius.* Item Strabo, pag. 667. H. — Nunc *Manargat*, ut opinatur doctus vir Beaufort suo in opere de *Karamania.* Eo. P.

Anazarbeni. Ἀνάζαρβος μητρόπολις, in Notitia antiqua Eccles. Ciliciae secundae. Nunc *Anzarba.* Nummus est Alexandri Severi, in Museo nostro Parisiensi ex aere, maiori forma, cum epigraphe, ΑΝΑΖΑΡΒΟ. ΜΗΤΡΟΠΟΛΕΙΤΩΝ. Haec Dioscoridis patria. H. et Eo. P.

Qui nunc Caesarea. Fuit ante annos aliquot in Cimelio viri Cl. D. de Boze; Custodiae Regiarum Numismatum nunc praefecti, nummus ex aere minima: hinc capite laureato, cum spicis duabus: inde capite turrito, cum epigraphe: ΚΑΙCΑΡ. ΠΡ. ΑΝΑΖΑΡ Καισαρέων πρὸς Ἀναζάρβῳ. ΓΑΡ. anno aerae Anazarbeosium 133. Ex duobus oppidis unicum hoc loco conflaruot Plinii editores, dum scribi iussere, *qui nunc Caesaraugustani.* At neque id nomen Anazarbeni datum quisquam veterum vel leviter indicavit, nec ipsi codices MSS. ei scripturae favent. Nam in Reg. 1, 2, Colbert. 1, 2, Paris et Chiffl. legitur, *qui nunc Caesarea Augusta.* Sed multo apertius Ptolemaeus diversa

gusta, Castabala, Epiphania, quae antea Oeniandos, Eleusa, Iconium: Seleucia supra amnem Calycadnum, Tracheotis cognomine, a mari relata, ubi vocabatur

duo esse oppida monet, qui in propria Cilicia, lib. V, c. 8, Καισάρειαν προς Αναζάρβῳ memorat: et prosime ante in Bryelice eiusdem Ciliciae regione, Αὐγούσταν. Sed errat insigniter Suidas, qui vetustum urbis nomen Diocaesaream ait fuisse: receutius deinde Nervae temporibus, Anazarbum: quum Plinius multo ante Nervae principatum obierit, qui Anazarbenos olim vocitatos testatur. Sed neque uno errore contentus, geminos uno partu edit: qui ab Anazarba senatore nomen oppido factum putat, quod ab vicino potius monte, vel colle, vel amne, tractum, Ptolemaei oratio indicat, πρὸς Αναζάρβῳ. Sic enim Σελεύκειαν πρὸς Βήλῳ appellat, lib. V, c. 15, caeteraque eiusmodi oppida ad montis radices sita. Tamen Suidae adstipulatur Ammianus, lib. XIV, pag. 49. H.

Augusta. Αὐγούστα Ptolemaeo, in Bryelice Ciliciae regione. H.

Castabala. Prius Castabla legebatur. Nos *Castabala.* Καστάβαλα, rescripsimus cum Stephano, et Ptolemaeo lib. V, cap. 8, qui Ciliciae proprie dictae adiudicat. Notitia Ecclesiast. antiq. Ciliciae secundae, Καστάβαλλα. In Conc. Nic. I, ex prov. Ciliciae, *Moyses Castabalensis.* H.

Epiphania. Επιφάνεια Κιλικίας, Stephano, et Ptolemaeo, lib. V, c. 8, et Appiano, in Mithrid. p. 237. Ammiano item lib. XXII, p. 223. Ciliciae secundae accensetur in Notitiae Eccles. H. — Fortasse *Surfindkar*, ut opinatur d'Anville. Eo. P.

Oeniandos. Dalecamp. *Eniandos.* Eo. P.

Eleusa. Ελεοῦσα Oppiano patriam suam describenti, Halieut. lib. III, vers. 209. Σεβάστη Ptolemaeo est lib. V, cap. 8. Et in Notitia Eccles. Ciliciae primae. Iosephus, Antiq. lib. XVI, cap. 8, pag. 558: Κατὰ Κιλικίαν ἐν Ελεούσῃ, τῇ μετωνομασμένῃ νῦν Σεβαστῇ. H.

Iconium. MSS. Reg. 1, 2, *Riconium.* Hano. — Cave hoc Iconium confundas cum Galatiae oppido cognomine, de quo mox Noster, cap. 25. Eo. P.

Seleucia. Σελεύκεια ἐπὶ τῷ Καλυκάδνῳ, Straboni lib. XIV, pag. 670. Nunc *Seleukeh.* Nummus Gordiani, apud Erizzo, p. 516, CEAEYKEΩN TΩN ΠPOC KAAYKAΔ. ΕΛΕΥΘΕΡΑC. H. et Eo. P.

Calycadnum. Dalec. *Calicadnum.* Chiffl. *Caricadnum.* Eo. P.

Tracheotis. MSS. habent *Tracheodis.* Caeteri cum Ptolemaeo lib. V, cap. 8, Τραχεῖαν vocant. Stephanus: Σελεύκεια, πόλις ἐπὶ Κιλικίᾳ τραχείᾳ... Ωνόμασε δὲ Σελεύκειαν αὐτὴν Σέλευκος ὁ Νικάτωρ... Πρότερον δὲ Ολβία ἀνεκαλεῖτο. Scribo Ολμία. Strabo enim, cuius e fontibus areolas suas Stephanus rigat lib. XIV, pag. 70, Ολμον ait vocatum oppidum, ad Calycadnum, quod il incolerent, qui postea Seleuciam translati, Seleucenses dicti sunt. Quod et ipse Stephanus agnoscit, p. 513: Ολμα, πόλις Τραχείας Κιλικίας, ὅπου πρότερον ᾤκουν οἱ νῦν Σελευκεῖς. H. — Dalec. *Trachiotis.* Eo. P.

Holmia. Praeterea intus flumina, Liparis, Bombos, Paradisus. Mons Imbarus.

XXIII. Ciliciae Pamphyliam omnes iunxere, neglecta gente Isaurica. Oppida eius intus, Isaura, Clibanus, Lalasis: decurrit autem ad mare Anemurii regione supra dicti. Simili modo omnibus, qui eadem composuere, ignorata est contermina illi gens Homonadum, quorum intus oppidum Homona. Caetera castella XLIV inter asperas convalles latent.

XXIV. Insident verticem Pisidae, quondam Solymi

Holmia. Ita rescripsimus, pro *Hormia*. Vide notam proxime superiorem. In MSS. tamen Reg. 1, 2, Colb. 1, 2 *Hermia* legitur. H.

Liparis. Amnis hic Ciliciae Solos alluit. Vitruvius lib. VIII, cap. 3, pag. 159: *Solis, quod oppidum est Ciliciae, flumen nomine Liparis, in quo natantes, aut lavantes, ab ipsa aqua unguntur*. Idem narrat Antigonus, Hist. Mirab. cap. 150. Λίπαρις, quae vox pinguedinem sonat. H.

Paradisus. Vet. apud Dalec *Paradius*. Ed. P. — Memionil huius etiam Martianus lib. VI, cap. de Euphrate, pag. 220. H.

Imbarus. Chiffl. *Imbarisia*. Ed. P.

XXIII. *Oppida eius*. Scilicet Isauriae. H.

Isaura. Τὰ Ισαυρα Stephano et Straboni lib. XIV, pag. 665, quibus expugnatis Servilius Isauricus est appellatus. H. — Nunc fortasse *Bei-Shehri*. Ed. P.

Lalasis. Dalec *Lalassis*. Vet. apud. Dalec. *Larissis fluvius*. Ed. P. — Ea est, quae Stephano Λαλίζανδα πόλις Ισαυρική, quae deinde posteriore aevo, ut idem monet, Δαλίσανδα est appellata. Sane in Notitia Eccles. antiq. Δαλίσανδος provinciae Isauriae sedes Episcopalis est. Et in Conc. CP. I, p. 956, inter episcopos prov. Isauriae, *Marinus Dalisandensis* subscripsit. H.

Decurrit autem. Isauria scilicet, quae declivis est, qua versus mare protenditur, editiore situ mediterraneo, ut Gelenius animadvertit. H.

Anemurii regione. Chiffl. *Anemurii e regione*. Ed. P. — Circa Anemurium, de quo cap. sup. H.

Contermina illi. Dalec. *illi contermina*. Ed. P.

Homona. Homonadenses inde dicti Pisidis confines, Ομοναδεῖς συνάπτοντες τοῖς Πισίδαις, apud Strabon. lib. XIV, pag. 679. De castellis Homonadensium in Cilicia, Tacitus Annal. lib. III, cap. 48. Lycaoniae accensetur in Conc. CP. I, *Cyrillus Homonadensis*. Notitia Eccles. p. 17, in prov. Lycaoniae, ὁ Ὁμανάδων; pag. 29, Ὁμάνδα; pag. 51, Ὁμαμανάδων. Leunclavius, pag. 74, ὁ Μανάδων. Vbique mendose. H. — Nunc, ut ait d'Anville, *Ermenak*. Ed. P.

Castella. Homonadensium. Tacit. loc cit. Haso.

XXIV. *Insident verticem*. Montium

appellati: quorum colonia Caesarea, eadem Antiochia. Oppida: Oroanda, Sagalessos.

XXV. Hos includit Lycaonia in Asiaticam iurisdictionem versa, cum qua conveniunt Philomelienses, Tymbriani, Leucolithi, Pelteni, Tyrienses. Datur et

obtinent iuga. Πισίδαι ὀρεινοί Straboni lib. XII, p. 570. H.

Solymi. Οἱ Πισίδαι πρότερον Σόλυμοι, Steph. pag. 551. H.

Colonia Caesarea. Vlpianus, Dig. lib. L, tit. 15, de Censibus: *In Pisidia iuris Italici est colonia Antiochensium*. Nummus Severi, COL. CAES. ANTIOCHIA. Stephano, pag. 87, Ἀντιόχεια Πισιδίας. Item Ptolemaeo. In Conc. CP. I, pag. 957, *Optimus Antiochenus*, prov. Pisidiae HARD. — Nunc *Ak-Shehr* incolis, id est, urbs alba. ED. P.

Oroanda. Oroanda quoque Livio lib. XXXVIII, cap. 37, et 39, et Oroandenses, cap. 18 et 19, qui Ptolemaeo lib. V, c. 4, Ορονδικοί, inter Pisidiam et Isauriam positi. HARD. — Fortasse *Haviran*, ut ait d'Anville. ED. P.

Sagalessos. Chiffl. *Agalesos*. ED. P. — Livius lib. XXXVIII, cap. 18: *Agrum Sagalassenum, uberem fertilemque... colunt Pisidae*. Σαγαλασσός Straboni lib. XII, p. 570, et Ptolemaeo lib. V, cap. 3. In Conc. CP. I, pag. 957, *Ionius Sagalessensis*, prov. Pisidiae. Nummi antiqui, CAΓAΛAC-CEΩN. In Notitia Eccles. Αγαλασσός, et ita MSS. Pliniani quidam. H. — — Nominis eius vestigia servare videtur *Sadjakla*, ut d'Anville opinatur. ED. P.

XXV. *In Asiaticam*. Ius coacta petere in Asiam proprie dictam de qua cap 28, in conventum nempe Synnadicum, in maiorem Phrygiam, ut dicemus cap. 29, quum recensitae hactenus gentes non sic e longinquo peterent, sed domesticos apud se iudices et praetores haberent. H.

Philomelienses. In Conc. CP. I, p. 957, *Theosebius Philomeliensis*, e prov. Pisidiae. Phrygiae magnae Φιλομήλιον adiudicant Ptolemaeus lib. V, c. 2, et Stephanus. H. — Huius locum occupare videtur *Il-Goun*, auctore d'Anville. ED. P.

Tymbriani. In MSS. *Timbriani*. Ab oppido, ut arbitror, Τιβριάς, Tibriani appellandi. In Conc. CP. Gener. III: sive VI Synodo, act. 18, pag. 1068, subscribit Constantinus τῆς Τιβριαδέων πόλεως episcopus: Τιβριάδων scribitur, pag. 1017. Addit Latina versio antiqua, Pisidiae provinciae hanc sedem fuisse. In Notitia Eccles. antiq. inter sedes episcopales prov. Pisidiae censetur Τυμβιάδων. At pag. 19, altera Notitia, ὁ Τιμβριάδων. Tertia, pag. 51, ὁ Τιβριάδων. Leunclavio, pag. 96, mendose, ut remur, ὁ Τιμωμαριάδος. HARD. — Thymbrium Cyri victoria clarum, qua quidem victoria fractae sunt Croesi et Lydorum opes, haud dubie oppidum istis fuit, qui a Nostro non *Tymbriani* sed Thymbriani vocandi fuissent. ED. P.

Leucolithi. Ab albo saxo, quod incolerent, traxisse nomen videntur. HARD.

Pelteni. Qui Πελτῖνοι Ptolem. lib. V, cap. 2. H.

Tyrienses. Prius *Hyrienses* legeba-

tetrarchia ex Lycaonia, qua parte Galatiae contermina est, civitatum XIV urbe celeberrima Iconio. Ipsius Lycaoniae celebrantur Thebasa in Tauro: Hyde in confinio Galatiae atque Cappadociae. A latere autem eius super Pamphyliam veniunt Thracum soboles, Milyae, quorum Arycanda oppidum.

tur, quos in hoc tractu terrarum nemo Veterum agnovit. MSS. certe Reg. 1, 2, Colb. 1, 2, Paris et Chiffl. *Tyrienses* exhibent. Et olim, Stephano teste p. 673. Τύρος Πισιδίας πόλις. Quare Hermolaum miror, a vetustorum exemplarium, et Parmensis, aliarumque editionum fide discessisse, ut pro *Tyrienses*, *Hyrienses* rescriberet, quum Hyria Seleuciae ad Calycadnum nomen priscum fuerit, quae longo hinc spatio dissidet. In Notitia Eccles. antiqua, inter episcopos provinciae Pisidiae, p. 49, censetur, ὁ Τυραίων. Leunclavius, p. 96, ὁ Τυραίων. Notitia altera, pag. 51, ὁ Τυράνου; tertia, pag 29, Τυράϊον. H. — Nunc *Artik-Kan*, auctore d'Anville. Ed. P.

Datur. Adiicitur, inquit, ei conventui seu iurisdictioni Asiaticae, etiam tetrarchia ex Lycaonia.

Iconio. Lycaoniae quondam metropolis Ικόνιον in Notitia vet. Eccles. unde Amphilochius Iconiensis. Nunc ingentis Asiae tractus caput, cui Caramaniae Turcae nomen fecere: oppido *Konieh*. Ed. P.

Thebasa. Ita scripsimus, secuti Reg. 1, 2, Colb. 1, 2, Paris. vetustasque editiones ante Frobenium, qui Tembasa unde libuit, obtrusit. Forsan rectius Tarbasa, ex Strabone nobis obiecisset: nam is Ταρβασσὸν inter Pisidiae civitates annumerat, ex Artemidoro l. XII, pag. 570. Sed *Thebasa* sincerior est, consentiensque omnium codicum scriptura et Lycaoniae, non Pisidiae, oppidum quaerimus. Thebasam quoque in Asia minore non semel appellat Paulus Diac. Hist. lib. XXIV, pag. 770 et 774. Harn. — Vet. ap. Dalec. *Terbasa*. Ed. P.

Hyde. Libri omnes tum manu exarati, Reg. 1, 2, Colb. 1, 2, Paris. Chiffl. tum etiam typis excusi, ante Hermolaum, *Ide* vel *Idea* legunt. Sinda ille ex Strabone scripsit, qui Pisidarum oppidum, unn Lycaonium, in quibus describendis Plinius nunc totus est, Sindam esse ait lib. XII, pag. 570. Nos a codicum auctoritate atque consentiente scriptura quam minime aberrantes, *Hyde* restituimus, quae inter sedes Lycaoniae episcopales undecima numeratur in Notitia Ecclesiastica antiqua. Vnde in Conc. CP. I, pag 956, *Theodosius Hydensis* e prov. Lycaoniae. Harn.

A latere autem eius. Lycaoniae latere occidentali. Harn.

Milyae. Vet. apud Dalecamp. *Miliensis*. Ed. P. — Quorum regio Μιλυάς appellata Herodoto, Clio lib. I, num. 173, pag. 72; Straboni l. XII, pag. 570, et Arriano lib. de exped. Alex. p. 69. Phrygiae quondam maioris pars eadem ab Alexandro Lyciae contributa, inquit Arrianus. Quamobrem et eorum oppidum Αρύκανδα Lyciae accensetur a Stephano p. 119, et ab Athenaeo. Harn.

Arycanda. Dalec. *Aricanda*. Chiffl. *Aricandra*. Ed. P.

XXVI. Pamphylia, ante Mopsopia appellata. Mare Pamphylium Cilicio iungitur. Oppida eius: Side, et in monte Aspendum, Pletenissum, Perga. Promonto-

XXVI. *Pamphylia.* Nunc cum Cilicia, uno Caramaniae nomine censetur. Qua tamen ad mare vergit *Scandalor* appellatur. Mopsopiam Veteres appellarunt, a Mopso, qui post bellum Troianum eam oram obtinuit, ut Strabo refert, lib. XIV, pag. 668. Haao.

Side. Σίδη Straboni lib XIV, pag. 667. Nunc *Scandalor* vocant. Incolae Σιδῆται, Arriano Esped. Alex. lib. I, pag. 73. Prope Eurymedontis ostia Σίδη locatur a Ptolemaeo lib. V, c. 5. Avieno, *Prisca Side.* In Conc. CP. VI Gener. pag. 1030: Σιδητῶν μητροπόλις Παμφυλίων. In nummis antiquis CIΔHTΩN AAMΠPOTATHC ENΔOΞOY: *Sidetarum splendidissimae et clarissimae* civitatis. Haro. — Illius locum occupare portum *Candeloro* opinatur d'Anville. Quod quidem nomen urbi quoque datur, vide Beaufort, ut supra. Ed. P.

Aspendum. Dalec. *Aspendus.* Ed. P. — Ασπενδος, quam in civitatem adverso amne Eurymedonte a mari navigatur, per stadia LX, seu passus VII M. D. testa Strabone loc. cit. Hinc *Domnus Aspendius* e prov. Pamphyliae, in Conc. Nic. I. In edito colle posita civitas a Mela dicitur lib. I, c. 14. Haro. — Illam ad flumen Eurymedonta circiter VIII M. pass. a mari ponit d'Anville. Ed. P.

Pletenissum. In libris hactenus editis, *Platanistus.* In Reg. 1, 2, et ed. Parm. *Plantanistum.* In Chifft. *Platanistum.* Haud dubie Petnelessum Plinius intellexit, quam urbem in editissima Pamphyliae parte supra Aspendum sitam fuisse, auctor est Strabo lib. XIV, p. 667: ὑπέρκειται δὲ ταύτης (Ασπένδου) Πετνηλησσός. Haec Ptolemaeo lib. V, cap. 5, Πεδνηλισσός dicitur. At in eodice Palatino, nostroque Parisiensi, Πλετενισσός scribitur, quam veram esse ac genuinam Plinii scripturam, consensio exemplarium suadet: prorsus ut binominis ea civitas fuisse videatur. Platanistum in hoc tractu nemo, praeter Ortelium, agnoscit: quem vitiosi Plinii codices saepe in fraudem impulerunt. In Notitia Eccles. antiqua pag. 19, et in altera rursum pag. 51, inter episcopos provinciae Pamphyliae, censetur ὁ Πελτινίσσου, litteris videlicet permutatis pro Πλετενίσσου. Haan. — Illam in sua Asiae minoris tabula d'Anville, ad destram Eurymedontis ripam ponit, XLV M. pass. a mari. Ed. P.

Perga. Πέργη Straboni pag. 667. Hinc Apollonius Pergaeus, Conicorum auctor. Mela lib. I, cap. 14: *Inter eos amnes* (Cestron, et catarracten) *Perga est oppidum, et Dianae, quem ab oppido Pergaeam vocant, templum. Trans eosdem mons Sardemisos*, etc. Vidimus apud D. Abbatem de Fontenu, Nervae Augusti nummum argenteum maioris moduli: IMP. NERVA CAES. AVG. P. M. TR. POT. P. P. Capite laureato.)(COS. III. Cum templo duabus columnis, et gradibus tribus insigni: enius in peristylio scriptum est DIANA PERG. hoc est, *Pergaea.* Refertur et ab Occone pag. 190, inter picturas Alberti Principis. Haao. — Nunc, ut videtur, *Kara-Hisar*, id est, nigrum castellum. Ed. P.

rium Leucolla. Mons Sardemisus: amnes: Eurymedon iuxta Aspendum fluens: Catarractes, iuxta quem Lyrnessus et Olbia, ultimaque eius orae Phaselis.

2 XXVII. Iunctum ei mare Lycium est, gensque Lycia: unde vastum sinum Taurus mons, ab Eois veniens littoribus, Chelidonio promontorio disterminat.

Leucolla. Graecis Λευκόλλα. Salmasius in Solin. pag. 252, Λευκόλλαν in Cypro portum, cuius Strabo meminit lib. XIV, p. 682, cum promontorio isto Pamphyliae confundit. Hard.

Sardemisus. Sic Mela loc. cit. Σάρδησσος in hoc ipso tractu iuxta Lyrnessum, urbs Lyciae Stephano appellatur, in qua Iuppiter Σαρδήσσιος colitur. Idem fortassis monti nomen, vel geminum fuit. Hard.

Amnes. Dalec. *amnis.* Ed. P.

Eurymedon. Dionys. Perieg. v. 583: Ἀσπενδοῦ, ποταμοῖο παρὰ ῥόον Εὐρυμέδοντος. Meminere Strabo, Ptolemaeus, Mela loco citato et Philostr. de vita Apoll. lib. I, cap. 14: Ἀσπενδος, ἡ Παμφύλων, πρὸς Εὐρυμέδοντι, etc. Hard. — Nunc *Menougat* vocatur. Ed. P.

Catarractes. Quia se praecipitat, ita dictus, inquit Mela lib. I, c. 14. Strabo lib. XIV, p. 667: Καταῤῥάκτης λεγόμενος, ἀφ' ὑψηλῆς πέτρας καταῤῥάττων ποταμὸς πολύς, etc. H. — Hodie *Dudensou* dicitur, auctore d'Anville: Ed. P.

Lyrnessus et Olbia. Λυρνησσὸς καὶ Ὀλβία Straboni loc. cit. inter Pamphyliae oppida. Harn. — Olbia nunc *Antalia* est, aut, ut vulgo dicitur, *Satalie.* Ed. P.

Phaselis. Mela lib. I, cap. 14: *Phaselis a Mopso condita, finis Pamphyliae.* Stephanus quoque, Φασηλὶς, πόλις Παμφυλίας. A Strabone l. XIV, pag. 666, et Scylace pag. 37, Lyciae adscribitur, cuius in confinio est. Livius lib. XXXVII, c. 23: *In confinio Lyciae et Pamphyliae Phaselis est: prominet penitus in altum*, etc. Quoniam erat in ora posita Phaselis, ibi navea conatruebantor, quae ab ea nomen traxerunt. H. — *Phionda* hodie vocatur a Graecis, *Tekrova* vero a Turcia, si Beaufort eadem adhibeatur fides. Ed. P.

XXVII. *Vnde vastum sinum.* Dal. *unde vastus sinus. Taurus mons.* Ed. P., — Inde, inquit, mare Lyciom incipit, gensqua Lycia, ubi vastum sinum Taurus mona sun promontorio, quod Chelidoniis insulis opponitur, claudit et terminat. *Lycia*, inquit Mela lib. I, c. 15, *Sidae portu* (primum illud est Pamphyliae oppidum, versus ortum) *et Tauri promontorio grandem sinum claudit.* Sinni nomen est hodie Attalico, *golfe de Satalie*: Lyciae provinciae, *Mentesia.* Hard.

Taurus mons. Habet haec eadem, tractatque totidem ferme verbis Mela Pomponius lib. I, cap. 15. Ex Plinio quoque Solinus hausit, c. 38, pag. XXXVIII, et Martianus lib. VI, cap. de Euphrate, pag. 220. Hard.

Chelidonio. Sacrum appellat Strabo lib. XIV, pag. 666, quod Chelidoniis insulis opponitur, de quibus c. 35. Nunc *capo Cameroso.* Harn. — *Chelidonia* etiamnunc in nonnullis tabulis appellatur. Ed. P.

Disterminat. Vet. ap. Dalec. *di-*

Immensus ipse, et innumerarum gentium arbiter, dextro latere septemtrionalis, ubi primum ab Indico mari exsurgit, laevo meridianus, et ad occasum tendens: mediamque distrahens Asiam, nisi opprimenti terras occurrerent maria. Resilit ergo a septemtrione: flexusque immensum iter quaerit, velut de industria rerum natura subinde aequora opponente, hinc Phoenicium, hinc Ponticum, illinc Caspium et Hircanium, contraque Maeoticum lacum. Torquetur itaque collisus inter haec claustra, et tamen victor, flexuosus evadit usque ad cognata Riphaeorum montium iuga, numerosis nominibus et novis, quacumque incedit, insignis: Imaus prima parte dictus, mox Emodus, Paropamisus, Circius, Chambades, Paryadres, Choatras,

sterminatur. Ed. P.

A septemptrione. Dal. *ad septemtrionem*. Eo. P.

Contraque. Vet. apud Dalec. *contraque Maeoticum lacum torquetur. Itaque*. Eo. P. — Ex adverso Hyrcanii, seu Caspii maris. Solini paraphrasis: *Interdum Caspio vel Hyrcano mari intercluditur: quibus renitentibus subinde fractus, contra Maeoticum lacum flectitur, multisque difficultatibus fatigatus, Riphaeis se iugis annectit*. Male Plinii verba distinxit. Harr. — Ii videntur esse montes quae *Beleour* hodie dicuntur. Ed. P.

Quacumque incedit. Vet. apud Dal. *quocumque tendit*. Ed. P.

Imaus. Qua primum parte attollitur, ab Eoo mari. Harr.

Emodus. Malae, *Emodes*. In India. Straboni lib. XV, pag. 689, Ἐμωδός. H. — Nunc *Himalaya*. Eo. P.

Paropamisus. In Bactriana. MSS. Reg. 1, 2, etc. *Paropanisus*. Ptolemaeo quoque lib. VI, c. 11, Παροπάνισος. At Straboni loc. cit. Παροπάμισος. Harr. — Etiamnunc in pluribus mappis vetus nomen servat. Eo. P.

Circius, etc. MSS. *Cirtius*, *Campages*. Harr.

Paryadres. In MSS. Reg. 1, 2, etc. *Paryadis*. In editis *Pharphariades*, mendose. Nos, quod proximum scripturae notiquae fuit, *Paryadres*. Est enim Παρυάδης Straboni ac Plinio, mons Armeniae nobilissimus. Nec mihi tamen coniectura satisfacit: quum enim ex ordine iuga Tauri montis Plinius enumeret, pro regionum ipsarum situ, in quibus ea attolluntur, ab India primum exorsus, mox progressus ad Bactros, caeterasque gentes deinceps quae sunt occasui propiores, Armeniae iuga appellare antea haud temere existimandus est, quam Parthicos, Medicosque montes nominaverit, qui mox sequuntur, Choatram scilicet, et Oroandem. Quamobrem scripsisse potius Plinium putaverim, *Parachoatram*, *Choatram*, quorum mentionem

Oreges, Oroandes, Niphates, Taurus: atque ubi se quoque exsuperat, Caucasus: ubi brachia emittit, subinde tentanti maria similis, Sarpedon, Coracesius, Cragus, iterumque Taurus: etiam ubi dehiscit, seque populis aperit, portarum tamen nomine unitatem sibi vindicans, quae alibi Armeniae, alibi Caspiae, alibi
3 Ciliciae vocantur. Quin etiam confractus, effugiens quoque maria, plurimis se gentium nominibus hinc et illinc implet: a dextra Hyrcanius, Caspius: a laeva Paryadres, Moschicus, Amazonicus, Coraxicus, Scythicus appellatus. In universum vero graece Ceraunius.

ille in Parthis a Solino cap. XXXVIII, pag. 68, iste in Medis a Ptolemaeo collocatur lib. VI, cap. 1. HARD.

Choatras. Choatras apud Parthos, inquit Solinus c. XXXVIII, pag. 88. HARD.

Oreges. MSS. *Oraeges*. HARD.

Oroandes. Ptolemaeo lib. VI, cap. 2, Ὀρόντης Mediae mons: prope Ecbatana, Diodoro lib. II Bibl. p. 104. H. — Nunc *Elwend*. ED. P.

Niphates. In maiore Armenia, unde Tigris oritur, Strab. lib. XI, p. 529. H. — Hodie *Nimrod*. ED. P.

Taurus. Apud Elegiam Armeniae, ut dictum est cap. 20. Ibi enim peculiari appellatione Taurus nuncupatur. HARD.

Vbi se quoque. Vbicumque surgit in altissimum varticem. H.

Sarpedon. In promontorio, Sarpedone dicto, de quo cap. 22. H.

Coracesius. Vet. ap. Dalec. *Coracesus*. Ed. P. — Ad urbem cognominem, de qua cap. 22. H.

Cragus. In Lycia, ut dicetur cap. seq. HARD.

Iterumque Taurus. Mela lib. I, cap. 15: *et ubi iam nostra maria contigit*, hoc est, mediterranea, *Taurus iterum*. HARD.

Vindicans. Chifflet. *vendicans*. ED. P.

Quae alibi. Armeniae portae eaedem Caucasiae appellatae lib. VI, c. 12. De Caspiis eodem libro cap. 16. De Ciliciis hoc libro quinto, cap. 22. HARD.

Quoque. Vet. apud Dalec. *quaeque*. ED. P.

Hyrcanius. Dalec. *Hyrcanus*, repugnante Chiffl. ED. P.

Paryadres. Dalec. *Pariedrus*. ED. P. — Vode fundi Absarum amnem dicemus lib. seq. cap. 9. Moschicus a Moschorum gente, de qua eodem lib. cap. 4, ubi et de Amazonico dicturi sumus. Coraxicus idem qui Heniochius lib. VI, c. 10. Scythicus a Scythis incolis nomen habet. H.

In universum vero graece. Vet. ap. Dalec. *in universa vero Graecia*. ED. P.

Ceraunius. Sic etiam Mela lib. I, cap. 15. Strabo tamen peculiarem hanc appellationem esse existimat eorum montium, qui Caspio mari incumbunt, ὄρη Κεραύνια, in Al-

XXVIII. In Lycia igitur, a promontorio eius oppidum Simena, mons Chimaera noctibus flagrans, Hephaestium civitas, et ipsa saepe flagrantibus iugis: oppidum Olympus ibi fuit: nunc sunt montana, Gagae, Corydalla, Rhodiopolis. Iuxta mare, Limyra cum amne, in quem Arycandus influit: et mons Massycites: Andriaca civitas, Myra. Oppida: Apyre; et An-

bania et Amazonum regione lib. XI, pag 504 Hunc Plinii locum Solinus praepostere admodum accepit, ut Salmasius adnotavit in Solin. pag. 800. Hard.

XXVIII. *A promontorio eius.* Nempe Tauri montis, quod promontorium Chelidonium appellari paulo ante dixit. Hard.

Simena. Σίμηνα, πόλις Λυκίας, Stephano. Hard.

Chimaera Χιμαίρα, unus est ex octo Cragi montis verticibus, cum valle cognomine. Vide Strabon. lib. XIV, pag. 665; Melam lib. I, c. 15 Hic Chimaerae fabula ortum habet. Ovid. Metam. lib. IX, v. 647: *Iam Cragon, et Limyren, Xanthique reliquerat undas, Quoque Chimaera iugum, mediis in partibus ignem Pectus et ora leae, caudam serpentis habebat.* Hard.

Hephaestium. Seneca epist. 79, p. 346: *In Lycia regio notissima est, Hephaestion incolae vocant, perforatum pluribus locis solum, quod sine ullo nascentium damno ignis innoxius circuit. Laeta itaque regio est, et herbida, nil flammis adurentibus*, etc. Hephaestion Ηφαίστειον, quasi Vulcanium, a re ipsa dictum. H.

Olympus. Solinus cap. XXXIX, p. 69: *Olympus quoque inter alia ibi oppidum nobile fuit: sed intercidit: nunc castellum est.* Ολυμπος πόλις Ptolemaeo, in Lycia lib. V, cap. 3, et Straboni lib. XIV, pag. 665. In Conc. Calched. *Aristocritus Olympuensis*, prov. Pamphyliae. Notitia Eccles p. 45 et 47, et apud Leunclavium p. 93, inter episcopos prov. Lyciae, ὁ Ολύμπου. Hard.

Gagae. Stephano: Γάγαι πόλις Λυκίας. Plinius lib. XXXVI, cap. 34: *Gagates lapis nomen habet loci et amnis Gagis Lyciae.* In Notitia prov. Lyciae, Γάγα. Hard.

Corydalla, etc. Κορύδαλλος et Ροδία, Ptolemaeo lib. V, cap. 3, inter oppida Lyciae mediterranea censentur, ad Massyciten montem. Ροδίας et Stephanus meminit. In Notitia antiqua Eccles. inter episcopos prov. Lyciae, Ροδοπόλεως, et ὁ Κορυδάλλων. Leunclavius habet, ὁ Ροδιαπόλεως, et ὁ Κορυδάλλων. Altera Notitia, pag. 45, Κυριδάλλων et Ροδιαπλ. mendose. Hard.

Limyra. Λίμυρα πολίχνη, et Λίμυρος ποταμός iuxta Myram, apud Strabon. lib. XIV, pag. 666. Apud Melam, et oppido, et amni nomen est Limyra. Hard.

Arycandus. A quo forte Arycanda oppidum appellatum cap. 25. in Notitia Eccles. prov. Lyciae, Αρύκανδα, pro Αρύκανδα pag. 31. In altera pag. 47, Ορυκάνδων, pro Αρυκάνδων. H.

Massycites. Chiff. *Massycites, Andria civitas mira* Eo. P. — Μασίκυτος ὄρος, Ptolemaeo loc. cit. apud quem, et Ανδριάκη πόλις. Myransium

tiphellos, quae quondam Habessus: atque in recessu
2 Phellus. Deinde Pyrrha, itemque Xanthus a mari XV M. passuum, flumenque eodem nomine. Deinde Patara, quae prius Sataros: et in monte, Sidyma. Promontorium Cragus. Vltra, par sinus priori: ibi Pinara, et

navale Ανδριάκη dicitur Appiano bell. Civ. lib. IV, pag. 636.

Myra. S. Nicolai episcopali sede clara: ut Patara, natalibus. Μύρα. H. — Vetus nomen hodieque servat. Ed. P.

Apyre. Ptolemaeo Απέῤῥαι dicuntur, in Lycia lib. V, cap. 3. In Notitia Eccles. prov. Lyciae hae sedes eo ordine numerantur, Αρπελαι, Φελλός, Αντίφελλος: haud dubie Αρπελαι, pro Απεῤῥαι. Phelli et Antiphelli meminere Strabo pag. 666, Stephanus, aliique. H. — Haud longe a praesenti promontorio *Phineka*, neeidentem versus, vetus exstat castellum. Quod quidem *Apyre* situm occupare docto viro Beaufort videtur. Ed. P.

Habessus. Chiffl. *Habesos.* Ed. P.

Phellus. Ante haec vocem legitur in vet. apud Dalec. *Dionysiopolitis*, cuius in libris editis mentio nulla. Ed. P.

Xanthus. Lyciae urbium maxima Ξάνθος dicitur a Strabone loco cit. Meminit oppidi cum ampe cognomine Ptolemaeus lib. V, cap 3; Stephanus pag. 502; Appianus, Civ. lib. IV, pag. 635. Videtur a mari Strabo removere stadiis tantum LXX, quae passuum vix efficiant millia novem. Haad. — Nunc *Eksenidé.* Ed. P.

Patara. Mela lib. I, cap. 16, oram hanc Lyciae describens: *Atque ut multa oppida*, inquit, *sic, praeter Patara, non illustria. Illam nobilem facit delubrum Apollinis, quondam opibus et orneuli fide Delphico simile.* Hinc Apollo Patareus nomen accepit. Nunc *Patara.* Haad.

Sidyma. Dalecampius, qui verba haec, *et in monte, Sidyma*, legenda coniunctim putavit, ne montis modo nomen indicari, Solyma Pisidiae montem ex Strabone lib. XIV, pag. 666, huc transferendum monet in margine editionis suae. At urbem in edito colle positam hac oratione significari, tum per se, tum Stephani auctoritate, apud quem Σίδυμα, πόλις Λυκίας, plane constat, Ptolemaeique in primis lib. V, cap. 3, ad Cragum montem Σιδύμα collocantis. In Concilio Quinisexto pag. 1197, Ζήμαρχος ἐπίσκοπος πόλεως Σιδύμων ἐπαρχίας Λυκαονίας: mendose videlicet, pro Λυκίας. Nam in Notitia Eccles. antiqua pag. 47, inter episcopos provinciae Lyciae, ἐπαρχίας Λυκίας, cum Myris, Telmesso, Corydallis, caeterisque, ὁ Σιτύμων legitur, pro Σιδύμων, ut recte Leuncl. habet p. 94, et altera Notitia p. 15. Haad.

Cragus. Κράγος ὄρος Λυκίας, Stephan. Scylaci pag. 37, ἀκρωτήριον. Nunc *Capo Serdeni*, o *Sette Capi.* Haad.

Vltra par sinus. Vltra promontorium sinus est, nunc *Golfo di Makri*, par ingenti illi sinui, de quo dictum est prius cap. 28, quem Taurus montes disterminat Chelidonio promontorio, *Golfo di Sattalia.* H.

quae Lyciam finit Telmessus. Lycia quondam LXX oppida habuit, nunc XXXVI habet. Ex his celeberrima, praeter supra dicta, Canas, Candyba, ubi laudatur Oenium nemus, Podalia, Choma praefluente Adesa: Cyaneae, Ascandalis, Amelas, Noscopium, Tlos, Telandrus. Comprehendit in mediterraneis Cabaliam,

Ibi Pinara. Πίναρα Straboni lib. XIV, pag. 665, et Ptolemaeo lib. V, cap. 3. Haan.

Telmessus. Iisdem verbis Mela lib. I, cap. 15. Τελμησσός est Ptolemaeo, Τελμισσός, Straboni locis cit. Haan. — Haud longe, ut videtur, a *Makri*, quae supradicto sinui nomen suum impertit. En. P.

Lycia quondam LXX Ita MSS. omnes (non LX) et Martian. lib. VI, cap. de Euphrate p. 220.

Canas. Κανάς in recto Graecis. In Notitia Eccles. antiqua, inter episcopos prov. Lyciae pag. 15, ὁ Κανοῦ. Et pag. 49, ὁ Κανοῦ, ἤτοι τῆς Ακαλείας. Leunclavii Notitia pag. 94, ὁ Κανοῦ. Haan.

Candyba. In Notitia Eccles. antiq. prov. Lyciae, Κάνδυβα. Item Stephano. Ptolemaeo lib. V, c. 3, forte mendose, Κόνδυβα. H. — Aliis geographis *Condica.* Dalec.

Oenium nemus. MSS. omnes, *Eunias nemus.* H. — Chiffl. ap. Dalec. *Oenias.* En. P.

Podalia. Pineus, *Podalaea.* Dal. — Ποδάλια in Notitia Eccles. prov. Lyciae. Ptolemaeo lib. V, c. 3, Ποδαλλία. Stephano, Ποδάλεια, πόλις Αυδίας, lego Αυκίας.

Choma. Χῶμα inter Lyciae oppida mediterranea Ptolemaeo loco citato et in Notitia Eccles. antiq. In Conc. Ephes. *Eudoxius Chomatenus.* H.

Adesa In MSS. *Aedesa* ei amni nomen. Haan.

Cyaneae. Dalec. *Cyane*, etc. Stephan. ap. Dalec. *Ganea*, *Scari*, *Aelimala* En. P. — Κυάνεαι, in Notitia Eccles. antiq. prov. Lyciae. Apud Ptolemaeum lib. V, cap. 3, Κύδνα, pro Κύανα. Haan.

Ascandalis, etc. In MSS. Reg. 1, 2, etc. *Ascandiandalis*, *Amelas*, *Noscopium.* Forte hic locum habere debet Ακαλισσός Lyciae prov. sedes episc. in Notitia Eccles. antiq. Hieroclis p. 15, 34 et 49. Item *Acanda.* Nam in ea ipsa Notitia inter episcopos prov. Lyciae pag 49, censetur ὁ Ακάνδων, qui pag. 15, ὁ Αὐκάδων mendose nuncupatur: quum et apud Leunclavium pag. 94, pariter ὁ Ακάνδων exstet. H. — Ptolem. ap. Dalecamp. *Nisa* pro *Noscopium.* En. P.

Tlos. Τλῶς πόλις Αυκίας, Stephano pag. 659, et Ptolemaeo lib. V, cap. 3. Et in Notitia Eccles. antiq. Τλῶ p. 34, et pag. 15, ὁ Τλῶν. pag. 47, Ο ὄτλων; pro ὁ Τλῶν, qui error et ap. Leunclavium ipsum irrepsit pag. 94. Haan.

Telandrus. Dalec. *Telanorus.* En. P. — Τήλανδρος, quam Stephanus Cariae adiudicat: quoniam est in confinio utriusque provinciae posita. H.

Cabaliam. Καβαλίαν, Strabo lib. XIV, pag. 634, Καβαλίδα vocat. Id regiunculae in Lycia nomen, etiam Ptolemaeo lib. V, cap. 3, cuius urbes eae tres, Οἰνοάνδα, Βούβων, Βάλβουρα. De his vide Strabo lib. XIII, pag. 634. In Notitia Eccles. Βουβῶν,

euius tres urbes, Oenoanda, Balbura, Bubon. A Telmesso Asiaticum mare, sive Carpathium et quae proprie vocatur Asia. In duas eam partes Agrippa divisit. Vnam inclusit ab oriente Phrygia et Lycaonia, ab occidente Aegaeo mari, a meridie Aegyptio, a septemtrione
4 Paphlagonia. Huius longitudinem CCCCLXX mill. passuum, latitudinem CCCXX mill. fecit. Alteram determinavit ab oriente, Armenia minore: ab occidente, Phrygia, Lycaonia, Pamphylia: a septemtrione, provincia Pontica: a meridie, mari Pamphylio: longam DLXXV mill. pass. latam CCCXXV mill.

1 XXIX. In proxima ora Caria est, mox Ionia: ultra eam Aeolis. Caria mediae Doridi circumfunditur, ad

Ηνόανδα, Βαλούρα, pro Βαλβούρα pag. 31. Al pag. 17 et 49, ὁ Βαρβούρῶν, uti et apud Leunclavium pag. 94, pro ὁ Βαλβούρων. In iisdem Notitiis pag. 15, ὁ Υνούνδων, et p 49, ὁ Ονούνδων, apud Leunclavium ὁ Ονούρδων, loc. cit. ubique mendose, pro ὁ Οινωάνδων. Item pag. 15, ὁ Βόβου ἤτοι Σοφιανόπολις, et apud Leunclavium, ὁ Βώβου ἤτοι Σοφιανοπόλεως, de Bubone accipienda sunt. Stephano Βουβών, et τὰ Βάλβουρα, et Οἰνόαν, πόλεις Λυκίας. In Conc. CP. I, pag. 957, *Patricius Oenandensis, et Romanus Bibonensis*, pro *Bubonensis*. H. — Vet. apud Dalec. *et Carbatium*, pro *Cabaliam*: *Ooeniandra*, pro *Oenandra*, Ptol. *Oenandra*; Chiffl. *Dubon*, pro *Bubon*. Ed. P.

Vocatur Asia. Hodie *Anatolie* sive *Anadouly* vocant. Ciliciam tamen Bithyniamque, et Lyciam, Paphlagoniam, provinciamque Ponticam; Phrygiam, Lycaoniam, Pamphyliamque, Plinius Agrippam seculus eo Asiae proprie dictae nomine negat contineri. Hard.

Vnam inclusit. Exscribit haec a Plinio Martianus lib. VI, capite de Euphrate pag. 220. Et Missi Theodosii: *Et quae proprie vocatur Asia, in duas eam partes Agrippa divisit: unam inclusit ab oriente, Phrygia, Lycaonia: ab occidente, mari Aegaeo: huius longitudinem CCCCLXX, latitudinem CCCXX fecit (sic etiam Pliniani codices MSS. quos inspeximus, et vetus Dalec. ac Chiffl. etsi Martianus cum Plinii typis tantum CCC praeferat): alteram determinavit ab oriente, Armenia minore: ab occidente, Phrygia, Lycaonia, Pamphylia: a septemtrione, provincia Pontica: a meridie, mari Pamphylio: longitudinem, DLXXV, latitudinem, CCCXXV*. Hard.

XXIX. *Caria*. Nunc Doridem Caria includit a continente: reliqua sui parte mari Doris alluitur. H.

Aeolis Caria... ambiens. Libentius legisset Dalecampius: *Aeolis, media Doride. Circumfunditur mari utroque latere ambiente*. Ed. P.

mare utroque latere ambiens. In ea promontorium Pedalium. Amnis Glaucus deferens Telmessum. Oppida: Daedala, Crya fugitivorum. Flumen Axon, oppidum Calynda.

(XXVIII.) Amnis Indus in Cibyratarum iugis ortus, recipit LX perennes fluvios, torrentes vero amplius centum. Oppidum Caunos liberum, deinde Pyrnos. 2

In ea. In Caria, unde ipsa post Lyciam incipit. Mela lib. I, cap. 15: *Quae Lyciam finit, urbs Telmessos.* Mox cap. 16: *Caria sequitur... Promontoria duo: Pedalion, et Crya.* Hard.

Glaucus Γλαῦκος quem Q. Calaber lib. IV, vers. 6 et 11, in confluio Lyciae recte collocavit, Λυκίης σχεδὸν αἴης. In hunc exonerare se amnem alterum Plinius ait, quem *Telmedium* MSS. omnes, Telmessum maluit Barbarus appellare. H.

Daedala. Δαίδαλα Stephann, πόλις Λυκίας, et Straboni lib. XIV, p. 651. Ptolemaeo item lib. V, cap. 3, Δάδδαλα pro Δαίδαλα, in Lycia, citra Telmessum oppidum, quod finem esse Lyciae proxime antea diximus. Cariae nimirum, Lyciaeque confinia saepe permixta.

Crya. Vet. ap. Dalecamp. *Caroea.* Chiffl. *Cyrcia.* En. P. — Promontorii nomen est Mela loc. citat. Stephano Κρύα πόλις Λυκίας, in Lyciae nempe vicino. Ptolemaeo lib. V, c. 3, Καρύα, mendose. Κρύασσαν in Caria Plutarchus agnoscit lib. de Virtut. mulier. pag. 246. Hard.

Calynda. Hermolaus *Calydna* rescripsit, invitis exemplaribus MSS. et vetustis editionibus, Parm. caeterisque, invito quoque Ptolem. lib. V, cap. 3, Κάλανδα scribente pro Κάλυνδα. Stephano item, cui Κάλυνδα, πόλις Καρίας. Denique Herodoto lib. VIII, ubi de Artemisia, Mausoli Cariae regis uxore agens, Καλυνδίους eam imperitasse prodidit. Κάλυμνα tamen Straboni dicitur lib. XIV, p. 561. Sed magno, ut puto, errore. Hard.

Amnis Indus. Κάλβιν hunc vocat Strabo lib. XIV, pag. 651, et Ptolemaeus lib. V, cap. 2. Mela quoque lib. I, cap. 16: *Secundum Calbin amnem*, inquit, *Caunus oppidum valetudine habitantium infame.* Fecit hoc alterum amni nomen Indus quidam in eum ab elephanto deiectus, ita prodente Livio lib. XXXVIII, cap. 14. Hinc ipsa Caria *Indorum regio* appellatur, 1 Mach. VIII, 8. H.

Cibyratarum. Κιβυράται, quorum oppidum Κιβύρα μεγάλη Straboni l. XIII, pag. 630, quam in magnae Phrygiae civitatibus mediterraneis collocat Ptolemaeus lib. V, cap. 2, quod et mox Plinius facit his verbis: *Ipsum oppidum Phrygiae est.* Hard.

Caunus. Καῦνος quoque Straboni lib. XIV, pag 651. Caunus Livio l. XXXIII, cap. 20, et XLV, 25. Hodie *Kaigusz*, ut opinatur d'Anville. En. P.

Pyrnos. Portus Cressa. Πύρνος πόλις Καρίας, Stephano. Κρῆσσα λιμὴν Ptolem. lib. V, cap. 2. Hard.

Portus Cressa, a quo Rhodus insula XX M. Locus Loryma. Oppida: Tisanusa, Paridion, Larymna. Sinus Thymnias. Promontorium Aphrodisias. Oppidum Hyda. Sinus Schoenus. Regio Bubassus. Oppidum fuit Acanthus, alio nomine Dulopolis. Est in promontorio Gnidos libera, Triopia, dein Pegusa et Stadia appellata. Ab ea Doris incipit.

3 Sed prius terga, et mediterraneas iurisdictiones indicasse conveniat. Vna appellatur Cibyratica. Ipsum

Loryma. Λώρυμα Ptolemaeo loco cit. Lilus esse asperum ait Strabo l. XIV, p. 552. Stephano oppidum est, Λώρυμα, πόλις Καρίας. In Concilio Quinisexto, pag. 1199, Γεώργιος ἐπίσκοπος πόλεως Ὑλαρίμων, ἐπαρχίας Καρίας. Et in Notitia Eccles. antiq. pag. 43, inter episcopos provinciae Cariae, ὁ Ὑλαρίμων. Vbi Leunclavius pag. 94, ὁ Λαρύμων. Hard.

Tisanusa. Mela lib. I, cap. 16, ubi de Caria: *Portus duo: Gelos, et cui ex urbe quam amplectitur, Tisanusa cognomen est. Inter eos oppidum Larymna, et Pandion collis in mare emissus.* An Mela ex Plinio emendandus? an ex Mela Plinius? MSS. Pliniani omnes, *Parydon*: Pomponiani, *Pandion.* Hard.

Thymnias. Pomponius Mela lib. I, cap. 16: *Tum tres*, inquit, *ex ordine sinus: Thymnias, Schoenus, Bubessius. Thymniae promontorium Aphrodisium est. Schoenus ambit Hydam: Bubessius Acanthum: Gnidus in cornu peninsulae.* H.

Hyda. MSS. omnes Reg. 1, 2, Colbert, 1, 2, *Hydas.* H. — Vet. ap. Dalec. *Hyla.* Ed. P.

Regio Bubassus. Cui et urbs cognominis, βύβεσσος πόλις Καρίας, apud Steph. H.

Acanthus. Ἄκανθον quoque in peninsula iuxta Cnidum Stephanus collocat pag. 49. H. — Vet. ap. Dalec. *Cynethon.* Ed. P.

In promontorio. Quod nunc *Capo Crio* nautae vocitant. H.

Gnidos. Κνίδος Straboni lib. XIV, pag. 656, et aliis. Hodie *Gnido.* Hinc Ctesias, Eudoxius, aliique, de quibus in Auctorum Indice. H.

Triopia. Varia haec sunt Gnidi, obsoletaque nomina. Triopiam a Triopa rege dictam significat Diodorus Sic. Bibl. liber V, pag. 331. Hinc Apollo Triopius, templumque Triopium, mare denique Triopium pariter, quo Gnidiorum ager pertingit, apud Herod. Clio lib. 1, num. 144, et num. 174, p. 72. Stephano, aliisque, Τριόπιον πόλις Καρίας, quod Gnidum deinde translatum est. Scylaci pag. 36, ἀκρωτήριον, promontorium est iuxta Cnidum. Hard.

Pegusa. Vet. apud Dalec. *Pegasa.* Ed. P.

Stadia. Chiffl. *Caudia.* Ed. P.

Ab ea. A Cnido. H.

Conveniat. Vet. ap. Dalec. *conveniet.* Ed. P.

oppidum Phrygiae est. Conveniunt eo XXV civitates (XXIX.), celeberrima urbe Laodicea. Imposita est Lycò flumini, latera alluentibus Asopo et Capro: appellata primo Diospolis, dein Rhoas. Reliqui in eo conventu, quos nominare non pigeat, Hydrelitae, Themisones, Hierapolitae. Alter conventus a Synnada accipit no- 4

Ipsum oppidum Phrygiae. Cibyra nimirum, de quo nos paulo ante egimus. Cariae tamen adscribitur in Notitia Eccles. episcop. Et in Conc. CP. I, Leontius Cibyrensis subscribit, et prov. Cariae. Strabo lib. XIII, p. 631, inter ea oppida numerat, quae sunt iuris veluti dubii, quod incerti fines essent, Lyciae, Phrygiae, Cariaeque. Voam e maximis Asiae praefecturis, διοικήσεσι, Cibyraticam fuisse, idem prodidit. H. — *Burnz* hodie dicitur, auctore d'Anville. Eo. P.

XXV. Chiffl. *XXII.* Ed. P.

Celeberrima urbe. Ab his verbis novi capitis factum hactenus initium est: quam inepte, sat liquet. Eo. P. — Vet. apud Daleć. *Celeberrima urbs Laodicaea, imposita*, etc. Ed. P.

Laodicea. Mediterranea civitas ea fuit, Λαοδίκεια πρὸς τῷ Λύκῳ, Straboni lib. XII, pag. 578, et Philost. lib. I, de vitis Sophist. p. 530. Nunc excisa penitus: vix e ruderibus moletrinis una velari superstite. Loco tamen Turcae fecere nomen *Eski-Hisar*, hoc est, vetus castellum. Errant qui *Laudichia* dici adhuc putant. Phrygiae a Strabone adscribitur, loc. cit. ubi Capro et Lyco allui urbem ait. Lycum porro Curtius temere confundit cum Marsya, de quo mox, ut Salmasius monuit p. 828, in Solin. aliique. H.

Diospolis. Ceu civitas Iovis. *Rhoas,* α ῥέω, *fluo*, hoc est, ab amnium fluxu urbem circumambientium. H.

Hydrelitae. Ὑδρηλα τῆς Καρίας, Stephano, pag. 676. Ὑδρηλος Straboni lib. XIV, pag. 650. Livius, lib. XXXVII, cap. 56: *Curiam*, inquit, *quae Hydrela appellatur, agrumque Hydrelitanum, ad Phrygiam vergentem.* H.

Themisones. Et hi Phrygiae contributi. Θεμισώνιον χωρίον Φρυγίας, Stephano. Circa Laodiceam positum dicitur Θεμισώνιον oppidum, Straboni lib. XII, pag. 576, loco *Teseni* vocato, auctore d'Anville. Hard. et Ed. P.

Hierapolitae. Ab Hierapoli, Phrygiae magnae oppido, inter Cibyra et Apamean, apud Ptolem. lib. V, cap. 2. Cariae a Stephano attribuitur, ἱερὰ πόλις Καρίας. In Notitia episcopatuum prov. Phrygiae Capatianae, Λαοδίκεια, Ἱερὰ πόλις, Θεμοσόνιος, pro Θεμισόνιος. In Concilio Generali VI, Sisinolus episcopus τῆς Ἱεραπολιτῶν τῆς Φρυγῶν ἐπαρχίας, p. 1031. Hard. — Illam urbem nunc *Bambuk-Kalasi* a Turcis appellari nos monet d'Anville. Eo. P.

A Synnada. Chiffl. *a Synnade.* Ed. P. — Synnadica iurisdictio, seu conventus Synnadicus inde dictus. Maioris Phrygiae mediterraneum oppidum Ptolemaeo lib. V, c. 2, Σύνναδα. Phrygiae Salutaris, in Notitia episcopatuum, et in Conc. Gener.

men. Conveniunt Lycaones, Appiani, Eucarpeni, Dorylaei, Midaei, Iulienses, et reliqui ignobiles populi xv. Tertius Apamiam vadit, ante appellatam Celaenas, dein Ciboton. Sita est in radice montis Signiae, circumfusa Marsya, Obrima, Orga, fluminibus in Maeandrum cadentibus. Marsyas ibi redditur, ortus, ac paulo mox conditus, ubi certavit tibiarum cantu cum Apolline,

VI, pag. 1031. Martiali, lib. IX, epigr. 76, *Synnas Phrygia*. H.

Lycaones. Vt dictum est c. 25. H.

Appiani. In Conc. VI Gener. pag. 1039, Petrus episcopus πόλεως Αππίας, cum Ancyrano Phrygiae episcopo subscribit. In Notitia Eccles. antiq. inter episcopales sedes Phrygiae Capatianae, Αππα. H.

Eucarpeni. Vet. ap. Dalec. *Cercopeni*. Ed. P. — Ab oppido Phrygiae, Εὐκαρπία Straboni lib. XII, p. 576. Maioris Phrygiae, ut ipsa Synnada, Ptolemaeo, loco cit. Phrygiae Salutaris, in Notit. episcop. H.

Dorylaei. Δορύλαιον, eiusdem Phrygiae maioris et Salutaris, iisdem auctoribus, Μιδάϊον quoque: Ptolemaeo, Δορύλειον, Μιδάειον. Antonini Severi nummus apud Spanhem. pag. 905, ΜΙΔΑΕΩΝ. De Dorylao rursum c. 31. De Midaio, a quo Midaei, c. 41. H. — Vet. ap. Dalec. *Mudaei*, Chiff. *Mydaei*, non *Midaei*. Ed. P.

Iulienses. Quorum oppido nomen Ἰουλιόπολις apud Ptolem. lib. V, cap. 2. H.

Tertius. Apamenus conventus ab Ἀπάμεια, quae prius Κελαιναί, ut referi Strabo lib. XII, pag. 577, et Stephanus, pag. 91; deinde Κιβωτός, ut idem Strabo ait, p. 576, hoc est, Arca dicta est, quod in arcae modum a tergemino amne illam ambiente clauderetur. Κελαιναί, quod ab eo oppido Apameam cives transducti. Magnae Phrygiae tum a Strabone accensetur, loc. cit. tum a Ptolemeo lib. V, cap. 2. Hard. — *Aphiomkara-hisar* hodie dicitur, auctore d'Anville. Ed. P.

Marsya. Μαρσύαν et Ὀργᾶν Strabo quoque nominat lib. XII, pag. 577, quos in Maeandrum labi ait. Obrimae fontium Livius meminit lib. XXXVIII, cap. 15. H.

Orga. Chiff. *Orba*. Ed. P.

Marsyas ibi. Marsyas, inquit, ibi emergit amnis, qui post pauln quam ortus erat, sese in terram abdiderat, in eo loco qui Aulocrene dictus est, αὐλοῦ κρήνη, quasi fontem tibiarum, vel tibiae dixeris: a quo fonte, et monti deinde, et convalli, et regioni nomen idem est inditum. Ita Maximus Tyrius, dissert. 38, pag. 385. Haec Plinii verba, de Marsya hominis natali ac sepulcro ridicule interpretatus est Martianus, lib. VI, cap. de Euphrate, pag. 221, et eum, ut solet, secutus Solinus, cap. xl, pag. 70, quum de amne Apamenorum Marsya ea accipi oportere, res sit plane perspicua. H.

Vbi certavit. Lege, *ubi Marsyas certavit*. Ed. P. — Marsyas nominirum, cuius e sanguine amnem exortum fabulae narrant. Vide Apollod. de Diis lib. I, pag. 13; Diodor. Sic. Bibl. lib. III, p. 192; Photium in Biblioth. cod. 190. p. 475; Hygin. fab. 165; Livium lib. XXXVIII. p.

Aulocrenis: ita vocatur convallis decem mill. passuum ab Apamia, Phrygiam petentibus. Ex hoc conventu deceat nominare Metropolitas, Dionysopolitas, Euphorbenos, Acmonenses, Peltenos, Silbianos. Reliqui ignobiles IX.

Doridis in sinu, Leucopolis, Hamaxitos, Elaeus, 5

472; Ovid. Metam. lib. VI, v. 390. Hard.

Aulocrenis. Αὐλοῦ κρήνας. Solinus et Martianus, *Aulocrene.* Salmasius frustra, contra tot testes unus, αὐλοθρενής, in Solin. p. 834. Plinius ipse lib. XVI, cap. 89, regionem Aulocrenen vocat. H.

Ex hoc conventu. Scilicet Apameno. H.

Metropolitas Μητρόπολις Φρυγίας, ἀπὸ τῆς μητρὸς τῶν Θεῶν οἰκισθεῖσα, inquit Stephanus, a Deum Matre nomen accepit, quae sadem ibi habuit. Vrbs est Magnae Phrygiae, Ptolemaeo lib. V, cap. 2. Phrygiae Salutaris, in Notitia episcop. In nummis, ΜΗΤΡΟΠΟΛΕΙΤΩΝ. Haad.

Dionysopolitas. Ab urbe Dionysopoli Phrygiae, quam Eumenes et Attalus condidere. Auctor Stephanus, pag. 239. Vide librum, quem dudum ediditnus, de Nummis antiquis Populorum et Vrbium, verbo ΔΙΟΝΥΣΟΠΟΛΕΙΤΩΝ Phrygiae. H.

Acmonenses. Vet. ap. Dalec. *Aenonienses* Ed. P. — Oppidum magnae Phrygiae Ακμονία Ptolem. lib. V, c. 2, et Stephano, Ακμῶνα Phrygiae Capatianae, in Notitia episcop. Nummus Agrippinae Claudii, ap. Patin. p. 109, ΑΚΜΩΝΕΩΝ. H.

Peltenus, etc. Quorum oppidum Phrygiae magnae Πέλται, apud Strabon. lib. XII, p. 576, et Ptolemeus loco citato ut Silbianorum Σίλβιον. In Notitia episcopatuum Phrygiae Capatianae, Σιβλία, permutatis litteris, pro Σιλβία. Peltenorum istorum nummus est ex aere apud D. Sharardum consulem Anglum Smyrnae; ex una parte caput velatum exhibet, cum epigrapha, ΒΟΥΛΗ ΠΕΛΤΗΝΩΝ, *Curia Peltenorum.* In altera superficie, Mercurius alatus, cum dolio: vini mercatores significat. Inscriptio: ΠΕΛΤΗΝΩΝ ΜΑΚΕΔΟΝΩΝ. *Peltenorum Macedonum*, Macedones hi cognominantur, ut ab aliis Peltenis secernantur superius positis, cap. 25. Fuere igitur in hoc tractu, ut in Ionia, Lydiaque, Macedones. Hard. — Oppido Peltis vicinoque campo convenire videtur hodie nomen *Vschak*, ut opinatur d' Anville. Pro *Silbianos*, vet. ap. Dalec. *Sylleanos* legit. Ed. P.

Leucopolis. Oppidum videtur in littore fuisse cognomine: Mela enim, lib. I, cap. 16: *Trans Halicarnassum illa sunt*, inquit: *Litus Leuca. Vrbes, Myndus*, etc. H.

Hamaxitos. * Et alia est eiusdem nominis in Troade. Αμαξιτός, *Hamaxitos*, orbitam graece sonat, seu viam quae ad agendum curriculum patet. Haad. — Nunc *Messi* auctore d' Anville. Ed. P.

Elaeus, Euthene. Illa Graece. Ελαιούς, vel potius Ελεούς, haud procul Lorymis, apud Strabonem lib. XIV, pag. 655. Haec verso Εὐθηναί. Ste-

Euthene. Dein Cariae oppida, Pitaium, Eutane, Halicarnassus. Sex oppida contributa ei sunt a Magno Alexandro, Theangela, Sibde, Medmassa, Etranium, Pedasum, Telmessum. Habitatur inter duos sinus, Ceramicum et Iasium. Inde Myndos, et ubi fuit Palaemyndus, Nariandus, Neapolis, Caryanda, Termera

phanus: Εὐθηναὶ πόλις Καρίας. H. — Ptol. *Eloea*. Dalec.

Pitanum. Ptolem. *Pituvium*. Chiffl. *Piatium*. Dalec. — Stephano, pag. 552, Πιτάϊον, πόλις Καρίας

Eutane. Dalec. *Eutaniae*. Ed. P. — Haec Pomponii Melae Euthane est, lib. I, cap. 16, inter Cuidum et Ceramicum sinum, in recessu posita. Hard.

Halicarnassus. Mela lib. I, cap. 16: *Halicarnassos, Argivorum colonia, et cur memoranda sit, praeter conditores, Mausoleum efficit, regis Mausoli monumentum, unum de miraculis septem, Artemisiae opus*. Nunc rudera vix supersunt huius civitatis in deserto loco, cui nomen *Boudron*, contra insulam Coam. Hinc Dionysius Halicarnasseus rerum romanarum scriptor, cui Aelius praenomen fuit, teste Eustathio in Iliad. II, p. 368. Haec pariter Herodoti patria. H.

Contributa. Iura petere Halicarnassum coacta: sive Halicarnassensi iurisdictioni subiecta. Aliud est quod Strabo refert lib. XIII, pag. 611, a Mausolo Cariae rege sex oppidorum cives Halicarnassum esse transductos. H.

Theangela. Θεάγγελα, πόλις Καρίας, Stephano. Apud Athen. lib. VI, pag. 271, Philippus Θεαγγελεὺς historicus. Apud Plutarch. in Alexandro, pag. 691, Χάρης Εἰσαγγελεύς, pro Θεαγγελεύς. Et apud Strab lib. XIII, pag. 611, Συναγέλα, pro Θεάγγελα. Hard. — Hodie *Angeli* et *Karabaglar*, auctore d'Anville. Ed P.

Sibde. Σίϐδα, πόλις Καρίας. Et Μέδμασσος, πόλις Καρίας, Stephano. H. — Chiffl. *Mednassa*, non *Medmassa*. Ed. P.

Pedasum. Τὰ Πήδασσα Straboni lib. XIII, pag. 611, unde reginni nomen Πηδασεῖς. Apud auctorem libri de mirab. auscult. Πηδασέα τῆς Καρίας. Apud Herod. Erato lib. VI, p. 340, n. 20, Κάρες Πηδασεῖς. H.

Telmissum. Forte rectius *Telmisum*, per unicum σ, ut a Telmesso Lyciae hac nota dirimatur. Incolae Τελμισεῖς a Polemone vocitantur, apud Suidam: ab Halicarnasso stadiis LX disiuncti, hoc est, VII M D. pass. H.

Habitatur. Halicarnassus nimirum. Hard.

Ceramicum. Ab oppido Ceramo, quod vetus nomen servat: Κέραμος in Doride, Ptolemaeo lib. V, cap. 2. Nunc *Golfo di Castel Marmora*. De Iasin mox. H. et Ed. P.

Myndos. Stephanus: Μύνδος, πόλις Καρίας Εστι καὶ πόλις ἄλλη Καρίας, παλαιὰ Μύνδος, hoc est, antiqua Myndos. In Notitia Eccles. Αμυνδός. H. — Etiamnunc *Mindes*, auctore d'Anville. Ed. P.

Neapolis. Pomponio quoque, lib. I, cap. 6, et Ptolemaeo lib. V, cap. 2, nota Cariae civitas: et in Notitia episcopatuum prov. Cariae. H.

Caryanda. Dalec. *Carianda*. Vet. *Ariandq*. Ed. P. — Καρυάνδα Stra-

libera, Bargyla, et a quo sinus Iasius, oppidum Iasus.

Caria interiorum nominum fama praenitet: quippe 6
ibi sunt oppida, Mylasa libera, Antiochia, ubi fuere Seminethos et Cranaos oppida: nunc eam circumfluunt Maeander, et Orsinus. Fuit in eo tractu et Maeandropolis. Est Eumenia Cludro flumini apposita, Glaucus amnis, Lysias oppidum, et Orthosia: Bere-

boni lib. XIV, p. 658, et Harpocrat. pag. 192. Hinc ortus Scylax Caryandensis, scriptor rerum Geographicarum. H. — Nunc *Karaccion*, auctore d'Anville. Ed. P.

Termera. Τέρμιρον Strabo vocat, pag. 657, iuxta promontorium Myndiorum, cui nomen pariter Τερμέριον fuit. Stephano, Τέλμερα, πόλις Καρίας. H.

Bargyla. Stephano, τὰ Βάργυλα, πόλις Καρίας, prope Iasum et Myndum. MSS. Pliniani, *Bargilia*. Straboni lib. XIV, p. 654, τὰ Βαργύλια. In nummis antiquis Severi et Antonini, ΒΑΡΓΥΛΗΤΩΝ. H. — Etiamnunc *Barghili*, auctore d'Anville. Ed. P.

Iasus. Ἰασός Straboni lib. XIV, pag. 658. Ptolemaeo lib. V, cap. 2, et Stephano. Melae, *Iasos*. In Notitia episcop. prov. Cariae, Ἰασός. Nunc *Askem*, sive *Askem Kalasi*: ut aiunt ii, qui haec loca proxime viderunt. Hard.

Caria. Quae deinceps recensentur, sunt Alabandici conventus. Hard.

Ibi. Dalecamp. *ubi*, invito Chiffl. Ed. P.

Mylasa. Straboni lib. XIV, pag. 658; Ptolemaeo lib. V, c. 2; Dioni lib. XLVIII, pag. 373, Μύλασα; Stephano, Μύλασα. Augusti nummus apud Spanhem. p. 905, CEBACTΩ. MYACEΩN. Hard. — Nomen hodieque servat, nonunquam tamen *Marmora* dicta ex vicinis marmoreis lapidicinis. Ed. P.

Antiochia. Stephano, p. 87, Ἀντιόχεια τῆς Καρίας, quam et ab Antiocho Seleuci F. conditam, et Pythopolin prius appellatam tradit. Straboni l. XII, pag. 630, et Ptolemaeo lib. V, cap. 2, Ἀντιόχεια πρὸς Μαιάνδρῳ, ab amne quo alluitur. Nummus Traiani Decii, in Gaza Regia, ΑΝΤΙΟΧΕΩΝ ΜΑΙΑΝΔΡΟC. Hard. — Huius locum occupare videtur *Iegni Shehr*, quod nomen oppidum novum sonat. Ed. P.

Seminethos. MSS. Reg. 1, 2, Colb. 1, 2, Paris. Chifflet. *Simmethos*. H.

Orsinus. Ita MSS. proxime laudati. Editi, *Mossinus*. Hard.

Maeandropolis. Stephano, Μαιανδρούπολις, Μαγνησία πόλις, hoc est, Magnetum ditionis. Hard. — Hodie *Guzel-Hissar*. Ed. P.

Eumenia. Εὐμένειαν, Stephanus; Ptolemaeus lib. V, cap. 2; Strabo l. XII, p. 576, aliique Phrygiae magnae Εὐμενίαν adiudicant: Phrygiae Capatianae, Notitia episcop. Hard.

Lysias. Λυσιάς Straboni lib. XII, pag. 576, et Ptolemaeo lib. V, cap. 2, in Phrygia magna. Phrygiae Salutaris, in Notitia episcop. In nummis, ΒΟΥΛΗ ΛΥΣΙΑΔΕΩΝ. Hard.

Orthosia. Chiffl. *Othrusa*. Ed. P. —

cyntius tractus, Nysa: Trallis, eadem Euanthia, et Seleucia, et Antiochia dicta. Alluitur Eudone amne, perfunditur Thebaide. Quidam ibi Pygmaeos habitasse
7 tradunt. Praeterea sunt Thydonos, Pyrrha, Eurome, Heraclea, Amyzon, Alabanda libera, quae conventum eum cognominavit: Stratonicea libera, Hynidos,

Ptolemaeo lib. V, cap. 2, in Caria, Ορθωσίας. In Notit. episcop. prov. Cariae, Ορθοσίας, Straboni lib. XIV, pag. 650, trans Maeandrum, circa Nysam posita, Ορθωσία. Hard.

Berecyntius, Nisae urbi, Marsyaeque amni proximus, in Phrygia. Hesychius: Βερεκύνται, Φρυγῶν τι γένος, Straboni l. X, p 469 Βερέκυντες, Φρυγῶν τι φύλον. Hinc Cybele Berecyntia mater appellata. Hard.

Nysa. Νύσα Straboni lib. XIV, p 649, proxime Tralles. Ab Antiocho Seleuci F. de matris nomine Νύσαν appellatam esse, auctor est Stephanus, verbo Αντιόχεια. Nummus Antonini Soaemiadis F. Imp. mediae formae, ex aere, in Cimelio nostro Paris. ΝΥCΑΕΩΝ. Hard. — Hodie *Nosli*, auctore d'Anville. Eo. P.

Euanthia. A copia scilicet florum, qui in agro Tralliano nascuntur. Stephanus: Τράλλις, πόλις Λυδίας, πρὸς τῷ Μαιάνδρῳ ποταμῷ· ἡ πρότερον λεγομένη Ανθεια, διὰ τὸ πολλὰ ἄνθη ἐκεῖ πεφυκέναι. Cariae Ptolemaeus adscribit lib. V, cap. 2, Lydiae Stephanus, et Notitia episcop. Nempe in eo tractu posita fuit, quem Lydi, Cares, et Ionas incolerent, ut Strabo monet lib. XIV, pag. 648. Nummus L. Veri, ΤΡΑΛΛΙΑΝΩΝ. — Nunc *Sultan-Hisar*, auctore eodem d'Anville.

Seleucia Antiochus Seleuci F. et suum urbi, et patris nomen imposuit. Hard.

Thebaide. Amne oppidum intersecante. Rectius, ut in MSS. quibusdam, *Thebaite*. Hard.

Thydonos. De hac caeteri silent. Πύῤῥαν in Caria Ptolemaeus agnoscit lib. V, cap. 2; Εὔρωμον, Ηράκλειαν, Αμυζόνα, Strabo lib. XIV, p. 658, Stephanus, aliique. Ptolemaeo, haec Ηράκλεια πρὸς Αλϑάνῳ dicitur, a monte, ut arbitror, proximo. Hard. — Chiffl. *Aizon*, non *Amison*. Eo. P.

Alabanda. Vode conventus Alabandicus, Αλάϑανδα Ptolemaeo loco citato in Caria. In Notitia episcop. Αλάπανδα, mendose. In mediterraneis civitatibus, cum Stratonicea, apud Strabonem loco cit. Nummus Augusti apud Spanhem. pag. 644, ΑΛΑΒΑΝΔΕΩΝ. Hard.

Stratonicea. Legebat Dalec. ex Ptolemaeo, *Stratonice*, *et Alinda libera*. Eo. P. — Στρατονίκεια Strabo loco citato. Ptolemaeo, lib. V, cap. 2, in Cariae mediterraneis urbibus, Στρατονίκη. Hard. — Hodie *Eski-Hissar*, quod oppidum vetus sonat. Eo. P.

Hynidos. Forte litteris permutatis Ιδυμος, quae urbs Ptolem. loco cit., in Cariae mediterraneis appellatur, cum Stratonicea, aliisque. Aut Hyniandos, Ηυιανδός, quae provinciae Lyciae ab aliis adiudicatur, ut in Conc. Quinisexto pag. 1197. Hard.

Ceramus, Troezene, Phorontis. Longinquiores eodem disceptant foro. Orthronienses, Halydienses, seu Hippini, Xystiani, Hydissenses, Apolloniatae, Trapezopolitae, Aphrodisienses liberi. Praeter haec sunt Coscinus, Harpasa apposita fluvio Harpaso, quo et Trallicon quum fuit, alluebatur.

XXX. Lydia autem perfusa flexuosi amnis Maeandri recursibus, super Ioniam procedit, Phrygiae ab exortu solis vicina, ad septemtrionem Mysiae, meridiana parte Cariam amplectens, Maeonia ante appellata.

Ceramus. Haec vero quum mediterranea sit, ab ea situ dispar videtur, a qua Ceramicum sinum paulo ante diximus appellari, inter Cnidum et Halicarnassum. Hard.

Troezene. In Caria Troezenios olim habitasse, auctor est Strabo, l. XIV, pag. 656. Quum autem, Stephano teste, Troezenis in Graecia Phorbantium mona fuerit, ab eo Φορβαντίδα urbem hic quoque in Caria cognominasse Troezenios putarim, non *Phorontin.* Hard.

Eodem....foro. Nempe Alabandico. Haao.

Orthonienses. Ita MSS. omnes: non *Othronienses.* Haao.

Halydienses. In MSS. Reg. 1, 2, Colb. 1, 2, etc. *Alidienses.* Forte *Alindienses*, ab oppido Cariae mediterraneo, Αλινδα Ptolemaeo lib. V, cap. 2; τὰ Αλινδα Straboni lib. XIV, pag. 657; et, qui Strabonem transcripsit, Arriano lib. 1 de Exped. Alex. pag. 67. Harn.

Hippini. Forte *Hipsini*: est enim Ιψος inter episcopales sedes Phrygiae Salutaris, in Notit. Eccles Antiq. Haao.

Xystiani. Ξύστις et Υδισσος Cariae civitates, apud Stephanum. Υδισσα hoc dicitur Ptolemaeo, inter mediterranea oppida. Haao

Apolloniatae. Et haec inter Cariae mediterraneas civitates a Ptolem. recensentur l. V, c. 2: Απολλωνία πρὸς Λαμβάνῳ, Τραπεζόπολις, Αφροδισίας. In Notitia episcop. Απολλωνίας et Αφροδισίας, provinciae Cariae: Τραπεζόπολις, Phrygiae Capatianae adscribitur. Et in Conc. Quinisexto, pag. 1200: Eugeonius episcopus, πόλεως Τραπεζῶν Παλατιανῆς. Lydiam inter et Cariam, sitam hanc Aphrodisiadem ait Stephanus p. 144. Hard.

Coscinus. Pagus est trans Maeandrum positus, Κοσκινία Straboni lib. XIV, pag. 650. Haao.

Harpasa. Stephanus. Αρπασα, πόλις Καρίας, ἀπὸ Αρπάσου ποταμοῦ. In Cariae mediterraneis oppidis, Ptolemaeo lib. V, cap. 2. Et in Notitia episcop. Αρπασά. De fluvio Harpaso Livius lib. XXXVIII, cap. 13. H.

Trallicon. Legebat Dalec. ex Ptolemaeo, *Tralies.* Ed. P.

XXX. *Flexuosi.* Chiffl. *flexuosus.* Ed. P.

Maeonia ante. Hesychius: Μαιονία, ἡ Λυδία. Ab amne Maeone sic appellatam Stephanus prodidit, ἀπὸ Μαιόνος ποταμοῦ. A Maeone rege, Dion

Celebratur maxime Sardibus in latere Tmoli montis, qui antea Timolus appellabatur, vitibus consitus, et ex eo profluente Pactolo, eodemque Chrysorrhoa, ac fonte Tarne: a Maeoniis civitas ipsa Hyde vocitata est, clara stagno Gygaeo. Sardiana nunc appellatur ea iurisdictio. Conveniuntque in eam extra praedictos, Macedones Cadueni, Philadelpheni, et ipsi in radice

dorus, Bibl. lib. III, pag. 494. A Lydo Atyis filio, qui Meoo prius vocabatur, Herod. Clio, lib. I, n 7, p. 4: Αυδὸς ὁ Ατυος, ἀπ' ὅτευ ὁ δῆμος Αὐδῶν ἐκλήθη ἁ πᾶς οὗτος, πρότερον Μέων καλούμενος. Homero in Catal. vs. 373. Μῆονες, Dionys. Halicarn. Antiquit. lib. I, pag. 24, Μηϊονία dicitur: nempe Ionico idiomate: nam communis lingua Μαιονὰς et Μαιονίαν effert. Vide Strabonem l. XIII, pag. 625. In nummo Iuliae Mamaeae, CAP.ΠΡΩ.ΜΑΙΟΝΩΝ. Σάρδεις Πρώτη Μαιόνων. *Sardes prima* civitas *Maeonum*. Haro. — Hodie *Sart*. Ed. P.

Sardibus. Σαρδὶς Ptolemaeo in Lydia lib. V, cap. 2. Αἱ Σάρδεις Straboni lib. III, pag. 625, et in Notitia episcop. provinciae Lydiae. Nummus Musei Paris. ex aere mediocris formae, Hadriano principe cusus, ΠΑΦΙΗ CAPΔIANΩN. Sardibus Tmolus imminet, inquit Strabo loco citato. H.

Antea Tmolus. Sic Chiffletian. Dal. autem, *ante Tmolus*. Ed. P. — Ovid. Metamorph. lib. VI, ver. 15: *Deseruere sui Nymphae vineta Timoli*. Et lib. XI, vers. 86: *Sui vineta Timoli Pactolumque petit*. Haro. — *Boua Dagh*, hoc est, frigidus mons, a Turcis hodie vocatur. Ed. P.

Vitibus. Ovidius de Ponto: *Africa quot segetes, quot Tmolia terra racemos*. De Tmolite vino dicemus lib. XIV, cap. 9. Hard.

Ex eo profluente. Strabo loco cit. Chrysorrhoam, ab auri ramentis, quae devehebat olim, appellatum scribit: at aevo suo ea defecisse. Vide et Plutarchum lib. de fluviis, pag. 1153. Hard.

Hyde vocitata. Oppido ipsi alii, alii arci Tmolum id nomen ioditum esse voluerunt, inquit Strabo loco citato. Hesychius, Υδη, πόλις Αυδίας. H.

Gygaeo. Γυγαία λίμνη, a Sardibus stadiis XL, seu V mill. pass. teste Strabone, loco citato. Γυγαία λίμνη, Eustathio in Iliad. II, pag. 365, et Scholiastae Nicand. in Theriac. pag. 30. Circa hoc locum monumenta regum Lydiae fuisse posita, auctor est Strabo. Haro.

Extra praedictos. Orthonienses, Alindienses, etc. quos Alabandici conventus esse monuimus. Hard.

Cadueni. MSS. Reg. 1, 2, Colbert. 1, 2, Paris. etc. *Cadieni*. Nummus antiquus Longinae Domitiae, quae Domitiani Imper. coniux fuit, apud Patio. pag. 169, ΚΑΔΟΙΗΝΩΝ. Quamquam ipse perperam ΚΑΛΟΙΗΝΩΝ legit, refertque ea conlectura ad Culoën, quam novo ille errore urbem esse arbitratur Sardibus proximam: quum ipsa Gygaea palus sit Coloe a recentioribus appellata, teste Strabone l. XIII, pag. 626. Ab oppido Cadueni nomen traxere, quod in Notitia episc. Κάδοι dicitur, et Phrygiae Capatianae

Tmoli Cogamo flumini appositi Maeonii, Tripolitani, iidem et Antoniopolitae Maeandro alluuntur: Apollonoshieritae, Mesotimolitae, et alii ignobiles.

XXXI. Ionia ab Iasio sinu incipiens, numerosiore ambitu littorum flectitur. In ea primus sinus Basilicus,

accensetur; Maeoniae, sive Lydiae, in ipsis Phrygiae finibus, a Ptolem. lib. V, cap. 2. Incolae Καδηνοὶ Stephano nuncupantur. In Conc. Quinisexto, pag. 1199, Philippus episcopus πόλεως Κάδων Παχατιανῆς. Porro post *Cadueni*, addunt libri editi Loreni, quos quum nec MSS. ulli, nec auctorum veterum quisquam agnoscat, idcirco eapunximus. Hi porro, aliique quos Plinius pariter *Macedones* appellat, cap. 31 et 32. *Macedones* ii sunt qui commemorantur in epistola Artaxersis, capite ultimo libri Esther. Hard.

Philadelpheni. Stephano, Φιλαδέλφεια, πόλις Λυδίας, Straboni quoque, lib. XIII, pag. 628, Ptolemaeo, lib. V, cap. 2, et in Notitia episc. prov. Lydiae. Graeci incolae nomen antiquum retinent; Turcae *Alah-Shehr*, hoc est, pulchrum oppidum eam vocant. Hard. et Ed. P.

Maeonii. In Notitia episcop. prov. Lydiae, tertio loco Τρίπολις, sexto Μεονία, pro Μαιονία, vel Μηονία nominatur: in Conc. Quinisexto, pag. 1194, Ἀναστάσιος ἐπίσκοπος τῆς Μαιονιτοπόλεως τῆς Λυδῶν ἐπαρχίας. Tripolin Cariae Ptolemaeus, et Stephanus accensent. Eam Maeandro allui, praeter Plinium, nummus testatur, apud Spanhemium, p. 888, ΤΡΙΠΟΛΕΙΤΩΝ ΜΑΙΑΝΔΡ. Hard.

Apollonoshieritae. Oppido nomen Ἀπόλλωνος ἱερόν, Apollinis fanum: in notitia episcopatuum provinc. Lydiae. Bene vocem in Tullio contra Verrem, non pro oppidi nomine, ut oportuit, sed pro templo Apollinis, seu delubro eminentiss. Annalium scriptor perperam interpretatus est, ad annum Christi 57, num. 176. Atqui nos Audomari fanum usitato more, et S. Quintini, et alia eiusmodi dicimus: quum oppida divorum cuipiam peculiari mancipata cultu, nomen ab iis sortiuntur. In MSS. Reg. 1, 2, *Apollinihieritae*. In Chifflet. *Apollonihieritae*. In nummis, ΑΠΟΛΛΩΝΙΕΡΕΙΤΩΝ. In Concil. Calchedon. act. III, pag. 450, Λεύκιος Ἀπόλλωνος ἱερεῦς. Hard.

Mesotimolitae. Qui μέσον Τιμωλου, sive Τμῶλον, incolerent: utraque enim vox scriptoribus antiquis promiscua familiaria fuit, ut suo loco monuimus. In MSS. Reg. 1, 2, etc. *Mysotimolitae*. In editis, *Mysotmolitae*. Nos Mesotmolitas restituimus, tum ex animi coniectura, tum ope Notitiae episcopatuum provinciae Lydiae, in qua septimum decimum locum obtinet Μεσοτύμολλος, pro Μεσοτίμωλος. Altera Notitia eccles. pag 45, habet Μεσοτύμολον, pro Μεσοτίμωλον. Et in novella Leonis, apud Leunclav. inter episcop. Lydiae, pag. 91, ὁ Μεσοτιμώλου. Mysotmolitas nihilominus defendere quis possit, ut ea vox e Mysis Tmolitisque mixtos sonet, ἐκ τῶν Μυσῶν καὶ Τμωλιτῶν. H.

XXXI. *Numerosiore ambitu*. Vet. apud Dalec. *numerose*; alii, *numerosm*. Ed. P. — Mela, lib 1, cap. 16: *Post Basilicum sinum Ionia aliquot sinuum*

Posideum promontorium et oppidum, oraculum Branchidarum appellatum, nunc Didymaei Apollinis, a littore stadiis viginti. Et inde centum octoginta, Miletus Ioniae caput, Lelegeis ante, et Pityusa, et Anactoria nominata, super octoginta urbium per cuncta maria genetrix: nec fraudanda cive Cadmo, qui primus prosam
2 orationem condere instituit. Amnis Maeander ortus e lacu in monte Aulocrene, plurimisque affusus oppidis, et repletus fluminibus crebris, ita sinuosus fle-

bagibus sinuat, et primum a Posideo promontorio flexum inchoans, etc. Sinui ac promontorio nomen est hodie a Mylassis, *Golfo di Melasso*, *Capo di Melasso*, Ποσείδιον τὸ Μιλησίων a Strabone oppidum vocatur, lib. XIV, pag. 632. Hard.

Branchidarum. Ita Mela, lib. I, cap. 17. A Brancho Apollinis sacerdote, posteri Branchidae, Βραγχίδαι, sunt appellati; quos penes eius templi, quod Διδυμέως, vel Διδυμαίου Απόλλωνος ἐν Βραγχίδαις dictum est, cura sacerdotiumque mansit. Strabo, lib. IX, pag. 421, et alibi passim. Hard.

Didymaei. A loco in quo oraculum fuit nomen id traxit. Stephanus: Δίδυμα, οὐδετέρως, τόπος καὶ μαντεῖον Μιλήτου, ἀφιερωμένον Διὶ καὶ Απόλλωνι. *Didyma*, *neutro genere*, *locus et oraculum Mileti*, *Iovi sacrum et Apollini*. Hard.

Stadiis. Sic apud Chifflletian. Dalec. *stadiorum*. Ed. P.

Miletus. Dalec. *Milletus*. Graecis Μίλητος. Situm ignorari ait d'Anville, illos reprehendens qui locum eius occupare *Palatskoi*, sive *Palatschia* opinantur. Ed. P.

Lelegeis. Stephanus de Milelo: Πρώτου Λελεγηΐς ἐκαλεῖτο, ἀπὸ τῶν ἐνοικούντων. A Lelegibus incolis id nomen traxit. A copia pinuum, Πιτύουσα. Ab Anactore rege, Ανακτορία. Ita cum Stephano, Eustathius in Dionys. v. 825, pag. 109, et vers. 456, pag. 65. Item Scholiastes Apollon. Argon. ad lib. I, vers. 186. Pausan. in Achaic. lib. VII, pag. 398, et Schol. Aristoph. in Pluto, p. 62. Hard.

Pityusa. Vet. apud Dalecamp. *Phityusa*. Ed. P.

Super octoginta. MSS. omnes, Reg. 1, 2, Colb. 1, 2, Paris. Vet. Dalecamp. etc. *super XC*. Seneca tamen, lib. de Consol. ad Helviam, cap. VI, pag. 807: *Atheniensis in Asia urbs est Miletus, LXXV urbium populum in diversa effundit*. H. — Leg. *super nonaginta*. Ita MSS. Reg. ed editio princeps. Brot.

Qui primus prosam. Id quoque Solinus habet, cap. XL, pag. 70. Vide quae dicturi sumus, lib. VII, cap. 57. Hard.

Maeander. Incolis *Mindre*: Turcis, *Boioue-Mindre*, hoc est, *maior Maeander*: Caystrum enim, minorem Maeandrum vocant. Hard.

Aulocrene. De eo diximus c. 29, ubi et de Apamena regione et de Eumenia, ac de Bargylis. Hard.

xibus, ut saepe credatur reverti: Apamenam primum pervagatur regionem, mox Eumeneticam, ac dein Bargyleticos campos: postremo Cariam placidus, omnesque eos agros fertilissimo rigans limo, ad decimum a Mileto stadium lenis illabitur mari. Inde mons Latmus. Oppida, Heraclea montis eius cognominis: Carica, Myus, quod primo condidisse Iones narrantur,

Bargyleticos. Dalec. *Bargylleticos.* En. P.

Omnesque eos. Ita libri omnes: neque necesse est *Iones*, vel *Ionum agros*, invitis ils suppoonere, quod Salmasius facit, pag. 826, in Solin. Hano.

Montis eius cognominis. Hoc est, eiusdem cum eo monte nominis, Latmos quoque et ipsa vocitata. Est autem mons Latmus, ut ait Mela, lib. I, c. 17, Endymionis a Luna, ut ferunt, adamati fabulis nobilis. Hic locus praepostera interpunctione vitiatus sic ante nos edebatur: *Heraclea montis eius, cognominis Caricae: Myus*, etc. Quibus verbis haec suberat sententia: Heracleam hanc Iooieam, eodem cum Carica Heraclese nomine frui: quod et per se frigidum est, perinde ac si non aliis plurimis multo insignioribus ea appellatio communis foret: et est praeterea a Plinii mente vehementer abhorrens. Ait enim hoc loco duo, quae sunt maxime observatu digna: primum est, Heracleam esse monti Latmo cognominem: docet id Strabo verbis disertis, lib. XIV, pag 635: Ἡράκλεια ἡ ὑπὸ Λάτμῳ λεγομένη, πολίχνιον· ἐκαλεῖτο δὲ πρότερον Λάτμος ὁμωνύμως τῷ ὑπερκειμένῳ ὄρει. Hinc Hesychius p. 588, Λατμὸς, πόλις καὶ ὄρος, ubi legendum est πόλις καὶ ὄρος. Alterum est, Carica deinde, seu Carise quondam attributa oppida prosime sequi, Myuntem, Prienen, etc. Atque id sane de his asseverat Herodotus, Clio lib. I, num. 142, psg. 60: Μυοῦς τε καὶ Πριήνη· αὗται μὲν ἐν τῇ Καρίῃ κατοίκηνται, etc. Haec vero duo, quae sunt sane animadversione digna, profligat atque pervertit interpunctio libris hactenus impressis recepta. Quod si vocent *Carica* ad Heracleam nihilominus pertinere quis contendat, eamque originis Caricae esse velit, haud vehementer sane reluctabor: quum probe intelligam, Latmum ipsum montem a nonnullis, atque adeo ab ipso Plinio lib. VIII, cap. 84, Cariae adiudicari: quod eo magis verum esse necesse est, quo Myus et Priene, quae ulteriora sunt, Carise ditionis oppida censentur ab Herodoto. In Concil. Quinisesto p. 1199: Θεόδωρος ἐπίσκοπος πόλεως Ἡρακλείας Λάτμου, ἐπαρχίας Καρίας. In notitia Ecclesiast. antiqua, inter episcopos Cariae censetur ὁ Λακύμων. Idem apud Leunclavium pag 94, ὁ Ἡρακλείας Λακύμων vocatur: utrobique Λάτμων rescribi scito oportere. In altera Notitia pag. 47, hoc tantum, Ἡρακλείας Λα. Η.

Myus. Μυοῦς, πόλις Ἰωνίας Stephano: una de duodecim Ioniae urbibus, Straboni lib. XIV, pag. 636. Nec Myuntis, nec Prienes ulla hodie exstant vestigia. Myuntem Iones de-

Athenis profecti: Naulochum, Priene. In ora quae Trogilia appellata, Gessus amnis. Regio omnibus Ionibus sacra, et ideo Panionia appellata. Iuxta a fugitivis conditum (uti nomen indicio est) Phygela fuit, et Marathesium oppidum. Supra haec Magnesia Maeandri cognomine insignis, a Thessalica Magnesia orta. Abest ab Epheso XV mill. passuum: Trallibus eo am-

duxisse colonos, testis Pausanias in Achaic. lib. VII, pag. 400. Hard.

Athenis, etc. Id quoque Vitruvius affirmat lib. IV, c. 1, pag. 60. Haro.

Naulochum, *Priene*. Ναύλοχος, Πριήνη. Haec Biantis patria: quam et Cadmen Strabo vocitatam ait lib. XIV, pag. 636. Haar. — Huius rudera nunc a Turcis *Samson-Kalesi* vocari nos docet Mannertus. Ed. P.

Trogilia. Straboni loc. cit. Τρωγίλιος ἄκρα πρόπους τις τῆς Μυκάλης ἐστί. Promontorium istud nunc *cap Saint-Marie*, sive *Samson*, vocatur. Ed. P.

Gessus. Gaesus amnis Melae lib. I, cap. 17; Γαῖσων Ephoro I, 7, apud Athenaeum lib. VII, pag. 311. Haro.

Regio. Iuxta Prienen est *Panonium*, inquit Mela loc. cit. *sacra regio, et ob id eo nomine appellata, quod eam communiter Iones colunt*. Straboni lib. XIV, pag. 639, Πανιώνιον. Ibi Iones solemnem conventum agere soliti, Neptunoque sacra facere Panionia dicta. Urbibus duodecim Panionion constabat, teste Herod. Clio lib. I, num. 143, pag. 61. Certamina, ad quae admitterentur ex tota Ionia pugiles ΠΑΝΙΩΝΙΑ ΠΥΘΙΑ appellantur, in numero velere Saloninae Aug. a Milesiis percusso. Nummus alter ex una parte caput Iovis exhibet, cum epigrapha, ΖΕΥϹ ΑΚΡΑΙΟϹ: ex altera pugilem, ΣΜΥΡΝ. ΠΑΝΙΩΝΙΟϹ. Σμυρναίων Πανιώνιος, subintellige, ἀγών. Hard.

A fugitivis. Dalec. *fugitivis*, neglecta vocula *a*. Eo. P. — Mela pereleganter: *Ibi a fugitivis, ut aiunt, condita (nomen famae amisit) Phygela*. Strabo loco citato, Stephanusque eum secutus, et Suidas tomo II, p. 653, non a Φυγὰς quae vox fugitivum sonat, Φύγελα, sed Πύγελα scribunt. Suidas appellationis originem trahit a morbo τῶν πυγῶν, quo socii Agamemnonis laborantes, ibi manserunt. Vinum Phygelites οἶνον Φυγελίτην, ab hoc loco commendat Dioscorides lib. V, cap. 12. Hodie *Figela*. Hard.

Marathesium. Scylaci pag. 35, Μαραθήσιον, inter Ephesum et Magnesiam. Ephesiorum urbs a Stephano appellatur, quod his parebat. Hard.

Magnesia. Magnesia quae super Maeandrum, Livio l. XXXVII, cap. 45. Straboni lib. XIV, pag. 636, Μαγνησία ἡ πρὸς Μαιάνδρῳ, Μαγνήτων ἀποικία τῶν ἐν Θετταλίᾳ, καὶ Κρητῶν, Magnetum Thessaliae, Cretensiumque colonia. Idcirco πόλις ἑλληνίς, urbs Graecanica a Scylace vocatur pag. 35. A Lacedaemoniis colonos en missos scribit Velleius lib. I, pag. 3. Haro. — *Guzel-Hisar* a Turcis hodie vocatur quod pulchrum castellum sonat. Ed. P.

plius MMM. Antea Thessaloce et Androlitia nominata: et littori apposita Derasidas insulas secum abstulit mari. Intus et Thyatira alluitur Lyco, Pelopia aliquando, et Euhippa cognominata.

In ora autem Manteium, Ephesus Amazonum opus, multis antea expetita nominibus: Alopes, quum pugnatum apud Troiam est, mox Ortygia, et Morges vocata est, et Smyrna cognomine Trachea, et Samornion, et Ptelea. Attollitur monte Pione, alluitur Caystro

M M M Vet. apud Dalecamp. *CCC.* En. P.

Littori apposita. Quum in littore esset, plurimum limi deferente amne, iunctae sunt continenti, oppidoque ipsi, Derasidae insulae. Hoc antea Plinio iam memoratum lib. II, cap. 91. H.

Thyatira. Vet. apud Dalecamp. et Chifflet. *Tyana.* En. P. — Lydiae a Stephano accenseatur: Θυάτειρα, πόλις Λυδίας, ἡ πρότερον Πελόπεια. A Ptolemaeo item lib. V, cap. 2, et in Notitis episcopatuum. In nummo Iuliae Titi, apud Pstinum, pag. 155, ΘΥΑΤΕΙΡΗΝΩΝ. Turcis hodie *Akhissar*, hoc est, album castellum. Quidam affinitate nominis decepti, *Tiria* esse putaverunt, quae urbs Epheso distat XXV mill. pass. Sed hanc recenter esse conditam constat. H.

Euhippa. Εὔιππος, equitatu praestans: quod equos generosos aleret. MSS. *Euhippia.* Stephanus: Εὐίππη, δῆμος Καρίας. H.

Manteium. Μαντεῖον, hoc est, oraculum. H. — Chifflet. *Matium.* Vet. apud Dalecampium, *Mantaeum.* En. P.

Ephesus. Nunc pagus est, Turcis, *Aiosoluc*: Italis, *Efeso.* In nummis ΕΦΕΣΙΩΝ. Prioris denique appellationis meminit Hyginus fab. *Eschion*, inquit, *Mercurii filius, ex urbe Alope, quae nunc vocatur Ephesus.* H.

Amazonum. Vnius Amazonum nomine Εφεσον appellatam scribit Heraclides lib. de Politiis, tit. Εφεσος. Mela lib. I, c. 17, non ipsam Ephesum, sed templum eas struxisse scribit, Dionysium Perieg. et alios secutus. H.

Multis antea. Ex iis haec Stephanus habet: Εκαλεῖτο δὲ καὶ Σμύρνα, a Smyrne Amazone: Εκαλεῖτο δὲ καὶ Σάμορνα, καὶ Τριχία (lege Τραχεῖα, ex Eustathio eadem referente ad Dionysii vers. 827, pag. 409), καὶ Ορτυγία, καὶ Πτελέα. Hesychius: Σαμονία, οἱ δὲ Σαμορνία, ἡ Εφεσος. Smyrnae quoque nomen inditum Epheso auctor est Strabo l. XIV, p. 633. Ab ulmorum frequentia, Pteleae nomen traxit. H.

Ortygia, et Morges, etc. Chifflet. *Ortygia. Morges, vocata et Smyrna est.* En. P.

Trachea. Vet. apud Dalec. *Trichia.* En. P.

Monte Pione. Τοῦ Πιόνος τοῦ ὄρους in Ephesio agro fertilitatem commendat Pausanias, in Achaic. lib. VII, p. 406. H.

Caystro. Amne, qui Κάϋστρος Graecis, Turcis accolis hodie *Kara-*

in Cilbianis iugis orto, multosque amnes deferente, et stagnum Pegaseum, quod Phyrites amnis expellit. Ab his multitudo limi est, qua terras propagat, me-
5 diisque iam campis Syrien insulam adiecit. Fons in urbe Callipia, et templum Dianae complexi e diversis regionibus duo Selenuntes. Ab Epheso Manteium aliud Colophoniorum, et intus ipsa Colophon, Haleso affluente. Inde Apollinis Clarii fanum, Lebedos: fuit et Notium oppidum. Promontorium Coryceon, mons Mimas CCL mill. passuum excurrens, atque in continenti-

sou, quod flumen nigrum sonat: illum etiam nonnumquam minorem Maeandrum vocant, ut sup. diximus. Ed. P.

Cilbianis iugis. Dalec. *Cylbianis.* Ed. P. — Sic iuga montium appellantur, quae Caystro sunt proxima: et circumiecto pariter agro id nomen fuit. Eustathius in Dionys. vers. 837, p. 111: ἀπὸ δὲ τοῦ Καΰστρου καλεῖται καὶ πεδίον Καΰστριον, ᾧ συνεχὲς τὸ Κιλβιανόν. H — *Durgat* hodie vocatur tractus ille. Ed. P.

Pegaseum. Πηγάσειον, cuius appellationis ratio eadem, quae fontis illius, quem ungulae ictu Pegasus aperuisse dicitur, ut ait Festus, verbo *Pegasides Musae.* H.

Quod Phyrites. MSS. Reg. 1, 2, etc. *Pyrrhites*, quod sincerius videtur. H.

Syrien insulam adiecit Et hoc iam dicere antevertit lib. II, cap. 91. H.

Callipia. Ita MSS. omnes. Rectius *Calippia.* Sed *Aliteam* non ausim reponere cum Pintiano, etsi id fonti nomen est apud Pausaniam, loc. cit. Hard. — Vet. apud Dalec. *Callipea templum Dianae complexa, e diversis*, etc. Ed. P.

Duo Selenuntes. Σιλληνοῦντες Xenophonti lib. V de Exped. Cyri, pag. 350. Σελινοῦντες Diogeni Laërtio, in Xenophontis vita p. 46. H.

Colophon. Κολοφὼν Graecis. Nunc diruta. H.

Haleso. Leg. *Halete.* Dal. — Ἀλής Pausaniae dicitur, totius Ioniae amnis frigidissimus lib. VII in Achaic. pag. 406, et Schol. Lycophr. pag. 125: Ἀλεντος ποταμοῦ Κολοφῶνος. H.

Apollinis Clarii. Tacitus, Annal. lib. II, de Germanico: *Appellit Colophona, ut Clarii Apollinis oraculo uteretur, Non femina illic, ut apud Delphos, sed certis e familiis, et ferme Mileto accitus sacerdos*, etc. Pausaniae est Ἀπόλλωνος ἱερὸν ἐν Κλάρῳ, loc. cit. H.

Lebedos. Λέβεδος, a Colophone distans stad. 120, hoc est, XV M. P. Nummus in Museo Parisiensi, ΑΕΒΕΑΙΩΝ: Antonini Severi est. H.

Notium. Νότιον, iuxta Colophonem Stephano, Suidae, Harpocrationi, et Livio lib. XXXVII, c. 26. H.

Coryceon. Κωρύκειον, aliud a Mimantis montis promontorio, quod Corinaeum deinde vocatur. Stephanus: Κώρυκος ὄρος πλησίον Τέω τῆς Ἰωνίας, Iuxta Erythras, Strabone lib. XIV, pag. 645. H. — Nunc *cap Curco.* Ed. P.

Mimas. Leg. *Mimas CL mill.* Ita

bus campis residens. Quo in loco Magnus Alexander intercidi planitiem eam iusserat VII mill. D. pass. longitudine, ut duos sinus iungeret, Erythrasque cum Mimante circumfunderet. Iuxta eas fuere oppida Pteleon, Helos, Dorion: nunc est Aleon fluvius Corynaeum Mimantis promontorium, Clazomenae, Parthenie, et Hippi, Chytrophoria appellatae quum insulae essent: Alexander idem per duo stadia continenti annexuit. Interiere intus Daphnus et Hermesia, et Sipy-

editio princeps. Brot. — Μίμας pariter Straboni lib. XIV, pag. 645; Ptolemaeo lib. V, c. 2, et Solino c. XL, pag. 70. H.

D. In Chiffl. non legitur.

Erythrasque. Vt Erythras oppidum, Mimantemque montem circumfuso mari insulam faceret. De Erythris, Pausanias lib. VII, p. 401. Incolae Ἐρυθραῖοι Herodoto, Clio lib. I, num. 18. Hinc Sibylla creditur Erythraea dicta, testa Strab. lib. XIV, p. 645. H. — Nomen servare videtur etiamnunc *Erethri*. Ed. P.

Iuxta eas. Ita MSS. omnes: nec Pintiani coniectura placet, sic legentis: *Iuxta Teos: fuere oppida*, etc. Teos enim, Τέως, Anacreontis patria, multis nominibus adeo celebrata veteribus fuit, ut a Plinio quidem praetermitteoda omnino fuisse non videatur: sed neque praetermissa fuit, quum perhonorificam illius mentionem faciat cap. 38, ut suo loco vidimus. H. — Chiffl. *fuerunt*, non *fuere*. Ed. P.

Pteleon. Graecanicis urbibus hae cognominies fuerunt, de quibus egimus libro superiore cap. 7. Πτελεόν, Ελος, Δώριον, Stephanus: Πτέλεον, πόλις Ἰωνίας. Item Thucydidi lib VIII, p. 571. H.

Nunc est Aleon fluvius. L. XXXI, c. 10. *Erythris Aleos amnis*, etc. H.

Corynaeum. Κορυναῖον. Coryna oppidum in peninsula, prope Clazomenas, apud Melam lib. I, c. 17. H.

Clazomenae. Dalec. *Clazomene.* Ed. P. — Κλαζομεναὶ Graecis scriptoribus. In Notitia Episcop. Κλαζομενή. H. — *Vourla* hodie dicitur, auctore d'Anville. Ed. P.

Parthenie. Mons mari circumdatus. Hoc montis iugum describit paulo obscurius Nicander in Theriac. pag. 44: Παρθένιον ναίουσι λέπας, τόθι Κλίζος ἀεργοὶ Ἵπποι χιλεύουσι, καὶ ἀνατολαί εἰσι Καΰστρου. Quem locum Scholiastes non intellexit: sed refellere, nec otii nostri est, nec huius loci: errorem digito commonstrasse nunc abunde est. H.

Hippi. Ἵπποι. Sic Veteres appellarunt insulas quatuor, contra portum Erythrarum positas, antequam continenti necterentur, ducto ad eas insulas aggere a Clazomenis. Pausanias, Achaic. lib. VII, p. 402. H.

Chytrophoria. Dalec. *Chytophoria.* Ed. P. — Locum ipsum, ubi positae olim Clazomenae fuerunt, Χύτριον appellabant, teste Strabone lib. XIV, p. 645, cuius vocis ad insulas, quae erant his adversae, similitudo quaedam translata est. H.

Et Sipylum. Σίπυλον. Haec quoque

lum, quod ante Tantalis vocabatur, caput Maeoniae, ubi nunc est stagnum Sale: obiit et Archaeopolis substituta Sipylo, et inde illi Colpe, et huic Lebade.

7 Regredientibus inde abest XII mill. passuum ab Amazone condita, restituta ab Alexandro, in ora Smyrna, amne Melete gaudens, non procul orto. Montes Asiae nobilissimi in hoc tractu fere explicant se, Mastusia a tergo Smyrnae, et Termetis, Olympi radicibus iunctus. Is in Dracone desinit, Draco in Tmolo, Tmolus 8 in Cadmo, ille in Tauro. A Smyrna Hermus campos

Solinus cap. XL. Plinius ipse lib. II, c. 91: *Devoravit terra Sipylum in Magnesia: et prius in eodem loco clarissimam urbem, quae Tantalis vocabatur.* Eversam terrae motu Sipylum et Strabo prodidit lib. XII, pag. 579. Tantalis a Tantalo Niobae filio nomen traxit. H.

Obiit. Interiit et Archaeopolis, quae substituta Sipylo fuerat: obiit et Colpe, quae in locum successerat Archaeopolos: sed et Colpae substituta Lebade similiter periit. Sic loquitur iterum cap. 39: *Et Agamede obiit*, etc. Prius legebatur, *ob id.* H.

Colpe. Dalec. *Colpae.* Ed. P.

Regredientibus inde. A Clazomenis. Hard.

Ab Amazone. Ἀπὸ Σμύρνης Ἀμαζόνος, inquit Stephanus, verbo Σμύρνα. Hodie nautis Gallisque. *Smyrne*; Turcis, *Ismir.* Ed. P.

Melete. Μέλης Straboni dicitur lib. XIV, p. 646, et Pausaniae, Achaic. lib. VII, pag. 407, cuius ad fontes antrum ait esse, in quo fama sit carmina sua Homerum scripsisse. Statius, Silvar. lib. III, de Homero: *Smyrna tibi gentile solum, potusque verendo Fonte Meles.* Herod. lib. de vita Homeri pag. 559. Melesigenam inde Homerum appellatum tradit. In nummo Sabinae, apud Spanhem. p. 891, ΜΕΛΗϹ. ϹΜΥΡ. In Smyrnaeis suburbiis oriri Himerius scribit apud Photium, eod. 243. Nunc exiguus rivus est, vix versandis duabus molis, rigandisque hortis vicinis sufficiens, nisi quum increvit imbribus. Ad fontes amnis natum esse Homerum, docet nummus antiquus ex Gaza Regia, iamdudum laudatus a Spanhemio, p. 488. In parte antica, caput senile vitta cinctum pingitur, cum titulo, ΟΜΗΡΟϹ. In aversa pagina, fluvius decumbens urnam tenet, unde aqua profluit: citharam dextra: infra, ΜΕΛΗϹ. supra, ΑΜΑϹΤΡΙΑΝΩΝ. Amastriani gloriantur suos se fuisse Homero hospite aliquamdiu: sed ne quis Amastrianum ortu dici eum aliquis existimaret, Meletem amnem pingi curarunt, cum cithara, ut ibi carmina sua scripsisse Homerus intelligeretur. Si ϹΜΥΡΝΑΙΩΝ potius quam ΜΕΛΗϹ scriberetur, duarum potius civitatum ὁμόνοια designaretur, quam vatis patria. H.

Et Termetis. Id oppidi nomen interpretor: montis, Ortelius et Pinetus. Hard.

Cadmo Κάδμος ὄρος, quem mon-

facit, et nomini suo adoptat. Oritur iuxta Dorylaeum Phrygiae civitatem, multosque colligit fluvios, inter quos Phrygem, qui nomine genti dato, a Caria eam disterminat: Hyllum, et Cryon, et ipsos Phrygiae, Mysiae, Lydiae amnibus repletos. Fuit in ore eius oppidum Temnos: nunc in extremo sinu Myrmeces scopuli, oppidum Leuce in promontorio, quod insula fuit, finisque Ioniae Phocaea.

Smyrnaeum conventum magna pars Aeoliae, quae 9
mox dicetur, frequentat: praeterque, Macedones Hyrcani cognominati, et Magnetes a Sipylo. Ephesum

tem urbi Laodicenae imminere auctor est Strab. lib. XII, p. 578. H.

A Smyrna. Ερμος Smyrnensium passim amnis vocatur, quoniam Smyrnaeorum ditionem alluit, rigatque Cumanos, Phocaicos, et Smyrnensium agros, qui Hermi inde appellabantur, τὸ τοῦ Ερμου πεδίον, Straboni lib. XIII, p. 626. H. — *Sarabat* nunc dicitur. Ed. P.

Hermus. Dalec. *Hermus amnis*, addita voce *amnis*, quae in Chiffl. non legitur. Ed. P.

Dorylaeum. Δορύλειον in Phrygia, Ptolemaeo lib. V, c. 2. Δορυλάειον, Stephano. In nummis, ΔΟΡΥΛΑΕΩΝ MSS. *Dorylaum.* De eo egimus iam ante cap. 29. H.

Hyllum. Quem in Hermum delabi testatur quoque Herod. lib. I, Clio n. 80, pag. 33; Strabo lib. XIII, p. 626. Et hunc Phrygium quoque Strabo et Livius vocant. H.

Cryon. Κρυός, a frigiditate summa nomen habet. H.

Et ipsos Phrygiae. Chiffl. *et Hippos Phrygiae.* Ed. P.

Fuit in ore eius...Temnos. Vet. ap. Dalec. *fuit in ora*, etc. In ore, seu ostiis Hermi amnis posita Temnos fuit, loco nunc *Menemen* dicto, auctore d'Anville, sed iam Plinii aevo interierat. Ed. P.

In extremo sinu. Vet. apud Dalec. *in extremo sinu Smyrnae Chescopolis;* anteponebat Pint. *Chesium oppidum Ioniae.* Ed. P. — Smyrnaeo, *le golfe de Smyrne.* H.

Leuce. Mela lib. I, cap. 17: *In sinu Smyrnaeo est Hermus amnis, et urbs Leuca. Extra, Phocaea Ioniae ultima.* Φωκαία καὶ λιμὴν, urbs cum porta Scylaci, pag. 35. Φωκαία πόλις Ιωνίας, Stephano. Nunc *Fochia Vecchia.* H.

Hyrcani. Meminit horum Tacitus, Annal. lib. II, c. 47: *Quique Mosteni, aut Macedones Hyrcani vocantur:* nempe ab urbibus Mostene et Hyrcania, quas aetate Tiberii nocturno terrae motu collapsas esse diximus lib. II, c. 86. Ad hos nummi pertinent Philipporum Impp. patris, ac filii, quorum ectypa Patinus exhibet pag 383 et 388, cum epigraphe ΥΡΚΑΝΩΝ. Hos ille nummos ad Hyrcanos Caspii maris accolas parum certe caute arbitratus est referri oportere. H.

Magnetes a Sipylo. A Sipylo mon-

vero alterum lumen Asiae, remotiores conveniunt Caesarienses, Metropolitae, Cilbiani inferiores et superiores, Mysomacedones, Mastaurenses, Briullitae, Hypaepeni, Dioshieritae.

te cognomen ei Magnesiae fuit, Μαγνησία πρὸς Σιπύλῳ, Ptolemaeo lib. V, cap. 2, inter Lydiae civitates. Straboni lib. XIII, p. 624, ἀπὸ Σιπύλου. Et in nummis apud Spanhem. pag 894, ΜΑΓΝΗΤΩΝ ΑΠΟ ΣΙΠΥΛΩΥ. Magnesia quae ad Sipylum est, Livio lib. XXXVI, c. 43. Etiamnunc *Manisa*. Ed. P.

Caesarienses, *Metropolitae*. Haec disiunctim legenda censuimus cum editione Parmensi, aliisque vetustis ac probatissimis; consentientibus etiam codicibus MSS. Ptolemaeo lib. V, c. 2, Ἱεροκαισάρεια dicitur in Lydia oppidum, prope Thyatiram. Pausanias item Hierocaesaresm coniunglt Hypaepis, quae pariter ad hunc conventum spectant: in Eliac. prior. sive lib. V: Ἱεροκαισάρεια καλουμένη πόλις, καὶ Ὑπαιπα. H.

Metropolitae. In Ionia positi, quorum urbs Μητρόπολις a Ptolemaeo lib. V, cap. 2. Lydiae adscribitur in Notitia Episcopatuum Asiae provinciae. Nummus Gordiani III, apud Erizzo, p. 507, et alter Antonini Severi, apud Patin. p. 304. ΜΗΤΡΟΠΟΛΕΙΤΩΝ ΤΩΝ ΕΝ ΙΩΝΙΑ. *Hard.*

Cilbiani inferiores. In libris hactenus editis locum hunc sic interpunctum vidimus: *Cilbiani*, *superiores et inferiores Mysomacedones*, ut hae voces *superiores et inferiores*, non iam ad Cilbianos pertinerent, sed ad Mysomacedonas. Errorem detegit nummus Iuliae Domnae, quem vidimus in Cimelio Bibl. Regiae, cum epigraphe, ΚΙΛΒΙΑΝΩΝ ΤΩΝ ΑΝΩ, hoc est, Cilbianorum superiorum. Ad inferiores spectat alter, qui in Cimelio Parisiensi nostro asservatur, Antonino Severo principe percussus, forma mediocri, cum hac epigraphe, ΚΙΛΒΙΑΝΩΝ ΝΙΚΑΕΩΝ · quo concordia, ὁμόνοια, sive societas Cilbianorum et Nicaeensium indicatur. Cilbianum agrum incolebant, de quo paulo superius dictum est. H.

Mysomacedones. Hoc est, Mysis permixti Macedones. Hos maiori Phrygiae Ptolemaeus accenset lib. V, c. 2. Tzetzae, Chiliad XI, hist. 396, v. 978 Μυσοεμμαδόκες. H.

Mastaurenses. Chiffl. *Metaurenses*. Ed. P. — Μάσταυρα et Βιούλα Strab. lib. XIV, p. 650, ultra Maeandrum oppida: sed mendose, pro Βρίουλα. Vulgati libri habent *Brullitae*: MSS. Reg. 1, 2, Colb. 1, 2, et Paris. *Briulitae*: recte. Nam in Conc. Cal. act. III, p. 456, alibique passim, Ρουφῖνος Βριαύλων subscripsit, ex provinc. Asiae. Et in Notitia episcopatuum eiusdem provinciae p. 27, Πρίουλλα, Μάσταυρα legitur, pro Βρίουλα. Nam p. 43 legitur, ὁ Βριούλων. Frustra Ortelius, *Biulum*, *Briullum*, et *Brullitas*, ceu tria diversa oppida diversis locis repraesentat, quo Thesaurum suum copia nominum locupletet. H.

Hypaepeni. Ὑπαιπα Lydiae a Stephano tribuuntur, et a Ptolemaeo lib. V, c. 2. Ovidius, de Arachne lib. VI, Metam. vers. 13: *Orta domo parva, parvis habitabat Hypaepis*. De his Tacitus lib. IV Annal. cap. 55. In Notitia episcop. Ὑπαπα pro Ὑπαιπα. In Conc. CP. Gener. III, pag. 1035. Αντώνιος ἐπίσκοπος τῆς Ὑπαιπαινῶν πό-

XXXII. (xxx.) Aeolis proxima est, quondam Mysia appellata, et quae Hellesponto adiacet Troas. Ibi a Phocaea, Ascanius portus. Dein fuerat Larissa: sunt Cyme, Myrina, quae Sebastopolim se vocat: intus Aegae, Attalia, Posidea, Neontichos, Temnos. In ora autem Titanus amnis, et civitas ab eo cognominata.

λεῶς, τῆς Ασιανῶν ἐπαρχίας. Nummus Iuliae Domnae in Parisiensi nostro Museo, ΥΠΑΙΠΗΝΩΝ. *Hard.* — Hypaeparum locum occupat *Berki*, auctore d'Anville. Eo. P.

Dioshieritae. Διὸς ἱερὸν Iovis fanum in Lydia, Ptolem. lib. V, c. 2; in Ionia, Stephano: provinciae Asiae, in Notitia episcop. In Conc. CP. p. cit. Ζώητος ἐπίσκοπος Χριστουπόλεως, ἤτοι Διὸς ἱεροῦ τῆς Ασιανῶν ἐπαρχίας. Incolae, Διοσιερῖται, ex Phlegonte apud Steph. in nummo vetere Parisiensis nostri Musei ΔΙΟCΙΕΡΕΙΤΩΝ. *H.*

XXXII. *Aeolis.* Haec iisdem verbis Mela lib. I, c. 18: *Proxima regio, ex quo ab Aeoliis incoli coepit, Aeolis facta: ante Mysia: et qua Hellespontum attingit, Troianis possidentibus, Troas fuit.* H.

A Phocaea. Vet. apud Dalec. *Ab ea Phocaea.* Eo. P. — Quae postrema Ionicarum urbium, ut dictum est sup. cap. unde Aeolis incipit. H.

Larissa. Stephanus: Λάρισσα Αἰολίδος περὶ Κύμην. Ab Ilio distabat mille stadiorum intervallo, hoc est, CXXV M. pass. Auctor Strabo lib. XIII, p. 620. H. — Nunc *Larusar*, auctore d'Anville. Eo. P.

Cyme, Myrina. Mela loc. cit. *Primam urbium Aeolidis a Myrino conditore Myrinam vocant: sequentem Pelops statuit victo Oenomao reversus ex Graecia: Cymen nominavit, pulsis qui habitabant, dux Amazonum Cyme.* Κύμη et Μύρινα, Ptolem. lib. V, c. 2; Scylaci p. 35, et Stephano. Cyme Ephorum tulit, de quo in Auctorum Indice. H. — Cymae vestigia reperi ait d'Anville loco dicto *Nemourt*; Myrinae, ubi nunc *Sanderlie.* Eo. P.

Aegae. Αἰγαὶ in Aeolide, Straboni lib XIII, pag. 624, ἐν μεσογείᾳ, hoc est, in mediterraneo, Scylaci p. 35, Αἴγαι. In nummo vet. apud Patin. p. 5, ΑΙΓΑΕΩΝ. Apud Herod. Clio lib. I, num. 149, Αἰγαῖαι. Hard. — Nunc *Guzel-Hisar*, ut vult d'Anville. Eo. P.

Attalia. Pioeus *Satalia.* Dalec. — Ατταλία Stephano, qui Lydiae accenset. Ab aliis eiusdem nominis diligenter secernenda. In Notitia Eccles. episcopatuum prov. Lydiae, p. 29, Ατταλία. H.

Neontichos. Νέον τεῖχος τῆς Αἰολίδος Stephano: haec vox oppidum novum sonat. Distare ait a Larissa, sive *Larusar*, Strabo lib. XIII, p. 624, stadiis XXX. *Hard.*

Temnos. Τῆμνος πόλις Αἰολίδος Stephano: et Straboni loc. cit. Prov. Asiae in Notitia episcopat. In nummis Philippi patris, apud Patin. pag. 386. ΤΗΜΝΕΙΤΩΝ. Apud Herodot. loc. cit. legitur Τῆνος pro Τῆμνος. Hard.

Titanus. Vet. *Mitanus.* Ptol. *Pitana* Dalec.

Fuit et Grynia, nunc tantum portus soli, insula apprehensa. Oppidum Elaea, et ex Mysia veniens Caicus amnis. Oppidum Pitane, Canaius amnis. Intercidere
2 Canae, Lysimachia, Atarnea, Carene, Cisthene, Cilla, Cocylium, Thebe, Astyre, Chrysa, Palaescepsis, Ger-

Grynia. Chifflet. *Grya*. Eo. P. — Stephano Γρύνοι et Γρύνεια, πολίχνιον Μυρεναίων, Myrinaeorum oppidulum. Hinc Apollo Grynius et Gryneus dictus, Γρύνειος, et Γρυνεύς. Herodoto lib. I, Clio n. 149, est Γρύνεια. H.

Portus soli. Hoc est, deserti ea utroque latere portus, annexa continenti insula, vel maris recessu, vel aggesto limo. Legebat Dalec. *portus, solo insulae apprehenso*. Scylaci pag. 35, Γρύνειον, Αχαιῶν λιμήν. Hard. et Eo. P.

Elaea. Pineus, *Ialea*. Dal. — Hanc oram similiter describit Scylax loco cit. ἐπὶ θάλατταν λιμὴν Πιτάνη, καὶ ποταμός, Κάϊκος, μετὰ Πιτάνην Ελαία, Γρύνειον, etc. Ptolemaeus quoque lib V, cap. 2, et Strabo lib XIII, p. 622. Elaea Pergamenorum navale fuisse Stephano dicitur. Etiamnunc *Ialea*. H. et Eo. P.

Ex Mysia. Hoc est, ex Mysia proprie dicta, sive Teuthrania, quae para Aeolidis est, et Mysiae laxius acceptae, ut dicetur c. seq. H. — Caicus *Girmasti*, seu *Grimukhi*, nunc dicitur. Eo. P.

Intercidere Canae, etc. Κάναι, πόλις Τρωάδος Stephano: unde, ut videtur, amni Canaio nomen. *In promontorio est Cana oppidum*, inquit Mela lib. I, c. 18. Sed Canen a Cania diversam facit Strabo lib. XIII, pag. 615. Hard.

Lysimachia. Λυσιμαχία, et Λυσιμάχεια, a Lysimacho Agathoclis F. Hard.

Atarnea. Αταρνεύς, oppidum contra Lesbon insulam positum dicitur Harpocrationi pag. 53. Straboni lib. XIII, p. 614, prope Pitanen. In Notitia Eccles. antiq. prov. Hellesponti, Αρτέμεα, pro Ατάρνεα. Stephano, Ατάρνα πόλις μεταξὺ Μυσίας καὶ Λυδίας. Plinio ipsi Atarne lib XXXVII, c. 56. Incolae, Αταρνεῖται, Pausaniae, Achaic. lib. VII, pag. 400. H.

Carene. Καρήνη, πόλις Μυσίας, Stephano ex Herod. apud quem Polymn. lib. VII, pag. 400, num. 42, Καρίνη perperam pro Καρήνη scribitur. Hard.

Cisthene. Κισθήνη πόλις ἔρημος Straboni lib. XIII, pag. 604. H. — *Castel Rosso*, auctore d'Anville. Eo. P.

Cilla. Κίλλα, unde Κιλλεύς et Κίλλαιος Apolln. Strabo pag. 612. H.

Cocylium. Hactenus *Cocillum* mendose legebatur. Nos *Cocylium* ex Xenophonte, Hist. Graec. lib. III, pag. 483, huius orae populos recensente: Οἱ μὲν οὖν Νικανδρεῖς, καὶ Ἰλιεῖς, καὶ Κοκυλῖται ἐπείθοντο... οἱ δ' ἐν Κέβρηνι, etc. H.

Thebe. Θήβη ἔρημος, et παλαιὰ Χρύση apud Strabonem p. 613. Θήβη, πλησίον τῆς Τροίας, iuxta Troiam, Stephano. Ab Eustathio ad Homeri Iliad. I, vers. 366, Θήβη Υποπλάκιος: qua de appellatione vide Strab. lib. XIII, p. 614, Θήβης πεδίον Thebani campi in hoc tractu apud Herodotum, Clio lib. I, num. 42. H.

Astyre. Astyram et Chrysam vo-

githos, Neandros: nunc est Perperene civitas, Heracleotes tractus, Coryphas oppidum: amnes, Grylios, Ollius. Regio Aphrodisias, quae antea Politice Orgas. Regio Scepsis. Flumen Evenum, cuius in ripis interciderе Lyrnessos, et Miletos. In hoc tractu Ida mons. Et in ora quae sinum cognominavit et conventum, Adramyteos olim Pedasus dicta. Flumina: Astron,

cat Mela lib. I, cap. 18. Graeci, τὰ Αστυρα, ut Strabo lib. XIII, p. 591. Stephanus, Scylax pag. 35, etc. In nummis, ΑΣΤΥΡΗΝΕΩΝ. H.

Palaescepsis. Παλαίσκηψις, hoc est, Vetus Scepsis. Ptolemaeo lib. V, c. 2, prope Adramyttion. Inde transducti cives ad novam Σκῆψιν, quae in Notitia episc. prov. Hellesponti Σκέψις dicitur. H.

Gergithos. Xenophonti, Hist. Graec. lib. III, p. 482, τὰ Γέργιθα. Herodotus, Terpsich. lib. V, pag. 334, num. 122, τοὺς Γέργιθας vocat. Γέργηθος est Plutarcho, in Phocione pag. 750. Stephano, Γέργις πόλις Τροίας, et ἡ Γέργιθος. Prope fontes Caici statuitur a Strabone lib. XIII, pag. 616. Gergitum Livius vocat lib. XXXVIII, pag. 480. H. — De Gergitho conf. Tit. Liv. tom. VII, pag. 273 edit. nostr. Ed. P.

Neandros. Νεανδρία Straboni pag. 604, cuius rives Alexandriam translati. Νεάνδρεια et Νεάνδριον Stephano. Hard.

Perperene. Περπερήνα, Straboni p. 607. In Notitia Eccles. pag. 43, Θεοδοσιούπολις ἤτοι Περπερίνη, prov. Asiae. In Nummo Cimelii Pariensis, ΗΓΕΜΟΝΙΑ ΠΕΡΠΕΡΗΝΩΝ. Apud Ptolem. in Lydia lib. V, cap. 2, Τερμέρη, pro Περπέρη, ut recte monuit Sirmondus noster in eo libello, qui *Antitristanus II* inscribitur pag. 27. Hard.

Heracleotes. Ab Heraclea pago, quem Mitylenaei condiderunt, inquit Strabo lib. XIII, pag. 607. H.

Coryphas. Κορυφαντὶς Straboni loco citato. H.

Grylios, Ollius. Sic MSS. Reg. 1, 2, Colb. 1, 2, Chiffl. Editi, *amnis Chryhosolius.* H. — Sic Piotianus legit: *amnes, Grylios, Solus: regio Aphrodisias, quae antea, Politice. Orgas regio, Scepsis.* Man. vero: *amnis Grylios. Ollus regio. Aphrodisias, quae ante Politice. Orgas regio. Scepsis.* Dalec.

Aphrodisias. Αφροδισιάς, seu Veneri sacra. Hard.

Quae antea Politice Orgas. Regio Scepsis. Dalec. *quae antea Politiceorgas*, una voce. Ed. P. — Priori utique regioni cognomen Politicea adiectum remur, ut ab altera cognomine secernatur, quae in Attica est, pariterque Οργάς a Pausania appellatur. Altera voce indicari agrum, in quo Palaescepsis fuit, novaque deinde Scepsis urbs, ex qua Demetrius Scepsius cognomen tulit. Plinius l. XI, cap. 80: *Asiae regio Scepsius appellatur*, etc. H.

Evenum. Εὔηνος ποταμός, ex quo ductam canalibus aquam sibi Adramytteni comparant. Strabo lib. XIII, pag. 614. H.

Lyrnessos. Λυρνησσὸς πόλις Τρωϊκή, Stephano. Ex eius ruinis crevit Adramyttium. Notitia Eccles. pag. 27:

Cormalos, Eryannos, Alabastros, Hieros ex Ida. Intus mons Gargara, eodemque nomine oppidum. Rursus in littore Antandros, Edonis prius vocata, deinde Cimmeris: et Assos, eadem Apollonia. Fuit et Palamedium oppidum. Promontorium Lecton disterminans Aeolida et Troada. Fuit et Polymedia civitas, et Chrysa et Larissa alia. Smintheum templum durat. Intus Co-

Ἀδραμύττιον, ἡ ποτὲ Ἀυρνησός. H.

Quae sinum. Adramyttenum, *golfe d'Adramyti.* En. P.

Adramytteos. Stephanus Ἀδραμύττειον et Ἀδραμύττιον πόλις τῆς κατὰ Κάϊκον Μυσίας, urbs Mysiae quae iuxta Caicum amnem. Refert hoc loco Dalecampius ex Herodoto, aliisque, vel ex Rhodigino potius, Pedasensium barbam crescere tum prolixe solitam, quum adversi quidpiam civibus immineret. Verum, praeterquam universe his nugis Plinianos Commentarios haud operae pretium erat, non de Adramyttenis Pedasiis haec Herodotus refert, sed de Pedasensibus qui supra Halicarnassum incolunt, οἱ δὲ Πηδασέες οἰκέουσι ὑπὲρ Ἁλικαρνάσσου, quum oppidum Pedasium, de quo dictum est cap. 29. Vide Herod. Vran. lib. VIII. H.

Eryannos. Alii codd. *Cryanus*, atque ita Reg. 4, 2, Colb. 4, 2, Chiffl. Paris. H.

Hieros. Ex Ida is profluit: supariores non item Sic Hard. Licet autem ignota sint hodie haec flumina, ex Ida tamen aut connexis cum eo montibus omnes istius regionis aquas defluere constat. En. P.

Gargara. Multorum testimonio comprobat Macrobius, Saturn. lib. V, cap 20, pag. 56, Gargara appellari, montis Idae verticem unum, at oppidum sub eodem monte positum. Hesychius pag. 210: Γάργαρον, ἀκρωτήριον ὄρους Ἰδης, καὶ πόλις Τροίας πλησίον Ἀντάνδρου. Adi et Strabon. lib. XIII, p. 583, qui Γάργαρα id oppidum vocat: et Stephanum: Γάργαρα πόλις, καὶ Γάργαρα ἄκρα. H.

Antandros. Stephanus · Ἀντανδρος πόλις ὑπὸ τὴν Ἰδην, πρὸς τῇ Μυσίᾳ τῆς Αἰολίδος... Ἀριστοτέλης φησὶ ταύτην ὠνομάσθαι Ἠδωνίδα, Κιμμερίων ἐνοικούντων ἑκατὸν ἔτη. *Antandros urbs sub Ida, prope Mysiam Aeolidis... Aristoteles ait hanc vocari Hedonidem, Cimmeriis eam per annos centum incolentibus.* H.

Assos. Nunc quoque *Asso*, Ασσον Ptolem. lib. V, cap. 2. In Notitia episcopatuum prov. Asiae, Ασσος. H.

Lecton. Λεκτὸν τῆς Τροάδος, Plutarchus in Lucullo pag. 493. Λεκτὸν ἄκρον Ptolem. iuxta Assum. Nunc *Cabo Baba*, vel *S. Maria.* H

Polymedia Πολυμήδιον pagus, Straboni lib. XIII, pag. 606. H.

Chrysa. Dalec. *Crysa.* En. P.

Larissa alia. Alia Chrysa, inquit, alia et Larissa, ab iis de quibus initio huius cap. diximus. Hanc Larissam Strabo lib. XIII, pag. 604, prope Χρύσην novam, et Κολωνάς locat. Eadem Λάρισσα ἡ καθ' Ἀμαξιτόν: illa prior Λάρισσα ἡ περὶ Κύμην, a vicinis oppidis appellantur, teste eodem Strabone p. 620. Λαρίσσα Τροιά-

lone intercidit. Deportant Adramytteum negotia, Apolloniatae a Rhyndaco amne, Erezii, Miletopolitae, Poemaneni, Macedones Aschilacae, Polichnaei, Pio-

δος Stephano dicitur haec quam modo tractamus. Τρωϊκὴ Ἀάρισσα, Athenaeo lib. II, pag. 47. H.

Smintheum. Apollini Smintheo sacrum, cui nomen factum aiunt a fugatis eius loci muribus: sunt enim σμίνθαι mures Cretensium lingua. Vide Eustath. in Homer. Iliad. I. Scylaci pag. 34, Ἱερὸν Ἀπόλλωνος, ἵνα Χρύσης ἱεράτο. In nummo vetere Troadis, Alexandriae dictae, ex argento, in gaza Regia, ΑΛΕΞΑΝΔΡΕΩΝ. ΠΕΙΣΙΣΤΡΑΤΟΥ. ΑΠΟΛΛΩΝΟΣ. ΣΜΙΘΕΩΣ *Alexandrinorum* magistratu *Pisistrato*, *Apollinis Smithei* effigies. Sic enim in eo numismate legitur, non Σμίνθεως. H.

Colone. Κολωνὰ Straboni loco cit., et Xenophonti, rerum Graec. lib. III, pag. 482, ubi Ἀάρισσαν, Ἀμαξιτὸν, et Κολωνὰς iungit, quod et Scylax facit p. 34. H. — Dalec. mutata interpunctione: *Colone intercidit, deportata Adramytteum negotia. Apolloniatae*, etc. quae lectio sententiam Plinianam vitiat. Ed. P.

Deportant. Adramyttenae, inquit, iurisdictioni subiiciuntur Apolloniatae, etc. *Ἀπολλωνία πρὸς Ρυνδάκῳ ποταμῷ*, in Phrygiae maioris mediterraneis civitatibus, Ptolem. lib. V, cap. 2. In nummo L. Veri apud Spanhem. pag. 889, ΑΠΟΛΛΩΝΙΑΤΑΝ ΠΡΟΣ ΡΥΝΔΑΚΩ. Ἀπολλωνία ἐπὶ Ρυνδάκῳ, Stephano. H.

Erezii. In libris omnibus MSS. impressisque, *Eresii.* At Eresios Lesbi insulae incolas locum hic habere non posse, res est plane perspicua. Erezios potius Plinium scripsisse remur, ab ipso oppido, vel ei cognomine, quod in Notitia episcopatuum prov. Cariae p. 33, Ερεζος scribitur, alibi Ερεζος. Indiscretos enim Cariae, Mysiae, Lydiaeque fines fuisse, saepe est a nobis animadversum in hoc Asiae describendo tractu. In Synodo Quinisexto p. 1199: Μάγνος ἐπίσκοπος πόλεως τῶν Ερίζων, καὶ Καρίας ἐπαρχίας. Et in Conc. Gener. CP. III, p. 1010: Ἰωάννης ἐπίσκοπος πόλεως Ερίζων. Apud Ptolem. lib. V, c. 2, gens esse dicitur iuxta Phrygiam ΕΡΙΖΗΛΟΙ, haud dubie pro ΕΡΙΖΗΝΟΙ: unde Erizena Asiae regio Plinio dicitur lib. X, c. 60. Circa Rhyndacum Mysiae amnem positi hi videntur, perinde atque Apolloniatae et Miletopolitae. H.

Miletopolitae. Μιλητούπολιν Strabo lib. XIV, pag. 681, circa Cyzicum locat, et Stephanus eum secutus. In Notitia Eccles. p. 45, provinciae Hellesponti adscribitur. Ad hos spectat Commodi nummus apud Erizzo, pag. 270, et alter Gordiani Pii, apud Patin. p. 373, ΜΕΙΛΗΤΟΠΟΛΕΙΤΩΝ. De Miletopoli rursum cap. 40. H. — Illius locum occupare eam, quae hodie *Balikesri* vocatur, opinatur d'Anville. Harn.

Poemaneni. Ποιμάνινον oppidi nomen et loci prope Cyzicum, Stephano teste. In Notitia episcop. prov. Hellesponti pag. 27, Ποιμάνινος. In altera pag. 45, ὁ Ποιμανίου. H.

Macedones Aschilacae. In MSS. Reg. 1, 2, Colb. 1, 2. Paris. etc. *Ausculacae.* Vt superius cap. 30. Macedones Cadueni, ita et hi Asculacae cognominantur. An a Σκίλλυκα oppido, cuius mentio est in Notitia

nitae, Cilices Mandacadeni: in Mysia Abrettini, et Hellespontii appellati, et alii ignobiles.

XXXIII. Troadis primus locus Hamaxitus: dein Cabrenia: ipsaque Troas, Antigonia dicta, nunc Alexandria, colonia romana. Oppidum Nee. Scamander amnis

episcopatuum provinciae Hellesponti? Haro — Leg *Macedones Asculacae*. Ita MS. Reg. 1. In editione principe *Macedones Ascylacoe*. Macedones ibi coloniam condiderant. Inde cognomen. Brot. — Dalecamp. *Macedones*, *Aschilacae*. Eo. P.

Polichnaei. Stephanus: Πολίχνα, πόλις τῆς Τρωάδος, οἱ πολῖται, Πολιχναῖοι. In Notitia episcop. Hellesponti, Πολιχνα. Straboni quoque l. XIII, pag 603, et Thucyd. lib. VIII, pag. 571. Haro.

Pionitae. Πιονία Strab. iuxta Scepsin et Gargara. Item in Notitia episcopatuum prov. Hellesponti, Πιονία. Haro.

Mandacadeni. Μανδακαδηνοί. In libris hactenus editis, *Mandagandeni*. In MSS. Reg. 1, 2, Colb. 1, 2, *Mandacandeni*. At in Notitia episcopatuum prov. Hellesponti p. 27, Μανδακάδα vigesimo octavo loco nominatur. Hi porro Cilicum, ut Macedonum Asculacae, coloni fuere. Hard.

Abrettini. Stephanus: Ἀβρεττίνη, χώρα Μυσίας, etc. Straboni lib. XII, pag. 576, dicitur Ἀβεττήνη. Et MSS, Reg. 1, 2, Colb. 1, 2, *Abretteni*, recte. Haro.

Hellespontii. Idem Olympii quoque appellati, teste Strabone lib. XII, pag. 566, qui circa Olympum degebant Mysi, Bithynis ad austrum adiacentes. Haro.

XXXIII. *Hamaxitus*. Dalec. *Amaxitus*. Eo. P. — Stephanus: Ἀμαξιτός, πολίχνιον τῆς Τρωάδος, ex Strabone lib. XIII, p. 604. Statim occurrit post Lectpn promontorium, quo ab Aeolide disterminatur. H. — *Messt* hodie vocatur, auctore d'Anville. Eo. P.

Cebrenia. Κεβρηνία χώρα τῆς Τρωάδος, Stephano. Oppido nomen Κέβρην, apud Suidam p. 1427, et Harpocrat. pag. 166. Inter Scepsios ac Cebrenios Scamander medius labitur. Strabo l. XIII, p. 596. Haro.

Troas. Ἀλεξάνδρεια Τρωάς Ptolemaeo lib. V, cap. 2, et Livio lib. XXXV, p. 433, et l. XXXVII, pag. 460. Ab Antigono Αντιγόνεια, Ἀλεξάνδρεια appellata est ab Alexandro M. Vide nummum ΑΛΕΞΑΝΔΡΕΩΝ a nobis proxime laudatum. Deinde et Romanos eo colonos deductos esse iam aevo suo Strabo testatur l. XIII, pag. 593, Augusto nimirum Principe, ut nummus declarat Antoniui Severi ex aere, in Parisiensi nostro Cimelio asservatus, COL. AVG. TROAS. H. — *Eski Stamboul* vocantur rudera eius. Eo. P.

Nee. Νέη, vel Νέα, de qua iam lib. II, cap. 97. Straboni lib. XIII, p. 603, Νέα κώμη, inter Polichnam et Palaescepsiu. Haro.

Scamander. Mela eleganter lib. I, cap. 18: *Hue ab Iduco monte demissus Scamander exit, et Simois: fama, quam natura, maiora flumina.* Idem etiam Xanthus appellatus, ex Homero, Iliad. XX, v. 74: Ον Ξάνθον καλέουσι θεοὶ, ἄνδρες δὲ Σκάμανδρον. H. — *Tumbrechtchai* hodie

navigabilis, et in promontorium quondam Sigeum oppidum. Dein portus Achaeorum, in quem influit Xanthus Simoenti iunctus: stagnumque prius faciens Palaescamander. Caeteri Homero celebrati, Rhesus, 2
Heptaporus, Caresus, Rhodius vestigia non habent. Granicus diverso tractu in Propontida fluit. Est tamen et nunc Scamandria civitas parva, ac M. D passus remotum a portu Ilium immune, unde omnis rerum claritas. Extra sinum sunt Rhoetea littora, Rhoeteo, et Dardanio, et Arisbe, oppidis habitata. Fuit et Achilleon, oppidum iuxta tumulum Achillis conditum a Mitylenaeis, et mox Atheniensibus, ubi classis eius steterat in Sigeo. Fuit et Aeantium, a Rhodiis condi- 3
tum in altero cornu, Aiace ibi sepulto, XXX stad. in-

vocatur et, de quo mox, Simois *Mendéré-sou*. Eo. P.

Sigeum. Σίγειον Strabonis lib. XIII, p. 595. Et mox eidem λιμὴν Ἀχαιῶν, ita dictus, quod eo appulerint Graeci Troiam obsessuri, ad ostia Simoentis. H. — *Jeni-seher* hodie vocatur. Eo. P.

Homero. Iliad. XII, vers. 20: Ῥῆσός θ', Ἑπτάπορός τε, Κάρησός τε, Ῥόδιός τε. De Granico cap. 40. H.

M. D passus. Leg. *M. D passibus*. Ita editio princeps. In MS. Reg. 1, MM. D. P. id est, duobus millibus quingentis passibus. Brot.

Ilium immune. A vetere Ilio Iliensium pagum aevo suo stadiis omnino XXV, hoc est, III M. DCCL pass. disitum fuisse auctor est Strabo lib. XIII, pag. 597. De Iliensium immunitate, Livius lib. XXXVIII, c. 39, ubi Rhaeteum, de quo mox et Gergithum oppida eis a Romanis addita monet. Eo. P.

Extra sinum. Haec Mela totidem verbis lib. I, c. 18 Ῥοίτειον et Δαρδάνον vocat Herod. Polym. lib. VII, pag. 400, n. 43; Δαρδάνιον Strabo lib. XIII, pag. 595; Ἀρίσβην πόλις Τρωάδος, Stephanus, a Mityleoaeis conditam. H. — Ignotus omnino est horum oppidorum situs; a Dardanio tamen nomen suum traxisse videntur castella, quae *Dardanelles* hodie vocantur. Eo. P.

Fuit et Achilleon. Haec Solinus iisdem verbis cap. XL, p. 70. Steph.: ἔστι καὶ πόλις ἐν τῷ Σιγείῳ Ἀχίλλειον. Hard.

Ubi classis eius, etc. Dalecamp. *ubi classis eius steterat. In Sigeo fuit*, etc. Eo. P.

In Sigeo. Ita Stephanus mox citatus. Solinus haud levi errore, in Rhoeteo cornu. Hard.

Fuit et Aeantium. Transcripsit haec quoque Solinus loco citato. H.

In altero cornu. Nempe in Rhoeteo. Αἰάντειον ibi locante Mela, lib. I, cap. 18, et Strabone lib. XIII, cap. 595. Hard. — Loco ubi nunc

tervallo a Sigaeo, et ipso statione classis suae. Supra Aeolida, et partem Troadis, in mediterraneo est, quae vocatur Teuthrania, quam Mysi antiquitus tenuere. Ibi Caicus amnis iam dictus oritur. Gens ampla per se, etiam quum totum Mysia appellaretur. In ea Pioniae, Andera, Cale, Stabulum, Conisium, Tegium, Balcea, Tiare Teuthranie, Sarnaca, Haliserne, Lycide, Parthenium, Thymbre, Oxyopum, Lygdamum,

est castellum *Nouveau Château* dictum. Ed. P.

XXX stad. Ita MSS. Solinus, *XL.* Hard.

Et ipso statione. Et in eo ipso cornu classis Aiacis stetit. Ita MSS. omnes. Editi leoebras huic loco offuderunt, vocula superaddita, *et ipso in statione.* Hard.

Supra Aeolida. Habet haec quoque Solinus c. xl, pag. 71. H.

Teuthrania. Τευθρανία a Teutraote dicta, Pandionis filio, Mysiae rege, regio est inter Pergamum et Elaeam sita. Strabo lib. XII, pag. 571. Martianus lib. VI, c. de Phrygia, p. 221: *Supra Troadem in mediterraneo Teuthrania est, quae regio Mysorum fuit.* Ita etiam Scylax pag. 35, et Scholiast. Pind. p. 168: εἰς τὴν γῆν τοῦ Τεύθραντος, ἤγουν εἰς τὴν Μυσίαν. Haec igitur proprie dicta Mysia est Plinio. H.

Iam dictus Cap. 32: *Ex Mysia veniens Caicus amnis.* H.

Quum totum. Tota Aeolis, cuius pars Teuthrania est. Plinius c. 32: *Aeolis... quondam Mysia appellata.* Hard.

In ea Pioniae, etc. Πιονίαι vel Πιονεῖς, unde Pionitae appellati, superiore capite. Ἀνδῆρα Straboni lib. XIII, pag. 640, iuxta Scepsin, Pioniam, et Gargara: Stephano quoque p. 82. Hard.

Cale, Stabulum. In MSS. *Tales, Tabulum.* Forte hic locum habet Κάλση, cuius mentio in Notitia episcop. provinc. Asiae, pag. 43, cum Gargaris, et Pergamo. Eadem videtur esse, quae, p. 27, Κολοστή. H.

Conisium. In Notitia eccles. provinc. Hellesponti, pag. 27, Κονισσίνη. Hard.

Tegium. MSS. Teium, Τήϊον. H.

Balcea. Βάλκεια, urbs circa Propontidem, Stephano. Hard.

Tiare. Ita MSS. Hioc Tiareni, vel Tyareni incolae, paulo post appellandi. H.

Teuthranie. Τευθρανία Μυσίας πόλις, Stephano: ab ea datum regioni nomen. Martianus loc. cit. *Civitas vero Teuthrania Caico flumine alluitur.* H.

Haliserne. Stephan. Ἁλίσαρνα, πόλις Τρωάδος χώρας, ex Theopomp. Xenophon I. VII de Expedit. Cyri p. 426, meminit Ἑλισαρνῆς (lege Ἀλεσάρνης) καὶ Τευθρανίας H.

Thymbre. Chifflet. *Cambre.* Ed. P. —Θύμβρα, πόλις Τρωάδος Stephano: ubi Apollinis Thymbraei fanum. Conf. Strab. lib. XIII, pag. 598. H.

Oxyopum Οξυωπόν. In Notitia episcop. provinc. Hellesponti pag. 45, nominatur Ὠκη, cui forte locus hic debetur: Lygdamum vero (sic enim MSS. legunt, non *Lygdamum*) a Lygdami Sardium expugnatore nomen

Apollonia, longeque clarissimum Asiae Pergamum, quod intermeat Selinus, praefluit Cetius profusus Pindaso monte. Abest haud procul Elaea, quam in littore diximus. Pergamena vocatur eius tractus iurisdictio. Ad eam conveniunt Thyatireni, Mygdones, Mosyni, Bregmenteni, Hieracometae, Perpereni, Tia-

traaisse videtur: de quo Strabo l. I, p. 61. H.

Apollonia. Ea urbibus eius nominis, quas Stephanus recenset, haec octava est, Ἀπολλωνία Μυσίας, ab Apollonia quae propter Rhyndacum amnem est, diversa. Pergamo haec ad ortum obiacet, teste Strabone l. XIII, p. 625. Hasc.

Pergamum. Galeni patria: Attalicorum regum sedes: τὸ Πέργαμον, Straboni lib. XIII, pag. 623. Hard. —*Bergamo* nunc dicitur. Ed. P.

Selinus... Cetius. Ille Σελεινός, non Σελινοῦς, ut Ortelius existimavit: iste Κήτειος, cuius accolae Κήτειοι appellati ab Homero, Odyss. XIII, vers. 520, ubi Eustathius monet Cetios a nonnullis dici Pergamenos, quod iuxta Pergamum amnis ille laberetur. Hesychius Mysos, in quibus Pergamum fuit, sic appellat: Κήτειοι, γένος Μυσῶν, ἀπὸ τοῦ παραῤῥέοντος ποταμοῦ Κήτειος. Nummus M. Aurelii, apud Spanhem. pag. 485, fluvii nomen exhibet: cuius epigraphe huiusmodi est: ΕΠΙ ΣΤΡΑ. ΚΑΛΛΙΣΤΕΟ. ΣΕΛΕΙΝΟΣ ΚΗΤΕΙΟΣ ΠΕΡΓΑΜΗΝΩΝ Β. ΝΕΩΚΟΡΩΝ. Hoc est, ἐπὶ στρατηγοῦ Καλλιστέος, Σελεινός, Κήτειος, Περγαμήνων δὶς Νεωκόρων. *Sub praetore Callisteo, Selinus, Cetius, Pergamenorum bis Neocorum* nummus. Potuit et Caicum addere, quem non procul inde fluere, auctor est Strabo lib. XIV, p. 624, campumque rigare, qui Κάϊκος vocetur. H.

Elaea. Pineus, *Ialea.* Dalec.

In littore. Initio cap. superioris. Hasc.

Eam. Vet. apud Delecamp. *eamdem.* Ed. P.

Thyatireni. A Thyatira, quae alluitur Lyco, ut dictum est cap. 21. Hard.

Mygdones. Mygdonum, Phrygum, Troumque fines, inter se dirimere haud proclive esse Strabo fatetur, lib. XII, pag. 564. Idem Olympi Mysiae montis incolas Mygdones facit, pag. 575. Phrygiae maiori Stephanus Μυγδονίαν adiudicat. H.

Mosyni. Dalec. *Mossini.* Ed. — Ab oppido, cuius mentio in Notitia episcopatuum provinciae Phrygiae Capatianae, p. 27, Μόσυνα. Leunclavius pag. 98, ἀ Μοσύνων. Ptolemaeo lib. V, c. ΜΟΞΙΑΝΟΙ, pro ΜΟΣΥΝΟΙ. H.

Bregmenteni. Leg. *Bregmeni.* Ita MSS. et editio princeps. Brot.

Hieracometae. Dalecampius, *Hieracomitae.* Ed. P. — Ἱεραχωμῆται Polybio in Excerptis, pag. 69, ab Ἱερὰ κώμη, quae vox *sacrum pagum* sonat: sed Cariae ab eodem adscribitur. Vltra Maeandrum sita, apud Livium lib. XXXVIII, c. 12. H.

Perpereni. Perpereni, a Perperene, de qua cap. sup. Tiareni, a Tiare de qua proxime dictum est. H. —

reni, Hierolophienses, Hermocapelitae, Attalenses, Pantaenses, Apollonidienses, aliaeque inhonorae civitates. A Rhoeteo Dardanium oppidum parvum abest stadia LXX. Inde XVIII M. promontorium Trapeza, unde primum concitat se Hellespontus. Ex Asia interiisse gentes tradit Eratosthenes, Silymorum, Lelegum, Bebrycum, Colycantiorum, Trepsedorum. Isidorus Ari-

Dalecamp. *Tyareni*, non *Tiareni*. Ed. P.

Hierolophienses. Sic restituimus admonitu codicum Reg. 1, 2. Paris. etc. In Parm. edit. *Hierapolienses*. In reliquis, *Hierapolenses*: quae vox nec graecum idioma refert, nec latinum. Barbarus *Hydropolienses* confinxit, quos hoc loco nobis obiiceret. Accedit eo quod Hierapolis non huius Pergameni conventus sit, sed Cibyratici, ut dictum est cap. 29. Id nomen ab oppido factum videtur, cuius mentio in Notitia episcop. provinciae Bithyniae, pag. 45, ὁ Γάλλου, ἤτοι Λόφων. Vox ea ἱερὸς λόφος *sacrum collem* sonat. H.

Hermocapelitae. Ερμοκαπηλῖται, quasi Mercurii cauponeſ. Eorumdem codicum ope; et quod tutius est, adstipulante Notitia vetere episcopatuum provinciae Lydiae, in qua ὁ Εμοκαπηλίας legitur, pag. 45 et p. 43, Ερμοκαπηλίας, hanc vocem sanavimus, quae in edit. Parmens. in *Hermacopolitae*: auctore deinde Hermolao barbaro, in *Harmatopolitae* commutata erat. Quamquam Lydiae ea Notitia Hermocapelitas accensat, Pergamenae tamen illi, ut et Thyatireni, iurisdictioni paruerunt. Neque huc pertinet Αρματοῦς oppidum, cuius Thucydides meminit lib. VIII, p. 626, ut Orteliu visum est: nam ea eo Hermatuntapolitas dici oportuisset. Hano.

Attalenses. Ab Attalia, de qua cap. 32. Pantaënses, in MSS. *Pataenses*. Hano.

Apollonidienses. Απολλωνὶς urbs est Straboni l. XIII, p. 625, a Pergamo stadiis XXX, totidemque a Sardibus. Hano.

Dardanium. De quo proxime hoc cap. Hano.

LXX. Vet. apud Dalecamp. *LXX mill*. Ed. P.

Trapeza. Hodie *capo de Ianisseri*, unde fit arctius mare, nec iam alluit terras, ut ait Mela lib I, cap. 18, sed rursus dividens, angusto Hellesponti freto littus obvium findit. In Concil. Quinisexto, pag. 449: Εὐγένιος ἐπίσκοπος πόλεως Τραπέζων Παλατιανῆς. Hano.

Solymorum. Solymi olim Pisidae appellati, ut diximus c. 24. Leleges, Λέλεγες, Cariam tenuere, Strabo l. XIII, p. 611. A Bebrycibus Bithynia olim Bebrycia appellata: idem, lib. XII, p. 541, et Eusebius in Chronic. pag 104. De Colycantiis, Trepsedisque, vel ut codd. MSS. Trypsedis, nihil compertum. Hano.

Arimos. Vet. apud Dalecamp. *Arimaeos*. Ed. P.—Sedes horum incertas fuisse Strabo fatetur l. XIII, pag. 627; a quibusdam in Phrygis collocatos lib. XII, pag. 579. H.

mos : et Capretas, ubi sit Apamia condita a Seleuco rege, inter Ciliciam, Cappadociam, Cataoniam, Armeniam. Et quoniam ferocissimas gentes domuisset, initio Dameam vocatam.

XXXIV. (XXXI.) Insularum ante Asiam prima est 1 in Canopico ostio Nili, a Canopo Menelai gubernatore (ut ferunt) dicta. Altera iuncta ponte Alexandriae, colonia Caesaris Dictatoris, Pharus: quondam diei navigatione distans ab Aegypto : nunc e turri nocturnis ignibus cursum navium regens. Namque fallacibus vadis Alexandria, tribus omnino aditur alveis mari, Stegano, Posideo, Tauro.

In Phoenicio deinde mari est, ante Ioppen Paria, 2

Apamia. De qua cap. 29. A Seleuco Nicatore condita, et uxoris nomine ar dlata. H.

Dameam. A δαμάω, *subigo*, *perdomo*. Id vero nomen Asiae potius hsesisse arbitramur, quae feroçissimarum gentium victrix fuit, quam Apameae, etsi aliter Ortelio visum, et auctoribus Indicis Pliniani, ante hunc diem. Hann.

XXXIV. *A Canopo.* Tacitus, Annal. lib. II, c. 60 : *Condidere Canopum oppidum Spartani, ob sepultum illic rectorem navis Canopum, qua tempestate Menelaus Graeciam repetens, diversum ad mare, terramque Libiam est delatus.* Haan.

Pharus: *quondam diei*, etc. Vide quae diximus lib. II, c. 87. Nunc annexa continenti est: eius portus gemina arce clauditur, vulgo *les Farillons*. H.— Tabulam vide Alexandriae veteris et novae in primo Q. Curtii tomo, pag. 350 edit. nostrae. Ed. P.

Stegano, etc. Dalec. *Tegamo*. Ed. P.—Στεγανῷ, clauso, sive munito: Ποσειδίῳ, sive Neptunio: et Ταύρῳ. De Posideo, cui a Neptuni templo nomen est inditum, Strabo l. XVII, pag. 764. H.

Ante Ioppen Paria. Vnde Παριανοὶ dicti apud Iosephum, Antiq. Iud. lib. XIV, cap. 17, pag. 487. Paria porro id saxum est, quod Ioppae civitati proiacere ante dixit, c. 14, in quo vinculorum Andromedae vestigia servari aiebant. Ita libri omnes, ex quibus emendandus Mela lib. II, c. 7 : *Arados etiam in Phoenice est parva, quantum patet, tota oppidum.* Lege, *Arados etiam in Phoenice est, et Paria, quantum patet, tota oppidum.* Nec Vossio assentimur, aienti, Annotat. in Melam pag. 202, ex eo Pomponii textu Plinium potius, quam ex Plinio Melam emendandum esse. Nam praeterquam, quod Iosephus, ut dixi, Antiquitat. Iud. lib. XIV, c. 17, p. 487, Παριανῶν prope Ioppen meminit, Notitia antiqua ecclesiastic. pag. 85, inter suffraganeos archiepiscopi Tyrensis, Accanensem habet, Sidoniensem, Berytensem, et quarto

tota oppidum, in qua obiectam belluae Andromedam ferunt: et iam dicta Arados: inter quam et continentem, quinquaginta cubita alto mari (ut auctor est Mucianus), e fonte dulcis aqua tubo coriis facto, usque a vado trahitur.

4 XXXV. Pamphylium mare, ignobiles insulas habet. Cilicium ex quinque maximis, Cyprum, ad ortum occasumque Ciliciae, ac Syriae obiectam, quondam IX regnorum sedem. Huius circuitum Timosthenes CCCCXXVIII M. D. prodidit. Isidorus CCCLXXV M. Longitudinem inter duo promontoria, Dinaretum et Acamanta, quod est ad occasum, Artemidorus CLXII D.

loco *Paris.* qua voce mutila, ut apparet, num Pariensia pro Ioppensi sedes intelligatur, aestimandum aliis relinquimus. H.

Obiectam. Vet. ap. Dalec. *subiectam.* Ed. P.

Et iam dicta. Cap. 17. Haan.

Mucianus. Adde et Aristot. Hist. Anim. lib. VIII, cap. 3, pag. 865; Strabonem lib. XVI, pag. 753 et 754, et Aelianum, Histor. Animal. lib. IX, cap. 64. De ratione ea eliciendae aquae dulcis ex ipso mari Plinius iterum infra lib. XXXI, c. 37. Haan.

E fonte dulcis aqua. De fontibus aquae dulcis in ipso mari iam diximus supra lib. II, cap. 106, n. 11. Ed. P.

Usque a vado. Vet. apud Dalec. *usque ad vadum.* Ed. P.

XXXV. *Ex quinque maximis.* Interni maris septem insulas maximas Strabo numerat lib. XIV, p. 654: Sardiniam, Siciliam, Cyprum, Cretam, Euboeam, Corsicam, Lesbum. Plinius Euboeam et Lesbum accenset minoribus, quae Ptolemaei quoque sententia est. Hard.

IX regnorum. Mela lib. II, cap. 7. Id quomodo accipiendum sit, ex Strabone liquet, aiente lib. XIV, pag. 684, singulas urbes singulis olim tyrannis paruisse: praecipuas uimirum. Haan.

CCCCXXVIII. Strabo lib. XIV, pag. 682, stadiis definit ambitum insulae ter mille et quadringentis, quae suot omnino pass. millia *CCCCXXV*. Dissentit ab aliis Isidorus, quod is sinuum lacinias omnes non ingreditur. Haan. — Dalec. *CCCCXXIX.* Pineus, *CCCCXXVII.* Ed. P.

Dinaretum. Hodie *Capo S. Andrea.* Acamantidi, cui ab Acamante Thesei F. Hesychio teste, nomen est inditum, nunc nomen est, *Capo S. Arnaut*, sive *S. Pisano*, hoc est, S. Epiphanii. Ἀκάμας ἄκρα Ptolemaeo lib. V, cap. 14, et Straboni loco citato. Hesychio p. 47, Ἀκάμαντον ὄρος ἐν Κύπρῳ. Haan.

Artemidorus CLXII D. Sic libri MSS. Reg. 1, 2, Colb. 1, 2, Paris. et vet. Dalec. adstipulatur Artemidorus ipse, qui in Epitome quam Agathemerus fecit, Geogr. lib. I, cap. 5, longitudinem Cypri ait esse sta-

Timosthenes cc. Vocatam ante Acamantida, Philonides: Cerastin Xenagoras, et Aspeliam, et Amathusiam, et Macariam: Astynomus Crypton, et Coliniam. Oppida in ea xv. Nea Paphos, Palaepaphos, Curias, Citium, Corineum, Salamis, Amathus, Lapethos, Soloe:

diorum, α' τ' MCCC, quae passuum omnino efficiunt, CLXII M. O. In editis hactenus, CLX M. D. HARD.

Vocatam ante... et Aspeliam. Dal. *vocatam ante Acamantido, Philonides Cerastin, Xenagoras et Aspeliam.* Praeterea in vet. ap. Dalec. legitur *Timosthenes vocavit*, etc. ED. P.

Acamantida. Vel ab Acamante promontorio, vel ab Acamante Thesei F. HARD.

Cerastin. Κεραστὶς est Stephano, aliisque: Κεραστὶς Lycophroni, pag. 72. Quem in locum Tzetzes animadvertit duplicem esse huius nominis rationem: alteram ab Androcle excogitatam, quod essent cornuti incolae: quod secutus videtur Ovidius, Metam. lib. X, vs. 223: *Atque illos, gemino quondam quibus aspera cornu Frons erat, unde etiam nomen traxere Cerastae.* Alteram a Xenagora, quem Plinius laudat, ob crebra promontoria, quae Graeci κέρατα appellant: ὡς δὲ Ξενάγορας ἐν τῷ Περὶ νήσων, διὰ τὸ ἔχειν πολλὰς ἐξοχὰς, ἃς κέρατα καλοῦσι, Κεραστία ὠνομάσθη. HARD.

Et Aspeliam. Forte, et *Sphecian*, Σφήκειαν, sic eoim a Lycophrone vocitatur, loc. cit. et a Stephano. H.

Et Macariam. A felicitate, seu ubertate soli, caelique temperie. HARD.

Crypton. Stephanus: Ἀστύνομος δὲ φησὶ Κρυπτὸν κεκλῆσθαι, διὰ τὸ κρύπτεσθαι πολλάκις ὑπὸ τῆς θαλάσσης, quod saepe a mari absconditur. Sic Eustath. in Dionys. HARD.

Coliniam. MSS. *Coloniam* An Corineam, Coroneamve, a Corineo oppido, vel Corone, de quo mox ut ab Amathunte Amathusiam? An Κολωνία potius a crebris collibus et promontoriis? HARD.

Nea Pophos. Νέα Πάφος, καὶ ἡ πάλαι Πάφος, nova et antiqua Paphos. Vtriusque meminit Strabo l. XIV, pag. 683. Voculam *Neo*, ex MSS. Reg. 1, 2, Colbert. 1, 2, Paris. addidimus. A vetere nova distabat stadiis LA, teste Strabone, in occidentali latere insulae. *Bafo*, sive *Bafo*, nomen servat. HARD. et ED. P.

Curias. Stephano, Κούριον, πόλις Κύπρου, ἡ χώρα Κουριὰς Ptolemaeo lib. V, cap. 14, in latere est meridionali insulae. Nunc *Audimo*, sive, ut ait d'Anville, *Piscopia*, iuxta promontorium, quod Ptolemaeo Κουριὰς ἄκρα dicitur, nunc est *Capo delle Gatte*. HARD. et ED. P.

Citium. Κίτιον πόλις, Ptolemaeo loco citato in australi littore. Nunc *Chiti*: et vicino promontorio nomen inde *Capo di Chiti*. Hinc Zeno Κιτιεὺς, perperam aliter statuente Cuiacio, Observ. lib. III, cap. 38. HARD.

Corineum, Salamis. In Notitia Eccl. provinciae Cypri insulae, quinto loco Κόρην nominatur, pag. 35, quod Plinii Corineum est. Decimo tertio, Κόρηνία quae Scylacis pag. 39, Κερύνεια est, Ptolemael Κερωνία, Boreae obversa, quae nunc *Cerines*. Plinii Corineum, austro: littus enim australe in praesenti legit: mox flectit

Tamaseus, Epidarum, Chytri, Arsinoë: Carpasium, Golgi. Fuere et ibi Cinyria, Marium, Idalium. Abest ab Anemurio Ciliciae quinquaginta M. passuum. Mare, quod praetenditur, vocant Aulona Cilicium. In eo-

cursum ad solis exortum, ubi Salamia a Ptolemaeo collocatur, loc. cit. Haec postea Constantia, Κωνστάντια, dicta, S. Epiphanii sede clara. Ea eius deinde ruinis haud procul a vetere oppido, quod *Costanza* nomen servat, excitata *Famagousta* est. Non est autem Plinii Corineum, Stephani et Porphyrii Κορώνη, ut Meursio visum, in Cypro: quum Κορώνη, vetus ipsa Salamis sit. Harn.

Amathus. Αμαθοῦς, Ptolem. in meridionali ora. Nunc *Limisso*, sive, ut ait d'Anville, *Linmeson antica*. Eo. P.

Lapethus. Λάπηθος, πόλις Κύπρου, Stephano: in boreali insulae latere a Ptolemaeo collocatur, hodieque *Lapito* dicitur. Harn.

Solae. Pineus *Solus*. Dalec. — Σόλοι, Ptolemaeo loco citato contra Boream iacet. Harn. — Nunc *Solia* auctore d'Anville. Ed. P.

Tamaseus. In mediterraneis Cypri oppidis, Ταμασσὸς Ptolemaeo lib. V, cap. 14, et in Notitia Eccles. Ovid. Metam. lib. X, vers. 644: *Est ager, indigenae Tamasenum nomine dicunt, Telluris Cypriae pars optima*. Harn.— Vet. apud Dalec. *Tamasus*. Ed. P.

Epidarum. Vet. apud Dalec. *Epidaurum*. Lusignanu, *Pitareuil*. Harn. et Eo. P.

Chytri. Χύτροι Stephano, et Harpocr. In Notitia Eccles. p. 35, Κύθροι. Ptolemaeo, Χύτρος, in civitatibus mediterraneis. Harn. — Nunc *Citria*, sive *Palaeo-Chitro* dicitur, auctore d'Anville. Ed. P.

Arsinoë. Gemina eo nomine fuisse videtur in Cypro civitas: altera in boreali ora, quae nunc *Alessandretta*, sive, ut vult d'Anville, *Poli*, Ptolemaeo memorata, lib. V, cap. 14; mediterranea altera, de qua nunc Plinius: insolis *Arzes*. Stephano, Μάριον ut mox dicemus.

Carpasium. Vet. apud Dalec. *Carphalium*. Καρπασία Stephano: Scylaci, pag. 39, Καρπάσια. In Notitia Eccles. Καρπασήν. Latere insulae orientali collocatur a Ptolemaeo lib. V, cap. 14. Harn. et Eo. P.

Golgi. Vet. apud Dal. *Golgae*. Nomen habet a duce Golgo, inquit Stephanus. Veneri sacrum oppidum. Catullus, in Epith. *Quaeque regis Golgos, quaeque Idalium frondosum*. Incerti plane situs. Harn. et Eo. P.

Cinyria. Cui nomen a Cinyra rege datum, teste Nonno lib. XIII Dionys. p. 378. Non est Scylacia Κερύνεια, aut Κερωνία Ptolemaei, ut visum Spanhemio. Harn.

Marium. Vet. apud Dalec. *Murium*. Scylaci p. 39: Μάριον πόλις ἑλληνίς. Ea ipsius ruinis crevisse mediterraneam Arsinoën ex Stephano colligimus: Μάριον, inquit, πόλις Κύπρου, ἡ μετονομασθεῖσα Αρσινόη. Et verbo Αρσινόη· Αρσινόη Κύπρου, ἡ πρότερον Μάριον λεγομένη. Harn. et Eo. P.

Idalium. Ιδάλιον, πόλις Κύπρου, Stephano. Veneri, ut diximus, sacrum. Harn. — Eius nomen servare locum *Dalin* vocatum opinatur d'Anville. Ed. P.

Abest ab Anemurio. De quo c. 22.

Aulona. Chiffl. *Aulona Cilicum*.

dem situ Eleusa insula est: et quatuor, ante promontorium ex adverso Syriae, Clides: rursusque ab altero capite Stiria. Contra Neam Paphum Hierocepia. Contra Salamina, Salaminiae.

In Lycio autem mari Illyris, Telendos, Attelebussa, 7
Cypriae tres steriles, et Dionysia, prius Caretha dicta. Deinde contra Tauri promontorium pestiferae navigantibus Chelidoniae totidem. Ab iis cum oppido Leu-

Αὐλῶνα Κιλίκιον pariter id fretum Ptolemaeus vocat lib. V, cap. 14, h. e., *canalem Cilicium*: hodie *mer de Caramanie*, sive *de Cypre*. Hard. et Eo. P.

In eodem situ. In Cilicio mari. Insulae nomen Ἐλέουσσα, apud Strabonem lib. XIV, pag. 651, et alibi passim: a Rhodo dissidet stadiis cxx, hoc est, passuum mill. xv. Stephano eadem, ut videtur, Ἐλαιοῦσσα, νῆσος Κιλικίας, nisi mendum sit librariorum. Haro. — Dalec. *Elaeusa*, non *Eleusa*. Eo. P.

Ante promontorium. Dinaretum scilicet, quod Syriae obvertitur. H. — Vet. apud Dalec. *ante promontoria. Ex adverso.* Eo. P.

Clides. Κλεῖδες Ptolemaeo lib. V, cap. 14, quasi claves. Straboni duae tantum exiguae insulae lib. IV, pag. 682, sed saxa verius appellaveris. Herodoto, Terpsich. lib. V, pag. 330. num. 108, Κληῖδες τῆς Κύπρου. H. — *Clides*, id est, clavea. Ad eas insulas, nummum, in quo clavis antiqua expressa est, merito retulit Cl. Pellerin, *Recueil de médailles de peuples et de villes*, tom. III, p. 53. Baor.

Ab altero capite. Altero videlicet promontorio, Acamante, quod occasum spectat. Adversam huic interpretationem ab aliis allatam nil moror. Styriam porro intelligi arbitror, cuius incolae ab Herodot. Vran. lib. VIII, n. 1, pag. 464, et n. 46, pag. 477, Στυρέες appellantur. Hard.

Hierocepio. Ἱροκηπία, seu sacer hortus Straboni, iuxta Neam Paphum lib. XIV, pag. 684, sed num insula ea sit, non satis plane dicit. Haro.

Salaminioe. Dalec. *Salaminae*. Contra Salamin, sive Famagustam, et Carpasium sitae: unde et Καρπασίαι νῆσοι appellatae a Strabone lib. XIV, p. 682, et a Ptolemaeo lib. V, cap. 14. Hard. et Eo. P.

In Lycio. Ex iis hae caeteris scriptoribus memoratae. Ἀττελέβουσα, sic appellata, a copia bruchorum: est enim Graecis ἀττέλεβος, *bruchus*. A Ptolemaeo lib. V, cap. 5, inter Pamphyliae insulas collocatur. Διονυσιὰς vero νῆσος a Scylace, p. 37, prope Chelidonias. Vide etiam Stephanum, verbo Δονουσία. H.

Telendos. Vet. apud Dalec. *Tolandros*. Eo. P.

Chelidoniae totidem. Dalec. mutata interpunctione, *Chelidoniae: totidem ab iis*. Quot Cypriae, nempe tres. Χελιδονίαι, Straboni lib. XIV, pag. 666. Mela lib. II, c. 7: *Quae contra Tauri promontorium importune navigantibus obiacent, Chelidoniae nominantur*. Festus Avienus, v. 694:

colla, Pactyae: Lasia, Nymphais, Macris, Megista, cuius civitas interiit. Multae deinde ignobiles. Sed contra Chimaeram Dolichiste, Chirogylium, Crambussa, Rhoge, Enagora VIII mill. passuum, Daedaleon duae, Cryeon tres, Strongyle, et contra Sidyma Antiochi, Glaucumque versus amnem Lagusa, Macris, Didymae,

Inde Chelidoniae tres sese gurgite tollunt. H.

Cum oppido Leucolla. Dalec. *Leucola*, non *Leucolla*. Pactyas insulas pagis vicisque solum constare, non oppidis significat: oppidum aliud ibi nullum esse, quam quod in promontorio vicino Pamphyliae situm, cui Leucolla pariter nomen esse diximus, cap. 26. Ed. P.

Lasia, etc. Vet. apud Dalec. *Elysia*, *Nymphalis*, *Meris*. Λασία, quod sylvis agrestibus horrens et hirsuta: Νυμφαίς, quod Nymphis sacra: Μακρίς, quod in longum porrecta: haec quatuor insularum nomina, quae Pactyae appellantur. Quarta enim Megiste est. H. et Ed. P.

Megista. Ptol. *Maxima.* Dal. — Ptolemaeus, lib. V, c. 3, et Stephanus: Μεγίστη, πόλις καὶ νῆσος τῆς Λυκίας. Scylaci pag. 37, νῆσος Ροδίων, Rhodiorum iuris. Μεγίστη maximam sonat. H. — *Kastelorizo* nunc esse videtur. Ed. P.

Dolichiste. Vet. apud Dalec. *Dolichiae.* Inter Lycii maris insulas Δολιχίστη Ptolemaeo loco citato, hoc est, *in longum porrecta.* Hodie *Kakava.* H. et Ed. P.

Chirogylium. MSS. proxime laudati, cum Chifflet. *Chirodilion*, quod sincerius arbitror: ut sit χειροδείλιον nomen insulae factum, ab incolarum timiditate et ignavia. H.

Crambussa. Vet. apud Dalec. *Crambis.* Stephano, Κράμβουσα, νῆσος περὶ Σελεύκειαν τῆς Ισαυρίας. Straboni lib. XIV, p. 680; iuxta Corycum promontorium, Κραμβοῦσα νῆσος. Etiamnunc *Grambousa* dicitur. H. et Ed. P.

Rhoge. Vet. apud Dalec. *Aroge.* Ῥώγη, νῆσος ἐπὶ τῇ Λυκίᾳ, Stephano. H. et Ed. P.

Dedaleon. Δαιδαλέων, hoc est, contra illud Cariae oppidum, quod Daedala diximus, cap. 29, insulae duae Daedalensium appellatae *in alto* obiacent: contra Crya, Cryensium tres: contra Σίδυμα Lyciae, Antiochi nomine una. Sic inferius, cap. 38: *Insulae quae Pisistrati vocantur.* Tamen MSS. Reg. 1, 2, Colb. 1, 2, et Paris. pro *Cryeon tres*, habent *Cypron tres.* H. — Vet. apud Dalec. *Cryeon tres Strongylae.* Ed. P.

Sidyma. Strab. *Solima.* Dal.

Lagusa. Stephanus: Λάγουσα, νῆσος περὶ Κρήτην: post Strab. lib. X, pag. 404. A copia leporum nomen accepit. De Glauco amne diximus in Caria, c. 29. H.

Macris. Μακρίς, a longitudine: a numero, et paritate, Δίδυμαι. In MSS. deinde Reg. 1, 2, Colb 1, 2, et Paris. unica voca, *Helboscope*, forte pro *Helioscope*, Ηλιοσκόπη. Sic enim Ηλιατρόπιον Thessaliae urbem novimus. H.

Helbo, Scope, Aspis: et in qua oppidum interiit, Telandria: proximaque Cauno Rhodussa.

XXXVI. Sed pulcherrima et libera Rhodos, circuitu CXXV mill. passuum: aut si potius Isidoro credimus, CIII. Habitata urbibus, Lindo, Camiro, Ialyso, nunc Rhodo. Distat ab Alexandria Aegypti DLXXIII mill. ut Isidorus tradit: ut Eratosthenes, CCCCLXIX mill. ut Mucianus, D. a Cypro CLXVI. Vocitata est antea Ophiusa,

Aspis. Stephanus, verbo Ασπίς· Εστι καὶ νῆσος πρὸς τῇ Λυκίᾳ. H.

Telandria. Vet. apud Dalec. *Cyllandria.* Contra Telandrum Lyciae, Cariaeve oppidum, de quo cap. 28; unde et insulae nomen Impertitum. H. et Ed. P.

Rhodussa. Ῥόδουσσα. H.

XXXVI. *Libera Rhodos.* Rhodiis concessum ut libertatem ac suas leges haberent auctor est Strabo lib. XIV, p. 652, ἀπὸ Ρωμαίων αὐτόνομος διετέλεσε. Sueton. in Claudio, c. XXV: *Libertatem Rhodiis ob poenitentiam veterum delictorum reddidit.* Quo αὐτονομίας beneficio ut fruerentur, pependisse didrachmon videntur; quod Indaeos quidem fecisse ut eodem iure gauderent, scimus ex Dione, lib. LX. H.

Circuitu XXV. Strabo lib. XIV, pag. 655, stadia habet DCCCCXX, hoc est, CXV mill. pass. H.—Dal. *CXXX*, invito Chiffl. Ed. P.

Lindo, etc. Complexus est versiculo eas Homerus, in Catal. v. 163, Λίνδον, Ἰηλυσσόν τε, καὶ ἀργινόεντα Κάμειρον. In unam deinde coaluisse urbem, Rhodum nomine, auctor est Conon apud Phot. in Bibl. cod. 186, pag. 456; Diodorus, Bibl. lib. XIII, pag. 196; Strab. locu cit. Hard.—Nota tamen et nunc sunt nomina *Lindo* et *Camiro* in ea insula, auctore d'Anville. Ed. P.

DLXXVIII millia. Chiffletius *DLXXXIII mill.* Ed. P.

Vt Muc. D. Muciano Strabo suffragatur, lib. II, p. 125, quum a Rhodo Alexandriam traiectum ait esse stadiorum quater mille. H.

Ophiusa. Οφίουσα Straboni p. 653. Οφιουσσα Stephano, a copia serpentium, ut ait Heraclides, cap. de politia Rhodiorum. Αστερία, vel ab Asterio rege: vel quod a longe aspicientibus cerneretur, instar sideris, ὡς ἀστήρ, quod in simili alterius oppidi nomine Stephanus coniectat. Αἰθραία Stephano quoque Rhodus appellata, ob aeria serenitatem: Rhodi enim nunquam tanta nubila obduci, ut non aliqua hora Sol cernatur, diximus lib. II, cap. 62. Τριναχρία, a forma, quae illi triquetra, teste Constant. Porphyr. lib. I, them. 14. Κορυμβία, quod emineat: vel quod ederae corymbos referat. Ποτήεσσα, quod herbosa sit et frugifera. Ατάβυρία vel a rege, vel a monte qui Rhodi celeberrimus. Ατάβύριον ὄρος Ρόδιον, apud Tzetzem, Chiliad. 4, Hist. 138, vers. 390, ubi Iovis templum, qui Ατάβύριος inde et ipse dictus est. Ταβυρίου Διὸς ἱερὸν in Insula Rhodo, apud Appian. in Mi-

Asteria, Aethraea, Trinacria, Corymbia, Pœeessa, Atabyria ab rege: deinde Macaria, et Oloessa. Rhodiorum insulae, Carpathus, quae mari nomen dedit: Casos, Achne olim: Nisyros distans ab Gnido XII mill. D, Porphyris antea dicta. Et eodem tractu media in-
2 ter Rhodum Gnidumque Syme. Cingitur XXXVII mill. D. Portus benigne praebet octo. Praeter has circa Rhodum, Cyclopis, Steganos, Cordylusa, Diabetae IV. Hymos, Chalce cum oppido, Seutlusa, Narthecusa,

thrid. pag. 187 pro Ατάβυρίου, Μακαρία, ob caeli solique temperiem, teste Mela, l. II, c. 7, et Diodor. Sic. lib. V. Ολόεσσα denique, hoc est, malefica, exitiosa, ob serpentium, quibus scatebat olim, venenum. H.

Macaria. Dalec. *Macria:* Eo. P.

Rhodiorum insulae. Has quoque complexus Homerus, Iliad. B, in Catal. vs. 183: Οἱ δ' ἄρα Νίσυρόν τ' εἶχον, Κράπαθόν τε, Κάσον τε. H.

Quae mari. Carpathio. Ipsa nunc *Scarpanto* dicitur: et ab ea mari nomen. H.

Achne olim. Vet. apud Dal. *Casos ac duae Calymnae, Gyros*; alii *Suyros.* Ἀχνη Graecis maris asperginem, spumamque significat: atque id insulae nomen fortassis inditum, quod marinis fluctibus crebro illidatur. Nunc *Casa.* H. et Eo. P.

Porphyris. A purpurarum multitudine. Stephanus: Νίσυρος, μία τῶν Κυκλάδων... ἐκαλεῖτο καὶ Πορφυρίς, ἀπὸ τῶν ἐν αὐτῇ πορφυρῶν. Sic etiam Eustath. in Iliad. B, p. 318. H. — *Nicero* hodie vocatur. Eo. P.

Syme. Straboni lib XIV, p. 656, Σύμη plane eodem situ. Stephano quoque, et Scylaci, pag. 38, et ante omnes Herodoto, Clio lib. I, p. 72, num. 174. H.

XXXVII mill. Ex recentioribus *XXX mill.* Eo. P.

Cyclopis, etc. Κυκλοπίς, Στεγανός, Κορδύλουσα. Pamphyliae urbs est Κόρδυλος apud Stephanum, sed longe ea hinc dissita. Hard. — Cordylusa, *Sainte Catherine* hodie vocatur, caeterae ignorantur. Dalec. *Teganon.* Pro *Steganos*, vel. *Tergamon.* Eo. P.

Diabetae. Chiffl *Diabate.* Eo. P. — Circa Symen positae. Stepban. Διαβῆται, νῆσοι περὶ Σύμην τὸ εὐνικόν, Διαβητάτος. H.

Hymos. Ita Reg. 1, 2, Colb. 1, 2, etc. Chifflel. *Hyrmos.* Forte *Irmos*, Εἰρμός. H.

Chalce. Inter insulas circa Rhodum habitatas a Scylace haec numeratur, pag. 37: Κατὰ δὲ τὴν Ρόδον αἵδε νῆσοί εἰσιν οἰκούμεναι, Χάλκεια, Τήλος, Κάσος. Thucydidi lib. VIII, pag. 582, Χάλκη. Eadem Chalcia Plinio lib. XVII, cap. 3. H.

Seutlusa. Attice Τεύτλουσσα Stephano: Thucydidi, loco citato, Τεύγλουσσα mendose. Insula Ioniae est, haud procul Halicarnasso. H.

Narthecusa, etc. Chiffl. *Mathecusa*: Infra autem Dal. *Ciserussa*, pro *Casserussa.* Eo. P. — Ναρθηκόεσσα, a ferularum laeto proventu: Δίμαστος,

Dimastos, Progne: et a Gnido, Cisserussa, Therionarce: Calydne cum tribus oppidis, Notio, Nisyro, Mendetero: et in Arconneso oppidum Ceramus. In Cariae ora, quae vocantur Argiae, numero viginti, et Hyetussa, Lepsia, Leros.

Nobilissima autem in eo sinu Cos, ab Halicarnasso quindecim mill. passuum distans, circuitu centum: ut plures existimant, Merope vocata: Cea, ut Staphylus: Meropis, ut Dionysius: dein Nymphaea. Mons ibi Prion: et Nisyron abruptam illi putant, quae Por-

a duplici montis iugo. Πρόκνη, ab hirundinum copia. Κισσηρόεσσα, a punicum multitudine. Θηριονάρκη, ab insita terrae vi, serpentibus quae littus attigerint, torporem inferendi. Hard.

Therionarce. Vet. apud Dal. *Terion, Archia.* Eo. P.

Calydne. Libentius *Calydnae* agnoverim, numero multitudinis: ut tres omnino fuisse videantur, et suum cuique oppidum assignetur. Et certe sunt, quas Homerus describit loco proxime citato: Οἱ δ' ἄρα Νισυρόν τ' εἶχον, Κράπαθόν τε, Κάσον τε, Καὶ Κῶν Εὐρυπύλοιο πόλιν, νήσους τε Καλύδνας. Vide quae de Calydnis diximus libro sup. cap. 23, not. 53. Hard.

In Arconneso. Ἀρκόννησος, contra Halicarnassum posita, Straboni lib. XIV, pag. 656. H.

Vocantur. Vet. apud Dalec. *vocatur.* Eo. P.

Hyetussa. Chifflet. *Haethusa.* Vet. apud Dal. *Hethecusa.* Ὑετόεσσα, obnoxia imbribus. Ἀηψία. Ἄερος Straboni lib. XIV, pag. 635. H.

Cos. Κῶς, Hippocratis patria. Nautis *Lango* dicitur. Graecis *Stan-Co*, derivata voce ab εἰς τὴν Κῶ. H.

Merope. A Merope quodam, qui eam insulam tenuerit: ab eius deinde filia, Coon appellatam, auctor est Hygin. Astron. Poët. lib. II, cap. de Aquila pag. 67. Coenses Homerus in hymno Apollinis, Μέροπες vocat. H. — Pint. ex Strab. et Hygin. *Meropis vocata, ut Staphylus, Cos, Meropis, ut Dionysius.* Eo. P.

Cea, ut Staphylus. Ita MSS. omnes: non *Cos.* H.

Meropis. Stephano quoque, et Straboni lib. XV, p. 686, Μεροπίς. Vide et Eustath. in Iliad. B, p. 318. H.

Nymphaea. Ab uxore Meropis, cui nomen Ethemea: ortus a Nympharum genere, Hygin. loco cit. H.

Mons ibi Prion. Πριών Graecis dicitur. H.

Et Nisyron. De qua dictum est proxime ante, hoc cap. Hanc insulae Coo abruptam putavere, Apollodorus, de Diis lib. I, p. 21, et Eustathius ad Dionys. vs. 826, p. 76: ἡ Νίσυρος...οὕτω καλουμένη ἀπὸ τοῦ νέω καὶ τοῦ σύρω, διότι ἀποκοπεῖσα τῆς νήσου τῆς Κῶ...ἐπεσύρη τῷ Γίγαντι. H.

Illi. Proponebat Dalecamp. *illino.* Eo. P.

phyris antea dicta est. Hinc Caryanda cum oppido. Nec procul ab Halicarnasso Pidosus. In Ceramico autem sinu Priaponnesos, Hipponnesos, Psyra, Mya, Lampsemandus, Passala, Crusa, Pyrrhe, Sepiussa, Melano: paulumque a continente distans, quae vocata est Cinaedopolis, probrosis ibi relictis a rege Alexandro.

XXXVII. Ioniae ora Tragias, et Corseas habet, et Icaron, de qua dictum est: Laden, quae prius Late vocabatur: atque inter ignobiles aliquot, duas Camelidas Mileto vicinas: Mycalae, Trogilias tres: Psilon,

Caryanda. MSS. *Cartanda.* H. — Dalec. *Cariauda.* H.

Priaponnesos. Πριάπου νῆσος· Ἱππόνησος, πόλις Καρίας Stephano, qui πόλιν pro νήσῳ saepe usurpat. Ψόρα, νῆσος μικρά, πλησίον Χίου, Stephano: Hesychio Ψυρίη, Homero Ψυρία, Odyss. lib. III. Hard.

Lampsemandus. In MSS. Reg. 1, 2, Colb. 1, 2, etc. *Lampsaemyndus.* Forte, *Lampsis*, *Myndus*: Λάμψις, Μύνδος. H. — In editione principe, *Lampsa*, *Emyndus*. Brot.

Passala. Πάσσαλα, Μυλασσέων ἐπίνειον, Mylassensium navale, Stephanus. H.

Crusa. In MSS. *Crysa.* Forte pro *Chrysa*, Χρύση. H.

Pyrrhe. In MSS. *Pyrrhaeusa*, Πυρραίουσα. Mox Σηπιοῦσα, a frequentibus in eo mari sepiis. Melano, vel Μέλαινα, a nigredine, ut videtur. H.

XXXVII. *Tragias.* Ita rescripsimus, pro *Aegeas*, quae in hoc tractu nullae fuerunt. At ibi Τραχίαν agnoscit Thucydides lib. I, p. 75. H.

Corseas. Κόρσεαι, νῆσος τῆς Ἰωνίας, ἀντικρὺ Σάμου, ex adverso insulae Sami posita, Stephanus, Κορσίας appellat Strabo liber XIV, pag. 636. Hard.

Icaron, de qua. Libro IV, c. 23. Hard.

Laden. Λάδη, νῆσος Αἰολίδος, Stephano. Herod. Erato lib. V, p. 336, n. 7, ἡ δὲ Λάδη, ἔστι νῆσος μικρὴ ἐπὶ τῇ πόλι τῇ Μιλησίων κειμένη, contra Miletum obiacens. Herodot. sequitur Strabo lib XIV, p. 635, et Pausan. Attic. lib. I, p. 66. H.

Camelidas. A protuberante, camelorum instar, dorso traxisse nomen videntur, καμηλίδες. H.

Mycalae. Sic rescripsimus admonitu codicum Reg. 1, 2, Colb. 1, 2, et Paris. H. — Dalec. *Mycalen*, *Trogilias*, *Trepsilion*, *Argennon*. Chifflet. *Mycalae Trogiliam*, *Trogilias tres*, *Phylinn*, *Argennon*. Ed. P. — Habet, inquit, Ioniae ora Mycalae vicinas insulas tres, Trogilias appellatas: quarum haec nomina: Ψιλός, id est, glabra, seu arboribus et fruticibus vacua. Αργεννός, id est, candida Σανδάλιος, vel Σανδαλιῶτις, a forma, qualem esse Sardiniae diximus libro superiore. Ante Τρωγίλιον promontorium, de quo cap. 31. Τρωγιλίας νῆσον agnoscit Strabo lib. XIV, pag.

Argennon, Sandalion: Samon liberam, circuitu octoginta septem mill. passuum: aut, ut Isidorus, centum: Partheniam primum appellatam Aristoteles tradit: postea Dryusam, deinde Anthemusam. Aristocritus adiicit Melamphyllum, dein Cyparissiam: alii Parthenoarusam, Stephanen. Amnes in ea, Imbrasus, Chesius, Ibettes. Fontes: Gigartho, Leucothea. Mons

836. Est autem Μυκάλη locus in continente Ioniae contra Samum, teste Herodoto libro I, num 148, et Strabone lib. XIV, p. 637. H.

Samon liberam. Hieronym. in Chron. ad Olymp. 190, an. 5: *Augustus Samiis libertotem dedit.* Nomen hodie servat. Strabo lib. XIV, p. 637, ait esse ambitum stadiorum ἑξακοσίων, DC, quae passuum efficiunt LXXV M. Addit Agathemerus lib. I, c. 5, stadia XXX, quae efficiunt fere M. P. LXXVIII. Quamobrem aut denarii notam in Pliniano numero abundare; aut, quod verius puto, apud Strabonem ἑπτακοσίων legi oportere, censendum est. HAAD. — Leg. *LXXXVII mill. pass. D. poss.* Ita MSS. Reg. et editio princeps. Habent quoque mox, *centum mill. passuum.* BROT.

Partheniam. Παρθενία Straboni lib. X, pag. 457, a Parthenio amne: sic enim Imbrasum Cares, quum ibi rerum polirentur, appellaverunt. Lactantius, Instit. lib. I, c. 17: *Samum,* inquit, *insulam scribit Varro prius Partheniam nominatam, quod ibi Iuno adoleverit, ibique etiam Iovi nupserit.* H. — Rhodig. 48, *Parthenum.* EN. P.

Dryusam. A quercuum copia, Δρυόεσσα et contracte Δρύουσα. Stephanus, verbo Σάμος· Ἐκλήθη δὲ πρότερον Παρθενία, καὶ Ἀνθέμουσα, καὶ Μελάμφυλλος. Sic Eustathius quoque ad Dionysium v. 534, p. 77. Apollonii vero Sebol. ad lib. II, vs. 874, Μελάνθεμος, Παρθενία, καὶ Ἀνθεμοῦσα. Hesychius p. 627, Μελάμφυλλος, ἡ Σάμος. Straboni lib. X, p. 457, Ἀνθεμὸς et Μελάμφυλλος. Cyparissiam a frequentibus cupressis dictam facile credimus H. — Strabo haec nomina omnia tribuit Samothraciae, non Samo. DAL.

Parthenoarusam. Heraclides lib. de Politiis c. de Samiis: Παρθενία, inquit, ὕστερον δὲ Αρυοῦσα. Quo ex loco conflata e duabus vox ista Pliniana videri forsan possit, pro *Parthenon, Aryusam.* Sed in Heraclidis textu mendam latere suspicor, nec Αρυοῦσαν, sed Δρυοῦσαν legi oportere. H. — Pintian. *Porthenorosam.* Chifflet. *Porthenarrusam.* DALEC.

Imbrasus. Ἰμβρασος, Χήσιος Inde Χησιάδες Νύμφαι apud Nicandr. in Alexiph. p. 139. Inde Dianae cognomina, apud Callim. hym. in Dian. vers. 228, p. 22, Χησιάς, Ἰμβρασίη, etc. ab utroque nimirum amne. Nam Scholiasten hallucinari arbitror, qui Χήσιον τῆς Σάμου ἀκρωτήριον interpretatur, quum ποταμὸν dicere satius fuisset. Eidem Scholiastae, Ἰμβρασος, ποταμὸς τῆς Σάμου. Athenaeo quoque lib. VII, p. 283. H.

Ibettes. In MSS. quibusdam, *Hybettes.* H.

Cercetius. Adiacent insulae, Rhypara, Nymphea, Achillea.

1 XXXVIII. Par claritate ab ea distat XCIII M. passuum, cum oppido Chios libera, quam Aethaliam Ephorus prisco nomine appellat: Metrodorus et Cleobulus Chiam, a Chione nympha: aliqui a nive: et Macrin, et Pityusam. Montem habet Pellenaeum, marmor Chium. Circuitu CXXV mill. passuum colligit, ut Veteres tradidere, Isidorus IX millia adiicit. Posita est inter Samum, et Lesbum, ex adverso maxime Erythrarum.

2 Finitimae sunt, Thallusa, quam alii Daphnusam scribunt: Oenussa, Elaphitis; Euryanassa, Arginusa

Fontes, etc. Γιγαρῷ, Ἀσυκοθία. H.

Cercetius. Cercetius Nicandro, loco citato, amnis esse, et montis nomen videtur: Κερκετίοι νιφόεντος ὑπὸ σχοινώδεσιν ὄχθαις. *Iuxta Cercetii iuncosa fluenta nivosi.* H.

Adiacent. Ρυπαρά, sordida, lutulenta, Νυμφαία, Ἀχίλλεια. H.

XXXVIII. *Chios libera.* Nunc *Scio.* Hard.

Aethaliam Ephorus. Stephanus quoque p. 40, Δύναται τὸ Αἰθαλίτης ἀντὶ τοῦ Χίος· οὕτω γὰρ ἡ Χίος ἐλέγετο. *Potest accipi Aethalites, pro Chius: sic enim Chios insula dicebatur.* H.

A Chione. Stephanus pag. 720: Χίος.. ἢ ἀπὸ τῆς χιόνος τῆς ἐκεῖ γινομένης πολλῆς· ἢ ἀπὸ Νύμφης τῆς Χίονος. H.

Et Macrin, etc. Μακρίς, quod longa forel: Πιτυοῦσα, quod pinuum ferax. Mirum est existimasse Livium lib. XXXVII, p. 453 et 458, Aethaliam, Chion, et Macrin, tres insulas, ut nomine, ita re ipsa disparas fuisse. Hard.

Pellenaeum. Πελληναῖον ὄρος Χίου Stephano, verbo Πέλληνα, et Dionysio vers. 535. Straboni lib. XIV, pag. 645, Πελληναῖον ὄρος. Hesychio, Πελληναῖος ὁ Ζεὺς ἐν Χίῳ. H.

CXXV mill. Strabo lib. XIV, p. 545, stadia DCCCC, hoc est, CXII M. D. pass. H. — Ex recentioribus *CXII M. D.* Dalec.

Erythrarum. De quibus cap. 31. Hard.

Thallusa. Θάλλουσα, hoc est, florens ac virescens. Ea forte est quae Pelus a Stephano dicitur: Πηλοῦς, νῆσος περὶ Χίον. Nam in MSS. Reg. 1, 2, Colb. 1, 2, *Tellusa* scribitur. Δάφνουσα, sive Δαφνήεσσα, laurifera. H.

Daphnusam. Male Dal. *Dapnusam.* Ed. P.

Oenussa. Vini proventu laeta, Οἰνοῦσσα, νῆσος τῇ Χίῳ προσεχής, inquit Stephanus. Herod. quoque, Clio lib. I, num 165, pag. 68. Nunc *Spalmadori.* Ἐλαφῖτις, a cervorum multitudine. Εὐρυανάσσα, hoc est, late imperitans. Ἀργινοῦσα, hoc est, alba H. et Ed. P.

cum oppido. Iam hae circa Ephesum, et quae Pisistrati vocantur: Anthinae, Myonnesos, Diarrheusa. In utraque oppida intercidere. Poroselene cum oppido: Cerciae, Halone, Commone, Illetia, Lepria, et Rhesperia, Procusae, Bolbulae, Phanae, Priapos, Syce, Melane, Aenare, Sidusa, Pela, Drymusa, Anhydros, Scopelos, Sycussa, Marathussa, Psile, Perirrheusa, multaeque ignobiles. Clara vero in alto Teos cum oppido, a Chio LXXI mill. D. passuum, tantumdem ab Erythris.

Iam hae. Basil. *iam haec.* Dal. — Proxime memoratae, Oenussa, et reliquae. Ἀνθιναι, floridae: Μυόννησος, inquit Stephanus, post Strabonem p. 643, μεταξὺ Τέω καὶ Λεβέδου. Nunc *Ialanghi-Liman.* Διαῤῥέουσα, dilabens, sive irrigua. Haec fuere duarum Anthinarum nomina. Teiorum ditionis Myonnesos fuit, teste Thucydide lib. III, p. 190. H. et Eo. P.

Darrheusa. Dalec. *Diareusa.* Vet. *Clareusa.* Eo. P.

Poroselene. Πορωσελήνη, Straboni lib. XIII, p. 619, quae prius, inquit, obsceno nomine Πορδοσελήνη. Ita post Strabonem, Stephanus, Hesychius: Πορδοσελήνη, μεταξὺ Μυσίας, καὶ Λέσβου νῆσος. Scylaci p. 34: καὶ πόλις Πορδοσελήνη. H.

Cerciae, etc. Strabo p. 618, ait Poroselenen insulis viginti, aut etiam XL, ut Timostheni placet, esse finitimam: quae Lesbum inter Asiamque interiacent. Ex his duarum et XX nomina Plinius recitat. Κέρκαι. Ἁλώνη, de qua lib. II, cap. 89. Nunc *Aloni.* Λεπρία, aspera. Προκοῦσαι, hinnulis aut damis referta. Σίδουσα, πόλις Ἰωνίας, Stephano: νῆσον voluit dicere. Πήλην, καὶ Μαραθοῦσαν, καὶ Δρίμυσσαν ἐπικειμένας ταῖς Κλαζομέναις νήσους, memorat Thucydides lib. VIII, p. 569. Rectius Stephanus Δριμοῦσαν vocat, ἀπὸ τῶν δρύμων, a vepretis. De Drymusa Livius lib. XXXVIII, c. 39. Σύκη et Συκόεσσα, a ficubus nomen habent. Melane, a colore. Ἀνύδρος, ab aquarum penuria. Ψίλη, a nuditate, seu sterilitate. Περιῤῥέουσα, ab aquis circumfluentibus. H.

Rhesperia. Legebat Pint. *Aethraea, Hesperia,* quod Hardnino placet. Eo. P.

Aenare. Vet. apud Dalec. *Coenore.* Eo. P.

Drymusa. Vet. apud Dalec. *Dilemusa;* nunc *Vourla.* Idem vet. apud Dalec. *Anydros* pro *Anhydros.* Scopelus nunc *Koutali.* Eo. P.

Psile. Vet. ap. Dalec. *Phile.* Eo. P.

Teos. Vet. apud Dal. *Theos.* Τέως, quam in peninsula positam Strabo lib. XIII, p. 644, caeterique scriptores docent: atque adeo continenti annexam: sed ita ut aestuante mari, insulae in morem, tota circum alluereturaquis. Haec Anacreontis patria. Incolae Teii appellati. Nomen hodieque servat. H. et Eo. P.

LXXI mill. Dalec. *LXXXI mill.* Eo. P.

3 Iuxta Smyrnam sunt Peristerides, Carteria, Alopece, Elaeussa, Bachina, Pystira, Crommyonesos, Megale. Ante Troada, Ascaniae, Plateae III. Dein Lamiae, Plitaniae duae, Plate, Scopelos, Getone, Arthedon, Coelae, Lagussae, Didymae.

4 XXXIX. Clarissima autem Lesbos, a Chio LXV M. passuum: Himerte et Lasia, Pelasgia, Aegira, Aethiope, Macaria appellata fuit, novem oppidis inclyta. Ex iis Pyrrha hausta est mari, Arisbe terrarum motu sub-

Peristerides. Περιστερίδες, ob multitudinem columbarum ibi degentium: ut mox Λαγοῦσσαι, ob leporum copiam, sic appellatae: Αλωπεκή, vulpium, Κρομμυόννησος, caeparum. Καρτερία, arduam insulam, et munitam sonat: Μεγάλη magnam; nunc *Antigona*: Ελαιοῦσα, oleae feracem. Elaeam, et Bachium appellat istas Livius lib. XXXVII, cap. 21, Pystira, obscurae originis. In MSS. *Piscyra.* H.

Ascaniae, etc. Ασκανίαι Πλατεῖαι, Αχμίαι. H.

Plitaniae. Forte Πλινθανίαι, quod lateres ibi οἱ πλίνθοι coquerentur. Mox Πλάτη, Σκόπελος, Γετώνη, Αρθηδών, Κοῖλαι, Λαγοῦσσαι, Δίδυμαι, seu gemellae. De Lagussis, Eustathius in Iliad. B, p. 306, Νῆσοι Λαγοῦσσαι, ἀπὸ τῶν ἐν τοῖς ἐκεῖ λαγωῶν, etc. H.

Coelae Dalec. *Celae.* Ed. P.

XXXIX. *Lesbos.* Hodie *Metelin*, ab oppido, quod ibi maxime insigne est, Mitylene. H.

A Chio LXV. A Chio, Lemno, Tenedo, aequali fere intervallo Lesbon distare Strabo prodidit l. XIII, pag. 619; stadiis nempe quingentis, hoc est, LXII M. D. pass. H.

Himerte. Ιμερτή desiderabilis. Hactenus male, *Hemerte.* Fuit et Ιμέρα nomen urbis in Lesbo, teste Stephano, verbo Ισσα: quae et Πελασγία deinde, ut ipsa Lesbos, cognominata fuit. H.

Et Lasia. Λασία, horrida silvis agrestibus. Forte rectius, *Et Issa.* Id enim Lesbo nomen fuit. H.

Aegira. Αἴγειρα. An idcirco id ei nomen inditum, quod arboris populeae ferax sit? αἴγειρος enim aigra populus est. Methymnaei agri pagus fuit Αἴγειρος, teste Strabone l. XIII, p. 617. H.

Aethiope. Hesychius p. 39, Αἰθιοπή, ὁ Λέσβιος. H.

Macaria. A Pyrrha, quae et Μακαρία nuncupata est, nomen id traxit. Huius filia Agamede, oppido dedit. Stephan. verbo Αγαμήδη. A Macare Criasii F. Macariani appellatam putat Dionysius Halicarn. Antiq. Rom. lib. I, p. 15. H.

Novem. Ita MSS. omnes: editi. octo tantum. At statim appellantur novem. H.

Ex iis Pyrrha. Strabo. lib. XIII, p. 618, ἡ δὲ Πύρρα κατέστραπται. Hard.

Arisbe. Αρίσβα Straboni, πόλις ἐν Λέσβῳ libro XIII, p. 590. H.

versa. Antissam Methymna traxit in seipsam: novem urbibus Asiae in XXXVII mill. passuum vicina. Et Agamede obiit, et Hiera. Restant Eresos, Pyrrha, et libera Mitylene, annis M. D. potens. Tota insula circuitur, ut Isidorus, CLXVIII mill. passuum: ut Veteres, CXCV. mill. Montes habet Lepethymnum, Ordymnum, [2] Macistum, Creonem, Olympum. A proxima continente abest VII M. D. passuum. Insulae appositae, Sandaleon, Leucae quinque. Ex iis Cydonea, cum fonte calido.

Antissam. Αντισσαν Thucydides vocat lib. III, p. 183. Plinius lib. II, cap. 94: *Rursus abstulit insulas mari, iunxitque terris: Antissam Lesbo*, etc. Hodie *Castel Petra.* Antissa diruta, transductos Mrthymnam Antissaeos, auctor est Livius lib XLV, p. 482. L. Aemilio Paulo II, C. Licinio Crasso coss. anno V. C. DLXXXVI. H.

Novem urbibus. Dalec. edit. *VIII urbibus.* Haec vrrha Dalrcampio supervacanea videbantur. Ed. P.

In. Haec vox non legitur in vet. apud Dalec. Ed. P.

Agamede. Αγαμήδη, τόπος περὶ Πύῤῥαν τῆς Λέσβου, inquit Nirol. Damasc. in Excerptis p. 494, et Stephanus. H.

Eresos Ερεσος, πόλις ἐν Λέσβῳ, Stephano: Straboni lib. XIV, p. 618, Ερεσσός. Theophrasti, ut volunt, patria. Hodie *Gerrmia.* H.

Pyrrha. Pyrrhae, quae hausta mari fuerat, suburbium. Strabo loco citato, ἡ δὲ Πύῤῥα κατέστραπται· τὸ δὲ προάστειον οἰκεῖται, καὶ ἔχει λιμένα, etc. H.

Libera Mitylene. a Mityleneis libertas, in unius Theophanis gratiam, a Pompeio restituta est u inquit Vrlrius lib. II, num. 48, pag. 10, et Plutarchus in Pompeio, pag. 641. Nunc *Metelino.* In nummis Musei nostri Parisiensis, et apud Spanhem. pag. 350 et 901, ΜΙΤΥΛΗΝΑΙΩΝ. Hard.

Annis M. D. Sic MSS. omnes, Reg. 1, 2, Colb. 1, 2, Paris. etc. Editi solum *D.* H.

CLXVIII mill. Dalec. *CLXXIII mill.* Ed. P. — Artemidorus apud Agathemerum, Geogr. lib. I, cap. 5, et Strabo lib. XIII, pag. 616, stadiis rentum supra mille ambitum insulae circumscribunt, quae sunt passuum millia CXXXVII et D. passuum Hard.

Lepethymnum. Dalec. *Lrpethymum.* Ed. P. — Antigonus, in Histor. Mirab. Λεπέτυμνος. Hodie *Leptimo*, et *le Mont S. Théodorr.* H.

Ordymnum. Ορδυνον vocat Theophrast. Histor. lib. III, cap. 18. H.

Macistus, etc. Μάκιστος Μυκ Κρέον, Aristoph. in Ranis, Λευκαὶ περὶ τὸν Κρέων. H.

VII M. D. Omnino haec mensura cum Strabone congruit, qui l. XIII, pag. 616, LX stadiis intervallum id definit. H.

Sandaleon. MSS. libri, et vetustae editiones habent, *Sandalion.* H

Leucae. Λευκαὶ, albae Κυδώνεια, cotoneis malis abundans. H.

Argenussae ab Aege IV mill. passuum distant. Dein Phellusa, Pedna. Extra Hellespontum adversa Sigeo littori adiacet Tenedus, Leucophrys dicta, et Phoenice, et Lyrnessos. Abest a Lesbo LVI mill. passuum, a Sigeo XII M. D.

XL. (XXXII.) Impetum deinde sumit Hellespontus, et mare incumbit, vorticibus limitem fodiens, donec Asiam abrumpat Europae. Promontorium id appellavimus Trapezam: ab eo decem mill. passuum, Abydum oppidum, ubi angustiae septem stadiorum. Deinde Percote oppidum: et Lampsacum, antea Pityusa dictum.

Argenussae. Αργινοῦσαι Straboni lib. XII, pag. 617, tres exiguae insulae, littori proximae, iuxta Canas, de quibus cap. 32. Nunc sunt duae tantum, nec ullius nominis. Harpocration pag. 45: Αργινοῦσαι, νῆσοι κείμεναι ἔναντι τῆς Λέσβου, ἀπὸ Αργίνου τινός. Arginusas pariter vocat Valerius Maximus lib. III, cap. ult. pag. 189, et Diodor. Bibl. liber XIII, pag. 217. H.

Ab Aege. In vet. apud Dalecamp. deest vox *Aege*. Eo. P. — Quae una est e quinque iis, quas Leucas antea nominavit. Haro.

Phellusa. Vet. apud Dalec. *Phesula*. Eo. P. — A subere quod gignit, nomen invenit. Φελλὸς suber est Graecis. Πέδνα deinde, obscurae originis. Haro.

Tenedus. Forte a Tene, qui apud Tenedios sanctissimus Deus babebatur, ut ait Cicero in Verrem. Hodie *Tenedo*, notissima fama insula, ut cecinit Maro, Aeneidos lib. II. Λεύκοφρυς prius appellata, teste Stephano, Suida et Hesychio, verbo Λεύκοφρυς. Deinde Φοινίκη et Λυρνησσός, eadem nuncupata. Hard.

XL. *Appellavimus*. Cap. 33.

Trapezam. Chiff. *Troeziam*.

Abydum. Ἄβυδος. contra Sestos Thraciae posita. Vtriusque communis appellatio, *les Dardanelles*. H.

Angustiae septem stadiorum. Sive, quod idem est, passuum DCCCLXXV. Haro.

Percote. Περκώτη Homero, Iliad. B, vers. 835; Straboni lib. XIII, p. 590: Arriano lib. I de Exped. Alexandr. pag. 34. Incolae Περκώσιοι. Nunc *Bergase*, auctore d'Anville. H. et Eo. P.

Lampsacum, antea Pityusa. Graecis Λάμψακος, πάλιν Πιτύουσα λεγομένη, inquit Stephanus, vel ob pinuum, πιτύων, multitudinem, ut ait Schol. Aristoph. in Pluto pag. 62, vel ob thesaurum ibi a Phryxo defossum, ut Schol. Apollonii, ad Argon. lib. I, vers 933, Θρᾷκες γὰρ τὸν θησαυρὸν πιτύην λέγουσι. Πιτυόεσσαν vocat Plutarchus l. de Virt mul. pag. 255. Vide et Eustath. in Iliad. B, pag. 355. Distat ab Abydo stadiis CLXX, inquit Strabo lib. XIII, p. 589, hoc est, XXI M. CCL pass. Cur Lampsacum vocitatum sit, disces a Mela lib. I, cap. 19, et a Plutarcho lib. de Virt. mul. H. — Hodie non est

Parium colonia, quam Homerus Adrastiam appellavit. Oppidum Priapos, amnis Aesepus: Zelia, Propontis: ita appellatur, ubi se dilatat mare. Flumen Granicum, Artace portus, ubi oppidum fuit. Vltra insula, quam 2 continenti iunxit Alexander, in qua oppidum Milesiorum Cyzicum, antea vocitatum Arctonnesos, et

Lampsaki, ut plerique crediderunt. Mavult, haud longe a *Lampsaki* situm, *Tcherdak* vicum mediocrem Barbié du Bocage. En. P.

Parium colonia. Πάριον Straboni lib. XIII, pag. 588, et Ptolemaeo l. V, cap. 2. Huius coloniae meminit etiam Vlpianus, Digest. lib. L, tit. 5, de Censibus: *In Provincia Asia*, inquit, *duae sunt iuris Italici: Troas et Parium.* H. — Nunc *Camanar*, ut ait d'Anville. En. P.

Homerus. In Catalogo, Iliad. B, vers. 335, Οἱ δ' Ἀδράστειαν τ' εἶχον. Vbi Eustathius pag. 355, adnotat Ἀδράστειαν inter Parion et Priapon sitam fuisse: μεταξὺ Πριάπου καὶ Παρίου τοῦ κατὰ Προποντίδα Ab Adrasto rege id factum nomen colligimus ex Harpocrat. pag. 8, verbo Ἀδράστεια. H.

Priapos. Habet a numine, quod ibi cōlitur, nomen: Πρίαπος. Thucydides lib. VIII, pag. 629, et Strabo lib. XIII, pag. 587. Ab ipso Priapo conditum ait Scholiast. Theocriti, ad vers. 21, Idyl. A. Haan. — Vbi nunc *Caraboa* est, sita fuit. En P.

Aesepus. Vet. apud Dalec. *Absepus.* En. P.—Αἴσηπος Straboni, loco cit., Appiano, in Mithrid. pag. 222, et ante eos Homero, in Catal. vers. 331. Haan.—Nunc *Satal-déré.* En. P.

Zelia. Oppidi nomen. Homero, loco citato, et Stephano, Ζήλεια, πόλις Τρωάδος. Cyzicenorum ditionis, ex Strabone pag. 583. H. — Haud longe ab oppido *Biga* sita fuit, auctore d'Anville. En. P.

Propontis. Hodie *Mer de Marmara.* Haan.

Granicum. Γρανικός ex Ida monte profluens. Strabo lib. XIII, p. 602. Hodie *Oustvola. Hic primum*, ut ait Mela lib. I, c. 19, *inter Persas et Alexandrum pugna fuit nobilis.* En. P.

Artace. Ἀρτάκη, Straboni lib. XIV, pag. 634, post Herodotum, Terpsich. 344, num. 33. Artacii fontis prope Cyzicum, meminit Schol. Apollon. ab lib. I, Argon. vs. 957. H. — Nomen servat *Artaki.* En. P.

Vltra insula. Cyzicenorum insula dicitur Straboni, loco citato, ipsaque Κύζικος Milesiorum colonia appellatur. Quare Miletum Cyzici solum genitale vocat Velleius lib. II. Continenti annexam gemino ponte Strabo prodidit lib. XII, pag. 575. Haan.

Cyzicum. In Priapeis Cyzicos ostreosa divam Proserpinam frequentat, veneratur, colit, pro cunctis aliis numinibus. Dalec. — Nomen servant vestigia eius. En. P.

Antea vocitatum. Leg. *ante vocitatum.* Ita MSS. Reg. et editio princeps. Baot.

Arctonnesos. Dalecampius, *Arconnesos.* En. P. — Hoc est, ursorum insula. Stephanus, verbo Κύζικος. Ἐκαλεῖτο δὲ καὶ ἄρκτων νῆσος. Et p. 444. Ἄρκτων, νῆσος αὕτως ἡ Κύζικος ἐκαλεῖτο. Mons immihebat oppido, in quo ursi frequentes: unde ipsi monti

Dolionis, et Dindymis, cuius a vertice mons Dindymus. Mox oppida: Placia, Ariacos, Scylace, quorum a tergo mons Olympus, Mysius dictus: civitas Olympena. Amnes: Horisius, et Rhyndacus, ante Lycus vocatus. Oritur in stagno Artynia iuxta Miletopolim: recipit Maceston, et plerosque alios. Asiam Bithyniamque disterminans. Ea appellata est Cronia, dein Thessalis, dein

nomen: τὸ Αρκτων ὄρος. Auctor Strabo lib. XII, pag. 475. Haao.

Dolionis. Hinc Δολίονες apud Strabonem vocati, qui circa Cyzicum degebant ab Aesepo amne usque ad Rhyndacum, et Dascylitidem regionem: atque haec veluti praefectura Δολιονὶς vocabatur. Δολιονία Callimacho, apud Schol. Apollonii ad lib. I Argon. v. 975. Stephanus quoque: Δολίονες, οἱ τὴν Κύζικον οἰκοῦντες, etc. Haao.

Dindymis. Chiffl. *Didymis, cuius a vertice mons Didymus.* Ed. P.—Ab altero monte qui urbi proximus Δίνδυμος vocatur etiam a Strabone pag. 575, quo in monte fanum Dindymenes fuit deorum matris, ab Argonautis dicatum. Scholiastes Apollon. ad Argon. lib. I, vers. 985: Δίνδυμον, ὄρος Κυζίκου, ἱερὸν τῆς Ρέας. Scholiastes Nicandri in Alexiph. pag. 51, Δίδυμον ὄρος ἀν Κυζίκῳ vocat: sed negat ita recte vocari Strabo, loco citato. Haan.

Placia. Mela lib. I, cap. 19: *Post Cyzicum Placia, et Scylace, parvae Pelasgorum coloniae: quibus a tergo imminet mons Olympus, ut incolae vocant, Mysius. Is flumen Rhyndacum in ea quae sequuntur, emittit*, etc. Πλακίη Ionica dialecto, Herodoto, Clio l. I. Stephano, Πλάκη, πόλις Ελλησποντία. Incolae Πλακιανοί, apud Dionysium Halic. Antiquitatum Romanarum lib. I, pag. 23. Haao.

Ariacos, etc. MSS. omnes, Reg. 1, 2, Colb. 1, 2, etc. *Ariace, Scylace.* Haec Melae memorata, loco citato. Herod. quoque Σκυλάκη, Clio lib. I, num. 57, pag. 21. Nunc *Siki.* Haao. et Ed. P.

Mysius. Dalecamp. *Maesius.* Vet. *Mysus.* Ed. P.—Ολυμπος Μύσιος, Herod. Clio lib. I, num. 36, pag. 15, et Ptolemaeus lib. 5, c. 1, Potest et *Moesius* scribi. Haan.

Horisius, etc. Ορίζιος, Ρύνδακος. Huius meminere Mela, loco citato, Scylax pag. 33, aliique. *Lartacho* hodie vocatur. Haao. et Ed. P.

Miletopolim. Vnde Miletopolitae dicti de quibus c. 32. Stephanus: Μιλητούπολις, μεταξὺ Κυζίκου καὶ Βιθυνίας, περὶ τὸν Ρύνδακον. Haao.

Maceston. Amnem Μάκιστον, Strabo vocat lib. XII, pag. 576, aitque per Abrettenam Mysiam fluere, de qua egimus cap. 32. Haao.

Ea. Bithynia scilicet. Κρονία, quod se priscos iactarent, et quemadmodum Arcades, προσελήνους. Θεσσαλίς, vel a Thessalo rege, vel quod ibi rerum potiti sint aliquando Thessali. Pro *Maliande*, forte *Mariandyne* rescribendum, quae pars Bithyniae fuit, de qua dicemus lib. VI, cap. 4. Graeco Chron. ad annum 594: Βιθυνία ἐκτίσθη ὑπὸ Φοίνικος· ἡ τὸ πρὶν Μαριανδύνη καλουμένη. Στρυμονὶς denique ab aliquo insigniore amne, cui Thessali, dum ibi imperitarent, Stry-

Maliande, et Strymonis. Hos Homerus Halizonas dixit, quando praecingitur gens mari. Vrbs fuit immensa Attusa nomine: nunc sunt XII civitates, inter quas Gordiu-come, quae Iuliopolis vocatur, et in ora Dascylos. Deinde flumen Gebes: et intus Helgas oppidum, quae Germanicopolis, alio nomine Booscoete: sicut Apamea, quae nunc Myrlea Colophoniorum: flumen Etheleum, antiquus Troadis finis, et Mysiae initium. Postea sinus, in quo flumen Ascanium: op- 4

monis Thessaliae amnia nomen dederint. Hesychius: Στρυμόνιοι, οἱ Βιθυνοὶ τὸ πρότερον. Hard.

Homerus. Iliad. II, vs. 856, Αὐτὰρ Αλιζώνων. Ephorus apud Stephanum p. 63, auctor est Halizones eam regionem obtinuisse, quae inter Mysiam, Cariam, et Lydiam iacet. Paphlagoniae Hesychius adiudicat: minus recte. Haad.

XII. Sic apud Chiffl. Dalec. *XV.* Ed. P.

Gordiu-come. Γορδίου κώμη. Ptolemaeo lib. V, c. 1, Ιουλιόπολις. Ex Gordo pago Cleo praedonum dux urbem condidit, et Iuliopolim nominavit. Auctor Strabo. XII, pag. 574. Livio lib. XXXVIII, pag. 472, est Gordiu-tichos, Γορδίου τεῖχος. In Conc. Quinisexto, pag. 1194: Ισίδωρος ἐπίσκοπος Γορδοσίρβων τῶν Βιθυνῶν ἐπαρχίας. *Isidorus episcopus Gordoservorum civitatis, Bithynorum provinciae.* Haad.

Dascylos. Mela lib. I, cap. 19: *Trans Rhyndacum est Dascylos, et quam Colophonii collocavere, Myrlea.* Δασκύλειον Straboni pag. 575. Stephano: Δασκύλιον περὶ Βιθυνίαν. Dionysio Halicarn. Antiq. lib. I, pag. 38: Γῆ Δασκυλῖτις. In Conc. Quinisexto, pag. 1194: Ιωάννης ἐπίσκοπος πόλεως Δυσκολίας τῶν Βιθυνῶν ἐπαρχίας. Corrige, Δασκυλίας. Haan. — Nominis vestigia servat *Diaskillo* nunc dicta. Ed. P.

Gebes. MSS. omnes. Reg. 1, 2, Colbert. 1, 2. Editio princeps et Elzev. *Gelbes.* Haan. et Ed. P.

Germanicopolis. Nummum vidi cum epigraphe, ΓΕΡΜΑΝΙΚΟΠΟΛΕΩϹ. Nomen alterum *Helgas* sermonis barbarici est: tertium Booscoete, Graecanici: Βοὸς κοίτη, *Bovis cubile.* In Not. Eccles. pag. 37, provinciae Isauriae attribuitur. Haad.

Apamea, quae nunc Myrlea, etc. Leg. *Apamia.* Per *e* in Chifflet. perpetuo legitur. Dalec. — Ptolem. apud Dalec. *Myrtea*, pro *Myrlea.* Ed. P. — Nomen haec habet ab uxore Prusiae regis, qui Hannibalem recepit. Auctor Strabo lib. XII, pag. 563. Stephanus: Μύρλεια, πόλις Βιθυνίας, ἡ νῦν καλουμένη Απάμεια. Colophoniorum coloniam Mela quoque appellat, loco citato. Quum Plinius *sicut Apamea* dicit, intus quoque positam innuit, ut Germanicopolim, hoc est, a mari seiunctam. Haad. — Nunc *Moudanin* dicitur auctore d'Anville. Ed. P.

Postea sinus. Sine nomine. Mela lib. I, cap. 19: *Myrlea: duo sunt inde modici sinus: alter sine nomine Cion amplectitur, Phrygiae haud longe*

pidum Bryllion: amnes, Hylas, et Cios, cum oppido eiusdem nominis, quod fuit emporium non procul accolentis Phrygiae, a Milesiis quidem conditum, in loco tamen qui Ascania Phrygiae vocabatur. Quapropter non alibi aptius de ea dicatur.

XLI. Phrygia Troadi superiecta, populisque a promontorio Lecto ad flumen Etheleum praedictis, septemtrionali sui parte Galatiae contermina: meridiana Lycaoniae, Pisidiae, Mygdoniaeque: ab oriente Cappadociam attingit. Oppida ibi celeberrima, praeter iam dicta, Ancyra, Andria, Celaenae, Colossae, Carina, Cotyaion, Ceranae, Conium, Midaion. Sunt au-

iacentis opportunissimum emporium: alter, Olbianus. Hard.

Ascanium. Ασκάνιος ποταμός, et ab eo dicta Ασκανία Φρυγίας, Stephano pag. 122. Haan.

Bryllion. Βρύλλιον Stephano.

Cum oppido. Mela loco cit. Κῖος, hodie incolis *Chorasin.* Turcis, *Cheris*, a cerasorum copia. Κίου ποταμοῦ ὁμωνύμου meminit Schol. Apollonii, ad lib. I, Arg. v. 1324. Ασκανίη φρυγῶν locus est Homero, Iliad. II, 863. Haan.

Dicatur. Vet. apud Dalec. *dicetur.* Ed. P.

XLI. *Phrygia Troadi.* Transcribunt haec Solinus cap. xl, p. 70, et Capella lib. VI, c. de Phrygia pag. 224. Haan.

Praeter iam dicta. Cap. 29 et 30. Hard.

Ancyra. Haec Ancyra Phrygiae, a Galatica longe diversa, ut animadvertit Strabo lib XII, pag. 567, etsi e duabus unam Stephanus temere conflare videtur. In notitia Episcop. Phrygiae Capatianae pag. 2, Αγκυρα, xxiv locum obtinet. In provincia Galatiae p. 33, Αγκυρα. μητρόπολις, primum. Haec Ptolem. lib. V, cap. 2, Αγκυρα Φρυγίας. Haan.

Andria. Stephano, *Andrira;* Ptolemaeo, *Audraca.* Dalec. — Cave credas esse τὰ Ανδειρα Strabonis et Stephani. Haec enim Aeolidis civitas, iuxta Astyren et Pitanen est. Haan.

Celaenae. Κελαιναί, unde transducti Apameam cives, ut dictum est cap. 29. De his Arrianus lib. I. de Exped. Alex. pag. 79. Haan. — Huic oppido successit Apamea Cibotos proxime versus occasum solis sita, et nunc *Aphium-Kara-Hissar* dicta. Ed. P.

Colossae. Κολοσσαί Straboni lib XII, pag. 576. Colossenses Divi Pauli epistola nobilitavit. H. — Vrbs illa *Chonis* postea dicta, quod quidem nomen servat. Ed. P.

Carina. In Notitia Ecclesiast. pag. 49, inter episcopos provinciae Phrygiae Capatianae censetur, a Καρίας: unde *Caria* forte legi apud Plinium, praestabilius fuerit. Haan.

Cotyaion. Dalecamp *Cotiaion.* Chifflet. *Cottion.* Ed. P. — Κοτυάειον πόλις Φρυγίας, Straboni, loco citato, et Ptolemaeo lib. V, cap. 2. In nummis est ΚΟΤΙΑΕΩΝ et ΚΟΤΙΑΕΙΣ.

ctores, transisse ex Europa Mysos, et Brygas, et Thynos, a quibus appellantur Mysi, Phryges, Bithyni.

XLII. Simul dicendum videtur et de Galatia, quae superposita, agros maiori ex parte Phrygiae tenet, caputque quondam eius Gordium. Qui partem eam insedere Gallorum, Tolistobogi, et Voturi, et Ambitui vocantur: qui Maeoniae et Paphlagoniae regionem Trocmi. Praetenditur Cappadocia, a septemtrione et

Kutahieh nunc dicitur, principemque in provincia *Anadouli* dicta obtinet locum, utpote quae praefecti sedes. Hasd. et Eo. P.

Ceranae. An Κοιρανή? At in MSS. Reg. 1, 2, etc. *Cera* tantum legitur. Arbitror esse Κερετάπα, cuius mentio in Notitia episcopatuum provinciae Phrygiae Capatianae. Hard.

Conium. Prius *Iconium* legebatur, quo nomine nullum in Phrygia oppidum apud caeteros scriptores occurrit. At Conii mentio est in Notitia episcopatuum provinciae Capatianae, p. 27, Κονίου πόλις. H.

Midaion. Μιδάειον, πόλις Φρυγίας, Dioni lib. XLIX, pag. 403, et Stephano, et Ptolemaeo lib. V, cap. 2; Straboni pag. 576, Μιδαῖον. Ha

Sunt auctores. Quorum princeps Herod. Polymn. lib. VII, n. 73, p. 409. Bryges olim Maecdonibus finitimi: Thyni, Strymonis accolae fuere, et inde Strymonii appellati, teste eodem Herod. Scholiastes Apolloni ad lib. II Argon. vers. 462. ait esse Thraciae partem, quae Θυνίς vocetur. Mida duce, en videlicet cui asininas aures fabulae dederunt, Brigas in Mysiam transmeasse, atque exigua vocis immutatione Phrygas ibi esse appellatos, auctor est Cooon in Biblioteca Photii, cod. 186, pag. 424. Hasd.

XLII. *Gordium*. Haec Midae regis. Stephanus: Γορδίειον, ἀπὸ Γορδίου τοῦ πατρὸς Μίδου, a Gordio Midae patre. Hic Alexander Gordium nodum solvit. Vrbem Sangarius amnis alluebat, teste Arriano, Expedit. Alexand. lib. I, pag. 80, ubi Γόρδιον oppidum vocat. In nummis, apud Spanhem. pag. 907, ΓΟΡΔΗΝΩΝ. Livius l. XXXVIII, cap. 18: *Gordium haud magnum quidem oppidum est, sed plusquam mediterraneum, celebre et frequens emporium: tria maria pari ferme distantia intervallo habet*, etc. Hard.

Tolistobogi. Chiffl. *Tolostobagi*. En. P. — Solino cap. XLI, pag. 71, *Tolistobogi*. Floro lib. I, cap. 11, *Tolostobogi*. Ptolemaeo quoque lib. V, cap. 4. Τολιστόβογοι; Livio lib. XXXVIII, cap. 15, Tolistobogi, cum Trocmis et Tectosagis appellantur, ubi de Gallorum expeditione in Asiam prolixe disserit. Strabo quoque lib. XII, pag. 566. Hard.

Ambitui. Vet. apud Dalecam. *Ambiani*. Vide notam 5 huius capitis. En. P.

Trocmi. Ptolemaeus, *Troemi*. Strabo, *Trocmi*. Dalec. — Stephanus: Τρόκμοι, ἔθνος Γαλατικόν, ἐκαλοῦντο δὲ καὶ Τροκμηνοί Appianus in Syriac. p. 107: Τεκτοσάγαι, Τρόκμοι, Ταλιστόβιοι. Hard.

solis ortu, cuius uberrimam partem occupavere Tecto-
2 sages, ac Teutobodiaci. Et gentes quidem hae. Populi vero ac tetrarchiae omnes, numero cxcv. Oppida: Tectosagum, Ancyra: Trocmorum, Tavium: Tolistobogorum, Pesinus. Praeter hos celebres, Attalenses, Arasenses, Comenses, Dioshieronitae, Lystreni, Nea-

Ancyra. Αγκυρὰ μητρόπολις, Ptolemaeo lib. V, c. 4. Tectosagum oppidum Straboni lib. XII, pag. 567. Galatiae metropolis, in Notitia Ecclesiastica. A Phrygiaca, de qua superius, diversa. Ab Augusto Caesare conditam, Deiotaro rege devicto, prodidit Tzetzes, Chiliad. I, vers. 432. Nunc *Angora.* Destituit memoria Photium, ut arbitror, dum Memnonis scripta redigens in epitomen, Bibl. cod. 224, pag. 721, permutat horum oppidorum sedes: ἐδείμαντο δὲ πόλεις, Τρωγμοὶ μὲν Αγκυραν, Τολιστοβόγιοι δὲ Ταβίαν, Τεκτόσαγες δὲ Πεσινοῦντα. Nam Plinium ut omittam, ex Strabone et Ptolemaeo constat, ut vidimus, Ancyram esse Tectosagum: Tavium Trocmorum, Tolistobogorum Pesinuntem. Tectosages Ancyranos etiam commemorat nummus antiquus ex aere apud D. Sherard, nuper consulem anglum Smyrnae: ΑΝΚΥΡΑΝΩΝ ΤΕΚΤΟΣΑΓΩΝ. Quod porro ad haec Galaticarum gentium nomina attinet, solam Tectosagum appellatione a Celtica gente derivatam esse, de qua egimus lib. V, c. 3, Strabo admonet lib. XII, pag. 566, caeteras a ducibus suis nomen habuisse, cuiusmodi sunt Trocmorum gentes, et Tolistobogorum. Hanum ego numero censendos puto, et Voturos, sive Veturos et Ambituos, quos MSS. omnes, Reg. 1, 2, Colb. 1, 2, Paris. *Ambituatos* appellant: ut a ducibus ad gentes eas translata sint ea nomina, nec Celticorum unquam populorum propria fuerint. Incidimus tamen in MSS. aliquos, in quibus ea vox *Ambituwi* ferme in litura esset, sic tamen ut fraus pateret: superiniectumque ei voci glossema *Ambiani.* Sed id ab interpolatore aliquo, amore fortassis patriae, factum merito suspicamur: quamquam et in Gelenii editionem vox ea irrepsit. H.

Tavium. Ταούϊον in Trocmis, Ptolemaeo, lib. V, cap. 4, et Straboni lib. XII, p. 567. In Notitia Eccles. p. 33, Ταβία. Stephano, Ταυία. H. — Nunc *Tchorum.* Ed. P.

Pesinus. Πεσσινοῦς in Tolistobogis, Ptolemaeo, loco citato. In Notitia Eccles. provinciae Galatiae Salutaris, p. 33, Πεσινοῦς. De vocis originatione, vide Ammianum, lib. XXII, pag. 219. Hard. — Nunc *Nalikan.* Ed. P.

Attalenses. Forte *Adadenses:* ab Αδαδα Pisidiae mediterraneo oppido, apud Ptolemaeum lib. V, c. 5, et in Not. Eccles. p. 29. Hard.

Arasenses. Chifflet. *Alassenses.* Ed. P. — Vel ab Αραζος, quae Stephano urbs in Ponto dicitur: vel ab oppido, quod in Notitia Ecclesiastica provinciae Isauriae, pag. 37, Δραστός perperam scribitur, pro Αρασός Pisidiae tribui videtur ab Artemidoro, apud Strabonem lib. XII, pag. 570. Hard.

Comenses. Vet. apud Dalec. et Chiffl. *Commenses.* Ed. P. — Rectius

politani, Oeandenses, Seleucenses, Sebasteni, Timoniacenses, Thebaseni. Attingit Galatia et Pamphyliae Cabaliam: et Milyas, qui circa Barin sunt, et Cyllanticum, et Oroandicum Pisidiae tractum. Item Lycaoniae partem Obigenen. Flumina sunt in ea, praeter 3

Chonenses, a Choma mediterraneo Lyciae oppido, de quo agimus cap. 28. Haro.

* *Dioshieronitae*. Sic Frobenius veterem lectionem pessumdedit, tum MSS. codicum, tum edit. Parmensis et caeterarum, in quibus legitur *Didyensea*, *Hieronensea*. In Reg. 1, *Hierorenses*. De Didyensibus nihil habemus sane comperti; nisi forte Dietieoses legi placet, quoniam Galatarum Tectosagum Διχτίς oppidum fuisse dicitur apud Ptolemaeum lib. V, cap. 4. At pro *Hierorenses* scribi oportere *Aeorienses* nihil propemodum dubitamus: quod in Notita Eccles. provinciae Galatiae Salutaris p. 33, Αἰώριον legitur. Sane ἀναλογίας ratio Dioshieronitas dici non patitur, sed a Διός ἱερόν, Dioshieritas, ut alibi vidimus. Haro.

Lystreni. Ab oppido cuius meminit Paulus 2 Tim. III, 11: et saepius Lucas in Actis, qui et Lystram, et plurali numero Lystris habet. Haro.

Neapolitani. Quorum oppidum Νεάπολις in Notitia Ecclesiast. provinciae Isauriae, p. 37. Oenandensea pro Oenoandenses perperam scriptum existimo: est enim Oenoanda, ut diximus c. 28, Cabaliae oppidum, quae Galatiae, ut mox dicetur, contributa fuit. Haro.

Seleucenses. A Seleucia Pisidiae, Phrygiae alias contributa, ut ait Ptolemaeus lib. V, cap. 5. H.

Sebasteni. De quibus Gruteri inscriptio, pag. 427, si tamen est genuina: Η ΒΟΥΛΗ ΚΑΙ Ο ΔΗΜΟϹ ϹΕΒΑϹΤΗΝΩΝ ΤΕΚΤΟϹΑΓΩΝ.

Timoniacenses. Τιμώνιον, φρούριον Παφλαγονίας, inquit Stephanus, nempe in ea Paphlagoniae parte, quam Bithyniae confinem ait esse Strabo, l. XII, pag. 562, et Τιμωνίτην vocat. Hard.

Thebaseni. Dalecamp. et Elz. *Tebaseni*. Vet. apud Dalec. *Tarbaseni*. Ed. P.—Ab oppido Lycaoniae Θίβασα, de quo diximus cap. 25. H.

Pamphyliae Dalecamp. *Pamphylia*. Ed P.

Cabaliam. Dalec. *Gabaliam*. Ed. P. —Quae Καβαλία Pamphyliae pars appellatur a Ptolemaeo lib. V, cap. 5. Haro.

Et Milyas. De his egimus cap. 25. Βάρις est Pisidiae oppidum mediterraneum, Galatiae vicinum, ap. Ptolemaeum, loco citato, et in Notitia Eccles. provinciae Pisidiae pag. 29. Hard.

Cyllanticum et Oroandicum. Chiffl. *Cyllanicum*. Vet. ap. Dal. pro *Oroandicum*, *Crondicum*. Ed. P. — MSS. *Cyllanicum*. Oroandicum vero tractum Isauriae Ptolemaeus adiudicat lib. V, cap. 4. De oppido, unde Oroandico tractui nomen dictum est superius cap. 24. Hard.

Praeter iam dicta. Caystrum, Rhyndacum, Cion, etc. De Sangario dicemus l. VI, c. 1. H.

iam dicta, Sangarium, et Gallus, a quo nomen traxere Matris Deum sacerdotes.

XLIII. Nunc reliqua in ora, a Cio intus in Bithynia Prusa, ab Hannibale sub Olympo condita: inde Nicaeam xxv millia passuum interveniente Ascanio lacu. Deinde Nicaea in ultimo Ascanio sinu, quae prius Olbia: et Prusa item altera sub Hypio monte. Fuere Pythopolis, Parthenopolis, Coryphanta. Sunt in ora amnes, Aesius, Bryazon, Plataneus, Areus, Aesyros,

Et Gallus, etc. Ita Martianus lib. IV, cap. de Phrygia, p. 221. Festus: *Galli qui vocantur Matris Magnae Comites, dicti sunt a flumine, cui nomen est Gallo: quia qui ex eo biberint, in hoc furere incipiant, ut se privent virilitatis parte*, etc. Vide etiam Stephanum, verbo Γάλλος. Hard.

XLIII. *Prusa.* Προῦσα ἡ πρὸς τῷ Ολύμπῳ, Ptolemaeo lib. V, cap. 1. Nunc *Brousa.* Haad.

Ab Hannibale. Operi fortasse is praefuit, dum apud Prusiam regem versaretur, qui eum patria profugum excepit hospitio. A Prusia ipso Nicomedis F. conditam scribit Tzetzes, Chiliad. III, Hist. 143, vers. 963: Οὗτος ὁ τοῦ μονώδοντος τούτου πατὴρ Προυσίου, Τοῦ κτήτορος τῆς πόλεως Προύσης τας παρ' Ολύμπῳ Ο Νικομήδης, etc. Haan.

Inde Nicaeam. Hodie *Isnich.* Νίκαια Ptolemaeo lib. V, cap. 1, et Straboni, lib. XII, pag. 565, ad Ascaniam paludem, ἐπὶ τῇ Ασκανίᾳ λίμνῃ. Recte hic geminam a Plinio Nicaeam designari Surita vidit, in Notis ad Anton. Altera semota a mari est, ad quam a Prusa xxv pass. millia numerantur, Ascanio interveniente lacu, quem ab oculatis testibus accepimus, toto unius diei itinere a mari abesse: hodie *Lago di Nicea.* Haec Concilio I Generali notissima. Altera in ora, de qua deinde Plinius: Ptolemaeo lib. V, cap. 1, Ολβία appellatur. H.

Et Prusa item altera. Sicut gemina, ioquit, ibi Nicaea, sic et Prusa gemina. In nummo Diadumeniani, e Cimelio nostro Parisiensis ΠΡΟΥCΙΕΩΝ ΠΡΟC ΥΠΙΩ. Montem Plinius vocat: amnem Ptolemaeus lib. V, cap. 1, Προῦσα πρὸς τῷ Υπίῳ ποτ. falso: nisi forte ex eo monte amnis cognominis fluat. Sic in Actis Latinis Concilii Nicaeani p. 54, subscribit *Hesychius Prusensis, iuxta Hypium fluvium.* Haec Straboni lib. XII, pag. 563, Προυσιάς dicitur: in nummis antiquis etiam ΠΡΟΥCΙΕΩΝ ΤΩΝ ΠΡΟC ΘΑΛΑCCΑΝ, *Prusiensium, qui sunt ad mare.* H. — Male Dalec. *Hippio* pro *Hypio* scribit. Prusae locum tenere nunc *Vskubi* opinatur d'Anville. Eo P.

Pythopolis. Πυθόπολις, Menecrati, qui historiam Nicaeae Bythinicae scripsit, ut auctor est Plutarchus in Theseo, pag. 12. Haad.

Aesius, etc. Αἴσιος, Βρυάζων, Πλατανεύς, Αρειος, Αἴσυρος, etc. Bryazonti alterum nomen Olachas videtur

Gendos, qui et Chrysorrhoas. Promontorium, in quo Megarice oppidum fuit. Vnde Craspedites sinus vocabatur, quoniam id oppidum velut in lacinia erat. Fuit et Astacum, unde et ex eo Astacenus idem sinus. Fuit et Libyssa oppidum, ubi nunc Hannibalis tantum tumulus. Est in intimo sinu Nicomedia Bithyniae praeclara. Leucatas promontorium, quo includitur Astacenus sinus, a Nicomedia XXXVII M. D. Rursusque coëuntibus terris angustiae pertinentes usque ad Bosphorum Thracium. In iis Calchedon libera, a Nicomedia

fuisse, ut dicemus l. XXXI, cap. 18. HARD.

Acsyros. Dalec. *Syros.* Eo. P.

Megarice. Stephanus: Μεγαρικὸν πολίχνιον, ὃ συγκαταλέγεται ταῖς Βιθυνῶν πόλεσιν, oppidulum, quod inter Bithynorum urbes numeratur. Megareoses certe hanc oram tenuisse, testis est Mela lib. I, cap. 19, et Strabo lib. XII, pag 563. Vterque enim Astacon ipsam a Megareosibus conditam scribit. Promontorio nomen est hodie *Capo Fagona*, ut aiunt. H.

Vnde Craspedites. Dal. *inde Craspedites.* Eo. P. — Idem Olbianus Melae dicitur lib. I, c. 19, ab Olbia oppido, de quo supra. Est autem Graecis κράσπεδον, quod Latinis fimbria, sive lacinia. Translate vero tum littoris margo, tum veluti limbi et extremae montium orae ac radices κράσπεδα appellantur: quod laciniarum recessibus ac prominentiis similitudinem referunt. HARD.

Astacum. Ἀστακὸς Straboni lib. XII, pag. 563, a Lysimacho deleta. Vide Pausaniam in Eliac. prior. sive lib. V, p. 310. HARD.

Astacenus. Le golfe de Comidia, ab urbe Nicomediensi. HARD.

Libyssa. Stephanus: Λιβυσσα, φρούριον Βιθυνίας ἐμπθαλάσσιον, castellum maritimum. Nunc *Gebiseh*, ut credi vulgo Busbequius asseverat, epist. 1, pag. 30. HARD.

Vbi nunc Hannibalis. Referunt id quoque Plutarchus in Flaminio pag. 380; Appianus in Syriac. pag. 92; Ammianus lib. XXII, pag. 219; Eutropius lib. II, pag. 766; Martianus lib. VI, c. de Phrygia, pag. 224, et Solinus cap. XLIII, pag. 72. Etiamnum superesse hunc Hannibalis tumulum, testis est oculatus Petr. Bellonius lib. I de Admir. oper antiq. cap. 38. H.

Nicomedia. Νικομήδεια, hodieque *Comidia*, sive *Is-Nikmid.* HARD. et Eo. P.

Leucatas. Idem Ptolemaeo lib. V, c. 1, Ἀκρίτας. HARD. — Nunc *Akrita.* Eo. P.

XXXVII. Sic Harduinus ex MSS. Chifflet. *LXII.* Dalec. *XLII.* Eo. P.

Angustiae. Canal de Constantinople. Eo. P.

Calchedon. Stephanus verbo Καρχηδών. Χαλκηδὼν τῆς Βιθυνίας, διὰ τοῦ λ. z. tamen nummi veteres, eumismi di est eximius Caracallae, in Parisiensi nostro Museo ΚΑΛΧΑΔΟΝΙΩΝ. Alter item Traiani apud Patinum pag. 186, atque ita constanter

LXII. D. Procerastis antea dicta, dein Colpusa, postea Caecorum oppidum, quod locum eligere nescissent, septem stadiis distante Byzantio, tanto feliciore omnibus modis sede. Caeterum intus in Bithynia colonia Apamena, Agrippenses, Iuliopolitae, Bithynion. Flumina: Syrium, Lapsias, Pharmacias, Alces, Crynis, Lilaeus, Scopius, Hieras, qui Bithyniam et Galatiam disterminat. Vltra Calchedona Chrysopolis fuit. Deinde Nicopolis, a qua nomen etiamnum sinus retinet: in quo portus Amyci: deinde Naulochum promontorium:

omnia vetustiora paulo monumenta. Dalec. tamen hic et infra *Chalcedon*, *Chalcedona*, *Chalcedone* scribit. Hodie Graecis *Chalcedona*: Turcis, *Kadikeuei*. A civitate *Scutari*, tribus passibus millibus distat. Hard. et Ed. P.

LXII. D. Procerastis antea dicta, dein Colpusa. Chiff. *LXXII M D. pass. Cerastis antea dicta, dein Colpoessa.* Dalec. *LXXII D. Procerastis antea dicta, dein Compusa.* Ed. P. — Προκεραστὶς, idcirco, opinor, quod ex adverso sit posita illius promontorii, in quo Byzantium est conditum: cui promontorio Chrysoceras nomen fuit, ut dictum est lib. IV, cap. 18. Hard.

Dein Colpusa. Κολπόεσσα, contracte Κολπαῦσα, sinuosam significat. H.

Caecorum. Vide quae dicturi sumus lib. IX, c. 20. De egregio Byzantii situ, multa Polybius lib. IV, pag. 425 et 433. Tacitus quoque, Annal lib. XII. Hard.

Distante. Vet. apud Dalec. *distans a.* Ed. P.

Apamena. Sive Myrlea, de qus superius cap. 40, ubi et de Iuniopoli egimus, unde Iuliopolitae dicti. In nummis antiquis, ΙΟΥΛΙΟΠΟΛΕΙΤΩΝ. De Apamea, Vlpianus, Digest. lib. L, tit. 5 de Censibus: *Est et in Bithynia colonia Apamena.* Hard.

Bithynion. Vet. apud Dalec. *Bithyniatae.* Ed. P. — Βιθύνιον Straboni lib. XII, pag. 505, in mediterraneis Bithyniae urbibus. Ptolemaeo lib V, cap. 1, Κλαυδιόπολις, καὶ Βιθύνιον. Haec Antinoi patria qui Hadriani Augusti ex concubius filius. Hard.

Flumina. Omnia ea caeteris scriptoribus incognita. Hard.

Pharmacias. Dalec. *Pharmicas.* Ed. P.

Lilaeus. Dalec. *Lylaeus.* Ed. P.

Chrysopolis. Χρυσόπολις, πλησίον Χαλκηδόνος, Stephano: apud quem et Νικόπολις Βιθυνίας legitur, hodie *Scutari.* Hard.

Portus Amyci. Bebrycum regis. Plinius lib XVI, cap. 89. In Ponto *portus est Amyci, Bebrycum rege interfecto clarus*, etc. Vide Servium in illud Aeneid. lib. V, vers. 225: *Qua se Bebrycia veniens Amyci de gente ferebat.* Hard.

Naulochium. Pint. ex Strabone lib. VII, *Naulochos.* Dalec. — Ναύλοχος, statio navium est. Hard.

Estiae templum Neptuni. Bosphorus D. passuum intervallo Asiam Europae iterum auferens, abest a Calchedone XII mill. D. passuum. Inde fauces primae VIII mill. DCCL passuum, ubi Phinopolis oppidum fuit. Tenent oram omnem Thyni, interiora Bithyni. Is finis Asiae est, populorumque CCLXXXII, qui ad eum locum a sinu Lyciae numerantur. Spatium Hellesponti et Propontidis ad Bosphorum Thracium esse CCXXXVIIII mill. passuum diximus. A Calchedone Sigeum Isidorus CCCXXII M. D. passuum tradit.

XLIV. Insulae in Propontide ante Cyzicum Ela-

Estiae. Εστία promontorii nomen esse videtur, quod simile ei sit, cui sedem in opposita Bosphori Thracii ripa statuit Polybius lib. IV, p. 433, τὰ περὶ τὰς Εστίας ἄκρα καλούμενα τῆς Ευρώπης. Ei loco nomen est hodie *Algiro*. Ibi templum Neptuno Timosthenes: caeteri scriptores, diis duodecim dicatum aiunt: Mela lib. I, cap. 9, Iovi. HARD.

DCCL. Dalec. *CCL.* ED. P.

Phinopolis. A Phineo fabulis notissimo. At codd. MSS. Reg. 1, 2, Colbert. 1, 2, *Spiropolis*, multo sincerius: nam Phinopolin in Europa diximus lib. IV, cap. 18. H. — Vet. apud Dalec. *Sphyropolis.* ED. P.

Tenent oram, etc. Consentit Eustathius fere, in Dionys. v. 795, pag. 105. HARD.

A sinu Lyciae. Dalec. *Lydiae.* ED. P. — De quo cap. 28: *Ultra, par sinus priori. Ibi Pinara, et quae Lyciam fuit, Telmessus... A Telmesso Asiaticum mare, et quae proprie vocatur Asia.* Neque enim Lycia, ut diximus, Ciliciave, aut Cappadocia, Asiae propriae nomine censebatur. HARD.

Esse. Haec vox in Dalecamp. deest. ED. P.

CCXXXVIIII. Libro nimirum quarto, ut monuimus cap. 24 his verbis: *Tota ab Hellesponto longitudo CCXXXVIIII mill. pass.* Sic enim eo loci animadvertimus maximo consensu codices omnes MSS. impressosque, Martianumque ipsum, Plinii transcriptorem, scribere. Quamobrem praepostera huius numeri lectio hoc loco CCXXXVIIII, quae hactenus in libris impressis obtinuit, centenarii nota perperam in quinquagenarium detorta, a nobis merito animadversa, emendataque est. HARD. — Animadvertendum est in Harduini textu, librarii certe errore, CCXXXIIII legi pro CCXXXVIIII, quae quidem mienda in eius nota non apparet. ED. P.

XLIV. *Elaphonnesus.* Scylax pag. 33, a Plinio dissidere prima facie videtur: nam Proconnesum ab Elaphonneso diversam facit. Circa Cyzicum, inquit, νῆσός ἐστι καὶ πόλις Προκόννησος, καὶ ἑτέρα νῆσος Ελαφόννησος ... γεωργοῦσι δ' αὐτὴν Προκοννήσιοι. *Proconnesus insula cum oppido, eiusque praeterea insula Elaphonnesus*

phonnesus, unde Cyzicenum marmor: eadem Nevris et Proconnesus dicta. Sequuntur Ophiusa, Acanthus, Phoebe, Scopelos, Porphyrione, Halone cum oppido, Delphacia, Polydora. Artacaeon cum oppido. Est et contra Nicomediam Demonnesos. Item ultra Heracleam adversa Bithyniae Thynias, quam barbari Bithyniam vocant. Est et Antiochia: et contra fauces Rhyndaci Besbicos decem et octo mill. circuitu. Est et Elaea, et

commodo instructa portu: huius agrum colunt Proconnesii. Sed nodum solvit Strabo, geminam Proconnesum agnoscens lib. XIII, p. 588, novam ac veterem, modico forte euripo ambas inter se discretas: nomine alioqui similes: nam appellationis ratio par, πρώξ enim et ἔλαφος, cervini generis animalia significat, quibus ea insula videtur fuisse referta. Docet id pluribus Apollonii Scholiastes, ad lib. II Argon. vs. 279, cuius verbis hoc libro coronidem imponere, operae sane pretium fuerit. Διονύσιος δέ φησιν ὁ Αθηναῖος, inquit, ἐν ταῖς κυήσεσι τὰς ἐλάφους λέγεσθαι πρόκας· ὅθεν καὶ Προκόννησος· ἐπεὶ καὶ ἐν ταύτῃ πληθύουσιν ἔλαφοι... οἱ δὲ Προχόννησον ἐτυμολογοῦσι, καθὸ πρότερον οὖσα νῆσος προσεχώθη. Quum prius esset insula, aggesto solo alteri insulae, nempe Elaphonneso, annexa est: unde eadem Proconnesus quibusdam est, quae Elaphonnesus: ὑπό τινων δὲ Προκόννησος καὶ Ελαφόννησος ἐκλήθη. Φιλήτας δέ φησι, πρόκας λέγεσθαι τὰς ἐλάφους τὰς πρώτως τικτούσας, οἷον πρωτοτόκους. Sunt igitur πρόκες, cervae primiparae. Sed et quum eadem Elephonnesos et Neuris vocitata fuisse dicatur, apparet Νεβρὶς a Stephano scribi oportuisse, ab hinnulis, non ut scripsit imperite, Νευρίς. Est enim νεβρὸς *hinnulus*, ut ἔλαφος *cervus*. Hard. — *Marmara* hodie vocatur. Ed. P.

Nevris. Νευρὶς et Προκόννησος. Νευρὶς Προχώνη apud Stephanum, cognomina sunt Αλώνης insulae: sed hallucinari probe hominem puto. H.

Ophiusa, etc. Οφιοῦσα, Ακανθος, Φοίβη, Σκόπελος, Πορφυριώνη, Αλώνη, Δελφακία, Πολυδώρα. De hac postrema Stephanus: Πολυδώρα νῆσος πρὸς τῇ Κυζίκῳ. Hard. — Ophiusa nunc *Afsia* dicitur, auctore d'Anville. Ed. P.

Demonnesos. Stephanus: Δημόννησος, περὶ Χαλκηδόνα νῆσος, ἀπὸ Δημονήσου τινός Hard. Hodie *ile des Princes*, auctore d'Anville. Ed. P.

Vltra Heracleam. De qua libro seq. cap. 1. Hard.

Thynias. Dalec. *Thynnias.* Ed. P. — Stephanus: Θυνιάς, νῆσος, πρὸς τῷ στόματι τοῦ Πόντου. De ea Schol. Apollonii ad lib. II Argon. vers. 178: Εστι δὲ καὶ ἑτέρα Βιθυνία, νῆσος μετὰ τὸν Πόντον, ἐν ᾗ ἐστιν Απόλλωνος ἱερόν. Et idcirco Apollonia Thyoias vocabatur, ut dicemus lib. VI, cap. 13. Mela lib. II, cap. 7: *Thynias.. quam quia Bithyni incolunt, Bithynida appellant.* Hard.

Antiochia. Vet. apud Dalec. *Antiochiae.* Ed. P.

Besbicos. Straboni lib. XII, p. 577, et Stephano: Βέσβικος, νησίδιον περὶ

duae Rhodussae, Erebinthodes, Megale, Chalcitis, Pityodes.

Κύζικον. Hard. — Nunc *Kalo-Limno*. Ed. P.

Elaea. Ἐλαία, ab olea: Ροδοῦσσαι, a rosarum copia: Ερεβινθώδης, a cicerum ubere proventu: Μεγάλη, magna: Χαλκῖτις, cuius Stephanus meminit, aeraria: Πιτυώδης, pinaria. Hesychio pag. 244, Χαλκῖτις et Πιτυοῦσα communi vocabulo Διμόννησοι appellantur. Num vero pro *Erebinthus*, vel *Erebinthodes*, legi oporteat *Terebinthos*, quo nomine insulam circa Byzantium agnoscunt Nicetas, Zonaras, aliique, amplius considerandum. Hard.

Rhodussae. Vet. apud Dalec. *Rhodiussae*. Ed. P.

Erebinthodes, *Megale*. Dalec. *Erebinthus*, *Magale*. Erebinthodes nunc dicitur *Prota*, Chalcitis *Karki*, auctore d'Anville. Ed. P.

C. PLINII SECVNDI

NATVRALIS HISTORIAE

LIBER VI.

I.

Pontus Euxinus, antea ab inhospitali feritate Axenos appellatus, peculiari invidia naturae sine ullo fine indulgentis aviditati maris, et ipse inter Europam Asiamque funditur. Non fuerat satis Oceano ambisse terras, et partem earum aucta inanitate abstulisse: non irrupisse fractis montibus, Calpeque Africae avulsa tanto maiora absorbuisse, quam reliquerit, spatia: non per Hellespontum Propontida infudisse, iterum terris devoratis: a Bosphoro quoque in aliam

I. *Axenos appellatus.* Dalec. *Axenos appellatus est.* Auctor Peripli Ponti Euxini, pag. 13: τὸν Πόντον τὸν πρὶν Ἄξενον λεγόμενον διὰ τὰς ἐπιθέσεις τῶν βαρβάρων, etc. Vide quae diximus lib. IV, capite 24. H. et Ed. P.

Indulgentis. Rapacitati maris tanta subinde terrarum spatia absorbenda et obtegenda permittentis. H.

Inter Europam. Pinet. *in Europam* Ed. P.

Aucta inanitate. Sic MSS. omnes editi perperam, *aucta immanitate*: est enim familiare Plinio, ut observavit ante nos Pintianus, quae non habitentur, ea inania appellare. Sic igitur intelligenda sunt haec verba, nempe: aucto vehementer eo spatio, quod incoli iam propter aquarum illuvionem non potest. H.

Bosphoro. Elzev. hic et infra pluribus locis. *Bosporo.* Ed. P.

vastitatem panditur nulla satietate, donec exspatianti
2 lacus Maeotii rapinam suam iungant. Invitis hoc accidisse terris, indicio sunt tot angustiae, atque tam parva naturae repugnantis intervalla, ad Hellespontum octingentorum septuaginta quinque passuum: ad Bosphoros duos, vel bubus meabili transitu: unde nomen ambobus, et iam quaedam in dissociatione germanitas concors. Alitum quippe cantus, canumque latratus invicem audiuntur: vocis etiam humanae commercia, inter duos orbes manente colloquio, nisi quum idipsum auferunt venti. Mensuram Ponti a Bosphoro ad Maeotium lacum quidam fecere XIV triginta octo mill.
3 D. passuum. Eratosthenes centum minorem. Agrippa a Calchedone ad Phasin X mill. Inde Bosphorum Cimmerium trecenta sexaginta mill. Nos intervalla gene-

In aliam vastitatem. In vastissimum mare, quem Pontum Euxinum vocant. H.

Lacus Maeotii, etc. Basil. *lacus Maeotis rapinam suam iungat.* Dalecamp. *lacus a Maeoti rapinam suam iungant.* Ed. P. — Per fretum Cimmerium suas aquas misceant, quae terras sorbent. H.

Octingentorum, etc. Chiffl. XXV. Ed. P. — Sive, quod idem est, septem stadiorum intervallo, ut dictum est lib. IV, cap. 18, aliasque saepius. Hard.

Bosphoros. Elzevir. ut supra, *Bosporos.* Ed. P. — Thracium, Cimmeriumque. Graecis βόσπορος, a bovis transitu, propter freti angustias. H.

Et iam quaedam. Chiffl. *etiam quaedam.* Dalec. *et tanquam.* Ed. P.

Invicem audiuntur. Ab utroque littore. H.

Manente. Pint. *manante*, alii *meante.* Ed. P.

XIV triginta octo mill D. pass. Chiffl. et Harduinus: XIV triginta octo mill. passuum. Ed. P. — *Numerus D.* in recentioribus editionibus omissus est. Quod saepe contigit, ut iam superius monui. Numerum hunc habent MSS. et editio princeps. Brot.

Centum minorem. Hoc est, centum millibus passuum minorem facit mensuram, ut sint tantum mill. D. pass. omnino tredecies centena triginta octo. H.

Calchedone. Dalecamp. *Chalcedona.* Ed. P.

X mill. Hoc est, decies centena passuum millia. Strabo enim lib. XII, pag. 548, a fano Calchedonio, usque ad Phasin navigationem ait obtinere stadiorum millia octo, ἀπὸ τοῦ ἱεροῦ μέχρι Φάσιδος περὶ ὀκτακισχιλίους σταδίους ἐστίν. Quamobrem Agrippae et Straboni mensura fere cum Eratosthenica congruit. H.

ratim ponemus comperta in nostro aevo, quando etiam in ipso ore Cimmerio pugnatum est. Ergo a faucibus Bosphori est amnis Rhebas, quem aliqui Rhesum dixerunt. Deinde Psillis, portus Calpas. Sagaris fluvius ex inclytis: oritur in Phrygia, accipit vastos amnes, inter quos Tembrogium et Gallum: idem Sangarius a plerisque dictus: a quo incipiunt Mariandyni sinus,

In ipso ore Cimmerio. In mensura definienda angustiarum Cimmerii freti. H.

Erga a faucibus. Haec Solinus c. XLIII, pag. 72, et Martianus lib. VI, c. de Phrygia, p. 221. H.

Rhebas. Ῥῆβας, Arriano in Periplo; Stephano; Scylaci pag. 32. Festus Avienus, in descriptione orbis, v. 964: *Rhebas, cyanei qui dissicit aequora Ponti, Rhebas, argento similem qui porrigit undam.* H.— Nunc *Riva*, auctore d'Anville. Ed. P.

Aliqui Rhesum. Ita Solinus et Martianus. Sed vereor magnopere, ne ii qui Rhesum hunc vocarunt, Ῥῆσον Homericum, de quo Strabo l. XIII, p. 602, quem Ida mons effundit, affinitate vocis, cum Rheba confuderint. H.

Psillis. Chifflet. *Syrris.* Ed. P.— Ψῦλις Ptol. l. V, c. 1. Ψῦλης Strab. l. XII, p. 543; caeteris Ψῦλις. H.

Portus Calpas. Stephano p. 347, Κάλπη λιμήν. Et Arriano item in Periplo ex Xenoph. A cognomine, ut apparet, amne influente, portui nomen inditum. Meminit amnis illius Strabo, cum Psillide et Sangario, loco citato. Item Ptolemaeus. Nunc, ut vult d'Anville, *Kerbek.* H. et Ed. P.

Sagaris. Chifflet. *Sangaris.* Solinus, loco citato: *Sagaris fluvius, dictusque a plerisque Sangarius.* Strabo, loco citato. Σαγγάριος. *Sakaria* hodieque dicitur apud indigenas. H. et Ed. P.

In Phrygia. Stadiis circiter CL a Pesinunte. H.

Tembrogium. Qui Liv. Thymbres, lib. XXXVIII, c. 18: *Sangarius*, inquit, *ex Adoreo monte per Phrygiam fluens, miscetur ad Bithyniam Thymbreti fluvio. Inde maior iam geminatis aquis per Bithyniam fertur*, etc. *Sursac* hodie dicitur. Non is est Θύμβριος de quo Strabo lib. XIII, pag. 598, uti perperam Ortelius censuit. Is eoim Troianus amnis est in Scamandrum influens per campum sibi cognominem, a quo et Thymbraeus Apollo cognominatus est. Sed neque Coralius, de quo mox, cum amne Sangario commiscendus, ut idem Ortelius fecit. H. et Ed. P.

Et Gallum. Γάλλος Straboni loco citato. Claudianus, in Eutrop. lib. II, vers. 263: *Dindyma fundunt Sangarium, vitrei qui puro gurgite Galli Auctus Amazonii defertur ad aequora Ponti.* H.

A quo incipiunt Mariandyni sinus, oppidumque Heraclea. His verbis voculam *Coralius* praefigunt libri plerique: ab iis haud dubie confictam, qui Sangarii nomen alterum quaerebant, quum illud alterum non esse quam Sagarim, perspicua res sit. Hanc certe vocem in sua paraphrasi non agnoscit Solinus, cap. XLIII, pag. 74: *Sagaris fluvius*, inquit, *ortus in*

oppidumque Heraclea Lyco flumini appositum. Abest a Ponti ore millibus ducentis: portus Acone, veneno aconito dirus, specus Acherusia. Flumina: Paedopi-

Phrygia, dictusque a plerisque Sangarius, exordium facit Mariandyni sinus, in quo oppidum Heraclea, etc. Neque Martianus lib. VI, cap. de Phrygia, pag. 221: *Amnem Rhesum, Sagarimque sinus Mariandyni*, etc. Horum auctoritati nisi concedendum aliquid putarem, locum hunc Plinianum interpungendum pronunciarem in hunc modum, *a quo incipiunt Mariandyni. Sinus, oppidumque Heraclea*, etc. H.

Maryandini sinus. Chiffl. *Mariandrini.* Dalec. *Maryandini.* Ed. P.— Nomen ei sinui dedere finitimi Μαριανδυνοί, de quibus Pausanias, Eliac. prior. lib. I, pag. 340. Μαριανδυνία χώρα, Stephano p. 444. Hodie *le golfe de Sakaria*, cui nomen oppidum fecit in ipso ostio cognominis fluvii positum. H.

Heraclea. Ponti cognominata, a vicino mari, Ponticaque provincia. Mariandynorum urbs a Mela vocatur lib. I, cap. 19: *Ab Argivo*, inquit, *Hercule condita, cui famae fidem adiecit, quae iuxta est Acherusia palus*, de qua mox. Nunc *Erekli.* Vetus Gordiani tertii nummus, quem Occo perperam legit, ΗΡΑΚΛΕΩΤΩΝ ΠΟΝΤΩ, pro ΗΡΑΚΛΕΙΑΣ ΕΝ ΠΟΝΤ. Hercules ibi effingitur canem ex antro extractum mactans. Hodie *Penderachi.* Alius eiusdem oppidi nummus, caput Herculis exhibet laureatum; parte altera, clavam Herculis erectam: cum epigraphe, ΗΡΑΚΛΕΟΣ ΣΩΤΗΡΩΣ, latere sinistro: dextro ΗΒ pro Ηράκλεια Βιθυνίας, ut nunc quidem videtur. Infra, ΤΡΑΚΩΝ, nomen magistratus. Est ex aere mediocri, apud D. Abb. de Fontenu. H.

Lyco flumini appositum. Ita MSS. omnes, et excusi libri ante Dalecampium, qui *oppositum* maluit. Quid vero sit *oppositum flumini oppidum*, fateor me non satis percipere. Appositum autem, seu iuxta positum intelligo, quod modico a ripa fluminis distat intervallo: quemadmodum ipsis vicenis stadiis Heracleam a Lyco dissitam esse scribit Arrianus in Periplo Ponti Euxini: Ἀπὸ δὲ Λύκου εἰς Ηράκλειαν πόλιν... στάδιοι εἴκοσι. Impositum vero amni oppidum dicimus, quod est in ripa positum. Solinus, loco citato. Ovidius, de Ponto lib. IV, eleg. 10, vers. 47: *Huc Lycus, huc Sagaris*, etc. H.

Abest. Abest Heraclea millibus pass. ducentis, ab ipsis Ponti angustiis. A fano Calchedonio, in ipsis Bosphori faucibus posito, Strabo distare ait stadiis circiter mille et quingentis, hoc est, passuum millibus centum octoginta octo. H.

Acone. Acone Solino, et Martiano. Stephano, Ακόνατ, πολίχνιον πλησίον Ηρακλείας, ubi multa illa et de cotibus quas ἀκόνας vocant et de aconito. H.

Acherusia. Mela lib. I, cap. 19: *Iuxta Heracleam specus est Acherusia, ad Manes (ut aiunt) pervius: atque inde extractum Cerberum existimant.* Ita et Solinus, loc. cit. H.

Paedopides. Ita Reg. 1, 2, Colb. 1, 2, Chiffl. et Paris. Editi, *Pedopyles.* H.

des, Callichorum, Sonautes. Oppidum Tium, ab Heraclea triginta octo millibus passuum. Fluvius Billis.

II. (II.) Vltra quem gens Paphlagonia, quam Pylaemeniam aliqui dixerunt, inclusam a tergo Galatia. Oppidum Mastya Milesiorum, deinde Cromna. Quo loco Henetos adiicit Nepos Cornelius, a quibus in Ita-

Callichorum. Vet. ap. Dalec. *Callichaeum*. Ed. P. — Ποταμὸς Καλλίχορος, Paphlagoniae attributus a Scylace, pag. 42. Martiano Heracl. pag. 103, et Arriano in Periplo, Οξείνης. De eo Ammianus l. XXII, p. 214: *Flumina Callichori, ex facto cognominati: quod superatis post triennium Indicis nationibus, ad eos tractus Liber reversus, circa huius ripas virides et opacas, orgia pristina revocavit, et choros*, etc. H.

Sonautes. Contracte dictum pro *Soonautes*. Acheronti flumini in Mariandynis id nomen dedisse, Σοωναύτης, Nisaeos Megarenses, qui Heracleam condiderunt, auctor est Apollonius Rhod. Argonaut. lib. II, vers. 748. Vocis etymon Scholiastes explicat: ἐπειδὴ πάντας τοὺς ναυτιλλομένους διασώζειν, ἀπαθεῖς ἔχων καὶ ἠρεμαίους λιμένας, quod nautis salutem portus sui opportunitate afferat. H.

Tium Ptolemaeo lib. V, cap. 4, Τῖον. *Tias oppidum*, inquit, *Mela loco cit. Milesiorum quidem colonia, sed iam soli gentisque Paphlagonum*. Steph. pag. 657, Τίος, πόλις Παφλαγονίας. At Straboni Τήϊον lib. XII, pag. 543. Philetaeri patria, a quo Attalici reges. H. — Illud esse nunc *Fulios*, sic dictum a vicino flumine cognomine quod Billim esse affirmat, opinatur d'Anville. Ed. P.

Ab Heraclea. Scribit Menippus in Paphlagoniae Periplo, apud Steph. loco citato distare Tium ab Heraclea stadiis ccccxx, ἀπὸ Ηρακλείας ἐς Τίον πόλιν, καὶ ποταμὸν Βίλλιον, στάδιοι τριακόσιοι ἑβδομήκοντα. Haec milliaria efficiunt xlvi et ducentos passus. Hard.

Fluvius Billis. Ita l. MSS. omnes. Steph. Βίλλιος. Scholiastes Apollonii, ad Argon. lib. II, vers. 791, Βίλλαῖος ποταμὸς Παφλαγονίας. Martianus Heracl. pag. 102: Βίλλιος· οὗτος ὁ ποταμὸς ὁρίζει Βιθυνίαν. H. — Nunc *Falios*, ut modo diximus. Ed. P.

II. *Vltra quem*. Martianus, loco cit. H.

Pylaemeniam. Chiffl. *Pylaemoniam*. Ed. P. — Vt Aegypti Ptolemaei, Bithyniae Nicomedes, sic Paphlagoniae reges Pylaemenes vocabantur, ab antiquo illo Pylaemene, cuius Homerus meminit in Boeotia, Iliad. II. Hinc regio ipsa Pylaemenia dicta. Strabo pag. 543. Vide et Livium lib. I, cap. I. H.

Inclusam. Martian. loco cit. iisdem verbis. Sensus est, Paphlagoniam ab ortu Galatia, quam attingit, claudi. Hard.

Mastya. Μαστύα a Milesiis condita, ut Tium. Forte Μόσον vel Μόστον Ptolemaei, in Galatia, lib. V, cap. 6. H.

Cromna. Κρώμνα πόλις Παφλαγονίας, Steph. pag. 390. Κρώμνα χωρίον, Martiano Heracl. pag. 104.

lia ortos cognomines eorum Venetos credi postulat. Sesamum oppidum, quod nunc Amastris. Mons Cytorus a Tio LXIII mill. passuum. Oppida: Cimolis, Stephane: amnis Parthenius. Promontorium Carambis vasto excursu, abest a Ponti ostio CCCXXV mill. pass.:

Henetos adiicit. Vet. apud Dalec. *Venetos* Eu. P. — Ενετοί... ᾤκουν παρὰ Παφλαγονίαν, Steph. Primariam Paphlagonum gentem Strabo appellat, loco citato. Hunc locum dum raptim legit Martianus, neque intellexit, et foedum commentus est simul errorem: *Henetosa civitas*, inquit, *a cuius civibus in Italia ortos Venetos asserunt.* Hausit hoc a Solino, qui cap. XLIV, pag. 72, Paphlagonism ait insignem esse loco Heneto, a quo Paphlagones in Italiam transvecti, mox Veneti sunt nominati. H.

Credi postulat. Chiffl. *credere putat.* Nepoti Strabo subscribit l. XII, pag. 544, qui lib. IV abire in alias partes videbatur. Subscribit et Scymnus pag. 46. Curtius item lib. III, num. 5, Liviusque: et Solinus cap. XLIV, pag. 72. Alii a Venetis Galliae populis, quorum Caesar meminit, duci originem Venetorum Italiae malunt. H.

Amastris. Dionysii Heracleae tyranni uxor Amastris suo nomina urbem insignivit, e quatuor pagis conflatam, Sesamo, Cytoro, Cromna, Tio. Strabo lib. XII, p. 544. Ipsa arx Sesamus Melae lib. I, cap. 19, Σήσαμος ἀκρόπολις Strabonl. Nummi vet. AMACTPIANΩN. Haan. — Nomen hodiequa servat *Amasreh* dicta. En. P.

Cytorus. Cuius Virgilius meminit, Georg. lib. II, vers. 437: *Et iuvat undantem buxo spectare Cytorum.* H. — Nunc *Kudros.* Eo. P.

LXIII mill. pass. Ita Reg. 1, 2, etc. ac Solinus, cap. XLIV, pag. 72. Dalecampius, *LXIV mill. passuum.* Eo. P.

Cimolis. Κίμωλις Straboni lib. XII, p. 545. Κιμωλίς Martiano Harcl. pag. 105. Hard. — Nunc *Kinoli* En. P.

Stephane. Στεφάνη κώμη Martiano Hercl. loco citato Στεφανίς, πόλις Μαριανδυνῶν Stephano pag. 617. H. — Nunc *Istefan* vocatur. Eo. P.

Parthenius. Παρθένιος ποταμὸς ἐν μέσῳ τῆς Αμαστριανῶν πόλεως ῥέων, Stephanus pag. 528. Strabo pag. 543; Mela lib. I, cap. 19. Nomen servat *Partheni.* En. P. — Scylacem hinc emendabis, qui Παροίνιον hunc amnem vocat, pro Παρθένιον, pag. 32, ubi hanc oram describit. Μετὰ δὲ Ασσυρίαν Παφλαγονία ἔθνος· ἔστι δὲ ἐν αὐτῇ Στεφάνη λιμήν· Κόλουσσα πόλις ἑλληνίς· Κάραμβις πόλις ἑλληνίς· Κύτωρος πόλις ἑλληνίς. Σησαμὸς πόλις ἑλληνὶς, καὶ Παροίνιος (lege Παρθένιος) ποταμός. H.

Carambis. Κάραμβις Strab. p. 545. Huic promontorio alterum opponitur, versus boream, quod Κριοῦ μέτωπον, seu frontem Arietis vocant. His duobus Euxinum mare in duo veluti maris dispescitur. Hard. — Carambis stism hodie nominis vestigia servat *Kerempeh* vocatum. Eo. P.

CCCXXV mill. Ita Reg. 1, 2,

vel, ut aliis placuit, CCCL mill. Tantumdem a Cimmerio, aut ut aliqui maluere, CCCXII M. D. Fuit et oppidum eodem nomine, et aliud inde Armene: nunc est colonia Sinope, a Cytoro CLXIV millibus. Flumen Evarchum: gens Cappadocum, oppidum Gaziura, et Gazelum: amnis Halys, a radicibus Tauri par Cataoniam Cappadociamque decurrens. Oppida: Gangre, Carusa, 3

Colb. 1, 2, etc. Dal. *CCCXV*. Martianus lib. VI, cap. de Phrygia, pag. 221, legit CCXX tantum, sed vitiose, ut constat, deficiente, ut minimum, centenarii nota. Hard. et Ed. P.

Tantumdem. Martianus, loc. citato Hard.

Eodem nomine. Κάραμβις πόλις ἑλληνίς, Scylaci pag. 32. H.

Armene. Dalec. *Armine.* Ed. P. — Ἀρμένη κώμη Martiano Heracl. pag. 105. Ἀρμένη πόλις ἑλληνὶς καὶ λιμήν, Scylaci p. 32. Sinopensium pagus Straboni pag. 545. Et Armenen et Carambin intercidisse iam inde ab aevo suo Plinius contestatur familiari illo suo, *fuit.* Mela lib. I, cap. 19: *Quae Paphlagoniam finit, Armene.* Hard.

Sinope. Σινώπη Diogenis Cynici patria: Mithridatis quoque Eupatoris appellati, ortu, regno, sepulcroque nobilis. Coloniae eo deductae lesles sunt nummi veteres, Antonini Severi: C. I. AV. SINOP. *Colonia Iulia Augusta Sinopensis*, apud Patinum pag. 229, et Getae p. 347: C. I. F. SINOPES. *Colonia Iulia Felix Sinope*, vel *Sinopensis* Vlpianus item, Dig. lib. L, tit. 14 de Censibus. Hard. — Nomen hodieque retinet. Ed. P.

Evarchum. Corruptum huius amnis nomen, quod editi hactenus libri sic repraesentant, *flumen Varetum*, restituimus admonitu Martiani Heracleotae, in Periplo pag. 106, eum ipsum hoc terrarum tractu collocantis. Ἀπὸ Σινώπης, inquit, εἰς Εὔαρχον ποταμὸν στάδια π'. Οὗτος ὁ ποταμὸς ὁρίζει Παφλαγονίαν, etc. Disterminat hic amnis Paphlagones a Cappadocibus. Plinius sane similiter post Sinopen Evarchum, post hunc Cappadocum gentem, ut amni proximam, appellat. Subscribit et Menippus apud Stephanum, verbo Καππαδοκία· Εὔαρχος ποταμός, inquit, ὃς ὁρίζει Παφλαγονίαν καὶ Καππαδοκίαν. Quamobrem Varetum a suo Indice expungat Ortelius. H.

Gaziura. Τὰ Γαζίουρα παλαιὸν βασίλειον, antiqua regia, Straboni lib. XII, pag. 447, 547. Dio lib. XXXV, p. 5: ὁ μὲν Μιθριδάτης τῷ Τριαρίῳ πρὸς Γαζιούρσις ἀντεκάθητο. *Mithridates ad Gaziursa Triario castra opposuit.* Scribe Γαζιούροις et *Gaziura.* H. — Nunc fortasse *Gueder*, auctore d'Anville. Ed. P.

Gazelum. Γάλωρον, ut arbitror, Ptolemaei lib V, cap. 6, inter Sinopen, et Halys fluminis ostia. H. — Nunc, ut vult d'Anville, *Aladgiam.* Ed. P.

Halys. Scholiast. Apollon. ad Argon. lib. II, vers. 366: Ἅλυς ποταμὸς Παφλαγονίας. H. — Nunc *Nizil-Ermak*, quod rubrum flumen sonat. Hard.

Gangre. Γάγγρα Stephano pag. 191. Hic synodus Gangrensis habita.

Amisum liberum, a Sinope cxxx mill. passuum. Eiusdemque nominis sinus tanti recessus, ut Asiam paene insulam faciat, cc mill. passuum aut amplius per continentem ad Issicum Ciliciae sinum. Quo in omni tractu proditur, tres tantum gentes Graecas iure dici, Doricam, Ionicam, Aeolicam, caeteras Barbarorum esse. Amiso iunctum fuit oppidum Eupatoria, a Mithridate conditum. Victo eo, Pompeiopolis utrumque appellatum est.

Postes Theodosiam Gangrorum aiunt appellatam. H. — Nunc dicitur *Kiangari*. Ed. P.

Carusa. Ita Reg. 1, 2, Colb. 1, 2, Paris. In editis perperam, *Carissa*: quamquam ita Ptolemaeus lib. V, cap. 6. Sed is ex Scylace, apud quem pag. 32, Κάρουσα πόλις ἑλληνίς: ex Martiano Heracl. pag. 106, apud quem Καροῦσα legitur: ex Arriano, aliisque emendandus. Ed. P.

Amisum liberum. Ab Augusto Caesare post Actiacam victoriam libertate donatum, ut auctor Strabo lib. XII, pag. 547. Αμισός Ptolemaeo lib. V, cap. 6, et Straboni, aliisque. Amisum Plinius de more dixit, quoniam *oppidum* subintellexit. Nummus Hadriani, ΑΜΙCΟΥ ΕΛΕΥΘΕΡΑC. H. — Nunc *Samsoun*. Ed. P.

CXXX mill. pass. Incuria librariorum irrepsisse hoc loco mendum suspicamur: qui quum in primitivis codicibus scriptum offendissent, *centum tr. mill.* triginta pro *tredecim* posuerint. Strabo enim lib. XII, pag. 547, dissitam esse Sinopen ait ab Amiso stadiis omnino nongentis, περὶ ἐννακοσίους σταδίους. Strabonem sequitur Stephanus p. 74. Efficit autem haec mensura passuum millia cxii, cum quingentis pass. H.

Eiusdemque nominis. Sinus Amisenus, tam vasto recessu in ortum secedens, et in meridiem reflexus, ut Asiam quam minorem vocamus (veteres Asiam inter Halym dixere), paene insulam faciat, etc. H.

CC. mill. passuum aut amplius. Optime sic MSS. Reg. 1 et 2, editio princeps et Chiffl. Perperam in recentioribus editionibus, quas secutus est Harduinus, emendatum *haud amplius*. Quod manifeste falsum est: quum Amisenus sinus ab Issico distet, ut minimum ccc mill. pass. Brot. et Ed. P.

Barbarorum. Vernaculo ac proprio, non graeco fere sermone utentium. H.

Iunctum fuit oppidum Eupatoria. A Mithridate, cui Eupatoris nomen fuit. Solin. cap. XLIV, pag. 72; Martianus libro VI, pag. 222. H.

Victo eo. A Pompeio. Vide lib. VII, c. 27. Igitur urbes duae iunctae, Eupatoria et Amisos; in Pompeii nomen transiere. Eupatoria nova urbs adtexta veteri fuit a Mithridate. Sic Appian. in Mithrid. Vtrumque Pompeiopoleos nomine appellatum. Πομπηϊούπολις, πόλις Παφλαγονίας, ἡ Πομπηϊόπολις. Steph. p. 558. H.

Pompeiopolis utrumque. Chiffl. *utrumque Pompeiopolis*. Ed. P.

III. (III.) Cappadocia intus habet coloniam Claudii Caesaris Archelaidem, quam praefluit Halys. Oppida: Comana, quod Sarus: Neocaesaream, quod Lycus: Amasiam, quod Iris in regione Gazacena. In Colopena vero Sebastiam et Sebastopolin. Haec parva, sed paria supra dictis. Reliqua sui parte Melitam, a Semiramide

III. *Cappadocia.* Haec totidem verbis Solinus cap. XLV, p. 73; Martianus lib. VI, cap. de Cappad. p. 222. Nomen habet Ἀρχιλαΐς ab Archelao Cappadociae rege, cuius regnum Tiberius in provinciae formam redegit, teste Suetonio in eius vita, cap. XXXVII. HARD. — *Erekli* nunc dicitur. ED. P.

Comana, quod Sarus. Hoc est, quod oppidum Sarus amnis praefluit. Τὰ Κόμανα, Straboni lib. XII, p. 535, et Appiano in Mithrid. pag. 214: Διὰ μὲν οὖν τῆς πόλεως ταύτης ὁ Σάρος ῥεῖ ποταμός, inquit Strabo, qui hanc Cataoniae urbem adiudicat: alteram deinde eiusdem nominis ab ea discriminat, quae Iri amni erat imposita. De vocis etymo multa ibi digna scitu: et de Iphigeniae gladio, quem penes se esse utraque urbs gloriatur. Nummi veteres ΚΟΜΑΝΕΩΝ. Colonia eo missa est sub Severo Imp. et a coniuge Iulia Pia Felice Aug. nomen accepit. Vnde sunt nummi Antonini Severi, COL. IVL. AVG. F. COMANORVM. H. — Lorum occupasse videtur, qui nunc *El-Bostan*, sive Hortus, dicitur. ED. P.

Neocaesarea. Georgii Thaumaturgi episcopali sede nobilem. Nunc *Niksar*, ut ait d'Anville, quae quidem urbs haud ignobilis est; non autem *Tocat*, ut Harduinuo videtur. ED. P.

Lycus. Fluviolus, qui in Irim amnem labitur, ut dicetur initio cap. seq. H.

Amasiam. Strabonis haec patria, quam ille pereleganter describit lib. XII, p. 561: Ἀμάσεια... δι' ἧς ὁ Ἶρις φέρεται ποταμός. Priscum retinet nomen, oppidum hodieque insigne. Describitur a Tavernerio, in Itiner. tom. I, p. 9. H.

Gazacena. Γαζακηνὴ regio Straboni lib. XII, p. 553, qui hanc vocem Paphlagonicam esse, et barbaram ait. H.

In Colopena. Ab urbe Χολόη regio nomen traxisse videtur: quae inter mediterranea oppida Ponti Galatici, ut et Sebastopolis, a Ptolemaeo describitur lib. V, c. 6. Sebastia vero, Σεβάστεια, inter ea quae Polemoniaci Ponti dicebantur. Haec hodia *Siwas* appellatur. Vide Tavernerium tom. I, Itiner. p. 11. In Notitia Eccles. Hieroclis, pag. 15, inter episcopos primae Armeniae, ὁ Σεβαστείας, et Σεβαστουπόλεως appellantur. Et p. 35, Σεβάστεια et Σεβαστούπολις. Sic etiam Leunclavius pag. 92. H.

Melitam. A qua Melitene, de qua mox. Ptolemaeo lib. V, c. 7, Μελιτήνη. A Semiramide conditam auctor est quoque Martianus lib. VI, p. 222, Solinus cap. XLV, pag. 73, et Strabo lib. XII, pag. 573. Iuxta Euphratem positam, παρὰ τὸν Εὐφράτην ποταμόν, Ptolem. loco citato. De ea diximus libro superiore, c. 20. H.

conditam, haud procul Euphrate: Diocaesaream, Tyana, Castabala, Magnopolim, Zelam: et sub monte Argaeo Mazacam, quae nunc Caesarea nominatur.
2 Cappadociae pars praetenta Armeniae maiori, Melitene vocatur: Commagenae, Cataonia: Phrygiae, Garsauritis, Sargarausene, Cammanene: Galatiae, Mori-

Diocaesaream. Διοκαισάρεια in Garsauritide Cappadociae praefectura, de qua mox dicetur, Ptolemaeo loco citato. H.

Tyana. Τὰ Τύανα, Philostrato lib. I, c. 4, de vita Apollonii, cui patria Tyanei nomen fecit. H.

Castabala. Vet. apud Dalec. *Castabalam.* Eo. P. — Τὰ Καστάβαλα Straboni lib. XII, p. 537, prope Tyana. Hard.

Magnopolim. Haec Eupatoria primum est appellata, ab alia eiusdem nominis, de qua sup. cap.° dictum est diversa: ad confluentes Lyci et Iris posita: quam imperfectam a Mithridate relictam Pompeius agro et civibus additis, Magnopolim de suo nomine appellavit. Strabo lib. XII, p. 556, et Appianus in Mithridate p. 251. H. — Nunc *Tchenikeh*, ut quidem opinatur d'Anville. Eo. P.

Zelam. Armeniae locum hunc adiudicant Stephanus et Strabo. Ille p. 289, Ζῆλα τόπος Ἀρμενίας. Iste lib. XII, p. 559, in Armenia, Ζηλῆτις ἔχει πόλιν Ζηλὰ, ἐπὶ χώματι Σεμιράμιδος τετειχισμένην, etc. H.

Et sub monte Argaeo. Mart. lib. VI, p. 222, et Solin. cap. xlv, p. 13, Ἀργαῖον ὄρος Straboni p. 538, unde in utrumque mare prospectum esse aiunt, in Euxinum et Issicum. H. — Etiamnunc *Ardgeh-Dagh.* Eo. P.

Mazacam. Τὰ Μάζακα ἡ μητρόπολις, καλεῖται δ' Εὐσέβεια καὶ αὕτη, etc. Strabo loco citato, et Stephanus. Ptolemaeus lib. V, c. 6, Μάζακα ἡ καὶ Καισάρεια. Basilii M. aedes episcopalis. Non a Claudio Caesare Caesarea dicta, ut ait Niceph. Callist. Eccl. Histor. lib. X, p. 15, sed a Tiberio potius, ut ait Suidas tom. II, p. 903. Hieronymus quoque in Chron. p. 157: *Tiberius multos reges ad se per blanditias evocatos numquam remisit: in quibus et Archelaum Cappadocem, cuius regno in provinciam verso, Mazacam nobilissimam civitatem Caesaream appellari iussit.* H. — Huic successit *Kaisarieh*, sed paulum, ut videtur, ab ea dissita. Eo. P.

Melitene. Hae quoque Cappadociae praefecturae Straboni memorantur lib. XII, p. 534, Μελιτηνὴ, καὶ Κατωσία. Ἰσαυρῖτις (legn Γαρσαυρῖτις) Καμανηνὴ, vel ut p. 540, Κομμαγηνὴ, Μοραμηνὴ, pro Μορειμηνὴ. H.

Cataonia. Cuius oppidum Claudiopolim esse diximus lib. V, cap. 20. Hard.

Sargarausene. In unica voce bis peccarunt Plinii editores, qui sic curarunt scribi (*Phrygiae, Garsauritis* subintellige, *praetenditur*, ex superioribus): *Sargaurasanae, Cammanene.* Nam et praefecturae noman vitiatum est, pro Sargarausene, uti ex Strabone diximus: et corrupta interpunctione perturbatus situs: est enim ipsa Sargarausene e Cappadociae quoque praefecturis una, cum Garsauritide et Cammanene: ut loci huius plana sententia sit Phrygiae

mene: ubi disterminat eos Cappadox amnis, a quo nomen traxere, antea Leucosyri dicti. A Neocaesarea supradicta minorem Armeniam Lycus amnis disterminat. Est et Ceraunus intus clarus. In ora autem ab Amiso oppidum et flumen Chadisia, Lycastum, a quo Themiscyrena regio.

IV. Iris flumen deferens Lycum. Civitas Ziela intus, nobilis clade Triarii, et victoria C. Caesaris: in ora

praetendi ex aequo tres illas, Garsauritidem, Sargarausenen, Cammanenen. Σαργαραυσηνὴ Straboni pag. 537, et Ptolemaeo lib. V, cap. 6. H.

Cappadox. Fluviolum esse satis indicat, qui in interiore Cappadocia fluat, atque in Halyn deinde labatur. Hard.

Leucosyri. Λευκόσυροι Straboni p. 545, hoc est, Syri albi. H.

Est et Ceraunus. In Reg. 1, *Caeranus*, κοίρανος. Suspecta mihi vero pariter vox utraque: quum haud alibi, quod sciam, exstet. *Caruanis* forte legi satius fuerit, quo nomine oppidum appellatur in hoc ipso terrarum tractu, Ponti nempe Polemoniaci praefectura, Καρουανὶς a Ptolemaeo lib. V, c. 2. Amnis id, non oppidi nomen, Κεραυνός. Id enim orationis textura postulat. H.

Chadisia. Χαδίσια, πόλις Λευκοσύρων, hoc est, Cappadocum, Stephanus p. 708, ex Hecataeo, qui Themiscyrae inde regionis initium ducit, Martianus Heracl. p. 106, εἰς κώμην καὶ ποταμὸν Χαδίσιον. H.

Lycastum. Oppidum. Mela lib. I, cap. 19, p. 22: *Secundum Halyn urbs est Lycasto. Ad Thermodonta, campus: in eo fuit Themiscyrium oppidum*, etc. H.

Themiscyrena. Dalec. *Themiscyra. Djanik* hodie vocatur haec regio, quam barbarae gentes incolunt. Ed. P.

IV. *Iris flumen.* Strab. lib. XII, p. 556. Nunc *Iechil-Ermak.* Ed. P.

Ziela. Ζίηλα, quae a conditore Ziela Nicomedis F. nomen tulit. Stephanus p. 289. Ζήλαν Plutarchus in Caesare pag 731. Ζίλιαν Dio vocat lib. XLII, p. 207. — Etiamnunc *Zileh.* Ed. P.

Triarii. Romani ducis, qui cum Lucullo in Asia Mithridatico bello interfuit. Inganti praelio a Mithridate victum referunt Dio l. XXXV, p. 5; Plutarchus in Lucullo p. 515; Appianus in Mithr. p. 249. Insigni hallucinatione Gallicus interpres Pinetus, editoresque Pliniani, qui indicem totius operis confecerunt, Triarium a Caesare superatum opinati sunt, hoc scripto lemmate, *Vbi Caesar Triarium superavit*, remisso ad hunc locum lectore. Hunc nos errorem in observationibus nostris abunde confutavimus. H.

C. Caes. Dictatoris, qui Pharnacem Mithridatis F. superavit, tropaeumque statuit ei adversum, quod eo ipso in loco de Triario devicto Mithridates fixerat: quoniam istud evertere, quod erat belli Diis dedicatum, nefas putabatur. Dio lib. XLII, pag. 207. H.

amnis Thermodon, ortus ad castellum, quod vocant Phanaroeam, praeterque radices Amazonii montis lapsus. Fuit oppidum eodem nomine, et alia quinque: Amazonium, Themiscyra, Sotira, Amasia, Comana:
2 nunc Manteium. (IV.) Gentes Genetarum, Chalybum. Oppidum Cotyorum. Gentes: Tibareni, Mossyni notis

Thermodon: Dalec. *Thermodoon.* Θερμώδων, Straboni lib. XII, pag. 547, ὁῖων ἐκ τῆς καλουμένης Φαναροίας. Nunc *Termeh*, auctore d'Anville. H. et Eo. P.

Phanaroeam. Regioni quoque iodium fuisse nomen illud, ait d'Anville, nescio qua fretus auctoritate. Eo. P.

Eodem nomine. Thermodontis nomine; sed fuit, hoc est, intercidit. Quare apud caeteros scriptores nulla fit huius mentio. H.

Amazonium. Phamizoonm libri editi exhibent: at Reg. 4, et alii, *Amazonium:* atque hanc lectionem, quod multo est certius, Mela ipse constabilit lib. I, cap. 19: *Ad Thermodonta*, inquit, *Themiscyrium oppidum: fuere et Amazonum castra, et ideo Amazonium vocant.* Et vero Phamizonium, ut Stephanus quidem scribit, vel potius Phazemonium, ut Strabo lib. XII, p. 560, Phazemonitisque regio longo hinc fuit intervallo dissita, trans Thermodontem et Irin. H.

Themiscyra. Straboni pag. 547, ἡ Θεμίσκυρα. Reliquae, Σώτειρα, Αμάσεια, Κόμανα, quae quum iam tuoi interierint, ab aliis scriptoribus praetermissae sunt: praeter τὰ Κόμανα τὰ ἐν τῷ Ποντῷ a Comanis Cappadocicis, de quibus supra, diversa: de his Strabo multa p. 557. H.

Nunc Manteium. Nunc, inquit, solum superest μαντεῖον, id est, oraculum. H.

Genetarum. Id eis a cognomine promontorio nomen, ὁ Γενέτης Straboni lib. XII, p. 548, ubi et portus fluviusque cognominis, teste Stephano. pag. 204. Iuxta Tibarenorum gentes Γενήταιον Διὸς ἄκρην locat Apollonius lib. II, Argon. vs. 1011. Hard.

Chalybum. Χάλυβες περὶ τὸν Πόντον ἔθνος ἐπὶ τῷ ποταμῷ Θερμώδοντι. Chaldaeos Χαλδαίους vocat Plutarchus in Lucullo p. 500. Lustrat hanc oram Festus Avienus in descriptione orbis, vers. 947: *Inde Tibareni, Chalybes super, arva ubi ferri Ditia vulnifici crepitant incudibus altis.* Vide Poët. Lat. Min. t. V. Cuius nominis vestigia retinet hodiernum regionis vocabulum *Keldir* dictae. Hard. et Eo P.

Cotyorum. Κοτύωρος Straboni lib. XII, p. 548, Κοτύωρα πρὸς τῷ Πόντῳ, Stephano p. 381, et Arriano in Periplo Ponti. H.

Mossyni. Μόσυνοι Nicolao Damasc. in Excerptis p. 517. Iidem Μοσυνοίκοι appellati a Strabone lib. XII, p. 549, et Diodoro lib. XIV, pag. 260, hoc est, turricolae. Mela lib. I, cap. 19, p. 22: *Tibareni Chalybas attingunt, quibus in risu lusuque summum bonum est. Vltra Mossyni turres ligneas subeunt, notis corpus omne perungunt, propatulo vescuntur*, etc. H.

signantes corpora. Gens, Macrocephali, oppidum Cerasus, portus Chordule. Gentes: Bechires, Buzeri. Flumen Melas. Gens, Macrones: Sidene, flumenque Sidenum, quo alluitur oppidum Polemonium ab Amiso cxx mill. passuum. Inde flumina: Iasonium, Melanthium: et ab Amiso LXXX mill. passuum, Pharnacea oppidum, Tripolis castellum et fluvius. Item Philoca-

Macrocephali. Mela loco citato: *Minus feri, verum et hi inconditis moribus, Macrocephali, Bechiri, Buzeri.* H.

Cerasus. Κερασοῦς Straboni l. XII, p. 548, unde cognominata cerasa, ut ait Ammianus lib. XXII, pag. 213. Ego vero de arbore magis patriam, quam de patria arborem nomen traxisse crediderim. Dicemus ea de re lib. XV, cap. 30. Hard. — Etiamnunc *Kerasoun.* Eo. P.

Chordule. Prius *Cordulae* scribebatur. At Χορδύλη est Ptolemaeo V, cap. 6. Arriano in Periplo, Κορδύλη. Hard.

Bechires, Buzeri. Illi Scylaci pag. 31, Βέχειροι dicuntur, et Apollonio lib. II, vers. 395; Stephano, Βέχειρες. Isti Straboni lib. XII, p. 549, Βύζηρες: *Buzeres* Prisciano in Periegesi p. 386. H.

Macrones, Μάκρωνες sive Σάννοι, de quibus Strabo p. 548. De his iterum cap. 11. H.

Sidene. Ita rescripsi ex Strabone, apud quem loco citato, Σιδήνη regio reperitur Themiscyrenae iuncta, atque ab ipso orationis contextu admonitus. Nam si *Sideni*, uti ante nos editum fuit, potius foret, *Gentes*: *Macrones, Sideni*, Plinius disisset haud dubie, ut proxime antea, *Gentes*: *Bechires, Buzeri*; non *gens.* H.

Polemonium. Chiffl. *Palemonium.* Ed. P. — Quod a Polemone rege nomen habet, ac Ponti certae parti dedit, Ponti Polemoniaci. Eius regis ditio Neronis tantum principatu in Romanorum ditionem venit. Πολεμώνιον, Stephanus pag. 557. In Notitia Eccles. p. 35, inter sedes episcopales provinciae Ponti Polemoniaci, Τολεμώνιον, pro Πολεμώνιον. Rectius apud Leunclavium p. 94, ὁ τοῦ Πολεμωνείου. H. — *Vatisa*, sive *Fatsa*, hodie dictum videtur, quod nomen a virino promontorio quondam Phadisana dicta. Eo. P.

Iasonium. Straboni p. 548, et Arriano in Periplo, Ἰασόνιον promontorium est, cuius nominis et flumen fuisse coniicitur: ut Heracleum in ea ora, et promontorii idem et amnis nomen fuit, ut mox dicetur. H.

Melanthium. Μελάνθιος ποταμός Arriano in Periplo, a Cotyoris, de quibus superius, stadiis dissitus LX. Hard.

Pharnacea. Φαρνακία Ptolemaeo lib. V, c. 6. et Straboni p. 555: Φαρνάκεια Arriano. H.

Tripolis. Meminit huius loci Arrianus, quem a Philocalea distare centum ac decem stadiis ait. Nunc *Tireboli.* H. et Ed. P.

Philocalea. Vet. apud Dalec. *Cocalia.* Dalec. *Philocalia* Castellum et fluvius. Φιλοκάλεια Arriano, in Peri-

lea, et sine fluvio Liviopolis: et a Pharnacea centum mill. passuum, Trapezus liberum, vasto monte clausum. Vltra quod gens Armenochalybes, a maiore Armenia xxx mill. passuum distans. In ora ante Trapezunta flumen Pyxites: ultra vero gens Sannorum Heniochorum. Flumen Absarum, cum castello cognomine in faucibus, a Trapezunte CXL mill. passuum. Eius loci a tergo montium Iberia est: in ora vero Heniochi, Ampreutae, Lazi. Flumina: Açampsis, Isis, Mogrus,

plo Ponti. Ptolemaeo lib. V, c. 6, perperam Κωκάλια. H. et Eo. P.

Centum mill. pass. Ab Amiso autem Pharnacea distat LXXX mill. Sunt omnino igitur CLXXX mill. pass. terrestri scilicet ac recto itinere: nam mari navigatio, per sinuum anfractus, duum millium est stadiorum cum ducentis, ab Amiso Trapezuntem usque, ut Strabo monet lib. XII, p. 548, hoc est, milliarium ducentorum et XXV. H.

Trapezus. Τραπεζοῦς Graecis. Nobis, *Trébizonde.* Graecorum imperii quondam sedes. Trapezunta insulam Ammianus vocat lib. XXII, p. 213, quoniam peninsulae cum insulis saepe confundi solitae. H.

Vltra quod. Versus orientem, a mari longius. H.

Maiore Armenia. Dalec. *et maior Armenia.* Eo. P.

Pyxites. Vet. apud Dalec. *Pysites.* Πυξίτης Arriano in Periplo. H. et Eo. P.

Sannorum Heniochorum. Ex Heniochis, Sannisque, qui et Macrones, mixti, ut Armenochalybes ex Armenis et Chalybibus. Σάννους, et Λάζους, de quibus mox dicetur, etsi Romanis subactos armis, Romanis tamen unquam legibus serviisse negat Theodoretus, serm. 9, de legibus. Haao.

Flumen Absarum. Ἄψαρος ποταμός Scylaci p. 31. Ptolem. lib. V, c. 6, Ἀψορρός. Castellum vero Ἄψαρον vocat Arrianus in Periplo Ponti, positum in ipsis fluvii faucibus. H.

CXL mill. passuum. Dalecamp. *CL.* Eo. P.

A tergo. In mediterraneo, versus ortum a mari recedendo. H.

Ampreutae. Ampreutarum loco Zydretas habet Arrianus in Periplo, quos Heniochos inter et Lazos collocat, Ἡνιόχων ἐχόμενοι Ζυδρεῖται· Ζυδρειτῶν δὲ Λαζοί. Hi Λαζοὶ Ptolemaeo dicti lib. V, c. 10, maritima Colchidis obtinent, ad utramque Phasidis ripam appositi, teste Procopio, Belli Pers. lib. II, cap. 29, pag. 164. Hodie *Guria*, sive *Guriel.* In Notitia Eccles. p. 19 et 51, Ἐπαρχία Λαζικῆς· ὁ Φάσιδος ὁ Ροδουπόλεως· ὁ Πετρῶν, etc. H. et Eo. P.

Acampsis, etc. Libri hactenus editi, *Flumina: Campseonysis, Nogrus.* Errorem detexit, et emendationem nobis suggessit Arrianus in Periplo, horum fluminum nomina ita scribens, Ἀκαμψις, Ἰσις, Βαθύς, Μῶγρος. Scylax hinc emendandus pariter pag. 81, apud quem Ἰρις amnis in Colchis pro

Bathys. Gentes Colchorum. Oppidum Matium, flumen Heracleum, et promontorium eodem nomine, clarissimusque Ponti Phasis. Oritur in Moschis: navigatur quamlibet magnis navigiis XXXVIII mill. D. passuum. Inde minoribus longo spatio, pontibus CXX pervius. 5 Oppida in ripis habuit complura: celeberrima, Tyndarida, Circaeum, Cygnum, et in faucibus Phasin. Maxime autem inclaruit Aea, XV mill. passuum a mari,

Ισις legitur. H. — Bathys *Tchorok* hodie dicitur; caeteri ignorantur. Eo. P.

Matium. Dalec. *Marium*. Ed. P.— Forte Μαδία Ptolemaei lib. V, cap. 30, in mediterraneis Colchidis civitatibus. M.

Heracleum. Aliud hoc promontorium est ab Heracleo, cuius Strabo meminit lib. XII, p. 548, quod oram maritimam ab Amiso legentibus, etiam ante Iasonium, de quo supra, primum occurrit: quum hoc Plinianum ab Amiso millibus pass. distet amplius trecentis et sexagenis. H.

Phasis. Argonautarum navigatione celebratus. Nostris, *le Phase*, sive *Rione*. M. et Eo. P.

Oritur in Moschis. Ita Solinus cap. XV, p. 35. Strabo lib. XI, p. 498, ἐξ Αρμενίας τὰς ἀρχὰς ἔχων, hoc est, ortum habet ex ea Moschicae regionis parte, quam Armeni obtinent. Est enim Moschica tripartita: pars Colchia, pars Iberis, pars Armenis cedit: ἡ δ' οὖν Μοσχικὴ, inquit idem Strabo pag. 499, τριμερής ἐστι· τὸ μὲν γὰρ ἔχουσιν αὐτῆς Κόλχοι, τὸ δὲ Ἴβηρες, τὸ δὲ Αρμένιοι. H. — Regionem quae nunc *Imérétie* dicitur, occupasse videntur. Ed. P.

Habuit complura. Familiaris haec Plinio formula praeteriti temporis, *habuit, inclaruit*, desiisse iam tum oppida illa significat. H.

Celeberrima. Chifflet. *celeberrimum*. Ed. P.

Tyndarida, Circaeum. Prius *Tyritaceu* legebatur cuius urbis in hoc tractu nullum apud caeteros scriptores vestigium: nisi cui Stephani Τυριταχίτη pertinere huc videatur. At MSS. Reg. 1, 2, Colb. 1, 2, Paris. Chiffl. vet. Dalec. etc. habent, *Tyndaridaeeum*; unde nos *Tyndarida, Circaeum*, effingi curavimus, Dionysii Periegetae admonitu persuasi, qui Tyndaridarum regionem, Circaeumque campum, ad Phasis ripas in intimo Ponti recessu, iuxta Colchos collocat, vs. 688. H.

Cygnum, et in faucibus Phasin. De Cygno inferius. De Phasi Mela lib. I, c. 19, p. 23: *Hic Phasis erumpit: hic eodem nomine, quo amnis est, a Themistagora Milesio deductum oppidum*. Stephanus Φάσις, πόλις πρὸς τῷ Φάσιδι ποταμῷ ἐν Κόλχοις. Instaurata denuo, hodieque praeampla civitas est, *le Phase*. H.

Aea. Αἶα Stephano pag. 30, sed paulo a mari remotius, quam Plinius statuit: nempe CCC ipsis stadiis στάδια τριακόσια, quae millia passuum efficiunt XXXVII cum pass. quingentis. H.

ubi Hippos et Cyaneos vasti amnes e diverso in eum confluunt. Nunc habet Surium tantum, et ipsum ab amne influente ibi cognominatum, usquequo magna-
6 rum navium capacem esse diximus. Et alios accipit fluvios, magnitudine numeroque mirabiles, inter quos Glaucum. In ore eius, insulae sine nomine, ab Absaro LXX M. Inde aliud flumen Charien. Gens Salae, antiquis Phthirophagi dicti, et Suani. Flumen Cobum e Caucaso per Suanos fluens. Dein Rhoas. Regio Ecre-

Hyppos et Cyaneos. Dalec. *Cyanos.* Ed. P. — Stephanus et Ptolemaeo lib. V, c. 10, Ἵππος, καὶ Κυάνεος, ille a celeritate, quod incitatissimi equi more fertur: a colore iste caeruleo, nomen invenit. Vterque in Phasin influit. H.

Surium. Σούριον in mediterraneis Colchorum oppidis Ptolemaeo, loco cit. H.

Vsquequo. Hoc est, influente ibi Surio amne in Phasin, ubi, vel quo usque magnis navigiis Phasin diximus navigari, hoc est, a mari, XXXVIII mill. D. pass. H.

Glaucum. Γλαῦκος Straboni lib. XI, p. 498. H.

In ore eius. Vbi se Phasis in mare devolvit. H.

Ab Absaro LXXM. Ita Reg. 1, 2, Colb. 1, 2, Chifflet. Paris. Nonnulli alii, *LXXV.* H. — Vet. apud Dalec. et Chiffl. *ab Asmo LXX.* Dalecamp. *LXXV.* Ed. P.

Charien. Neutro id genere expressit, quia flumen praefatus. Arriano in Periplo, Χαρίεις ποταμός. Ptolemaeo loco citato, Χάριστος. Straboni pag. 499, ὁ Χάρις. H. — Hodie *Enguri*, auctore d'Anville. Ed. P.

Phthirophagi. Φθειροφάγοι Straboni loco citato, quos ait a sordibus et squalore nomen habere. Horum et Mela meminit lib. I, cap. 19. Hard.

Et Suani. Σοῦανοι Ptolemaeo, l. V, c. 9. Σόανες; iidem Straboni loco citato, et Stephano. Hard. — Nomen horum etiamnunc servare quam tenuerunt regionem *Suanti* dictam, auctor est d'Anville. Ed. P.

Cobum. Arriano in Periplo, Κῶβος ποταμός, nunc *Khobis.* Hard. et Ed. P.

Ecrectice. Ptolemaeus lib. V, cap. 10, ex Palatino cod. Ἐκρηκτικὴν χώραν appellat: quae germana vocis huiusce scriptura est. Invenisse nomen ea regio videtur, vel quod abrupto salebrosoque solo est, vel quod frequentibus fluviorum ac torrentium alveis excavato, vel denique crebris imbrium eruptionibus obnoxio, ταῖς συρρόαις τῶν ποταμῶν, καὶ ἐκρήγμασι τῶν ὑδάτων, καὶ χαράδραις. Vnde et eius orae fluvio Ῥοὰς ioditum nomen. Ecrectices et Mela meminit lib. I, cap. 19. Pars est Mingreliae borealis. Hard.

Singamies, Tarsuras, Astelephas. Nomina haec amnium refinximus ex Arriano, ita ea repraesentante in Periplo Ponti: Σιγγάμης, Ταρσούρας, Ἀστέλεφος. In Plinianis libris ita hactenus editum, *Sigania, Tersos, Atel-*

cticè. Amnes: Singames, Tarsuras, Astelephas, Chrysorrhoas. Gens Absilae, castellum Sebastopolis, a Phaside centum mill. passuum. Gens Sannigarum, oppidum Cygnus, flumen et oppidum Penius. Deinde multis nominibus Heniochorum gentes.

V. (v.) Subiicitur Ponti regio Colica, in qua iuga

pos. In MSS. Reg. 1, etc. *Sigania, Thersos, Asthalpus.* Hado.—Siogames vocatur nunc, auctore d'Anville, *Hati-Scari*; Tarsuras *Ochum*; Astelephas, *Mokis-Scari.* Ed. P.

Absilae. Ἀψῖλαι Arriano in Periplo. Horum castellum Sebastopolis, in urbis deinde amplitudinem crevit, hodieque *Savatopoli*, retento utcumque vetusto nomine, appellatur. H.

A Phaside. Ab oppido scilicet, in ore amnis cognominis posito, distat id castellum, cui Sebastopoleos nomen fuit. H.

Sannigarum. Vet. apud Dalecamp. *Samnigarum.* Ed. P.—Arriano Σαγίγαι, in Periplo Ponti. Stephano, Σαννίγαι, ἔθνος Σκυθίας. Hard.

Cygnus. Ab altero eiusdem nominis oppido, de quo superius, longe diversum: etsi nomenclaturae par forte ratio. Illud enim in Phasidis ripa, istud a Phaside centum amplius passuum millibus disiunctum: illud sua aetate interiisse, istud integrum superesse significat. De appellationis occasione Mela, lib. I, cap. 19: *Oppidum est*, inquit, *quod Graeci mercatores constituisse, et quia quum caeca tempestate agerentur, ignaris quae terra esset, cygni vox notam dederat, Cygnum appellasse dicuntur.* Hard.

Penius. Sic antiqua omnis, recentiorque lectio ante Hermolaum qui *Pityus* rescripsit: quamquam veterum codicum, quos secuti sumus, Reg. 1, 2, Colb. 1, 2, Paris. etc. auctoritatem constabilit ipse Naso lib. IV de Ponto, eleg. 10, vers. 47: *Huc Lycus, huc Sagaris, Peniusque, Hypanisque, Cratesque Influit, et crebro vertice tortus Halys.* Et vero sane de Pityonte dicetur suo loco inferius. Hado.

Multis nominibus. Ex his Sanoi Heniochi superius memorati. H.

V. *Regio Colica.* Ita deserte scriptum vidimus in Reg. 1, 2, Colb. 1, 2. et Paris. tum hoc loco, tum in Indice huius libri. Vidit et Pintianus in suis codd. quos ab eo neglectos miror, ut *obliqua* mallet rescribere. Editores Pliniani, quibus esset ignota regio Colica, *Colchica* posuerunt: quum de Colchis a Plinio nondum oratio instituatur. Sane Colices in hoc tractu meminere Mela lib. I, c. 19: *Reliquae* inquit, *ferae incultaeque gentes, vasto mari, adsidentes tenent, Melanchlaeni, Ecrectice, Colice, Coraxi*, etc. Stephanus, ex Hecataeo in Asiae descriptione: Κῶλοι, ἔθνος πρὸς τῷ Καυκάσῳ· αἱ δὲ ὑπώρειαι τοῦ Καυκάσου καλοῦνται Κωλικὰ ὄρη· ἡ χώρα Κωλική, etc. Certe non alia Colice, praeter istam, nota Hecataeo fuit: nam is Alexandri tempora antecessit, cuius expeditione detecta primum ora Indiae est, quae Colias similiter est appellata. Hinc Scylacem emendabis p. 30: Μετὰ δὲ Ηνιόχους Κοραξοὶ ἔθνος. Μετὰ δὲ Κοραξοὺς Κορικὴ (lego Κωλικὴ) ἔθνος. Μετὰ δὲ Κορικὴν (similiter Κολικὴν) Μελάγ-

Caucasi ad Riphaeos montes torquentur, ut dictum est, altero latere in Euxinum et Maeotin devexa, altero in Caspium et Hyrcanium mare. Reliqua littora ferae nationes tenent, Melanchlaeni, Coraxi urbe Colchorum Dioscuriade, iuxta fluvium Anthemunta, nunc deserta: quondam adeo clara, ut Timosthenes in eam ccc nationes, dissimilibus linguis, descendere prodiderit. Et postea a nostris cxxx interpretibus negotia
2 ibi gesta. Sunt qui conditam eam ab Amphito et Telchio, Castoris ac Pollucis aurigis putent, a quibus ortam Heniochorum gentem feram constat. A Dioscu-

χλαινοι. Id enim ipse situs locorum postulat. Subiicitur haec regio supradictae Ecrectricae, versus meridiem, ubi Caucasii montes ad Boream flectuntur ac veluti resiliunt, usque ad Riphaeos. Hic igitur sese iuga findunt, serie eorum altera versus Euxioum, Maeotinque deflexa, altera versus Hyrcanum mare abscedente, ut duo maria geminis veluti brachiis attingere videantur. H.

Vt dictum est. Libro sup. cap. 27. Hard.

Reliqua littora. Dalec. *reliqua littorum.* Eo. P. — Sic et Pomponius Mela lib. I, cap. 19. H.

Melanchlaeni. Μελάγχλαινοι. Scylax pag. 30, Μετὰ δὲ Κοραξοὺς Μελάγχλαινοι · μετὰ δὲ τούτους Κόλχοι ἔθνος, καὶ Διοσκουριὰς πόλις, etc. His atra vestis, et ex ea nomen. Auctor Mela lib. I, cap. 19. H.

Coraxi. In Colchis, inquit, Coraxi sunt, quorum oppidum Dioscurias. Stephanus Κόραξοι, ἔθνος Κολχῶν. Hard.

Dioscuriade. Hodie, vix mutato nomine, *Iskuriah*, ut ait d'Anville, non *Prezonde*, aut *Sevastopoli*, ut aliis visum. Nummus antiquus ex aere minimo, cuius effigies est ad nos transmissa ex urbe Roma, duos exhibet τῶν Διοσκούρων, hoc est Castoris et Pollucis pileos: in altera parte clavam Herculis erectam, cum hac epigraphe ΔΙΟΣΚΟΥΡΙΑΔΟΣ: ubi forma litterae Σ tempora denotat Caesaribus vetustiora. H. et Eo. P.

Anthemunta. Ab Ἀνθεμοῦς, Ἀνθεμοῦντα. H.

Vt Timosthenes. Et Strabo quoque lib. XI, pag. 498. H.

Nationes, dissimilibus linguis. Dalec. *nationes, quae dissimilibus linguis uterentur.*

Sunt qui conditam. Solinus cap. xv, pag. 35, aliique. Ab ipsis Castora et Polluce, cum Iasone Pontum ingressis conditam esse Dioscuriodem, Mela est auctor lib. I, cap. 19, pag. 22. Pro Amphito et Telchio, Amphitrastum et Rhecam, scribi putat oportere Pintianus, ex Strabone lib. XI, p. 496, cui addere etiam Eustathium potuit, qui Strabonem secutus est in Dionysium, vers. 685, pag. 92. Verum Ammianus lib. XXII, p. 245; Solinus cap. xv, pag. 35, et Isidorus ex Solino, Origin. l. XV, Amphitum et Bercium vocant: quamquam

riade oppidum Heracleum: distat a Sebastopoli LXX mill. passuum. Achaei, Mardi, Cercetae: post eos Serri, Cephalotomi. In intimo eo tractu Pityus oppidum opulentissimum, ab Heniochis direptum est. A tergo eius Epageritae, Sarmatarum populus in Caucasi iugis: post quem Sauromatae. Ad hos profugerat Mithridates Claudio principe, narravitque Thallos iis 3

Ammianus, ex P. Castelli recensione, Telebium prae Cercio mavult. HARD.

A Sebastopoli. Castello, de quo superiore capite, mox urbe, *Sevastopoli.* Nunc aquis obruta interiit. Heraclei promontorii, a quo et oppido nomen, meminit Arrianus in Periplo. H.

LXX mill. pass. Ita Reg. 1, 2, Colb. 1, 2. Paris. Chifflet. Alii quidam, inter quos Dalec. *LXXX.*

Achaei, etc. Hos quoque Scylax enumerat pag. 30: Κερκέται, ἔθνος... μετὰ δὲ Κερκέτας, Αχαιοὶ ἔθνος· μετὰ δὲ Αχαιοὺς Ηνίοχοι ἔθνος, etc. Tenuere hi olim intimum Ponti Euxini recessum, angulumque eum, qui maxime spectat ortum, et in Boream flectitur. Hodie *l'Avogasie.* HAAR.

Mardi. Non unius gentis haec propria appellatio est, sed communicatur cum pluribus, quibus eadem feritas morum par nomen asseruit. Alios in hoc ipso libro Mardos offendemus. HAAR.

Post eos. Hoc est, a tergo, versus ortum. Legendum porro forte coniunctim, *Serri Cephalotomi*, ut eo cognomine discriminentur hi Serri ab alia gente cognomine, cuius montes arduos et inaccessos in Dacia memorat Ammianus lib. XXVII, pag. 341. Hi vero ab ingenii feritate, quod captos hostes capite statim mionerent, Κεφαλοτόμοι dicti videntur. H.

In intimo. In recessu Ponti, sinuque maris, eius ultimo, in Colchidia ora, ἐν τῇ Κολχίδος παραλίᾳ, Pytius est: Πιτυοῦντα τὸν μέγαν Strabo vocat lib. XI, pag. 496, a Dioscuriade stadiis CCCLX, hoc est, mill. pass. LXV. Id oppidum est, quod hodie *Pitchinda* nomen habet, auctore d'Anville. H. et En. P.

A tergo eius. Versus ortum, et Caspium mare. HAAR.

Epageritae. Επαγειρῖται, sic appellati, quod vel ad arma, vel ad concionem vocati statim convolarent, et congregarentur: ἐπαγείρω *congrego*: vel quod haec Sarmatarum portio in certos collecta pagos, non sparsa, ut caeteri, et vaga foret. H.

Ad hos. Ad Sauromatas. Hi Sarmatis supradictis ad orientem adiacent, versus Hyrcanum mare. De his, et de Thallis Solinus cap. XV, pag. 35: *Vltro Sauromatas, qui Mithridati latebram, et quibus originem Medi dederunt, confines sunt Thalli his nationibus quas ob oriente contingunt.* Obtinuere ii Sauromatae partem Georgiae borealem, qua in ortum inclinat. Ab aliis Sauromatis, qui ultra Tanaim panduntur in latitudinem, hos recte discriminat Ammianus lib. XXII, pag. 215. HAAR.

Profugerat. Dalec. *confugerat.* ED. P.

Mithridates. Non ille Ponti, quem Pompeius devicit, ut satis ipsa diver-

esse confines, qui ab oriente Caspii maris fauces attingerent: siccari eas aestu recedente. In ora autem iuxta Cercetas, flumen Icarusa, cum oppido Hiero et flumine, ab Heracleo CXXXVI mill. Inde promontorium Crunoe, a quo supercilium arduum tenent Toretae. Civitas Sindica, ab Hiero LXVII M. D. passuum. Flumen Setheries. (VI.) Inde ad Bosphori Cimmerii introitum LXXXVIII mill. D. passuum.

sitas temporum admonet, sed Iberiae rea, de quo Tacitus, Annal. lib. VI, cap. 32, et alibi passim. H.

Thallos ès. Erant, inquit, Sauromatis Thalli confines, ultimique tractus illius populi, qui Caspii maria fauces attingerent, unde a Scythico (ut credebatur olim) irrumpit oceano. Hinc Plinii locum, ut alia multa, perperam Solinus accepit. Thallos nunc dici arbitror qui provinciam Astracani, ut appellant, obtinent. Hard.

In ora autem. In ora boreali Ponti, qua versus Bosphorum Cimmerium reflectitur: nam, ut Ammianus monet loco citato: *Post terga Cercetarum Cimmerii agitant incolae Bosphori, ubi Milesiae sunt civitates Panticapaeum*, etc. Pars haec est *Avogasiae*, ut vocant, occidentalior. H.

Icarusa. Vet. apud Dalec. *Tarusa. Vkrach* hodie dicitur, auctore d'Anville Ed. P.

Oppido Hiero. Διμὴν ἱερός, Arriano in Periplo Ponti. Hard.

Ab Heracleo CXXXVI mill. Arrianus ibidem ab Heracleo ad Hierum stadia numerat omnino MDCCLXXX, quae mensura efficit M. P. CXLVII, cum quingentis pass. sed forte longiora quaerit navigando sinuum diverticula et anfractus. Hard.

Crunae. Ita Reg. 1, 2, Colb. 1, 2, Paris. Chiffl. Graecis Κρούνοι. Hard.

A quo. Vet. apud Dalecamp. *cuius.* Ed. P.

Toretae. Τορέατται, ἔθνος Ποντικόν, Stephano. Iidem Τορεάτται Straboni, inter Maeoticos populos lib. XI, pag. 495, et Melae lib. I, cap. 19. Prisciano in Periegesi pag. 383, *Oretae* mendose hi appellantur, pro *Toretae*, vel *Toreatae*. Festus item Avienus similiter emendandus, in Descriptione Orbis, v. 877: *Cercitia gens est Atque Oretarum propter genus: indeque Achaei Ab Xanthi ripis, atque Idaeo Simoente Transvexere larem*, etc. Scribe, *Cercetia*, et *Toretarum*. Hard.

Sindica. Civitas Sindos Melae lib. I, cap. 19, a quo et Sindones populi in confinio Maeotidis collocantur. Σίνδους hos Strabo vocat lib. XI, pag. 495. A meridie paludi subiici eos scribit Stephanus, verbo Σινδοί. Ptolemaeo lib. V, cap. 9, Σινδὰ κώμη. Arriano Σινδικὴ ut et Straboni. H.

Ab Hiero LXVII, etc. Ita Reg. 1, 2, Colb. 1, 2, Chiffl. Paris. At Arrianus in Periplo, Sindicae ab Hiero intervallum statuit dimidio fere minus, stadiorum scilicet trecentorum: hoc est, milliarium XXXVII D. pass. Hard.

LXVII M. D. passuum. Dalec. *LXVII M. passuum.* Ed. P.

Setheries. Unde *Sceaceriges* Plinii editores hauserint, aut qua vi ingenii eacuderint, non video. MSS. certe

VI. Sed ipsius peninsulae inter Pontum et Maeotim lacum excurrentis, non amplior LXVII mill. D. passuum longitudo est: latitudo nusquam infra duo iugera. Eionem vocant. Ora ipsa Bosphori, utrimque ex Asia atque Europa, curvatur in Maeotin. Oppida, in aditu Bosphori, primo Hermonassa, dein Cepi Milesiorum. Mox Stratoclia, et Phanagoria, et paene desertum Apaturos, ultimoque in ostio Cimmerium, quod antea Cerberion vocabatur. (VII.) Inde Maeotis lacus, in Europa dictus.

proxime appellati, *Setheries* legunt. Hard.

Bosphori. Elzev. ut supra et modo infra, *Bospori*. Ed. P.

Introitum. Bosphori angustias, seu fauces. Hard.

VI. *LXVII mill. D. passuum*. In libris bacteous editis, repetito perperam superiore numero, hic rursum legebatur *LXXXVIII mill. D. passuum*. Verum Reg. 1, 2, Colb. 1, 2, Chiffl. Paris. aliorumque codicum admonitu, LXVII, quae vera mensura est, restituimus: congruit enim ea mirum in modum cum Arriani mensura, qui stadiis omnino quingentis et XL spatium illud definit, quod per totam peninsulam a Sindica ad Bosphorum excurrit: hoc est, LXVII mill. D. passuum. Hard.

Infra. Vet. apud Dalecamp. *intra*. Ed. P.

Eionem. Chiffl. *Eonem*. Ἠιόνα, quae vox oram et littus sonat. H. et Ed. P.

In aditu. In ipsa peninsula, qua iter est ad Bosphorum. Mela lib. I, cap. 19: *Obliqua hunc regio, et in latum modice patens, inter Pontum paludemque Maeotin, ad Bosphorum excurrit: quae duobus alveis in lacum et in mare profluens, Corocondamam peninsulam reddit. Quatuor urbes illi sunt, Hermonassa, Cepae, Phanagoria, et in ipso ore Cimmerion*. Hard.

Hermonassa. Ἑρμόνασσα Straboni, loco citato. Hard.

Cepi Milesiorum. Κῆποι, hoc est, Horti: ab amoenitate loci nomen effictum. Phanagoriam et Hermonassam, colonias esse Ionum, seu Milesiorum, auctor est Dionysius Periegetes, vers. 553, atque id de vicinis Cepia affirmat auctor Peripli Ponti Euxini pag. 3: Κῆπος ἀποικισθεῖσα ὑπὸ Μιλησίων. Hard.—Fortasse hodie *Kepil*. Ed. P.

Stratoclia. Στρατόκλεια. Hard.

Phanagoria. Φαναγόρια Straboni et Stephano: Φαναγορία auctori Peripli Ponti Euxini pag. 1. Hard.

Apaturos. Απάτουρος fanum fuit, ubi Venus Απάτουρος, hoc est, *Dolosa* colebatur, ob interfectos dolo gigantes. Strabo libro XI, pag. 495, et ex Strabone Stephanus. Hard.

Ultimoque in ostio Cimmerium. Κιμμερὶς πόλις, auctori Peripli, pag. 2. Ad hos Cimmerios densissimarum tenebrarum fama pertinere credita, quae venit in adagium. Ea de re vide Bochartum in Geog. lib. I, parte 2, pag. 653, et Eustathium in Odya A, vers. 14, pag. 1670. Hard.

Cerberion. Cimmerios quidem Cer-

VII. A Cimmerio accolunt Maeotici, Vali, Serbi, Arrechi, Zingi, Psesii. Dein Tanain amnem, gemino ore influentem, colunt Sarmatae, Medorum (ut ferunt) soboles, et ipsi in multa genera divisi. Primo Sauromatae Gynaecocratumeni, Amazonum connubia. Dein Evazae, Cottae, Cicimeni, Messeniani, Costo-

berios Crates appellabat, ut docet Eustathius, loco citato pag. 1651, et Hesychius: Κερβέριοι .... φασὶ δὲ τοὺς Κιμμερίους Κερβερίους, καὶ τὴν πόλιν οἱ μὲν Κερβερίαν καλοῦσιν, οἱ δὲ Κιμμερίην. Harn.

In Europa dictus. Libro IV, c. 24. Hard.

VII. *Maeotici.* Vel Maeotae, Μαιῶται, quorum plura genera: Vali, Serbi, Σίρβοι Ptolemaeo lib. 5, c. 9. Arrechi, Ἀρρηχοὶ ἔθνος Μαιωτῶν Stephano pag. 114, ex Strabone lib. XI, pag. 495. Zingi, Psesii Ψησσοὶ Stephano pag. 726. Quam hi regionem obtinuere olim, nunc *la Coumanie.* Haan.

Arrechi. Dalec. *Archi.* En. P.

Gemino ore influentem. Strabo lib. XI, pag. 493, gemina Taoais ostia stadiis ait sexagenis inter se distare. Harn.

Sarmatae, Medorum. Sauromatas, quae Sarmatarum oatio est, a Medis trahere originem auctor est Solinus cap. xv, pag. 35. Haan.

Et ipsi. Vt Maeotae in plura genera nominaque gentium divisi, sic et Sarmatae, in Ssuromatas, aliosque: Sauromatae rursos in Gynaecocratumenos, etc. Sic etiam Mela lib. I, cap. 19: *Tanais ripas*, inquit, *Sauromatae, et ripis haerentia possident. Vna gens, aliquot populi, et aliquot nomina. Primi Maeotici* γυναικοκρατούμενοι, *Amazonum regna.* Scylax oque pag. 29: Σαυρομάτων δὲ ἐστιν ἔθνος, Γυναικοκρατούμενοι. Τῶν Γυναικοκρατουμένων ἔχονται Μαιῶται, etc. Haan.

Amazonum connubia. Editiones antiquae Ramsua et Parmensis, et Dalecamp. quas secutus est Harduinos, tamere ut nobis quidem visum est, *unde Amazonum connubia* scripserunt: hanc autem voculam *unde* MSS. Reg. 1, 2, Colb. 1, 2, Paris. nec ulli quos vidimus, nec Elzev. agnoscunt; illam igitur alioquin prorsus inutilem expunximus. Vet. apud Dalec. *Amazonum regna.* Cum his Sauromatis, inquit, coiere Amazones e praelio reduces ad Thermodontem amnem commisso: unde Γυναικοκρατούμενοι appellati, quod victricibus obsequantur ad procreandam eis sobolem. Sic auctor Peripli Ponti Euxini pag. 1: Τούτοις δὲ ἐπιμεμίχθαι τὰς Ἀμάζονας τοῖς Σαυρομάταις λέγουσιν, ἐλθούσας ποτὲ ἀπὸ τῆς περὶ τὸν Θερμώδοντα ποταμὸν γινομένης μάχης· ἐφ' οἷς ἐπεκλήθησαν οἱ Σαυρομάται Γυναικοκρατούμενοι. Haec quoque Dionysius in Periegesi, vers. 656, cuius meotem carmine Avienus expressit vers. 865. Sunt hi porro Sauromatae, qui nunc communi nomine *Cosaques du Don* vocantur a Moscovitis, quorum ditioni parent. Haan. et En. P.

Evazae. Forte ab εὐάζω dicti, quasi Bacchi orgia celebrantes, vel ut Maro canit, *Evantes orgia.* In Reg. tamen 1, 2, Colb. 1, 2, Paris. etc. legitur,

bocci, Choatrae, Zigae, Dandari, Tussagetae, Turcae, usque ad solitudines saltuosis convallibus asperas: ultra quas Arimphaei, qui ad Riphaeos pertinent montes. Tanain ipsum Scythae Silin vocant, Maeotin Temerinda, quod significant matrem maris. Oppidum

dein Navazae, forte pro *Eunazae* ab εὐνή. Harn.

Cottae. In MSS. *Coitae*. Vet. epud Dalec. *Choatrae*. An a κοίτη, quae vox, ut εὐνή cubile et coitum sonat? Harn. et Ed. P.

Cicimeni. Forte Ciecimeni, a κίκκη, quae συνουσία. Haen.

Messeniani. Vet epud Dolec. *Messeneiani*. Ed. P.

Zigi. Neque sunt hi Streboni Ζύγοι lib. XI, pag. 495, nec Plinii Ptolemaeique Sindi, ut Nicolosio visum, Herculis part. 3, pag. 280, aliisque. Nam Zigae Tanais, Sindi, Zygique Ponti oram accolunt, et e Zygis Ζυγόπολις eppellate, a Stephano ex ipso Strabone, prope Trapezuntem esse dicitur, παρὰ Τραπεζοῦντα. Harn.

Dandari. Δανδάριοι Straboni lib. XI, pag. 495, inter Meeoticas gentes: Stepheno item pag. 224. Ex Plinio, Strabone, ac Stepheno, Plutarchi librariorum mendam egnoscimus, in Luculln p. 501: Γένος δ' εἰσὶν οἱ Δαρδάριοι βαρβάρων τῶν περὶ τὴν Μαιῶτιν οἰκούντων. Legendum Δανδάριοι. H. — Eorum nomen servat, auctore d'Anville, locus editus, *Dandars* dictus, hend longiore a mari intervello, inter *Iskuriah* et *Pitchinda*. Ed. P.

Tussagetae, *Turcae*. Thyssagetee Pomponio, et Turcae, prope Amezonum regna et Gelonos, vestes silvas occupare dicuntur, alique venatu. Tanois oram coluisse mihi videntur ii, in eo amnis flexu, qua maxime ed Volgem fluvium, et Caspium mare curvatur. Haen.

Ultra quas Arimphaei. Et hi quoque nunc Moscovitici iuris, Tenais ulim riparum incolee, iuxta illius fontes: nam is ex Ripheen monte deiicitur, ut Mela testetur lib. I, e. 19, pag. 24, quem ed montem usque pertinent Arimpheei. Harn.

Silin vocant. Dalee. *Silyn vocant*. Atque ad huius similitudinem id quoque nomen ad elios meinres amnes transtulerunt. Nam et Iaxartem iidem Selin vocevere, uti dicemus eep. 48. De Tenai Eustathius iu Dionysin, vers. 17: Ἰστέον δὲ ὅτι ὁ ποταμὸς οὗτος, διὰ τὸ τεταμένως ῥεῖν Τάναϊς ἑλληνιστὶ καλούμενος; Σίλις, ὡς φασί τινες, παρὰ τοῖς παροικοῦσι βαρβάροις ὠνόμασται. Harn.

Quod significant. Sic bene MSS. et editin princeps; frustra emendetum in recentioribus editionibus, quas sequitur Herd. *quod significat*. Bast. et Ed. P.

Matrem maris. Quoniem aquas in Euxinum effundit, et perennes eidem sufficit, ipso paene mari haud minor lacus: idciren ἡ Μαιῶτις οὐ πολὺ ἐλάττων τοῦ Πόντου ἐστί, λεγομένη καὶ Μήτηρ τοῦ Πόντου, inquit Eustathius in Dion. Perieg. vers. 17, ex Herodoto. Temerinda Maris finem potius significare auctor est Delrio, in Comment. ad Hercul. Furent. Καρπαλοὺκ a Scythis vocari, eaque voce Matrem intelligi ec veluti piscium obstetricem, quorum palus tota fracissima est,

in Tanais quoque ostio fuit. Tenuere finitima primi Cares, dein Clazomenii et Maeones, postea Panticapenses.

2 Sunt qui circa Maeotin ad Ceraunios montes has tradant gentes: a littore Napitas: supraque Essedones Colchis iunctos, montium cacuminibus. Dein Carmacas, Oranos, Autacas, Mazacas, Cantocaptas, Agamathas, Picos, Rhymozolos, Ascomarcos: et ad iuga Caucasi Icatalas, Imaduchos, Ramos, Anclacas, Tydios, Carastaseos, Authiandas. Lagoum amnem ex

scribit Io. Tzetzes, Chiliad. 8, Histor. 224, vers. 773, parem proinde vim esse Scythicae vocis Καρπαλοὺκ, et Graecae Μαιῶτις, a Μαιόομαι, quod est *obstetricor*, et Μαιευτρία, *obstetrix*. Μαιῶτις δὲ παρ' Ἕλλησιν αὕτη πλουτεῖ τὴν κλῆσιν, Ὡς μήτηρ καὶ Μαιευτρία γένους παντὸς ἰχθύων. H.

In Tanais quoque ostio fuit. Et est hodieque ex integro instauratum et *Azof* vocatum, ex quo Maeoti nomen *Mer d'Azof*. Τάναϊς πόλις Ptolemaeo lib. III, cap. 5, μεταξὺ τῶν στομάτων. H. et Eo. P.

Tenuere finitima. Paruere, inquit, diversis subinde populis tractus hi terrarum, qui Tanais ostiis ripisque adiacent. De Carum migrationibus, Strabo lib. I, pag. 61. H.

Panticapenses. Chiffl. *Ponticapenses.* Eo. P.

Sunt qui. Quae circa Maeotin habitant gentes, inquit, ad Ceraunios usque montes, supra Caspium mare, aliis alii distinguunt nominibus: ac primum quidem statim in ipso Maeotidis littore Napitas, etc.

Montes. Dalecamp. *montes altiores.* Eo. P.

Napitas. Dalec. *Napaeas.* Napitas autem restituit Harduinus ex Stephano: Νάπις κώμη Σκυθίας· ὁ οἰκήτωρ Ναπάτης ἢ Ναπίτης τῆς κώμης, καὶ Ναπίται ἐθνικόν. Eo P.

Montium. Dalecamp. *ac montium.* Eo. P.

Dein Carmacas, Oranos, Autacas, Mazacas, Cantocaptas, Agamathas, Picos, Rhymozolos, Ascomarcos... Ramos... Authiandas. Aliter paulo libri hactenus editi: *Dein Carmacas, Oranos, Autacas, Mazacas, Ascanticos, Acapeatas, Agagammatas, Phycaros, Rhimosolos.* Ignota perinde fere et barbara, fateor, utrimque nomina: sed quae nos exhibemus, ea plane ex fide codicum Reg. 1, Colb. 1, 2, Paris. Chiffl. repraesentamus. Incoosulti saoe Plinii editores, Phycaros Indiae populos, de quibus lib. xxxvii, c. 33, huc transvexerunt. Pro *Agamathas* rectius forsan *Agametos* scripseris, quasi connubia hae gentes nesciverint, ἀγαμήτους. Rhymozoli, quod aordes olerent, ῥυμοζόλοι vel ῥυμμοζόλοι dici potuerunt. Caetera, atque haec forte ipsa, Scythicae potius videntur esse nomina, quam Graecanicae originationis. H.

Imaduchos. Vet. apud Dalec. *Madacas.* Eo. P.

Ramos. Dalec. *Ranos.* Eo. P.

Carastaseos. Dal. *Carastascos* Eo P.

montibus Catheis, in quem defluit Opharus: ibi gentes Caucadas, Opharitas: amnes, Menotharum, Imityem ex montibus Cissiis, inter Acdeos, Carnas, Vscardeos, Accisos, Gabros, Gogaros. Circaque fontem Imityis, Imityos, et Aparthenos. Alii influxisse eo Scythas Auchetas, Atarneos, Asampatas. Ab his Tanaitas et Inapaeos viritim deletos. Aliqui flumen Ocharium labi per Cantecos et Sapeos: Tanaim vero transisse Phatareos, Herticeos, Spondolicos, Synhietas, Amassos, Issos, Catazetos, Tagoros, Catonos, Neripos, Agandeos, Mandareos, Satarcheos, Spaleos.

VIII. (VIII.) Peracta est interior ora, omnesque accolae: nunc reddatur ingens in mediterraneo sinus: in quo multa aliter, ac veteres, proditurum me non eo inficias, anxia perquisita cura, rebus nuper in eo situ gestis a Domitio Corbulone, regibusque inde mis-

Authiandas. Vel. apud Dal. *Antiandas.* Dalec. *Asuciandas.* Ed. P.

Ibi gentes. Dal. *ubi gentes.* Eo. P.

Amnes, Menotharum, etc. Certiora multo sincerae lectionis vestigia secuti sumus, quae in laudatis proxime exemplaribus deprehendimus, quam quae libri hactenus editi repraesentarunt, nempe huiusmodi: *Amnem Menotharum, Imitueuis ex montibus scissum, inter Agedos, Carnapas, Gardeos, Accisos, Gabros, Gregaros Circaque fontem Imityis* (sive *Imitissi*), *Imityos, et Aparthenos. Alii influxisse eo Suitas, Auchetas, Satarneos, Asampatas. Ab his Tanaitas et Nepheonitas viritim deletos.* Nihilominus, etsi *Gegaros* laudati mox codices exhibent, praeter Chifletianum, qui *Gogaros* habet: huic uni magis tribuendum duximus, quoniam inter Colchos et Iberos orientales Γωγαρηνή regio a Stephano collocatur, pag. 217. De Scythis vero Auchetis cognominatis dictum iam superius est, lib. IV, c. 26. Caetero nihilo melior sunt quae retenta librorum publicorum scriptura edi mox scivimus, quam quae conditivi habent, in hunc fere modum: *Tanain vero transisse Satarcos, Herticeos, Spondolicos, Synhietas, Anasos, Issos, Catetistagoras, Caronos, Neripos, Agandeos, Meanduraeos, Satarcheos, Spalaeos.* Digna Cimmeriis tenebris, quae prope adsideot, ea nomina. H.

Ocharium. Dalec. et Elzev. *Opharium.* Eo. P.

VIII. *A Domitio.* Quem retinendae Armeniae Nero praefecerat. Vide Tacit. lib. XIII, cap. 8, et toto fere lib. XIV. H.

sis supplicibus, aut regum liberis obsidibus. Ordiemur autem a Cappadocum gente. Longissime haec Ponticarum omnium introrsus recedens, minorem Armeniam, maioremque, et Commagenen laevo suo latere transit: dextra vero omnes in Asia dictas gentes, plurimis superfusa populis: magnoque impetu scandens ad ortum solis et Tauri iuga, transit Lycaoniam, Pisidiam, Ciliciam: vadit super Antiochiae tractum, et usque ad Cyrrhesticam eius regionem, parte sua, quae vocatur Cataonia, contendit. Itaque ibi longitudo Asiae XII quinquaginta mill. passuum efficit: latitudo, DCXL mill.

IX. (IX.) Armenia autem maior incipiens a Paryadris montibus, Euphrate amne (ut dictum est) auferitur Cappadociae: et qua discedit Euphrates, Meso-

Ordiemur autem. Haec totidem ferme verbis Martianus exscripsit, lib. VI, cap. de Cappadocia, pag. 222. Haan.

Introrsus. In medias terras irrumpens, a Coro versus Eurum, hoc est, ab Euxino Ponto ad Syriae limites. H.

Laevo sub latere. Qua spectat orientem. H.

Dextra. Proponebat Dalec. *dextro.* Eo. P.

XII. quinquaginta. Hoc est, duodecies centena quinquaginta millia passuum. Martianus lib. VI, cap. de Cappadocia, p. 222, utrumque numerum minuit, scribens dumtaxat, *undecies centena quadraginta.* Sed nostri nobis pluris sunt codices Reg. 1, 2, Colb. 1, 2, Paris. Chifflet. etc. quam unus Martianus. H.

IX. *Armenia autem maior*, etc. Martianus, loco citato. Nunc etiam *Armeniae.* H.

A Paryadris. Dal. *Pariedris.* Horum montium iuga eminent paulo supra Claudiopolim Cappadociae, ubi Euphrates sese flectens cursum ad occasum et meridiem agit. Harn. et Eo. P.

Ut dictum est. Libro V, cap. 20: *Fluit Euphrates*, inquit, *Armeniae regiones a Cappadocia excludens*, ab occasu nimirum. H.

Et qua discedit. Qua parte maxime a Tigri occasum versus abscedit Euphrates, ibi latius se extendens Armenia, atque ultra Tigrim in ortum provecta, a Mesopotamia ipso amne Tigri dispescitur. Nam utrumque amnem fundit ipsa, ac simul Mesopotamiae initium facit, iam tum a Tigris amnis fontibus: est enim μεσοποταμία spatium inter duo flumina. Quantum autem terrarum ibi primum interiacet, inter utrumque amnem, Arabes Orei tenent, quorum

potamiae, haud minus claro amne Tigri. Vtrumque fundit ipsa, et initium Mesopotamiae facit, inter duos amnes iturae. Quod iter est ibi, tenent Arabes Orei. Sic finem usque in Adiabenen perfert. Ab ea transversis iugis inclusa, latitudinem in laeva pandit ad Cyrum amnem: transversa in Araxem: longitudinem vero ad minorem usque Armeniam, Absaro amne in Pontum defluente, et Paryadris montibus, qui fundunt Absarum, discreta ab illa.

X. Cyrus oritur in Heniochiis montibus, quos alii Coraxicos vocavere: Araxes eodem monte, quo Euphrates, VI mill. passuum intervallo: auctusque amne Musi, et ipse (ut plures existimavere) a Cyro defertur in Caspium mare.

urbes Edessa, et Carrhae, ut diximus libro sup. cap. 20. H.

Et initium Mesopotamiae facit, inter duos amnes, etc. Reclius vetustiss. cod. *et initium Mesopotamiae facit inter duos amnes sitae. Terrae quod interest ibi tenent Arabes*, etc. Dalec.

In Adiabenen. Assyriam attingunt Armeniae fines. Ab ea Niphatis montis iugis diselusa, latitudinem a meridie ad Boream pandit usque ad Cyrum amnem, qui in Caspium mare volvitur, trans ipsum Araxem fluvium provecta. H.

Transversa Araxem. Ita MSS. omnes. Forte rectius, *Transvecta*: vel ut libri veteres editi, *transversa in Araxem.* H.

Paryadris. Dalec. hic ut supra *Pariedris.* Eo. P.

X. *In Heniochiis.* Moschici iidem appellati, ea ex parte, unde Phasis oritur, in Georgia. Amni vetustum hodieque nomen *Kour.* A Cyro rege nomen habere, auctor est Ammianus lib. XXIII, p. 254, abolito vetere, quum ereptum ire regna Scythica destinaret. Frustra sunt igitur, qui Κύρρον vel Κύρνον scribunt, ut Ptolemaeus, et Dio. H.

Araxes. Ἀράξης, ex eodem monte quo Euphrates, profluens. Huius amnis cursus, mox placidus et silens, mox citus, eleganter a Mela describitur lib. III, cap. 5, pag. 54. Hodie *Aras.* Virgilio, *Pontem indignatus Araxes.* Solinus haec raptim legens, de eo monte, de quo proxime sermo erat, accipienda haec verba ratus, *Heniochorum montes*, inquit, *Araxem fundunt*, etc. At fallitur: eodem tamen quo Cyrus: sed Capote, ut dictum est, sive Abo lib. V, cap. 20, quod et ipse Solinus agnoscit c. XXXVII, pag. 66; Strabo lib. XI, pag. 527: ὁ Ἄβος, ἀφ' οὗ καὶ ὁ Εὐφράτης ῥεῖ καὶ ὁ Ἀράξης. H.

Amne Musi. MSS. omnes, *Amne Vsi.* H.

Vt plures existimavere. Strabo lib. XI, pag. 529, et Plutarchus in Pom-

2 Oppida celebrantur in minore, Caesarea, Aza, Nicopolis: in maiore, Armosata Euphrati proximum, Tigri Carcathiocerta: in excelso autem Tigranocerta: at in campis iuxta Araxem Artaxata. Vniversae magnitudinem Aufidius quinquagies centena mill. prodi-

peio p. 637, receptum a Cyro Araxem in Caspium mare devolvi aiunt; proprio se ore effundere Mela est auctor, loco cit. scilicet proprio alveo fertur in mare; sed altero veluti brachio Cyrum petit, cum quo rursum coniunctis aquis idem mare petit. Ptolemaeus lib. V, cap. 13. H.

A Cyro. Tolet. et Salmas. *de Cyro.* En. P.

In minore. Armenia scilicet minore, quae ab ortu Euphrate clauditur, Cappadocia ab occasu: a septemtrione, Paryadro monte: Amano, a meridie. Harn.

Caesarea. Hanc esse Neocaesaream existimo, quam in Euphratis ripa conditam ait Niceph. Callistus, Eccles. Histor. lib. VIII, pag. 560. H.

Aza. Hanc habet Antoninus in Itiner. a Satala Armeniae civitate, cuius alii meminerunt, M. P. XXVI. Harn. — Nunc *Ezaz*, auctore d'Anville. En. P.

Nicopolis. In minore Armenia a Pompeio Magno posita, eo ipso loco quo de Mithridate victoriam retulit, ex qua factum oppido nomen, ut referunt Strabo lib. XII, pag. 555, et Dio lib. XXXVI, pag. 25. Stephanus pag. 498, Νικόπολις τῆς μικρᾶς Ἀρμενίας. Harn. — Nunc *Divrikì* appellatur. En. P.

Armosata. In Plinianis libris *Arzamote.* Apud Tacitum Annal. lib. XV, et Ptolem. lib. V, cap. 13, *Arsamosata* vocatur id oppidum. Verum et in illis transpositas, et apud istos supervacuas ac redundantes hac in voce litteras agnoscimus ex Polybii excerptis pag. 26: Ὅτι Ξέρξου βασιλεύοντος πόλεως Ἀρμόσατα, ἡ κεῖται πρὸς τῷ καλῷ πεδίῳ καλουμένῳ μέσον Εὐφράτου καὶ Τίγριδος, etc. Harn.

Carcathiocerta. Strabo lib. XI, pag. 527, Βασίλειον δὲ τῆς Σωφηνῆς Καρκαθιόκερτα, Sophenes regia haec fuit. Harn. — Illam eamdem esse quae deinceps Amida vocata est, et quae etiamnunc *Kara-Amid*, sive *Diar-Bekir* dicitur, opinatur d'Anville. En P.

In excelso autem Tigranocerta. In ipso fere Armeniae Assyriaeque confinio, loco montano et perpetuo a Tigrane conditore Τιγρανόκερτα, nomen invenit. Nam Parthorum lingua ea vox Tigranopolim sonat, inquit Stephanus pag. 655. Et Hesichius p. 521: Κέρτα, πόλις ὑπὸ Ἀρμενίων. Aliam eiusdem nominis versus Iberiam et septemtrionem agnoscit Strabo l. XI, pag. 532. Haec ad Austrum sita, unde mox ad Iberiam usque latitudo petatur totius Armeniae: quo in situ et ab ipso Ptolemaeo locatur lib. V, cap. 13. Harn.

Artaxata Ἀρταξάτα Dioni lib. XXXVI, pag. 25; Straboni lib. XI, pag. 528, Ἀρταξάτα, eadem Ἀρταξίασατα appellata Armeniae regia, ab Hannibale condita regis gratia, cui Artaxias nomen fuit, in campo cognomine, πρὸς τῷ Ἀρταξηνῷ πεδίῳ Steph. pag. 117. Ingentis olim oppidi tenue modo superesse vestigium, scri-

dit. Claudius Caesar longitudinem a Dascusa ad confinium Caspii maris, XIII mill. passuum: latitudinem dimidium eius, a Tigranocerta ad Iberiam. Dividitur (quod certum est) in praefecturas, quas στρατηγίας vocant, quasdam ex iis vel singula regna quondam, barbaris nominibus CXX. Claudunt eam ab oriente montes, sed non statim, Ceraunii, nec Adiabene regio. Quod interest spatii, Sopheni tenent: ab his iuga: ultra Adiabeni tenent. Per convalles autem proximi Armeniae sunt Menobardi, et Moscheni. Adiabenen Tigris, et montes invii cingunt. Ab laeva eius regio

bit Tavernerius tom I Itin. pag. 33, testis αὐτόπτης. Nunc *Ardek*. Haro. et Eo. P.

Universae magnitudinem, etc. Maioris ac minoris Armeniae ambitum. De Aufidio, in Praef. ad Titum diximus. Haro.

A Dascusa. Quum sit haec urbs posita ad Euphratis ripam, ut superiore libro vidimus, cap. 20, Armeniae maioris dumtaxat inde ad Caspium mare longitudinem peti perspicua res est. Haro.

XIII mill. Hoc est, ter et decies centena mill. pass. Iustinus lib. XLII, cap. 2. pag. 306, angustiore definit spatio: *Armenia*, inquit, *a Cappadocia usque mare Caspium undecies centum millia patet: sed in latitudinem millia passuum septingenta porrigitur*. Haro.

Eius, a Tigranocerta ad Iberiam. Dividitur, etc. MS. vet. apud Dalec. *eius. A Tigrane ad Iberiam dividitur*, etc. Eo. P.

Quas στρατηγίας *vocant*. Dal. ex codd. Salmas. et Tolet. *quas ii strategias vocant*. Eo. P.

Barbaris nominibus. Huiusmodi haec sunt Armeniae provinciarum nomina apud Strabonem lib. XI, pag. 527: Σωφηνή, Ακιλισηνή, Γοργοδυλινή, Σακασηνή, Γωγαρηνή, Φανηνή, Κομισηνή, Ωρχηστενή, Χορζηνή, Καμβυσηνή, Ωδομαντίς, etc. Hard.

Claudunt eam. Dalec. *cludunt eam*. Claudunt, inquit, Armeniam ab ortu aequinuctiali montes Ceraunii (quae Caucasii pars est), et Adiabenen a brumali ortu: non tamen Adiabenen Armenia statim attingit: sed spatium interest aliquod, ubi Sophene regio: deinde Ceraunia iuga sequuntur, ultra quae Adiabene, quae pars Assyriae, posita. In horum montium convallibus, ab Armeniae latere, Menobardi incolunt, et Moscheni. Assyriam hodie *Kourdistan* vocant, qua scilicet parte in Boream vergit. H. et Eo. P.

Regio. MS. apud Dalec. *regionis* Eo. P.

Iuga. Vet. apud Dalec. *iuga Ceraunia*. Eo. P.

Et montes invii. Ita Reg. 1, 2, Paris. etc. Chifflet. *sinus multi montes invii*. Dalecamp. *montium sinus*. Haro. et Eo. P.

Medorum est, et prospectus Caspii maris. Ex Oceano hoc (ut suo loco dicemus) infunditur, totumque Caucasiis montibus cingitur. Incolae per confinium Armeniae nunc dicentur.

XI. (x.) Planitiem omnem a Cyro usque, Albanorum gens tenet: mox Iberum discreta ab iis amne Alazone, in Cyrum e Caucasiis montibus defluente. Praevalent oppida, Albaniae, Cabalaca: Iberiae, Harmastis iuxta flumen, Neoris: regio Thasie, et Triare usque ad Paryadras montes. Vltra sunt Colchicae solitudines, quarum a latere ad Ceraunios verso, Armenochalybes habitant et Moschorum tractus ad

Est, et prospectus. Toletan. *est ad prospectum.* Dalec.

Vt suo loco. Cap. 15. Hard.

Incolae. Dalec. *Horum incolae.* Regionum earum, inquit, quae Caspium inter mare et Caucasios montes interiacent, quibus illud cingitur, incolae nunc dicentur, ducto ab Armeniae limitibus initio. Hard. et Ed. P.

XI. *Planitiem.* Chifflletan. *per planitiem.* Ed. P.

Albanorum gens. Quos hodie Georgianos appellamus, et Zuirianos, qui Caspii maris littus accolunt, et praeterea Georgiae partem illam obtinent, quae magis in Austrum vergit, Armeniamque contingit. Planities ea porro a Strabone describitur lib. XI, pag. 500. H.

Mox Iberum. Ἴβηρες, ad Albaniae occasum: communi fere cum Albanis Georgianorum appellatione continentur. Vide quae de Moschis diximus cap. 4. Vnde haec ei genti recens nomenclatio Georgianorum obtigerit, incompertum: a Georgis Plinii Melaeque deducere imperitorum est: a S. Georgio Martyre, mendacium ac fabulatorum. Hard.

Alazone. Vet. apud Dalec. *Alagone*, nomen hodie servat. Ed. P.— Ἀλαζώνιος Straboni lib. XI, p. 500. Hard.

Cabalaca Vet. ap. Dalecamp. *Chabala.* Ed. P. Χαβάλα Ptolemaeo l. V, c. 12, Albaniae oppidum. Nunc *Kablavar.* Hard. et Ed. P.

Harmastis. Inter Iberiae oppida Αρμαστίκα Ptolemaeo lib. V, c. 11, forte pro Αρμαστίκα. Hard.

Neoris. Forte Οὐάριχα Ptolemaei, inter Iberiae oppida, loco citato. H.

Ad Paryadras. Vnde Absarum flumen prodit, ut diximus, quod in Pontum per Colchos labitur. MSS. tamen, Reg. 1, 2, Colb. 1, 1, Chiffl. *Parteodoros* hoc loco legunt. Dalec. *Parteodoros.* Hard. et Ed. P.

Vltra sunt Colchicae solitudines. Versus occasum, et Pontum, ubi Colchidis ora est. Hard.

Ad Ceraunios. Ad Ceraunionum montium, hoc est, Caucasi partem illam quae Boream defendit ab Iberia. Hard.

Iberum amnem in Cyrum defluentem: et infra eos Sacassani, et deinde Macrones ad flumen Absarum. Sic plana ac devexa obtinentur. Rursus ab Albaniae confinio, tota montium fronte gentes Silvorum ferae, et infra Lubienorum: mox Diduri et Sodii.

XII. (XI.) Ab iis sunt portae Caucasiae, magno errore multis Caspiae dictae, ingens naturae opus montibus interruptis repente: ubi fores obditae ferratis trabibus, subter medias amne diri odoris fluente, citraque in rupe castello (quod vocatur Cumania) communito ad arcendas transitu gentes innumeras: ibi loci, terrarum orbe portis discluso, ex adverso maxime Harmastis oppidi Iberum. A portis Caucasiis per montes Gordyaeos, Valli, Suarni indomitae gentes,

Et infra eos. Meridiem versus. Σακασηνή regio dicta Straboni lib. XI, p. 528. Albaniam attingit, et Cyrum amnem. H.

Macrones. Qui et Μάκρωνες et Σάνοι dicti a Strabone l. XII, p. 548. De flumine Absaro, cuius ad ripam regio Macronum illa pertinuit, dictum est superius. H.

Sic plana. Hae quas modo appellavimus, gentes, planitiem totam eam obtinent, quae Cerauniios sive Caucasios inter montes, et Caspium mare includitur. H.

Rursus ab Albaniae. Qua vero Iberiam contingit Albania, ibi series montium ab occasu in ortum obtenditur, quam veluti frontem obtinent primo Silvi, infrà quos Lubieni: Silvos deinde sequuntur ad ortum Diduri, et Sodii. Δίδουροι Ptolemaeo cogniti lib. V, c. 9. H.

XII. *Ab iis.* Post Diduros et Sodios. Haec iisdem ferme verbis Martianus l. VI, c. de Assyria, pag. 222. Hardo.

Magno errore. De quo dicetur uberius cap. 15. Albaniae portae, Ptolemaeo dictae l. V, c. 12. H.

Multis. Dalec. *a multis.* Ed. P.

Vbi fores obditae. Chifflet. *ubi fores additae.* Ed. P.—Hodieque exstare fores eas, recentiores historici aiunt. Hardo.

Diri odoris. Dalecamp. *Dyriodori.* Ed. P.

Harmastis. Chifletan. *Hermasti.* Ed. P.

Gordyaeos. Chifll. *Gordynios.* Dalec. *Gordyeos.* Γορδυαῖα ὄρη Ptolemaeo lib. V, cap. 13. Sic iuga ea montium appellantur, in quibus sunt portae Caucasiae. Hardo.

Suarni. Haud dubie hi sunt Ptolemaei lib. V, cap. 9, Σουανόχαλκοι, Suanorum gens ea videlicet, quibus a metallis fodiendis cognomen fuit: habent enim ii, ut Plinius animadvertit, a latere Pontum versus, Heniochos, et Achaeos, de quibus actum superius cap. 5. Hardo.

auri tamen metalla fodiunt. Ab iis ad Pontum usque Heniochorum plura genera, mox Achaeorum. Ita se habet terrarum sinus e clarissimis.

2 Aliqui inter Pontum et Caspium mare CCCLXXV mill. passuum, non amplius interesse tradiderunt: Cornelius Nepos CCL mill. Tantis iterum angustiis infestatur Asia. Claudius Caesar a Cimmerio Bosphoro ad Caspium mare CL mill. prodidit: eaque perfodere cogitasse Nicatorem Seleucum, quo tempore a Ptolemaeo Cerauno sit interfectus. A portis Caucasiis ad Pontum CC mill. passuum esse constat fere.

4 XIII. (XII.) Insulae in Ponto Planctae, sive Cyaneae,

Auri tamen. Dalecamp. *auri tantum.* Ed. P.

Ad Pontum. Chifletan. *ad portum.* Ed. P.

Terrarum sinus. Vet. ap. Dalecamp. *terrarum sinus.* Eo. P. — Longus ille terrarum in mediterraneo tractus, cuius descriptionem exorsus est iis verbis cap. 8: *Nunc reddatur ingens in mediterraneo sinus*, etc. Hard.

CCCLXXV mill. Sive, ter mille stadia, ut Strabo ait lib. XI, pag. 494, quae mensura plane cum Pliniana congruit, et vero proxima est. Harc. et Eo. P.

CCL mill. Sic scripsimus pro *CL mill.* admonitu codicum Reg. 1, 2, Colb. 1, 2, et eorum quos Pintianus vidit, ne foret inter Cornelium Nepotem, caeterosque scriptores, sententiarum tanta dissensio. Nam et Posidonium Strabo ait, huius isthmi intervallum definiisse mille et quingentis stadiis lib. XI, pag. 491, quae mensura efficit CLXXXVII. mill. p. pass. quamquam id brevius spatium Straboni et angustius videtur. Harc.

Tantis iterum. Arctatis iam semel pari modo terris, Asia paene insula facta, vix CC millibus passuum a Ponto Euxino per continentem ad Isaicum Ciliciae sinum relictis, ut dictum est cap. 2. Harc.

CL mill. prodidit. Centena modo quinquagiota millia passuum. Harc.

Cogitasse. Dalecamp. *excogitasse.* Eo. P.

Nicatorem. A quo Seleucidae appellati Syriae reges. Nunc Ptolemaeus Cerauous, Ptolemaei Lagidae Aegypti regis F. Philadelphi frater, occidit per insidias. Qua de re videodus Memnon apud Photium in Bibliothec. cod. 224, capite 13, pag. 715. Harc.

A portis. Haec Martianus ad verbum lib. VI, cap. de Assyria, pag. 222. Hard.

XIII. *Planctae.* Vet. apud Dalec *Planetae.* Eo. P.—Πλάγκται Homero dictae, quae aliis Κυάνεαι et Συμπληγάδες, inquit Strabo lib. I, pag. 21. De his egimus lib. IV, cap. 27. Vtrumque enim Pooti ostium obsident, et quod Europam alluit, et quod Asiam: unde Europae aliae, aliae Asiaticae appellantur. Harc.

sive Symplegades. Deinde Apollonia, Thynias dicta, ut distingueretur ab ea quae est in Europa. Distat a continente passibus mille: cingitur tribus mill. Et contra Pharnaceam Chalceritis, quam Graeci Ariam dixerunt, sacramque Marti, et in ea volucres cum advenis pugnasse, pennarum ictu.

XIV. Nunc omnibus, quae sunt interiora Asiae, dictis, Riphaeos montes transcendat animus, dextraque littori Oceani incedat. Tribus hic e partibus caeli alluens Asiam: Scythicus a septemtrione, ab oriente Eous, a meridie Indicus vocatur, varieque per sinus et accolas in complura nomina dividitur. Verum Asiae quoque magna portio apposita septemtrioni, iniuria sideris rigentis, vastas solitudines habet. Ab extremo

Deinde Apollonia, Thynias dicta. De qua dictum est lib. aup. cap. 44. Hard.

Ab ea quae est in Europa. Ab ea scilicet Apolloniatarum insula, quam in Ponto pariter esse; sed circa Istrum atque adeo in Europa, diximus lib. IV, cap. 27. Hard.

A continente. Dalec. *a continenti.* Ed. P.

Cingitur. Circuitu colligit milliaria tria. Hard.

Et contra Pharnaceam. De qua dictum cap. 4. Hard.

Chalceritis. MSS. *Achaleeritis.* Ed. P.

Ariam dixerunt. Haec Αρεος νῆσος Stephani pag. 106, πρὸς τοῖς Κάλχοις ἐν τῷ Πόντῳ, ex Scymno in Asia. Mela lib. II, cap. 7, pag. 42: *Non longe a Colis Aria, quae Marti sacrata, ut fabulis traditur, tulit aves cum summa clade advenientium, pennas quasi tela iaculantes.* Ea νῆσος ἀρητιὰς Apollonio dicitur Argon. lib. II, vers. 1033, ubi hanc de avibus fabulam, pennas ceu iacula mittentibus, fuse tractat. Ab avibus, quas χαλκήρεις et σιδηροπτέρους fabulati sunt, χαλκηρίτιν insulam fuisse cognominatam, simile veri est. Hard.

Pennarum ictu. Ita Reg. 1, 2, Colb. 1, 2, Paris. At Chiffl. *inetu.* Dalec. *pinnarum ictu.* Hard. et Ed. P.

XIV. *Riphaeos montes.* In Moscoviae fere umbilico, ut nunc res sunt, assurgunt ii, supra Tanaia fontes: inter ipsum, et Rham sive Volgam amnem. Erumpit enim ex Riphaeo monte Tanais, teste Mela lib. I, cap. 19. Hard.

Littori Oceani. Ita Reg. 1, 2, Colb. 1, 2, Paris. etc. non *littore*, ut Dalec. vel *littora*, ut vet. apud eumdem Dalec. Hard. et Ed. P.

Ab extremo Aquilone. Quem spirare diximus lib. II, cap. 46, inter septemtrionem, et exortum solis aestivum. Hic Scythorum regio est: ubi nunc Moscoviae pars septemtrionalis. Hard.

Aquilone ad initium orientis aestivi, Scythae sunt.
2 Extra eas ultraque Aquilonis initia Hyperboreos aliqui posuere, pluribus in Europa dictos. Primum inde noscitur promontorium Celticae Lytarmis, fluvius Carambucis, ubi lassata cum siderum vi Riphaeorum montium deficiunt iuga. Ibi Arimphaeos quosdam ac-
3 cepimus, haud dissimilem Hyperboreis gentem. Sedes illis nemora, alimenta baccae, capillus iuxta feminis virisque in probro existimatur: ritus clementes. Itaque sacros haberi narrant, inviolatosque esse etiam feris accolarum populis: nec ipsos modo, sed illos quoque qui ad eos profugerint. Vltra eos plane iam Scythae, Cimmerii, Cissianthi, Georgi, et Amazonum gens. Haec usque ad Caspium et Hyrcanium mare.

Vltraque Aquilonis. Ad septemtrionem propius, inter Volgam, et mare quod nunc Album vocant. Haec Solinus iisdem cum Plinio verbis c. XVI, pag. 36. Hard.

In Europa dictos. Libro IV, cap. 26. Hard.

Primum inde. Ab Hyperboreorum littore. Hard.

Celticae. Celticam, τὴν Κελτικήν Veteres appellabant, totum illud terrarum spatium quod ab Herculis freto ad Scythicum usque Oceanum continetur, adeoque Europam universam. Ita Plutarchus in Mario p. 411, et Strabo lib. XI, pag. 507. Hard.

Lytarmis. Fortasse hodie, ut d'Anville opinatur, *Cande-Noss*, sive *Kanin-Noss*. Ad mare quod Album vocant, *la mer Blanche*. Incolis *Bielamore*. Ed. P.

Carambucis. Qui nunc fortasse *Divina* in Moscovia: ia in Album mare, infra oppidum *Archangel* devolvitur. Hard. et Ed. P.

Vbi lassata. Ibi Riphaeorum montium, inquit, iuga deficiunt: ibi vis quoque lassatur ac deficit rigentium siderum: molliore iam et clementiore videlicet caeli temperie. Hard.

Ibique Arimphaeos. Haec quae deinceps de Arimphaeis dicuntur, et Hyperboreis, Solinus totidem verbis habet capite XVII, pag. 37, et Martianus lib. VI, pag. 214. Hard.

Illos quoque. Dalecamp. *illos etiam*. Ed. P.

Vltra eos. Adiacent Arimphaeis, inquit, ad ortum Scythae iam supra memorati: deinde Cimmerii, etc. Sic Martianus, loco citato pag. 215. Hard.

Cimmerii. Oceani Asiaeque oram ultimam occupabant, teste Plutarcho in Mario pag. 411, quo a Scythis pulsi ex Maeotidis paludis littore migravere. Ab his orti Cimbri, quos Marius profligavit. Hard.

Cissianthi. Dalec. *Cicianthi*. Mela lib. I, cap. 2: *Super Amazonas*, inquit, et *Hiperboreos Cimmerii*, *Cis-*

XV. Nam et irrumpit e Scythico Oceano in aversa Asiae, pluribus nominibus accolarum appellatum, celeberrimis duobus, Caspio et Hyrcanio. Non minus hoc esse quam Pontum Euxinum, Clitarchus putat. Eratosthenes ponit et mensuram: ab exortu et meridie, per Cadusiae et Albaniae oram quinquies mille cccc stad. Inde per Anariacas, Amardos, Hyrcanos,

sianthi, *Achaei*, *Georgi*. Cissianthos, Georgosque et Amazonas, arbitror tenuisse eas regiones, quae nunc *Gouvernemens d'Archangel et de Vologda* dicuntur, in Europae Asiaeque confinio. In MSS. omnibus, *Gerorgi* legitur; in Chifll. *Cherorgi*. Hard. et Eo. P.

Et Hyrcanium. Vet. apud Dalec. *seu Hyrcanum*. Ed. P.

XV. *Nam et irrumpit*, etc. Vet. apud Dalec. *Nam et erumpit e Scythico*. Ipse Dalec. *Namque id erumpit Scythico*. Eo. P. — Fuit ea Veterum sententia, usque ad Ptolemaeum, si Herodotum, Aristotelem, et Diodorum excipias, Caspium mare angusto fluento connecti cum Scythico, seu septemtrionali; quem fere ad modum ex meridiano Oceano Persicus effluit. Dedit huic errori ansam Patrocles, Macedoniae classis praefectus, qui Volgae fluminis ostium, fretum esse angustum credidit, quo se Scythicum mare sive septemtrionale, in Caspium effunderet. Haro.

In aversa Asiae. A tergo Asiae illius, quae hactenus descripta est: quam priorem Asiae partem appellat Strabo lib. XI, pag. 507. Haso.

Clitarchus putat. Et Patrocles apud Strabonem lib. XI, pag. 508. Hard.

Eratosthenes. Hunc ipsum Eratosthenis locum recitat Strabo lib. XI, pag 507. Haan.

Ab exortu et meridie per Cadusiae. Ita Reg. 1, 2, Colbert. 1, 2, Paris. Tolet. etc. Dalec. *ab exortu ad meridiem*, etc. Ed. P. — A latere, inquit, meridionali Caspii maris, qua spectat solis exortum, ducta mensura per Cadusios Albanosque, spatium est quinque millium et cccc stad. Καδούσιοι oram Mediae montuosam tenent, fere per quinque stadiorum millia, inquit Patrocles apud Strabonem loco citato, pag. 508, quem locum Stephanus non intellexit, qui Cadusios inter Pontum et Caspium mare a Strabone locari existimavit. Mediae quoque a Ptolemaeo adiudicantur lib. VI, cap. 2. Haso.

Inde per Anariacas, Amardos, etc. Depravata haec gentium nomina restituimus, ex Strabone lib. XI, pag. 508. ubi Αμάρδους et Αναριάκας Caspii maris accolas facit. Ptolemaeus lib. VI, cap. 2, pro Αμάρδους, Μάρδους corrupte, et Αμαριάκας pro Αναριάκας habet. A cognomine fluvio, cuius meminit Ptolemaeus, nomen Amardi sortiti videntur. Mardi hinc longo terrarum spatio disiuncti. Librorum hactenus editorum vitiosa haec scriptura fuit, *Inde per Arotiaticos, Amarbos*, etc. A Cadusiorum finibus, inquit, Anariacae incipiunt, mox Amardi, deinde Hyrcani, per meridionale Caspii maris latus, qua in ortum boreamque reflectitur. H.

2 ad ostium Oxi fluminis, quater mille DCCC stad. Ab eo ad ostium Iaxartis, MM. CCCC. Quae summa efficit quindecies centena septuaginta quinque mill. passuum. Artemidorus hinc detrahit viginti quinque mill. pass. Agrippa Caspium mare, gentesque quae circa sunt, et cum his Armeniam determinans, ab oriente Oceano Serico, ab occidente Caucasi iugis, a meridie Tauri, a septemtrione Oceano Scythico, patere qua cognitum est, CCCCLXXXX M. passuum, in longitudinem: CCLXXXX M. in latitudinem prodidit. Non desunt vero qui eius maris universum circuitum a freto XXV mill. passuum tradunt.

3 Irrumpit autem arctis faucibus, et in longitudinem

Ad ostium Oxi. Ad ostium Zoni perperam libri MSS. impressique exhibent: ac paulo post, ad ostium Iaxartis, *mille CCCC* pro *bis mille*. Quem errorem non modo calculi ratio delegit, defuturis alioqui mille stadiis summae sequenti: sed et Strabo ipse lib. XI, pag. 507, ubi haec plane Eratosthenica verba, qualia afferuntur a Plinio, Idem recitat: Φησὶ δ' Ερατοσθένης τὸν ἀπὸ τῶν Ελλήνων γνώριμον περίπλουν τῆς θαλάττης ταύτης, τὸν μὲν παρὰ τοὺς Αλβανοὺς καὶ τοὺς Καδουσίους εἶναι πεντακισχιλίων καὶ τετρακοσίων· τὸν δε παρὰ τὴν Αναριάκων καὶ Αμάρδων καὶ Υρκάνων μέχρι τοῦ στόματος τοῦ Οξου ποταμοῦ, τετρακισχιλίων καὶ ὀκτακοσίων· ἔνθεν δ' ἐπὶ τοῦ Ιαξάρτου δισχιλίων τετρακοσίων. H.

DCC. Chiffl. *DCCCC.* Ed. P.

Quindecies centena septuaginta. Plane calculi ratio constat. Male vel. apud Dalec. *quindecies centena quadraginta millia stadia.* H. et Ed. P.

CCCCLXXXX M. P. in longitudinem: CCLXXXX in latitudinem. Quum hunc locum exscriberent Missi Theodosii, cecidit iis ab utroque hoc numero denarii nota: sic enim illi: *Armenia maior, et mare Caspium, et quae circa gentes sunt ad Oceanum, finiuntur ab oriente, Oceano Serico: ab occidente iugis montis Caucasi, et mari Caspio: a septemtrione, Oceano: a meridie, monte Tauro: in longitudinem, M. passuum CCCCLXXX, in latitudinem, CCLXXX.*

XXV M. pass. Hoc est, vicies et quinquies centenis millibus passuum. Hard.

Irrumpit autem. Mela lib. III, cap. 53: *Mare*, inquit, *Caspium, ut angusto, ita longo etiam freto primum terras, quasi fluvius, irrumpit: atque ubi recto alveo influxit, in tres sinus diffunditur: contra os ipsum, in Hyrcanium: ad sinistram, in Scythicum: ad dextram, in eum quem proprie et totius nomine Caspium appellant.* Hard.

Et. Haec vox in Dalecamp deest. Ed. P.

spatiosis. At ubi coepit in latitudinem pandi, lunatis obliquatur cornibus: velut ad Maeotium lacum ab ore descendens, sicilis (ut auctor est M. Varro) similitudine. Primus sinus appellatur Scythicus: utrimque enim accolunt Scythae, et per angustias inter se commeant: hinc Nomades, et Sauromatae multis nominibus, illinc Abzoae non paucioribus. Ab introitu 4 dextra, mucronem ipsum faucium tenent Vdini Scytharum populus. Dein per oram Albani (ut ferunt) ab Iasone orti: ante quos mare quod est, Albanum nominatur. Haec gens superfusa montibus Caucasiis, ad Cyrum amnem, Armeniae confinium atque Iberiae, descendit, ut dictum est. Supra maritima eius Vdinorumque gentem, Sarmatae, Vtidorsi, Aroteres prae-

Maeotium. Dalec. *Maeotin*. Ed. P.

Ab ore descendens. Dalec. *ab ore discedens*. Ed. P. — Veluti ab eo freto (qua irrumpere a Scythico mari in terras credebatur), hoc est, ab ostio Volgae fluminis, Maeotium lacum petat mucrone. H.

Sicilis. Hic interpolatores Plinii, quibus haec vox haud familiaris fuit, pro *sicilis*, felici, ut quidem rebantur, coniectatione, *Scythici arcus* aequilitudinem, ex Ponto Euxino ad Hyrcanium mare transtulerunt. Nos eam vocem admonitu codicum Reg. 1, 2, Colbert. 1, 2, Paris. et Salmant. restituimus. Quae vis sit illius, Festus explicat: *Sicilices*, inquit, (*malim ego* Siciles), *hastarum spicula lata. Ennius: Incedit veles volgo sicilibus latis*. Sic enim MSS. habent, Vossio teste in Etymol. H.

Primus sinus. Qui ad sinistram, sive ad ortum curvatur. H.

Vtrimque enim. Ab utroque freti illius, sinusque, et angustiarum latere. H.

Hinc Nomades. Ab occasu, et iuxta Rham aive Volgam amnem. Strabo pag. 507. Mela lib. III, cap. 5, p. 53: *Ad introeuntium dextram Scythae Nomades freti littoribus insident*. Videntur ii esse, aut ex iis certe qui Thalli superius dicti sunt, cap. 6. H.

Illinc. Ab ortu, trans fretum. H.

Ab introitu. Qua se incipit mare in latitudinem pandere in ipso freti mucrone, ac promontorio. Non sunt hi *Vdini*, qui *Vidini* Ammiano lib. XXXI, p. 438. H.

Dein per oram. Occiduam scilicet, ubi Albania est. Solinus cap. xv, pag. 34: *Albani in ora agentes, qui posteros se Iasonis credi volunt, albo crine nascuntur*, etc. H.

Caucasiis. Dal. *Caucaseis*. Ed. P.

Vt dictum est. Cap. 11. H.

Supra maritima eius. Sic et Chiff. Dalec. *super maritima eius*. Supra maritimam Albaniae oram. Hard. et Ed. P.

Aroteres. Αροτῆρες Herodoto, Mel-

tenduntur: quorum a tergo indicatae iam Amazones
5 Sauromatides. Flumina per Albaniam decurrunt in mare, Casius et Albanus: deinde Cambyses in Caucasiis ortus montibus: mox Cyrus in Coraxicis, ut diximus. Oram omnem a Casio praealtis rupibus inaccessam, patere ccccxxv mill. passuum auctor est Agrippa. A Cyro Caspium mare vocari incipit: accolunt Caspii.
6 Corrigendus est error in hoc loco multorum, eorum etiam qui in Armenia res proxime cum Corbulone gessere. Namque hi Caspias appellavere portas Iberiae, quas Caucasias diximus vocari; situsque depicti et inde missi, hoc nomen inscriptum habent. Et Neronis principis comminatio, ad Caspias portas tendere dicebatur; quum peteret illas, quae per Iberiam in Sarmatas tendunt, vix ullo propter appositos montes aditu ad Caspium mare. Sunt autem aliae, Caspiis gentibus

pom. lib. IV, p. 231, n. 17, hoc est, aratores. H.

Indicatae iam. Sub finem capitis superioris. Aliae sunt Amazones Sauromatides pariter nuncupatae ab Ephoro apud Steph. prope Thermodonta fluvium, de quibus alias egimus cap. 4. H.

Casius et Albanus. Dalecamp. *Cassios et Abanos.* Κάσιος et Ἀλβανος Ptolemaeo lib. V, c. 12. H. — Albanum id esse flumen, quod hodie *Samura* vocari ait, opinatur d'Anville: Mannertus autem Albanum hodie *Bilbana* appellari ait, Casiumque *Samur*, sive *Emur*. Eo. P.

Et Cambyses. Forte qui Σόανας alio nomine in Albania loquatur a Ptolemaeo loc. cit. Fortasse hodie *Iora*. H. et Eo. P.

Vt diximus. Cap. 10. H.

Oram omnem. Sic Reg. 1, 2, Colb. 1, 2, Paris. etc. situsque huius horae postulat: editores Plinii, *Oram omnem a Caucaso praealtis rupibus inaccesso.* Hard.

A Cyro. Ante Cyri ostia, Albanum vocabatur, ut dictum est superius. Hard.

Corrigendus est error. Quo in errore et Strabo fuit lib. XI, p. 523. Hard.

Eorum. Dalec. et *eorum.* Eo. P.

Portas Iberiae. Quae et Albaniae porta: de iis egimus cap. 12. H.

Et Neronis. Vide Sueton. in Nerone cap. xix. *Hard.*

Vix ullo, etc. Dalec. *vix ullo propter appositos montes aditu. Ad Caspium mare sunt aliae*, etc. *Appositos* in Chiffl. deest. Eo. P.

Sunt autem aliae, etc. Sunt aliae portae, Caspiae veriua appellandae. Hard.

iunctae: quod dignosci non potest, nisi comitatu rerum Alexandri Magni.

XVI. Namque Persarum regna, quae nunc Parthorum intelligimus, inter duo maria, Persicum et Hyrcanium Caucasiis iugis attolluntur. Vtrimque per devexa laterum Armeniae maiori, a frontis parte, quae vergit in Commagenen, Sophene (ut diximus) copulatur, eique Adiabene Assyriorum initium: cuius pars est Arbelitis, ubi Darium Alexander debellavit, proxima Syriae. Totam eam Macedones Mygdoniam cognominaverunt, a similitudine. Oppida: Alexandria, item Antiochia, quam Nisibin vocant. Abest ab Arta-

Nisi comitatu. Nisi relatu eorum qui comites fuerunt expeditionum Alexandri. H.

XVI. *Iugis attolluntur.* In Persarum regnis crebra occurrunt montium Caucasiorum iuga, quibus tota regio veluti sublimis attollitur. Strabo, de Media lib. XI, p. 525: ἡ πολλὴ μὲν οὖν ὑψηλή ἐστι, καὶ ψυχρά. Plinius de Epheso lib. V, c. 31: *Attollitur monte Pione.* H.

Vtrimque per devexa. Eadem iuga, inquit, Caucasia pariter a quibusdam appellata, quae Tauri sive Antitauri pars quaedam est, longa serie latus obvertunt Armeniae maiori, qua fronte, sive qua parte vergit illa in Commagenen Syriae. Devexa sive convalles horum montium ex utraque parte Sopheoi tenent, ut dictum est cap. 40. Sophenen attingit Adiabene, quae Assyriorum regio ibi primum sese offert, etc. Sophene Dioni lib. XXXVI, p. 26, Σωφανήνη χώρα τοῖς Αρμενίοις πρόσορος. De eius situ Strabo lib. XI, p. 527. H.

Cuius pars est. Haec iisdem verbis Solinus cap. XLVI, p. 74. Vide quae dicturi sumus cap. 30. Arbelitidis caput Αρβηλα, vicus, quem Persidi Stephanus attribuit. H.

Proxima Syriae. Osroenae nimirum, et Mesopotamiae, quae Syriae quondam attributa, ut dictum est lib. V, cap. 15. H.

Totam eam. Adiabenen videlicet. Harn.

A similitudine. Ad similitudinem Macedonici in Europa imperii, iisdem nominibus provincias orientis signabant, quae nota in Europa erant. De Mygdonibus Macedoniae dictum est lib. IV, c. 17. De Assyriis, Strabo lib. XVI, p. 747. H.

Alexandria. De hac ceteri scriptores silent. Ibi condita, ubi Darium Alexander vicit, sane videtur. H.

Antiochia. Plutarch. in Lucullo, p. 514: Νισίβην, οἱ δ' Ελληνες Αντιοχειαν Μυγδονιαὴν προσηγόρευον. Mesopotamiae Stephanus adscribit: Αντιόχεια...τρίτη, Μεσοποταμίας, Μυγδονία καλουμένη...ἥτις Νισίβη λέγεται καὶ Νισιβίς. Strabonem videlicet secutus lib. XI, p. 527, et lib. XVI, p. 747. Hodie vetusto nomine servato, *Nisibin* vocant, et *Nesbin*, insignis olim oppidi tenue nunc vestigium.

xatis DCCL M. passuum. Fuit et Ninus imposita. Tigri, ad solis occasum spectans, quondam clarissima. Reliqua vero fronte, qua tendit ad Caspium mare, Atropatene, ab Armeniae Otene regione discreta Araxe.

Vide Taverner. Itiner. lib. II, p. 172. HARD.

Fuit et Ninus. Quae et Ninive, Herodoto quoque Νινος. Excidium urbis signat obiter Plinius suo illo familiari vocabulo, *Fuit.* Instaurata denuo tamen, quamquam non eodem fortassis loco, quo steterat primum, floruit Ammiani aevo. *In Adiabena*, inquit, lib. XXIII, pag. 251, *Ninus est civitas, quae olim Persidis regna possederat, nomen Nini potentissimi regis quondam Semiramidis mariti, declarans, et Arbela, et Gaugamela*, etc. Stephanus: Νινος πόλις Ασσυρίων. H.

Imposita Tigri. Herodotus, Clin lib. I, n. 102, et Euterpe lib. II, n. 150, p. 148. Fallitur Diodorus, qui Bibl. lib. II, p. 92, ad Euphratem locat, ἐπὶ τὸν Ευφράτην ποταμόν. Diruta nunc et exhausta, vicinitate *Mosul* oppidi in parte fluminis opposita ad solis exortum conditi, solo ponte intermedio, ut vulgo suasit Benjamin Jud. *Inter Almosal et Niniven pons tantum intercedit: haec devastata est: attamen multos pagos et vicos habet.* Reipsa tamen *Mousul* (sic enim Tavernerius appellat lib. II, pag. 173), ad occasum Tigris amnis est, atque adeo ubi Ninive olim fuit. Quod Plinius addit fuisse quondam clarissimam, confirmat Ionas cap. III, 3, 4: *Ninive erat*, inquit, *civitas magna itinere trium dierum. Et coepit Ionas introire in civitatem itinere diei unius*, etc. Erat Ninive civitas magna, inquit, cuius vicus omnes pererrare nemo posset nisi itinere trium dierum. Neque enim murorum ambitum dicit esse itinere trium dierum, sed civitatem ipsam; in quam non perhibetur Ionas introisse nisi itinere diei unius. Si murorum ambitus intelligeretur trium dierum esse, diametros vix esset itinaris diei unius; atque adeo ingressus Ionas per portam unam, emensusque iter diei unius, iam et civitate pedem extulisset per portam oppositam. Ergo iter trium dierum in ipsa civitate intelligendum est, et per vicos civitatis singulos ea mensura accipienda est. Clamavit Ionas per vicos quot potuit deambulare itinere unius diei: id quod tertiam urbis partem efficit. Inde rumor ad caeteros pervasit; ac postridie ad regem ipsum. H.

Atropatene. Subintellige ex superioribus, Armeniae maiori copulatur, a cuius parte orientali, quae Otene vocatur, solo amne Araxe dispescitur. Ωτηνὴ Eusebio, Praep. lib. VI, p. 277. Quadrato item, Parth lib. II et III, apud Stephan. verbo Ωτηνή. Apud Ptolemaeum perperam scriptum Μωτηνή, et *Totene.* Atropatene vero, Ατροπατηνή, Mediae regio est, ab Atropato duce cognominata, qui ne pars ea in Macedonum potestatem veniret, Alexandro mortuo, arte effecit. Vide Strabon. lib. XI, p. 522, et Stephanus pag. 156. HARD.

Discreta Araxe. Strabo pag. 523: τοῦ Αράξου ποταμοῦ τοῦ ὁρίζοντος τήν τε Αρμενίαν καὶ τὴν Ατροπατηνήν. Ptolemaeo mendose, Τροπατηνὴ

Oppidum eius Gazae, ab Artaxatis CCCCL M. passuum: totidem ab Ecbatanis Medorum, quorum pars sunt Atropateni.

XVII. (XIV.) Ecbatana caput Mediae Seleucus rex condidit: a Seleucia magna DCCL M. passuum: a portis vero Caspiis $\overline{XX}$ M. Reliqua Medorum oppida, Phazaca, Aganzaga, Apamia Rhaphane cognominata. Causa

lib. V, cap. 2. Huic regioni quae nunc Persici imperii provincia est, nomen est *Aderbidjan*. H. et Ed. P.

Oppidum eius. Non Otenes regionis Armeniae, ut visum Ortelio, sed Atropatenes Mediae: ut ipsa orationis structura admonet, atque ipse etiam Strabo lib. XI, p. 523, cui haec Γάζα Atropatenes βασίλειον, seu Regia dicitur. Porro Gazae nomen oppido Parthi imponebant, in quo belli opes et pecuniam vellent asservari. Nam Gaza pecunia regia est lingua Persarum, teste Curtio lib. III. Hanc urbem *Gauzak* etiamnunc Armenii vocant, *Tebriz* appellant incolae aut, ut nos dicimus, *Tauris*. H. et Ed. P.

Ab Artaxatis CCCCL. Ab Araxe, cui Artaxata imposita sunt, stadiis bis ille CCCC distare Strabo affirmat loco citato, hoc est, passuum dumtaxat trecentis millibus.

XVII. *Ecbatana.* Non *Casbin*, ut quidam volunt, sed *Hamadan*, ut censent d'Anville et Mannertus. Graecis τὰ Ἐκβάτανα. Fuit etiam Ecbatana montis nomen, multo citra oppidum istud: quo in monte *posita* fuit *Rages civitas* hoc ditionis *Medorum*, quatuor tantum dierum itinere distans a civitate Ninive: unde post triduanam quietem redux esset Tobias iunior *undecimo die*, Tub. V. 8, et XI, 1. H. et Ed. P.

Seleucus. Is qui Σέλευκος Νικάτωρ est cognominatus, primus regum Syriae: tametsi auctor est Charax, apud Stephanum verbo Ἀγβάτανα, Epiphaneam vocatam Ecbatanam fuisse a Seleuco Epiphane fortassis, Antiochi Magni filio. H.

Condidit. Quum aliquo bello diruta illud oppidum fuisset, quod antea condidarat eo nomine Deioces primus rex Medorum, Astyagis proavus, teste Herodoto, Clio lib. I, num. 98, pag. 43, et Euseb. in Chron. p. 119, ad Olymp. XVIII. Quin si Diodoro fidea, qui Ctesiam sequi se profitetur, iamdiu ab aevo Semiramidis exstabant Ecbatana. H.

A portis vero Caspiis. Sic vocantur interrupta angusto transitu iuga Caspii montis in confinio Parthiae Mediaequa $\overline{XX}$ M. hoc est, vicies centenis millibus passuum. H. — Broter. hunc errorem absurdum notat, et proponit CCCM pass. Ed. P.

Phazaca, Aganzaga. Libri hactenus editi habent, *Phausia, Aganzua.* Tolerabilius vero fuisset, si *Phauna* edidissent: quod oppidi essa potuit illius nomen, unde Φαυνίτη regio suum traxerit, quam Medis ereptam, et adiunctam Armeniae ab Artaxia rege, auctor est Strabo lib. XI, p. 528. Sed coniecturae locus esse non debet, ubi se veritas ipsa patefacit. In Reg. 1, 2, Colb. 1, 2, etc. legitur *Phiscanzaga*, unico, ut perspicua

portarum nominis eadem, quae supra, interruptis angusto transitu iugis, ita ut vix singula meent plaustra, longitudine VIII mill. passuum, toto opere manu facto. Dextra laevaque ambustis similes impendent scopuli, sitiente tractu per XXVIII mill. passuum. Angustias impedit corrivatus salis e cautibus liquor, atque eadem emissus. Praeterea serpentium multitudo, nisi hieme, transitum non sinit.

2 (XV.) Adiabenis connectuntur Carduchi quondam dicti, nunc Cordueni, praefluente Tigri: his Pratitae, Paredoni appellati, qui tenent Caspias portas. Iis a

res est, ex duobus conflato vocabulo. Laudantur a Ptolemaeo lib. VI, cap. 2, hae Mediae civitates, Φαζάκα et Αγανζαυὰ vel Αγανζαγαύα. H.

Apamia. Απάμεια Straboni lib. XI, pag. 324, una e Graecanicis urbibus, quas in Media Macedones condiderunt. H.

Causa portarum nominis eadem. Describit haec Solinus cap. XLVII, p. 75. H.

Per XXVIII. Solini paraphrasis: *In his angustiis etiam illud asperum, quod praecisorum laterum saxa, liquentibus inter se salis venis, exundant humorem affluentissimum; qui constrictus vi caloris, velut in aestivam glaciem corporatur: ita labes invia accessum negat. Praeterea octo et XX M. passuum tractus omnis, quoquo inde pergitur, nullis puteis vel fontibus siue praesidio situ: tum serpentes undique gentium convenae, verno statim die illuc confluunt. Ita periculi ac difficultatis concordia, ad Caspios, nisi hieme, accessus negatur.* In Plinianis libris perperam editum, XXXVIII, MSS. invitis, et Solino. H.

Carduchi. Καρδοῦχοι, quos Mediae Stephanus adiudicat pag. 356. Parthiae Strabo lib. XVI, pag. 747, iidem appellatione in mollius deflexa a Macedonibus Γορδυαῖοι a Gordye, ut volunt, Triptolemi F. appellati. Regionem ipsam Gorduenen vocat Ammianus lib. XVIII, pag. 125. Κορδουηνὴν Dio lib. XXXVII, pag. 31, de qua Tigrani cum Phraate, sub iudice Pompeio lis fuit. Igitur hi Adiabenis, sive Assyriis, ab occasu aestivo iunguntur. Hard.

Praefluente Tigri. Gordyenen Tigris praeterlabitur. Strabo loco cit. Haud sane procul a fontibus ipsius amnis, ut monet Ptolemaeus lib. V, cap. 13. H.

His Pratitae. Corduenis Pratitae connectuntur. Πρατίαι et Πρατῖται, *mercatores.* Sunt ii e Medorum populis. H.

Pared. Ita libri omnes editi. Pintianus emendat, παρ' ὁδὸν, voce hic nihil significante. Hi tenere Caspias portas dicuntur, quamvis hinc longe positas: quoniam eorum custodiae a Medorum regibus commissae sunt hae portae. In quibusdam MSS. nostris legitur *Paredoti.* H.

Iis a latere altero. Portis Caspiis, inquit, a latere altero, hoc est, ab

latere altero occurrunt deserta Parthiae, et Citheni iuga. Mox eiusdem Parthiae amoenissimus sinus, qui vocatur Choara. Duae urbes ibi Parthorum, oppositae quondam Medis: Calliope, et alia in rupe Issatis quondam. Ipsius vero Parthiae caput Hecatompylos abest a portis CXXXIII mill. passuum. Ita Parthorum quoque regna foribus discluduntur. Egressos portis excipit protinus gens Caspia, ad littora usque, quae nomen portis et mari dedit. Laeva, montuosa. Ab ea gente retrorsus ad Cyrum amnem produntur CXXV mill.

exortu brumali connectuntur deserta Parthorum, et longa Citheni iuga. Huc enim usque Parthia pertinet, quae ab occasu, ut dicetur cap. 29, habet Pratitas Medos, ubi Parthia citerior, deserta et occidentalis vocatur. H.

Amoenissimus sinus. Dalec. *amoenissimus situs.* Sic longum terrarum in mediterraneo tractum passim appellat, ut diximus c. 12. H. et Ed. P.

Choara. Non est haec regio vel Strab. Χοαρινὴ lib. XV, p. 725, vel Χωροαινὴ Ptolemaei lib. VI, cap. 5, ut Ortelio visum est: haec enim ex omnibus provinciis, quae sunt Parthicae ditionis, Indiae maxime finitima dicitur, ad solis proinde exortum: *Choara* ab occasu Parthiae esse tum hoc loco dicitur, tum cap. 29, ubi eius regionis oppida, Issatis et Calliope, ab occasu Parthiae collocantur. Haec igitur Χωρομιθρήνη Ptolemaei est lib. VI, cap. 2, quam ille Mediae adiudicat, etiamnunc dicta *Kauar*, auctore d'Anville. H. et Ed. P.

Oppositae. Chifflet. cod. *appositae.* Ed. P.

Calliope. Καλλιόπη, πόλις Παρθυαίων, Steph. p. 347, et Appiano in Syriac. p. 125. H.

Hecatompylos Graeca appellatione, ob centum portas, ἑκατὸν πύλας. Parthorum haec Arsacidarum regia Straboni lib. XI, pag. 514. De ea rursum, cap. 29. *Damaghan*, sive *Damegan* hodie vocatur, ut aiunt d'Anville et Mannertus. H. et Ed. P.

Abest a portis. Caspiis videlicet, quo eorum olim ditio pertinuit, inquit Strabo loco citat. De intervallo a Plinio dissidet Apollodorus apud eumdem Strabonem, pag. 514, qui spatium illud esse censet stadiorum M. CCLX, χίλιοι διακόσιοι ἑξήκοντα: quae millia passuum efficiunt CLVII, cum quingentis passibus. Brevius aliquanto facit Ammianus lib. XXIII, pag. 254, mille duntaxat, et XL stadiorum, hoc est, millium pass. CXXX, quod propius ad Plinianam mensuram accedit. Eratosthenis mensura apud Strabonem in mendo cubat, ἐνεακοσίους, pro ἑπτακοσίους, manifesto errore scribens, quem prodit summa quae ex singulis intervallis colligitur. H.

Gens Caspia. Ad Caspium littus, in Armeniae confinio, Ptol. lib. VI, cap. 2. H.

Montuosa. Dalec. *montosa.* Ed. P.

Retrorsus ad Cyrum amnem protenduntur. Versus septemtrionem. H.

passuum. Ab eodem amne si subeatur ad portas, DCC millia passuum. Hunc enim cardinem Alexandri Magni itinera fecere, ab iis portis ad Indiae principium, stadia XV M. sexcenta octoginta prodendo: ad Bactra oppidum, quod appellant Zariaspa, MMM. septingenta. Inde ad Iaxartem amnem, V.

XVIII. (XVI.) A Caspiis ad orientem versus regio est, Apavortene dicta, et in ea fertilitatis inclytae locus Dareium. Mox gentes Tapyri, Anariacae, Stauri,

CXXV. Chiffl. *CXX*. Dalecamp. *CCXX*. En. P.

DCC mill. Eratosthenes apud Strabonem, loco citato, stadia numerat quinquies millia, et LX; ἀπὸ τοῦ Κύρου ἐπὶ Κασπίας πύλας, πεντακισχιλίους ἑξακοσίους. Colligit autem haec mensura millia passuum fere DCXXXIII. H.

Hunc enim cardinem. Dalec. *hunc enim deinde cardinem.* Hinc videlicet duci omnis mensurae initium, hinc intervalla dignosci valuerunt ulteriorum regionum. H. et En. P.

Fecere, ab iis portis ad Indiae principium, etc. Vet. cod. apud Dalecamp. *fecere. Ab iis portis ad Indiae principium octoginta procedendo ad Bactra*, etc. En. P.

Stadia quindecim, etc. Eratostheni loco cit. sunt tantum stadia quindecim millia cum quingentis, ὁμοῦ, μύριοι πεντακισχίλιοι φ'. Sunt passuum millia amplius decies novies centena. H.

Zariaspa. Strabo, loco citato, εἶτ' εἰς Βάκτρα τὴν πόλιν, ἣ καὶ Ζαριάσπα καλεῖται, τρισχίλιοι ἑπτακόσιοι, sic enim legendum ex Plinio. Efficit haec summa fere CCCCLXIII mill. passuum. De Zariaspis etiam Steph. H.

Inde ad Iaxartem. Strabo, ex MSS. loc. cit. εἶτ' ἐπὶ τὸν Ἰαξάρτην ποταμὸν ἐφ' ὃν Ἀλέξανδρος ἦκεν, ὡς πεντακισχιλίους. Stadiorum quinque millia, efficiunt DCXXV mill. pass.

XVIII. *A Caspiis.* A Caspiorum gente, et littore Caspii. Solinus haec descripsit a Plinio cap. XLVIII, pag. 75. H.

Apavortene. Ita MSS. omnes. Isidorus Characenus in Σταθμοῖς, p. 188, Απαυαρκτικὴν et Απαυαρκτικηνὴν appellat ab urbe cognomine. Iustinus mox laudandus, *Zapavortene*, *quod* et in Dalecamp. legitur. *Asterabad* et *Ghilan* hodie dicitur haec regio. H. et En. P.

Dareium. Versatus est in huius loci illustrando situ Salmasius satis infeliciter. Dareium, ut ex Plinii verbis apparet, ultra Caspiam gentem ad solis exortum situm est, atque adeo supra Mediam, ad littus Hyrcanii maris, versus ipsam Hyrcaniam. At Salmasius in Solin. p. 982, Mesopotamiam eo transfert, quum Procopii Daras eumdem existimat locum esse cum Plinii Dareio. Procopius enim, Pers. lib. I, Daras ait distare Nisibi stadiis XCVII, a Persarum vero finibus octo et XX. Evagrius lib. III, c. 37, disertis verbis affirmat, Daras locum esse Mesopotamiae, in finibus Romani imperii situm, et utriusque ditionis velut limitem, quem ex agro

Hyrcani, a quorum littoribus idem mare Hyrcanium vocari incipit, a flumine Sideri. Citra id amnes Maxeras, Stratos, omnia ex Caucaso. Sequitur regio Margiane, apricitatis inclytae, sola in eo tractu vitifera, undique inclusa montibus amoenis, ambitu stadiorum mille quingentorum, difficilis aditu propter arenosas

oppidum fecerit Anastasius, et suo nomine Anastasiopolim appellarit. Dareium vero Plinii Iustinus describit lib. XLI, cap. 5, pag. 303, ubi de Arsace Parthorum rege: *Urbem*, inquit, *nomine Daram, in monte Zapaortenōn condit: cuius loci ea conditio est, ut neque munitius quidquam esse, neque amoenius possit. Ita enim et praeruptis rupibus undique cingitur, ut tutela loci nullis defensoribus egeat: et soli circumiacentis tanta ubertas est, ut propriis opibus expleatur*. Ab hac urbe Dareium potius, quam Darieum, ut libri editi habent, circumiacenti agro nomen fuit. Et sane Dareium exhibent MSS. Reg. 1, 2, Colb. 1, 2, Paris. Chiffl. etc. H.

Tapyri. Ταπύρους et Αναριάκας Strabo quoque cum Hyrcanis copulat lib. XI, p. 514. De Stauris apud caeteros silentium. De Anariacis superius, cap. 15. De Tapyris, Dionys. in Perieg. vers. 733. Hircaniae vicinos facit Polybius lib. V, pag. 542. Alii sunt Ptolemaei in Margiana Τάποροι, lib. VI, c. 10. H. — A Tapyris etismnunc nonnumquam *Tabariston* vocatur haec regio, quae saepius *Mazanderan* dicitur. En. P.

Anariacae. Dal. *Anariaci*. En. P.

A flumine Sideri. In extrema Hyrcania versus ortum citra Oxum amnem. H.—Veteris nominis vestigia servat, auctore d'Anville, hodiernum nomen *Ester* sive *Aster*, cui quidem flumini impositum est oppidum *Asterabad*, quod suum nomen toti regioni impertitur. En. P.

Citra id. Chifflet. *Cira id* Dalec. *circa id*. *Citra* rescripsimus, tum ex locorum situ ad Tabularum omnium fidem exacto, tum ex admonitu codicum proxime laudatorum: ubi editi mendose *circa* exhibebant. Et sane qui possint intelligi *circa* flumen amnes, haud promptum est agnoscere: at *citra* flumen alios amnes decurrere, res est in primis obvia. Citra id flumen, retrorsus versus occasum in eadem Hyrcania amnes sunt, Maxeras, Μάξηρας, Ptolemaeo lib. VI, cap. 9, unde et accolis nomen Μάξηραι. Et Stratos, eidem Ptolemaeo Στράτων e Media per Anariacas in Caspium fluens. Hard. et En. P.

Maxeras. Daleeamp. *Mazeras*. Maseras restituit Hard. tum e Ptolemaeo proxime laudato, tum ex Ammiano l. XXIII, p. 256. En. P.

Ex Caucaso. Id nomen commune montibus iis quibus Persarum regna omnia veluti praetexuntur. Hard.

Sequitur regio. Haec iisdem verbis Solinus cap. XLVIII, p. 76 et Martianus lib. VI, cap. de Assyria, p. 222. Sequitur porro Margiana Hyrcaniam ab oriente. Hard.

Margiana. Chiffletan. *Margiana*. Eō. P.

Ambitu stadiorum. Consentit et Strabo lib. XI, p. 516. Hard.

solitudines per cxx mill. passuum, et ipsa contra Parthiae tractum sita, in qua Alexander Alexandriam
2 condiderat. Qua diruta a barbaris, Antiochus, Seleuci filius, eodem loco restituit Syriam. Nam, interfluente Margo, qui corrivatur in Zotale, is maluerat illam Antiochiam appellari. Vrbis amplitudo circuitu LXX stad. In hanc Orodes Romanos Crassiana clade captos deduxit. Ab huius excelsis per iuga Caucasi protenditur ad Bactros usque gens Mardorum, fera, sui iuris.

In qua Alexander. In Margiana videlicet, ut recte Solinus intellexit loc. cit. Hard.

Antiochus. Eius nominis primus, Seleuci Nicatoris F. Soter cognominatus. Strabo loco citato. H.

Restituit Syriam. Nam interfluente Margo. Haec sincerissima lectio est codicum omnium, Reg. 1, 2, Colb. 1, 2, Paris. etc. quam interpolatores ita corruperant, *restituit Syrianam interfluente Margo*, qua lectione stante tota loci sententia pessumdatur. Sed foedius a Salmasio deformatur, ita legente, in Exercit. ad Solinum p. 983: *Quam dirutam a barbaris Antiochus, Seleuci filius, eodem loco restituit, Syrii amne eam interfluente Margo... maluerunt illam Antiochiam appellari*. Vel sic potius: *Eodem loco restituit Seleuciam interfluente Margo, qui corrivatur ab incolis: maluere et illam Antiochiam appellari*. At tantam in permutandis verbis, evertendisque scriptorum sententiis licentiam quis porro ferat, aut patiatur? Loci sententia haec est: Alexandria diruta a barbaris, eodem loco urbem Antiochus instauravit, ac Syriam repraesentare voluit, hoc est, Syrio nomine insignire. Antiochiam igitur potius quam Alexandriam iussit appellari, quod eam Margus amnis interflueret, ad similitudinem Antiochiae Syriae, quae Oronte amne dividitur, ut dictum est lib. V, cap. 18. Harn. et Ed. P.

In Zotale. Agri nomen id est, ubi Margus in rivos deducitur, ad irrigandam regionem. Atque hinc est quod Isidorus Characenus, in Σταθμοῖς, pag. 188, irriguam hanc Antiochiam vocat, ἐν Μαργιανῇ Ἀντιόχεια ἡ καλουμένη ἔνυδρος. A Margo amne Margianae nomen. Harn.— Margus nomen hodieque servat, *Marg-ab* dictus. Ed. P.

Antiochiam. Ἀντιόχεια Μαργιανή Ptolemaeo lib. VI, cap. 10, et Stephano pag. 88. Martianus loco citato, ut furtum dissimularet, et eum secutus Solinus, Seleuciam aiunt fuisse appellatam de familiae nomine. *Marw-Shahi-Gian* hodie vocatur, auctore d'Anville. Harn. et Ed. P.

Circuitu. Chiffl. *circuitur*. Ed. P.

LXX stad. Ita libri omnes, etiam MSS. Martianus tamen et Solinus quinque addunt stadia. Porro LXX stadiis fere millia passuum novem continentur. Harn.

In hanc. Solinus cap. XLVIII, p. 75. De Orode Parthorum rege, et Crassi clade, Plutarchus in Crasso. Harn.

Gens Mardorum. In parte Margianae orientali, qua Baetros contingit.

Ab eo tractu gentes Ochani, Chomari, Berdrigei, Harmatotrophi, Bomarei, Comani, Marucaei, Mandrueni, Iatii. Flumina: Mandrum, Gridinum: ultraque Chorasmii, Candari, Attasini, Paricani, Sarangae, Parrhasini, Maratiani, Nasotiani, Aorsi, Gelae, quos Graeci Cadusios appellavere, Matiani. Oppidum He- 3

Ab Amardis, de quibus superius cap. 15, et appellatione et situ diversi. H. — Quam incoluerunt regionem *Deilem* hodie vocari, ait d'Anville. Ed. P.

Ab eo tractu. Versus boream, et exortum solis aestivum. Ex his Mela hos nominat lib. I, c. 2, Candaros, Parianos, Harmatotrophos, Comaros, Choamanos. Hard.

Chomari. Χόμαροι Ptolemaeo, in Bactriana lib. VI, cap. 11. H.

Harmatotrophi. Qui eurules equos alunt, unde ἁρματοτροφεῖν, et ἁρματοτροφία. H.

Comani. Vet. apud Dalec. *Coammani.* Dalec. *Commani.* Idem atque Κῶμοι Ptolemaei, loc. cit. et Melae *Comari.* Nisi forte *Thomanii* satius legi fuerit, Θωμάνιοι, quos Herod. Thalia lib. III, num. 117. cum Chorasmiis, Hyrcanisque iunxit. Forte haec Κομανία Xenophontis est, Expedit. Cyri lib. VII, pag. 426. Marucaeorum nomen servare videtur, ut quidem animadvertit d'Anville, regio quae nunc *Marushak* dicitur. Haan. et Ed. P.

Mandrueni. Vet. ap. Dalec. *Mandradani.* Ab amoe Mandro. Μάρδυηνοί, credo, Ptolemaei l. VI, c. 12, in Sogdiana. Hard.

Iatii. Ἰάτιοι Ptolem. l. c. H.

Chorasmii. Χωράσμιοι Dionysio Perieg. vers. 746. Athenaeo lib. II, p. 70, aliisque. Ptolemaeo loco citato, in Sogdiana. Hi patria pulsi in Syriam penetravere olim, unde Francos fugarunt, anno 1244. Vinc. Bellov. lib. XXIX et XXXI. Straboni lib. XI, p. 513, Χωρασμουσινοί. Eorum nomen servat etiamnunc regio, quam incoluerunt, hodie dicta *Kharasm* sive *Khoaresm.* Hard. et Ed. P.

Candari. Et hi quoque in Sogdiana Ptolemaeo, Κάνδαροι. Alii sunt ab istis Gandari Indiae populi: de quibus Hesychius: Γάνδαρος ὁ ταυροκράτης παρ' Ἰνδοῖς, a fortitudine sic appellati. Salmasius, ut hos cornutos faceret, legit ταυροκέρατος.

Attasini. Αττάσιοι Straboni l. XI, p. 513. H.

Paricani. Stephanus: Παρικάνη, πόλις Περσική... τὸ ἐθνικὸν, Παρικάνιοι, καὶ Παρίκανοι. Forte ii sunt quos Βαρηκανίους vocat Ctesias ap. Photium in Bibl. cod. 73, p. 109. Παρικάνιοι Herodoto, Thalia pag. 200, n. 93, et Polymn. lib. VII, pag. 408. H.

Sarangae. Σαράγγαι Herod. loco posterius appellato. H.

Parrhasini. Solinus et Strabo *Parrhasios* vocant. H.

Maratiani. In Reg. 2, *Murotiani.* Verum haud dubie *Maruciani* scribi oportuit, ab oppido Μαρούκα, quod iuxta Oxum amnem in Sogdiana a Ptolemaeo collocatur lib. VI, c. 12. Hard.

Aorsi, Gelae. Vet. apud Dal. *Astlegi.* Gentes illis fortasse cognomines, quae alio in tractu terrarum nominantur. Namque sunt et Aorsi ad

raclea, ab Alexandro conditum: quod deinde subversum ac restitutum, Antiochus Achaida appellavit: Derbices, quorum medios fines secat Oxus amnis, ortus in lacu Oxo: Syrmatae, Oxydracae, Heniochi,

Taniam, et Gelae ac Legae prope Albaniam et Amaxones. Sunt et prope Iaxartem fluvium Αορσοι apud Ptolem. lib. VI, cap. 14, de quibus modo Plinius. H. et Eo. P.

Cadusios. Non illos quidem, quos Albanis esse confines diximus, cap. 15, sed in Sogdiana sitos, ultra Caspium mare, Gelas cognominatos. Hard.

Matiani. Ματιανοὶ quos cum Καδουσίοις coniungit Polybius lib. V, pag. 542. H.

Oppidum Heraclea. Solin. c. XLVIII, p. 75. Haec Steph. Ἡράκλεια, μεταξὺ Σκυθίας καὶ Ἰνδικῆς. H.

Ant. Seleuci F. de quo supra.

Achaida. De Achaei fratris sui nomine, quem alicui Syriae parti regio titulo praeesse post obitum suum Seleucus pater iusserat: et ut φιλάδελφον se Antiochus probaret, de eiusdem paulo postes defuncti nomine urbem Αχαΐδα nuncupavit. Exstat huius Achaei nummus eximius ex aere minimo in thesauro regio, ΒΑΣΙΛΕΩΣ ΑΧΑΙΟΥ. Aquila coronae laureae et fulmini insistit. In aversa parte, caput Achaei est, tectum pelle leonina: quod tegmen extra Seleucum Nicatorem, Achaei patrem, nullus regum Syriae gestat in nummis. Hunc exhibet etiam D. Vaillant, in Hist. regum Syriae pag. 150. Diversa porro haec Achais est ab Achaia Strabonis lib. XI, p. 516, quae urbs Ariae, ad Margianae meridiem sitae: haec eidem Margianae provinciae ad septemtrionem superiacet, prope Oxum amnem. Tota adeo provinciae unius, aut alterius etiam, latitudine ambae inter se dissident: nequicquam eas confundente Salmas. in Solin. p. 984. Hard.

Derbices. Δέρβικες Straboni lib. XI, pag. 514, in Hyrcania: in Margiana circa Oxum iidem Δερβίκκαι appellati a Ptolemaeo lib. VI, cap. 10. Hard.

Oxus amnis. Ὄξος Graecis: quem Araxim appellantur alii, quos inter Herodotum, Strabonemque recenset d'Anville. Male nonnulli cum Armeniae Araxe eum confuderunt. Rennell, *geographia of Herodotus*; Barbié du Bocage, *carte des marches et de l'empire d'Alexandre-le-Grand*, *et analyse de cette carte*, et Mannert alteram profitentur opinionem. Araxem enim Herodoti et Iaxartem hodie *Sir* vel *Sihon*, unum et idem esse, consentiunt. Oxus non in lacu Oxo ortus, ut Noster ait, sed e montibus *Belour* dictis defluens in lacum *Aral* nunc cadit, sed prioris alvei quo in Caspium mare deferebatur nonnulla exstant vestigia. *Gihon* et *Gichon* amnem eum Arabes vocant, ut recte monet Paulus Rhamnusius in Geogr. In latus orientale Caspii maris delabitur. In ostio urbs est hodieque insignis *Zahaspa*, Avicennae Philosophi, ut creditur, patria. Hard. et Eo. P.

In lacu Oxo. Chifflet. *in lacu Axo.* Vet. apud Dalec. *in lacu Oxia.* Solin. cap. XLIX, p. 76, Ὀξιανὴ λίμνη Ptolemaeo lib. VI, cap. 12. Hard. et Eo. P.

Bateni, Saraparae, Bactri, quorum oppidum Zariaspe (quod postea Bactrum) a flumine appellatum est. Gens haec obtinet aversa montis Paropamisi, ex adversus fontes Indi: includitur flumine Ocho. Vltra Sogdiani, oppidum Panda, et in ultimis eorum finibus Alexandria ab Alexandro Magno conditum. Arae ibi sunt ab Hercule ac Libero Patre constitutae, item

Syrmatae. Ibidem Συρμάται Stephano, qui Σαυρομάται. H.

Oxydracoe. In libris editis, *Oxii*, *Tagae*. Solinus cap. XLIX, pag. 76, *Oxistacae*. Nos ex Ptolemaeo lib. VI, cap. 12. Oxydracae, Οξυδράγκαι. Plut. de Fort. Alexandr. lib. II, pag. 343, Οξυδράκαι. Hard.

Boteni. Solinus l. c. H.

Saraparae. Ita MSS. omnes. Forte Σαλάταραι Ptolem. lib. VI, cap. 11, qui Bactrianae septemtrionalia, iuxta Oaum fluvium, tenere dicuntur. H.

Zariaspe. Vid. cap. sup. H.

A flumine. Non Baetri a flumine, sed Zariaspis nomen scito traaisse. Ideirco haec verba, *quod postea Bactrum*, parenthesi inclusimus: ne te, ut Solinum, in fraudem impellerent. Ζαριάσπης sive Ζαρίασπις amnis a Ptolemaeo mamoratur lib. VI, c. 11. Hard.

Gens haec. Bactriana regio, inquit, tergo est Paropamisi montis, quo monte ea a meridie clauditur: nec toto tamen: sed ea iugorum parte duntaxat, quae ea adverso mittit Indum amnem. Haec omnia mire perturbat Solinus, dum illustrare nititur. Aversa suot latera montis, quae boream; adversa, quae meridiem spectant. H.

Ex adversus fontes. Ita MSS. omnes, pro *ex adverso fontis*, quod rescripsit Dalec. H. et Ed. P.

Ocho Ωχος est, qui in Oaum influit, Bactrianamque claudit ab oceasu. Ptolem. lib. VI, cap. 11. Nunc fortasse *Bash*. H. et Ed. P.

Vltra Sogdiani. a Vltra hos, inquit Solinus, Baetros scilicet, Panda oppidum Sogdianorum, etc.: H. — Sogdianorum nomen servat etiamnunc vallis *At Sogd* dicta, auctore d'Anville, in Tartaria ultra Oxum amnem, qui Bactrios a Sogdiia dividit, inquit Strabo lib. XI, p. 517. Vallem hanc irrigat amnis *Sogd*, Polytimetus qoondam dictus, in cuius ripis stant urbes *Samarcand* et *Bukara*; alterutrane sit Panda, an alio requirendus sit locus eius, omnino ignoratur. Ed. P.

Panda. Ita MSS. cum Solino loco citato, et Martiano lib. VI, p. 223. Meminit Paracandae in Sogdiana Strabo loco citato, et Arrian. Exped. Alex. lib. III. Sed ab Alexandro ea eversa dicitur: Panda stetisse etiam tum videtur. H.

Alexandria. Αλεξάνδριαν ἐσχάτην appellat Ptolemaeus lib. VI, c. 12, quoniam in finibus Sogdianorum ultima. Appiano in Syriacis p. 125: ἐν Σκύθαις Αλεξανδρίσχατα. Stephano, ἐν τῇ Σογδιανῇ, παρὰ Παροπαμισάδαις. Fortasse hodie *Cogend*, auctore d'Aoville. H. et Ed. P.

Conditum. MSS. et vet. ap. Dalec. *oppidum*. Ed. P.

Ab Hercule. Solinus loco citato. Has aras Herculei itineris fines esse

Cyro, et Semiramide, atque Alexandro: finis omnium eorum ductus ab illa parte terrarum, includente flumine Iaxarte, quod Scythae Silin vocant: Alexander militesque eius Tanain putavere esse. Transcendit eum amnem Demodamas, Seleuci et Antiochi regum dux, quem maxime sequimur in iis; arasque Apollini Didymaeo statuit.

XIX. (XVII.) Vltra sunt Scytharum populi. Persae

ea terrarum parte existimant, ut cum columnis quae sunt ad Gades, simile quiddam habere videantur. H.

Ac Libero Patre. Bacchi expeditiones in Indiam describit Lucianus in Baccho. Columnas ibi arasve statuisse, auctor est praeter caeteros Festus Avienus, in Descr. Orbis pag. 835, quibus pares et in Sogdiana positae nunc dicuntur: *Hic adstare procul Bacchi fert fama columnas, Vltimus Oceani qua terras alluit aestus, Indica qua rupes tumet extima.* Et vs. 1390. *Oceani Eoi praetento denique Bacchus Littore, et extrema terrarum victor in ora Ducit laurigeros post Indica bella triumphos: Erigit et geminas telluris fine columnas, Invisitque dehinc Ismeni fluminis undam.* Accepit hoc à Dionysio Perieg. vs. 624, et Apollod. de Diis lib. III, p. 175. H.

Item Cyro, etc. Solinus loco citato. Vbi certe metam expeditionum suarum Cyrus posuit, ibi urbem suo nomine Κυρέσχατα condidit. H.

Et Semiramidis. Semiramidis columnae appositam inscriptionem recitat Polyaenus, Strat. lib. VIII, pag. 598. H.

Atque Alexandro. Curtius lib. IX, Alexandri arae cuiusmodi fuerint, prolixe describit cap. 9, p. 361. Sed eae in India: in Sogdiana Plinianae. Hard.

Iaxarte. Ιαξάρτης. In mare Caspium ab oriente aestivo devolvitur. H. — Nunc *Sihon* sive *Sir*. Ed. P.

Scythae Silin. Dal. *Scythae Silym.* Ed. P. — Quo nomine appellant et Tanain, ut dictum est cap. 7. H.

Tanain putavere. Vnde Alexandriam, de qua proxime dictum est, ad Tanain conditam Arrianus ait, hoc est, ad Iaxartem lib. IV Exped. Alex. Et Stephanus inter urbes, quibus Alexandria nomen est, hanc decimam octavam appellat, ἐπὶ τοῦ Τανάϊδος. Deceptus hac nominum similitudine Ptolemaeus, Alexandri aras ad Tanain Ponticum statuit lib. III, cap. 3. Cautius Eustathius in Dionys. p. 10, ad Tanaim Scythicum, hoc est, ad Iaxartem. Suidas pag. 1212, Ιαξάρτης, ὁ Τάναϊς ποταμός. Acesinen quoque Tanais nomine signatum in India, Stephanus prodidit p. 633. Hard.

Transcendit. Vet. ap. Dalec. *transgressus est.* Ed. P.

Demodamas. Ita Martianus lib. VI, cap. de Assyria p. 223. Solinus cap. XLIX, p. 76, et quod his certius est, Index huius libri Demodamantem vocat. Perperam *Demonax* hactenus scribebatur. H.

XIX. *Vltra sunt.* Haec quoque Solinus cap. XLIX pag. 76. H.

Persae illos Saeas. Solinus loc. cit.

illos Sacas in universum appellavere a proxima gente, antiqui Aramaeos. Scythae ipsi Persas, Chorsaros: et Caucasum montem, Groucasum, hoc est, nive candidum. Multitudo populorum innumera: et quae cum Parthis ex aequo degat. Celeberrimi eorum Sacae, Massagetae, Dahae, Essedones, Ariacae, Rhymmici,

Herod. Polymn. lib. VII, num. 64, p. 407, quem et Eustathius laudat in Dionys. vers. 750, p. 99. H.

Aramaeos. Caeterorum scriptorum nemo, qui quidem occurrat, Scythas Aramaeos ait fuisse appellatos: id vero Syris nomen fuisse omnes confitentur. Strabo lib. XVI, p. 785, sub libri finem: Σύρους οἱ Ἕλληνες Ἀραμαίους ἐκάλουν. MSS. omnes, *Aramos;* Dalec. *Arameos.* H. et Ed. P.

Chorsaros. Ita libri omnes, et Solinus loc. cit. At Salmasius, *Chorsaeos* mavult: in cuius vocis originatione demonstranda operam male ponit Bochartus, in Geogr. Sacra lib. IV, cap. 10, p. 254, quum Persas a Scythis sic appellatos per retaliationem, sic enim ait, hoc est, convitii regerendi causa, coniicit: ut Chorsaci vel Chorsacae dicti videantur, quasi Φυγοσάκαι, vel Σακόφαβοι, ex quo Cyri contigit in Scythia elades. Id vero ariolari esse, neque aut ex Plinii, aut Solini verbis confici certo posse, haud leve argumentum est, quod sequitur, de Caucaso, quem Groucasum Scythae dixerunt: an cuiusquam, amabo, contumeliae, irrisionisve causa? Cur probri notam in priore voce latere, quam in posteriore verius suspicere, aut ea scriptorum verbis efficias? H.

Groucasum. Ita Reg. 1, etc. Solinus, *Croucassim.* H.

Ex aequo. Paribus institutis ac legibus. Solinus loc. cit. H.

Sacae. Strabo lib. XI, p. 514. Plerique Scytharum, inquit, qui a Caspio mari incipiunt, Dahae, Δάαι, appellantur: orienti viciniores Massagetae et Sacae, Μασσαγέται καὶ Σάκαι. Reliquos communi nomine Scythas dicunt: quamquam singuli populi sua nomina habent. Sacae Ptolemaeo supra laxartis fontes, atque adeo in occidentali parte regionis illius sedes habuere, quam nunc *Calmouki* appellamus; qui quidem tractus etiam nunc *Sakita* nomen servat auctore d'Anville. Caeteri ad boream vergebant, ubi nunc deserta Tartaria est. H. et Ed. P.

Massagetae. Quorum regina Tomyris Cyrum devicit. Herod. lib. I, sub finem. H.

Dahae. Δάαι, Σκυθικὸν ἔθνος, Stephano. Virg. Aen. lib. VIII, v. 728: *Indomitique Dahae.* H.

Essedones. Ἰσσηδόνες Herodoto, Clio, num. 201, p. 84; Solino, *Essedones.* Haro. — Eorum urbem eam fuisse, quam nunc *Hara-Shar* Turcae vocant, opinatur d'Anville. Ed. P.

Ariacae. Ptolemaeo lib. VI, c. 14: Ἀριάκαι παρὰ τὸν Ἰαξάρτην. H.

Rhymmici. Ῥύμμικοι, a Ῥύμμῳ amne cognominati, in Scythia quae est intra Imaum montem, Ptolemaeo lib. VI, c. 14. H.

Paesicae, Amardi, Histi, Edones, Camae, Camacae, Euchatae, Cotieri, Antariani, Pialae, Arimaspi, antea Cacidari, Asaei, Oetei. Ibi Napaei interiisse dicuntur, et Apellaei. Nobilia apud eos flumina, Mandragaeum et Caspasium. Nec in illa parte maior auctorum inconstantia: credo propter innumeras vagasque gentes. Haustum ipsius maris dulcem esse et Alexander Magnus prodidit: et M. Varro, talem perlatum Pompeio, iuxta res gerenti Mithridatico bello, magnitudine haud dubie influentium amnium victo sale. Adiicit idem, Pompeii ductu exploratum, in Bactros septem diebus ex India perveniri ad Icarum flumen, quod in Oxum influat: et ex eo per Caspium in Cyrum subvectas,

Paesicae, Amardi. Dalec. *Pesici, Amordi.* Ed. P. — Et hos pariter Mela coniungit lib. III, cap. 5, p. 54. Ptolemaeo lib. VI, cap. 25, haud procul amne Iaxarte, et Oxo, Πάσκας locat, pro Παισίκας, ut arbitror. Iidem Apasiacae nominati, ut Mardi Amardi quoque dicti sunt. Stephanus: Απασιακαὶ Μασσαγετῶν ἔθνος, ex Strabone lib. XI; et Polyb. lib. X, οἱ δ' Απασιακαὶ Νομάδες κατοικοῦσι μὲν ἀνὰ μέσον Οξου, *habitabant inter Oxum amnem.* Mardorum autem appellationem latronibus omnibus, fugitivisque montium incolis inditam a Persis fuisse iam antea monuimus, cap. 5. H.

Histi. Forte Ιασται Ptolemaei lib. VI, cap. 14, in Scythia quae est intra Imaum montem, haud procul a Rhymmicis montibus, παρὰ τοῦ Ιάστου ποταμοῦ, a fluvio cognomine appellati, qui Iaxarti est proximus. De Arimaspis nos alibi. Πύλαι Ptolemaei in Serica sunt lib VI, c. 16, a Plinianis remotissimi. H.

Caspasium. Chiffl. *Caspasum.* Ed. P.

Maior auctorum inconstantia. Vet. ap. Dalec. *maiorem auctorum inconstantiam.* Ed. P.

Haustum ipsum. Haec deinceps Solinus iisdem verbis cap. xix, p. 38. De haustu maris eius dulci, eadem Polycletus apud Strab. lib. XI, pag. 509. H.

In Bactros. Ex India Bactros usque, ubi flumen Icarum in Oxum influit, septem diebus pervenire posse. Plinium Solinus non intellexit, qui Pompeium ipsum existimet in Bactros usque penetrasse. H.

Ad Icarum. Septem amnium nomina, qui in Oxum delabuntur, recitat Ptolemaeus lib. VI, cap. 11; hunc praetermisit: nisi eorum aliquis gemina donatus appellatione sit. H. — Is esse videtur qui dicitur hodie *Rocsha.* Ed. P.

Et ex eo. Ex Icaro ait in Oxum, ex eo in Caspium mare: inde in Cyrum amnem, qui Albaniae, Armeniaeque fines interfluit: ex Cyro deinde quinque dierum tantum iter esse

quinque non amplius dierum terreno itinere, ad Phasin in Pontum Indicas posse devehi merces. Insulae toto eo mari multae, vulgata una maxime Tazata.

XX. A Caspio mari Scythicoque Oceano, in Eoum cursus inflectitur, ad orientem conversa littorum fronte. Inhabitabilis eius prima pars, a Scythico promontorio, ob nives: proxima inculta, saevitia gentium. Anthropophagi Scythae insident, humanis corporibus vescentes. Ideo iuxta vastae solitudines, ferarumque multitudo, haud dissimilem hominum immanitatem obsidens. Iterum deinde Scythae; iterumque deserta cum belluis, usque ad iugum incubans mari, quod vocant Tabin. Nec ante dimidiam ferme longitudinem eius orae quae spectat aestivum orientem, inhabitatur illa regio.

Primi sunt hominum, qui noscantur, Seres, lanicio

terrenum ad Phasin, qui in Pontum decurrit. Strabo lib. XI, p. 509. H.

Dierum. Vet. apud Dalec. *diebus.* Ed. P.

Tazata. In Reg. 1, 2, Colb. 1, 2, Paris. etc. *Zazata.* Sed ut ut est de nomine, eam esse insulam, quae Ptolemaeo lib. VI, c. 9, contra littus Hyrcaniae Τάλκα appellatur, situs ipse declarat. H. — Hodie, ut videtur, *Idak*, una ex insulis *Ogurtchinski* vocatis. Ed. P.

XX. *A Caspio mari*, inquit, in Scythicum Oceanum, per angustum illud fluentum, de quo superius diximus: inde in Eoum mare cursus inflectitur, ubi littora ad orientem frontem obvertunt. H.

In Eoum. Ita MSS. omnes. Ipsa quoque oratio postulat hinc novi capitis initium duci. Libri hactenus editi, *in eam.* H.

Eius prima pars. Sic etiam Mela lib. III, c. 7. Eius maris ora extrema, ubi Scythicum promontorium, ad illas freti angustias, unde in Caspium erumpere Scythicus Oceanus credebatur, versus septemtrionem. Ibi nunc Siberiae pars occidentalis. Ed. P.

Anthropophagi, etc. Haec Solinus a Plinio mutuatur, capite xv, p. 34, et Martianus lib. VI, cap. de Perside p. 223. H.

Incubans mari. Sic Chifflet. ex vet. cod. Daleeamp. dat *incumbens mari.* Ed. P.

Quod vocant Tabin. Mela Pomponius lib. III, cap. 7, p. 58. Ipsius id Oceani nomen esse Solinus putavit, quum sit ea iugi, seu montis appellatio. H.

Primi sunt hominum. Transcribit haec Solinus cap. 1, p. 77. H.

silvarum nobiles, perfusam aqua depectentes frondium canitiem: unde geminus feminis nostris labor redordiendi fila, rursumque texendi. Tam multiplici opere, tam longinquo orbe petitur, ut in publico matrona transluceat. Seres mites quidem, sed et ipsis feris persimiles coetum reliquorum mortalium fugiunt, com-
3 mercia exspectant. Primum eorum noscitur flumen Psitaras, proximum Cambari: tertium Lanos, a quo promontorium Chryse: sinus Cyrnaba: flumen Atia-

Seres. Quorum regio Serica, Σηρικὴ, Ptolemaeo lib. VI, c. 16. H. — Duas fuisse Sericas nonnulli contendunt, alteram Indicam, cuius urbs praecipua videtur fuisse *Seri-nagar*, sive *Sirei-nagur*, alteram Scythicam multo in septemtrionem et ortum remotiorem. Ed. P.

Lanicio silvarum. Nobiles, inquit, sunt Serum silvae, quae lanicium praebent: sunt enim cuidam arborum generi lanata folia, eaque candida, quae primum perfunduntur aqua, mox depectuntur: tum ducuntur in fila, ac denique nentur in subtegmina. Haec Serum texta, quod essent densata pressius, mulieres Europaeae solvebant, texebantque rursum: hic illis geminus labor. Horum meminit Virgilius, Georg. lib. II, *Velleraque ut foliis depectant tenuia Seres.* Ammianus item lib. XXIII, p. 258, ubi silvas sublucidas vocat. Vide quae dicturi sumus lib. XI, cap. 26, et lib. XII, cap. 22. H.

Vt in publico. Solinus c. L, p. 77. Seneca egregie lib. VII de Benef. *Video sericas vestes, si vestes vocandae sunt, in quibus nihil est, quo defendi corpus, aut denique pudor possit: quibus sumptis, mulier parum liquido nudam se non esse iurabit: haec ingenti summa ab ignotis etiam ad commercium gentibus accersuntur, ut matronae nostrae ne adulteris quidem plus sui in cubiculo, quam in publico ostendant.* Vide quae dicemus lib. XI, cap. 26. H.

Sed et ipsis feris. Si gentis animum, si mores contemplere, nihil neque mitius, neque cultius esse potest. Si legem sancitam, de non admittendis hospitibus, quorum commercia expetant, feri videri merito, ac dici possint. Martianus lib. VI, cap. de Perside p. 223: *Seres aliarum gentium homines aspernantur, et appositione mercium sine colloquio gaudent implere contractum.* Vide et Ammianum loc. cit. H.

Commercia exspectant. Ita Reg. 1, Colb. 2. *Expetunt*, Colb. 1. Contra fidem codicum, ac scriptorum veterum mentem Salmasius legit *despectant*: secutus, credo, Solinum, qui Plinii verba perperam intellecta, in alienam, ut solet, torquet sententiam. Haan.

Primum eorum noscitur flumen Psitaras. Ptolemaeo lib. VI, cap. 16, Οἰχόρδας. H.

Cambari. Ita Reg. 1, 2, Colb. 1, 2, Paris. Chiffl. Dalec. *Carabi.* Hard. et Ed. P.

Promontorium Chryse: sinus, Cyrnaba: flumen, Atianos: sinus et gens

nos: sinus, et gens hominum Attacorum, apricis ab omni noxio afflatu seclusa collibus, eadem, qua Hyperborei degunt, temperie. De iis privatim condidit volumen Amometus, sicut Hecataeus de Hyperboreis. Ab Attacoris gentes Phruri, et Tochari; et iam Indorum Casiri, introrsus ad Scythas versi, humanis corporibus vescuntur. Nomades quoque Indiae vagantur. Sunt qui ab Aquilone contingi ab ipsis et Ciconas dixere, et Brysanos.

hominum Attacorum. Hoc loco omnia ausdeque vertit praepostera, quae recepta est hactenus, interpunctio, in hunc modum: *Promontorium: Chryse sinus: Cyrnada flumen, Attanos sinus. Et gens hominum Attacorum.* Quam lectionem secutus Ortelius, in Thesauro Geographico, multa peccavit, *Chryse* sane soli potius metallo fertilis nomen videtur esse, quam sali. Sinui vero posteriori, ita ut genti, Attacori nomen fuisse Martianus est auctor lib. VI, cap. de Perside, cap. 223: *Hinc*, inquit, *Attacorus sinus, Hyperboreis bonitate consimilis*, etc. quamquam Solinus cap. LI, pag. 77. Plinium, Martianumque depravans, sinum Attacenum vocat. Haan.

Hominum Attacorum. Hoc est, Attacorarum. Neque enim descendit hoc nomen a recto Attaci, sed ab Ατταχόραι, qui Ptolemaeo lib. VI, cap. 16. in Serica, Ηταγουροί. Unde subiungit statim Plinius, *Ab Attacoris*, non *ab Attacis*. Haec porro de iis totidem verbis narrant Solinus c. LI, pag. 77, et Martianus lib. VI, cap. de Perside pag. 223. Hard.

Phruri et Tochari. Φροῦροι et Τόχαροι. Libri hactenus editi, *Thyri et Tochari*. Reg. 1, et Colb. 1, *Thuni et Tochari*. Colb. 2, *Thimi*. Rigaltianus, teste Salmasio, in Solin. pag. 989, *Thyni et Phocari*. Nos permutatis litteris scribimus, *Phruri*, vel *Phryni*: *et Tochari*: Dionysii Periegetae auctoritate adducti, v. 752: Καὶ Τόχαροι, Φρῦροί τε, καὶ ἔθνεα βάρβαρα Σήρων. *Et Tochari, Phrurique, et barbara natio Serum.* Vbi Eustathius animadvertit Phruros a nonnullis Phrynos appellari. Priscianus in Periegesi pag. 385. *Et Tochari, Phrurique, et plurima millia Serum.* Adde et In. Tzetz. Chiliad. XI, hist. 388, vers. 841. Hard.

Et iam Indorum Casiri. Et Casiri, inquit, qui potius Indicae videntur ditionis esse, quam Serici iuris. Hi sunt quos Κασίους Ptolemaeus vocat lib. VI, cap. 15 et 16, et Κασίαν χώραν. Hi regionis, quam *petite Bucharie* vocamus, occidentalem tenuisse videntur partem, ubi reperitur urbs *Cashgar*, quae veteris nominis servat vestigia. Hasn. et En. P.

Nomades. Νομάδες vocantur pecuariae rei dediti, ubicumque demum ii sint, gens vaga, et a pabulis mutandis nomen sortita. H.

Ab Aquilone. Inter exortum solis aestivum, et septemtrionem. H.

Ciconas dixere, et Brysanos. Quasi Ciconum, Brysarumque Europaeorum colonos, de quibus egimus lib. IV,

1 XXI. Sed unde plane constent gentes, Emodi montes assurgunt, Indorumque gens incipit, non Eoo tantum mari adiacens, verum et meridiano, quod Indicum appellavimus: quaeque pars orienti adversa recto praetenditur spatio, ad flexum et initium Indici maris XVIII XXXV mill. passuum colligit. Deinde qua flectitur in meridiem XXVI LXXV mill. pass. ut Eratosthenes tradit, usque ad Indum amnem, qui est ab occidente finis
2 Indiae. Complures autem totam ipsius longitudinem XL dierum noctiumque velifico navium cursu determinavere: et a septemtrione ad meridiem XXVIII quin-

cap. 18. Haan.—Dalec. *Cyconas* scribit. En. P.

XXI. *Sed unde plane.* Sed in ea parte terrarum, unde gentes, quae citimae sunt, plane sunt et liquido exploratae, Emodi, Ημωδοι, montes, nunc *Himalaya*, assurgunt, et gens ibi Indorum incipit. Terruit huiusmodi forma loquendi contracta et concisa Plinii editores, qui quum haud satis perciperent, quae vis subesset his vocibus, sic interpolarunt, *Sed inde* (*ut plane consentiunt omnes*), etc. Salmasius in Solin. pag. 991: *Sed inde, ut plane constat inter omnes.* Nos fidem secuti, ut solemus, codicum primitivorum Reg. 1, 2, Colb. 1, 2, Paris. Tolet. et Salmant. Nec multo post, *non Eoo tantum mari*, rescripsimus, pro *non eo.* Nam quis *eo mari adiacens*, pro *ei mari* ferat, qui vel prioribus labris latini sermonis praecepta degustarit? Haan.

Indicum appellavimus. Cap. 14. H.

Quaeque pars. Et quae pars Indicae regionis orienti obvertitur, rectoque ac longo praetenditur spatio, usque ad eum locum, ubi se mare flectit, curvatque ad meridiem, et incipit Indicum appellari: id, inquam, eius orae spatium colligit XVIII, hoc est, decies et octies centena septuaginta quinque millia passuum. Strabo lib. XV, pag. 689, ait esse μυρίων καὶ ἑξακισχιλίων σταδίων, sedecim millium stadiorum, quae millia passuum efficiunt omnino vicies centena millia. Hasn.

Ad flexum. Dalec. codex *at flexum.* En. P.

XVIII XXXV. Dalec. et Elz. *XVIII LXXV.* En. P.

Qua flectitur. Latere meridiano obtinet vicies et quater centena LXXV millia passuum. Strabo loco citato ex Eratosthene, novem et decem millia stadiorum, quae efficiunt vicies et ter centena LXXV millia pass. ut in Pliniano contextu pro XXIIII scribendum sit fortasse XXIII. Haso. — Dalec. et Elz. ex MSS. et editione principe XXIV LXXV dant. En. P.

Amnem. Haec vox in Dalec. deest. En. P.

XXXVIII quinquaginta. Dalec. *XXVII.* En. P. — Hoc est, vicies et octies centena quinquaginta millia pass. Vide Strab. lib. XV, cap. 690. Sic Agrippae mensura accipienda est: longitudinis quidem, tricies et ter

quaginta mill. passuum. Agrippa longitudinis XXXIII, latitudinis XXIII prodidit. Posidonius ab aestivo solis ortu ad hibernum exortum metatus est eam, adversam Galliae statuens, quam ab occidente aestivo ad occidentem hibernum metabatur totam a Favonio. Itaque 3 adversam eius venti afflatu iuvari Indiam, salubremque fieri, haud dubia ratione docuit. Alia illius caeli facies, alii siderum ortus: binae aestates in anno, binae messes, media inter illas hieme Etesiarum flatu: nostra vero bruma lenes ibi aurae, mare navigabile. Gentes ibi et urbes innumerabiles, si quis omnes persequi velit. Etenim patefacta est non modo Alexandri Magni armis, regumque qui ei successere, circumvectis etiam in Hyrcanium mare, et Caspium, Seleuco et Antiocho, praefectoque classis eorum Patrocle: verum et aliis

centenum millium passuum: latitudinis vero, ter et vicies. Hard.

XXIII. Chiff. XIII. Ed. P.

Posidonius. Haec similiter Solinus ex Posidonio cap. LII, cap. 78. Hard.

A Favonio. Ita MSS. omnes. Placet tamen Salmasio haec scriptura: sed expuncta litterula, interpunctionem, sententiamque pervertit. Sic enim legendum monet: *Quam ab occidente aestivo, ad occidentem hibernum metabatur totam Favonio itaque obversam, eius venti afflatu iuvari Indiam*, etc. Fecunda errorum emendatio; uno partu geminos edit: et litterulam enim expungit, quam et MSS. et structura orationis exigit: et Favonio deinde Indiam facit esse obversam, quod nec MSS. aiunt, nec veritas patitur, aut locorum situs. Spirat enim ab occidente aequinoctiali Favonius: India ad ortum patet. Hard.

Itaque adversam. Ita MSS. omnes Reg. 1, 2, Colb. 1, 2, Paris. etc. Dalecamp. *obversam.* Forte, *aversam.* Spirat enim a tergo Indiae Favonius, nempe ab occasu aequinoctiali. Hard. et Ed. P.

Binae aestates, etc. Dalecamp. *binae messes in anno, binae aestates.* Ed. P.

Binae messes. Martiani paraphrasis lib. VI de India pag. 223: *Secunda aestate annis singulis vegetatur, bisque frugem mittit: pro hieme Etesias perfert.* Diximus de Etesiis lib. II, cap. 48. Hard.

Nostra vero. Quum nobis bruma est. Hard. — Dalec. *nostra vero brumali. Lenes*, etc. Ed. P.

Gentes ibi. etc. Chifflet. *gentes ibi, urbesque.* Dalec. *gentes et urbes.* Ed. P.

Etenim patefacta. Exscripsit haec Solinus cap. LII, pag. 78. H.

Hyrcanium. Dalecamp. *Hyrcanum.* Hard.

Patrocle. Quem Ptolemaei Lagi-

auctoribus Graecis, qui cum regibus Indicis morati (sicut Megasthenes, et Dionysius a Philadelpho missus ex ea causa) vires quoque gentium prodidere. Non tamen est diligentiae locus, adeo diversa et incredi-
4 bilia traduntur. Alexandri Magni comites in eo tractu Indiae, quem armis subegerant, scripserunt quinque millia oppidorum fuisse, nullum Co minus, gentes IX, Indiamque tertiam partem esse terrarum omnium, multitudinem populorum innumeram, probabili sane ratione. Indi enim prope gentium soli numquam mi-

dae triremium quoque praefectum appellat Pausanias lib. I in Attic. pag. 1. De Megasthene et Dionysio diximus in Auctorum Indice. H.

Non tamen est. Ita MSS. omnes Reg. 1, 2, Colb. 1, 2, Paris. Chiffl. Tolet. Dalec. *non tamen deest.* Quamvis, inquit, Alexandri, et aliorum postmodum regum diligentia peragrata India, penitus cognitioni nostrae addita videatur (verbis Solini utor), nihilominis adeo sunt diversa et incredibilia, quae inde ad nos perferuntur, ut nulla extricari, illustrari, probarive diligentia nostra possint. HARD. et ED. P.

Armis. Haec vox in Dalec. deest. Ed. P.

Quinque millia. Solinus cap. LII, pag. 78. HARD.

Nullum Co minus. Chifflet *nullum cogi minus.* Vet. apud Dalec. *nullumque minus.* Ipse Dalec. *nullum cominus.* Ed. P. — Nullum ex iis oppidis circuitu minore fuit, quam eius insulae oppidum, quae Cos vocatur, Hippocrate alumno nobilis: cuius insulae ambitum diximus esse, ut plures quidem existimant, centum millium pass. confer. lib. V, cap. 36. H.

Gentes novem. Habent libri omnes, *gentium novem*: perinde ac si subintelligi *millia* oporteat, ea superioribus repetenda. Quod quidem Solinus existimavit, locum hunc transcribens cap. LII, cap. 78: *Tradunt ergo in India*, inquit, *fuisse quinque millia oppidorum praecipua capacitate, populorum novem millia.* Quis credat plures in eo tractu non gentes modo, sed et populos fuisse, quam oppida? Non habuit universa India gentes omnino plures, quam centum et octodecim, auctore Seneca, quem Plinius ipse in praesenti laudat: et quisquam putet in eo tractu, quem Alexander peragravit, millia gentium novem fuisse? Detegit errorem Strabo, sub ipsum initium libri XV: *Apollodorus*, inquit, *qui Parthica scripsit, affirmat Macedones sub se habuisse gentes, quae sunt numero novem inter Hydaspem et Hypanin, atque urbium quinque millia, quarum nulla* Κῶ τῆς Μερόπιδος, *Co Meropide minor esset*: αὐτὰ τὰ μεταξὺ ἔθνη τοῦ τε Ὑδάσπου καὶ τοῦ Ὑπάνιος τὸν ἀριθμὸν ἐννέα, etc. HARD.

Indiamque. Solinus ex Plinio, loc. cit. Vide et Strab. lib. XV, pag. 689. H.

Numquam migravere. Dalec. num-

gravere finibus suis. Colliguntur a Libero Patre ad 5
Alexandrum Magnum reges eorum CLIV, annis VI M. CCCCLI adiiciunt et menses tres. Amnium mira vastitas. Proditur Alexandrum nullo die minus stadia sexcenta navigasse in Indo, nec potuisse ante menses quinque enavigare, adiectis paucis diebus: et tamen minorem Gange esse constat. Seneca etiam apud nos tentata Indiae commentatione sexaginta amnes eius prodidit, gentes duodeviginti centumque. Par labor sit montes enumerare. Iunguntur inter se Imaus, Emodus, Paropamisus, Caucasus, a quibus tota decurrit in planitiem immensam, et Aegypto similem.

Verum ut terrena demonstratio intelligatur, Ale- 6
xandri Magni vestigiis insistamus. Diognetus et Baeton itinerum eius mensores, scripsere, a portis Caspiis

quam emigravere. Ed. P. — Solinus loc. cit. H.

Reges eorum CLIV, annis VI M. CCCCLI. Reg. 1, 2, Colb. 1, 2, et Paris. *Reges eorum CLIII.* Totidem numerat Arrianus in Indicis pag. 528, a Libero Patre ad Androcottum quem Alexander vicit. Annorum numerum ex iisdem codicibus, atque ex Solino refinximus, ita scribente, cap. LII, pag. 78: *A Libero Patre ad Alexandrum Magnum numerantur annorum sex millia, quadringenti quinquaginta et unus, additis et amplius tribus mensibus.* Annos numerat Arrianus tantum VI M. XLIS. δύο καὶ τεσσαράκοντα, καὶ ἑξακισχίλια. H.

Annis VI M. Dalec. *annis quinque mill.* Ed. P.

Stadia sexcenta. Id est, CLXXV mill. pass. H.

Minorem Gange. Arrianus in Indicis pag. 544. H.

Seneca etiam. In iis libris, qui temporum iniuria interciderunt. Hauserat id a Megasthene, ut intelligimus ex Arriano in Indicis pag 521, ita scribente: ἔθνεα δὲ Ἰνδικὰ εἴκοσι καὶ ἑκατὸν τὰ ἅπαντα λέγει Μεγασθένης, δυοῖν δέοντα. H.

Par labor sit. Vt gentes ac urbes, sic montes etiam enumerare par labor fuerit. Respondent haec superioribus Illis capitis huiusce verbis: *Gentes et urbes innumerabiles, si quis omnes persequi velit.* Quae dum Salmasius in Solin. pag. 991, sic immutat, *Gentes est urbesque numerare, si quis omnes persequi velit*, nec Plinii stylum sapit, nec mentem capit. H.

Imaus. Cingitur fere montibus Indis: claudit Imaus ab Aquilone: Emodus, a septemtrione: Paropamisus, a Coro: a Favonio, Caucasus H.

A quibus tota. India. H.

Terrena. Itineris terrestris. H.

Hecatompylon Parthorum, quot diximus millia esse: inde Alexandriam Arion, quam urbem is rex condidit, DLXVI mill. Inde ad Prophthasiam Drangarum CXCIX mill. Inde ad Arachosiorum oppidum DXV mill. Inde Ortospanum CCL mill. Inde Alexandri oppidum quinquaginta mill. In quibusdam exemplaribus diversi numeri reperiuntur: hanc urbem sub ipso Caucaso esse positam. Ab ea ad flumen Copheta, et oppidum Indorum Peucolaitin, CCXXVII mill. Inde ad flumen In-

Quot diximus. Cap. 17. H.

Alexandriam Arion. Hoc est, in Aria conditam, τὴν ἐν Ἀρίοις. Dicemus de ea, cap. 25, ad ea verba, *Arius amnis, qui praefluit Alexandriam*, etc. H.

DLXVI mill. MSS. Reg. 1, 2, Colb. 1, 2, Chiffl. et Elz. *DLXXV*, Dalec. *DLXV*. Eratosthenis mensura, quam Plinius sequitur, apud Strabonem exstat lib XI, pag. 514, εἰς δ' Ἀλεξάνδρειαν τὴν ἐν Ἀρίοις, τετρακισχιλίους πεντακοσίους τριάκοντα. Stadiorum quatuor millia, cum quingentis et triginta, efficiunt millia passuum, DLVI cum CCL pass. non vero, ut Salmasius ait, in Solin. pag. 792, DLXI mill. H.

Inde ad Prophthasiam. De quo oppido, cap. 25. Mensura Eratosthenis stadiorum est mill. et DC, εἶτ' εἰς Προφθασίαν τὴν ἐν Δράγγῃ, χιλίους χ', hoc est, mill. pass. DC. Vno milliari minor est Pliniana. H.

Ad Arachosiorum. De hoc oppido cap. 25, ad ea verba *Arachosia cum oppido et flumine.* Intervallum porro idem apud Strabonem, εἰς Ἀραχωτοὺς τὴν πόλιν τετρακισχιλίους ἑκατὸν εἴκοσιν. Quater millia stad. efficiunt plane millia pass. DXV. HARD. — MSS editio principes et Elz. *ad Arachosiorum* oppidum DLXV. Harduinus quidem ex Strabone emendavit DXV; at non animadvertit vir eruditus ipsum Plinium monere diversos esse numeros in quibusdam exemplaribus. Non ergo Pliniua ex Strabone erat corrigendus, sed observanda potius exemplarium diversitas. BROT.

Inde Ortospanum. Dalec. *inde Orthospanum.* Eo. P. — Oppidum Paropamisadarum Ptolemaeo lib. VI, c. 18, in confinio Bactrianorum. Strabo lib. VI, pag. 514. εἶτ' εἰς Ὀρτόσπανα, ἐπὶ τὴν ἐκ Βάκτρων τρίοδον, διισχιλίους. Inde ad Ortospana ad trivium e Bactricis. Stadia bia mille omnino sunt millia passuum CCL. H. — MSS. editio princeps et Elz. *Inde Ortospanum CLXXV.* Hard. adhuc ex Strabone frustra emendavit CCL. Eo P.

Inde Alexandri. Oppidum illud intelligit, de quo cap. 25: *Ad Caucasum ... oppidum ab Alexandro conditum.* H.

Ad flumen Copheta. Ita restituimus, pro *Flumen Chepta*, admonitu Reg. 1, 2, Colb. 1, 2, Paris. atque adeo Tolet. et Salmant. quos Pinlianus vidit. De amne dicemus cap. 24. H.

Peucolaitin Πευκελαΐτις Arriano in

dum et oppidum Taxila, sexaginta mill. Ad Hydaspen fluvium clarum, cxx mill. Ad Hypasin non ignobiliorem, xxix cccxc, qui fuit Alexandri itinerum terminus, exsuperato tamen amne, arisque in adversa ripa dicatis. Epistolae quoque regis ipsius consentiunt his. [8] Reliqua inde Seleuco Nicatori peragrata sunt: ad Hesidrum, clxviii mill. Iomanem amnem tantumdem. Exemplaria aliqua adiiciunt quinque millia passuum. Inde ad Gangem cxii mill. Ad Rhodapham cxix mill. Alii cccxxv mill. in hoc spatio produnt. Ad Calinipaxa oppidum, clxvii d. Alii cclxv mill. Inde ad confluentem Iomanis amnis, et Gangis, dcxxv mill. plerique adiiciunt xiii mill. ad oppidumque Palibothra cccccxxv. Ad ostium Gangis dcxxxviii mill. passuum.

Indicis p. 516, qua in regione oriri Cophenem scribit. H.

Taxila. Πόλιν Τάξιλα εὐμεγέθη appellat Strabo lib. XV, pag. 694. Τὰ Τάξιλα Philostrato lib. II de vita Apoll. cap. 9, pag. 79, ubi eam proliae describit: Τάξιλλαν idem vocat cap. 6, pag. 76. Inter Indum pariter et Hydaspen, ab Arriano ponitur lib. V de Exped. Alex. pag. 328. H. — Nunc *Attok*, ut ait d'Anville. Ed. P.

Ad Hydaspen. Ὑδάσπην, ubi Pori regio, ἡ Πώρου χώρα. Strabo loco cit. In Indum amnem decurrit. H. — Nunc *Shantrow*, ut eum vocat d'Anville, vel, ut alii aiunt, *Chumab*. Ed. P.

Ad Hypasin. Ita Reg. 1, 2. *Hypanim* Colb. 1, 2, eum Strabone loco citato et Diod. Bibl. lib. II, pag. 122. Ὑφασιν vocat Arrianus in Indicis, pag. 515, et Philostr. qui Danubio parem eum facit, lib. III de vita Apoll. cap. 1, pag. 108. De eo rursum cap. seq. H.

XXIX CCCXC. Ita Reg. 1, 2, Colb. 1, 2, Paris. Hoc est novem et viginti milliaria, cum trecentis et xc pass. Haav. — Chifflet. *XXIX CCCLXXX*; Dal. *XLIX CCCXC*. Ed. P.

Qui fuit Alexandri, etc. Haec quoque Solinus cap. lii, pag. 78. H.

Arisque. De quibus et nos ex Curtio diximus, cap. 18, et Philostratus agit pluribus lib. II de vita Apoll. cap. 14, pag. 96. H.

Reliqua inde. Quae neque ab Alexandro Magno peragrata, nec ab ullo alio scriptore prodita. H.

CLXVIII. Elz. *CLIX*. Ed. P.

CXIX. Chiffl. *DLXIX*. Ed. P.

CCLXV mill. etc. Chiffl. *CXCLV*. Ed. P.

XIII mill. Elz. *XIII mill. D*.

Ad ost. Gangis DCXXXVIII mill. passuum. Sic Dalec. MSS. Reg. 1 et 2, *DCXXXVII*. Edit. princeps *DCCXXXVII mill. D passuum*; quam lectionem sequitur Broterius, quod, ut ipse ait, magis accedat ad

Gentes, quas memorare non pigeat, a montibus Emodis, quorum promontorium Imaus vocatur, incolarum lingua nivosum significante, Isari, Cosyri,
3 Izgi, et per iuga Chisiotosagi, multarumque gentium cognomen Brachmanae, quorum Maccocalingae. Flumina: Prinas, et Cainas (quod in Gangem influit) ambo navigabilia. Gentes: Calingae proximi mari, et supra Mandei, Malli, quorum mons Mallus, finisque eius tractus est Ganges.

XXII. (XVIII.) Hunc alii incertis fontibus, ut Nilum, rigantemque vicina eodem modo, alii in Scythicis montibus nasci dixerunt. Influere in eum XIX amnes. Ex iis navigabiles, praeter iam dictos, Condochatem, Erannoboam, Cosoagum, Sonum. Alii cum magno fragore ipsius statim fontis erumpere, deiectumque

Strabonem lib. XV, pag. 689, qui stadiorum sex millia numerat: quod efficit *DCCL.* millia passuum. Ed. P.

Quorum promontorium. Pars in Aquilonem, et Eoum mare prosiliens. H. P.

Chisiotosagi. Elzev. exhibet *Chirotosagi.* Eo.

Brachmanae. Dalec. *Braemanae.* Ed. P. — Non philosophorum generis et sectae nomen id fuit (cuiusmodi est hodie nomen Bramarum, vel, ut alii vocant, Braminorum), sed gentis diffusissimae, cuius et Ptolemaeus meminit lib. VII, cap. 1, et Porphyrius lib. IV, περὶ ἀποχῆς, ubi Brachmanum maximam partem degere in montibus ait, reliquos circa Gangem. H.

Prinas et Cainas. Ita Reg. 1, 2, Colb. 1, 2, Chifft. Paris. Dalec. *Pumas et Cainas.* Arriano in Indicis, pag. 514, Καῖνάς in Gangem influit. Harn.

Malli. Μαλλοὶ Arriano lib. VI de Expeditione Alexandri, p. 387. H.

XXII. *Hunc alii.* Haec Solinus iisdem verbis cap. LII, pag. 78. H.

Ex iis navigabiles, praeter iam dictos. Cap. praeced. Cainan et Iomanem. H.

Condochatem, etc. Libri hactenus editi, *Canucam*, *Vamam.* Sed posteriorem vocalam manuscriptorum nullus agnoscit: ex utraque conflari oportere arbitratus sum Condochatem, Κονδοχάτην, quem cum caeteris hoc loco commemoratis amnibus influere in Gangem auctor est Arrianus, qui in Indicis, p. 514, nominat Κονδοχάτην, Ἐραννοβόαν, Κοσσόαγον, Σόνον. Condochatem hodie *Kandak*, sive *Gunduk*, opinatur d'Anville, Erannoboam eumdem esse amnem ac Iomanem, hodie *Iumnah*, Sonumque etiamnunc vocari *Sonn.* Cosoagus autem fortesse nunc *Cousy.* E. P.

per scopulosa et abrupta, ubi primum molles planities contingat, in quodam lacu hospitari: inde lenem fluere, ubi minimum, VIII millia passuum latitudine: ubi modicum, stadiorum centum: altitudine nusquam minore passuum XX (cap. XIX) novissima gente Gangaridum Calingarum: regia Parthalis vocatur. Regi LX mill. peditum, equites mille, elephanti DCC in procinctu bellorum excubant.

Namque vita mitioribus populis Indorum multipar- 2
tita degitur. Alii tellurem exercent, militiam alii capessunt, merces alii suas evehunt: res publicas opti-

Ubi minimum. Conferri haec possunt cum iis quae ex Megasthene eodem de argumento Strabo refert lib. XV, 702; Martianus lib. VI, cap. de India, pag. 223, et Solinus cap. LII, pag. 78. H.

Novissima gente. Quae gens postrema omnium occidentali latere Gangis ripas insidet, in ipsis amnis faucibus, Gangaridum Calingarum vocatur. In ulteriore ripa etiam Gangaridae sedes habuerunt, sed non iidem Calingae cognominati. De Gangaridum situ, cave Curtio credas, homini in Geographicis rebus haud satis perito. De nomine consentiunt praeter Virgil. Georg. III, 37, Ptolemaeus VII, 1, Γαγγαρίδαι. Vibius Sequester pag. 346, aliique. Solus, opinor, Dionysius Perieg. vs. 1144, Γαργαρίδας vocat. Diodorus Γανδαρίδας, Bibl. lib. II, pag. 122. Virgilius certe sic habet libro III Georg. vers. 26: *In foribus pugnam ex auro, solidoque elephanto Gangaridum faciam.* Hoc est, ex ebore Indico optimo, cuius copiam subministrabant elephanti, qui sunt apud Gangaridas maxime conspicui: quam ob causam septingenti excubare regi dicuntur hoc loco a Plinio. Hasn. — Male vet. codex apud Dalecampium dat *Gandaridum.* Ed. P.

Regia Parthalis. Non est *Bengala*: haec enim ultra Gangem posita: Parthalis cis amnem fuit: etsi nunc quoque Bengalicae ditionis. H.

Regi LX mill. Ita MSS. omnes et Solinus, qui haec totidem deinceps verbis refert c. LII, p. 78. Editi, LXX mill. H.

Namque vita. Solinus loc. cit. Apuleius, Florid. lib. I, pag. 7; Diodorus, Bibl. lib. II. In septem omnino genera hominum describit ac digerit Arrianus in Indicis, pag. 530, 1. Sophistarum ac Sapientum; 2. Agricolarum; 3. Armentariorum; 4. Opificum et Negotiatorum; 5. Militantium; 6. Inspectorum; 7. Senatorum. Eadem habet Strabo lib. XV, pag. 703. Haec porro de mitioribus populis accipienda, qui vitam bonis artibus excultam degunt. De semifero genere deinde seorsim. H.

Evehunt: res publicas, etc. Dalec. *evehunt, res externas invehunt; res publicas*, etc. Ed. P.

mi ditissimique temperant, iudicia reddunt, regibus assident. Quintum genus celebratae illic, et prope in religionem versae sapientiae deditum, voluntaria sem-
3 per morte vitam accenso prius rogo finit. Vnum super haec est semiferum ac plenum laboris immensi, et quo supra dicta continentur, venandi elephantes domandique. Iis arant, iis vehuntur, haec maxime novere pecuaria: iis militant, dimicantque pro finibus. Delectum in bella, vires, et aetas, atque magnitudo faciunt.

4 Insula in Gange est magnae amplitudinis gentem continens unam, Modogalingam nomine. Vltra siti sunt Modubae, Molindae, Vberae cum oppido eiusdem nominis magnifico, Galmodroesi, Preti, Calissae, Sasuri, Passalae, Colubae, Orxulae, Abali, Taluctae.

Accenso prius rogo. Chegam Indum id fecisse Strabo refert l. XV, pag. 720; Calanum Gymnosophistam, Cicero de Divin. lib. I, num. 47, et Arrianus libro VII de Expeditione Alexandri, pag. 414. H.

Vnum super haec est. Tolet. et Chiffl. *Vnum super est.* Eo. P.

Et quo supra dicta. Sine quo stare caeterae reip. partes nequeunt: nam et ad militiam, et ad vecturam, et ad arationem, elephantorum opera non modo perutilis, sed necessaria est. H.

Vehuntur. Dal. *invehuntur.* Eo. P.

Delectum in bella. Rectius quam *in bellua*, quod apud Dalec. legitur. Eo. P.

Insula in Gange. Solinus loc. cit. Haro.

Magnae amplitudinis. Dal. *amplae magnitudinis.* Eo. P.

Modogalingam. Ita Reg. 1, 2, Colb. 1, 2, Paris. Chiffl. hon, ut libri editi, *Modogalicam.* Quasi Galingis proximam, vel Galingarum ditionis. Sunt enim, ut diximus, in citeriore Gangis ripa Galingae.

Vltra. Vlteriorem iam Gangis ripam strictim cursimque lustral: ubi regnum, quod hodie *Bengala* vocant. Eo. P.

Molindae. Forte Μοροῦνδαι Ptolemaei lib. VII, cap. 2, quos in India extra Gangem locat, et ad Gangaridas usque pertinere ait. H.

Vberae. Libri impressi *ubere cum oppido eiusdem nominis magnifico*, quod Latinae aures vix ferant; nos aeculi codicum omnium fidem, in *Vberae* commutavimus, latere sub ea voce rati gentis nomen, cui oppidum eiusdem nominis magnificum fuisse diceretur. Sed Reinesio cave assentiare, qui Var. lect. lib. II, cap. 7, p. 169, Vmbras populos in hunc locum e capite seq. hoc est, ab Indo ad Gangem transfert. Haro.

Calissae. Chiffl. *Aelissae.* Eo. P.

Passalae. Πασσάλαι Ptolem. loco

Rex horum peditum L. M. equitum IV mill. elephantorum CCCC in armis habet. Validior deinde gens Andarae, plurimis vicis, XXX oppidis, quae muris turribusque muniuntur, regi praebet peditum C. M. equitum MM. elephantos M. Fertilissimi sunt auri Dardae. Setae vero argenti.

Sed omnium in India prope. non modo in hoc 5
tractu, potentiam claritatemque antecedunt Prasii, amplissima urbe ditissimaque Palibothra: unde quidam ipsam gentem Palibothros vocant, immo vero tractum

cit. extra Gangem, parte Indiae boreali; Παζάλαι Arriano in Indicis p. 515, ad confluentem Oxymagis et Gangis. Caetera gentium portenta verius quam nomina, nusquam alibi adhuc a me comperta. H.

Rex horum. Ad insulas Gangeticae incolas perperam haec transfert Solinus cap. LII, pag. 79, quae ad *Taluctas* pertinent. Hodie, quantum ex situ licet coniectare, *le royaume d'Arracan.* H.

Equitum IV mill. Daleramp. *equitum III mill.* Ed. P.

Elephantorum CCCC. Dalec. *elephantos CCCC.* Ed. P.

Gens Andarae. Fortasse hodie *le royaume de Pegu.* Ed. P.

Dardae. Stephano, Δάρδαι, Ἰνδικὸν ἔθνος. Strabani lib. XV, pag. 706, Δάρδαι, quorum in agro formicae aurum egerunt e cavernis, Iste, praeter Strabonem, Plinio lib. XI, cap. 36, qui septentrionales Indos hos appellant: Montanos, et ad ortum positus, προσεώους καὶ ὀρεινούς, Strabo. Haan.

Setae vero argenti. Chifflet. *Setae vero et argenti.* Ed. P.

Sed omnium. Haec Solinus totidem ferme verbis cap. LII, pag. 79, et Strabo pag. 702.

Non modo in hoc tractu. Indiae quae ad Gangem. De hac voce *non modo*, vide quae diximus lib. V, c. 15. Haro.

Prasii. Πράσιον, Stephano p. 562. Horum regio Gange claudebatur, et ad Indum usque pertinebat. Eorum in finibus, hoc est, ad Gangis ripam in confluente Erannoboae amnis, sita Παλίμβοθρα, ut scribit Arrianus in Indicis pag. 529, et Stephanus: sive Παλίβοθρα, ut Strabo lib. XV, pag. 689, a Gangis ostiis, fere DCC mill. pass. Urbis amplitudinem et Arrianus, et Strabo describunt. Curtius lib. IX, cap. 5, pag. 356, manifesto errore ulteriorem Gangis ripam colere dixit Parrhasios. Et *Prasios* dicere oportuit, et in citeriore collocare, inter Indum et Gangem, ut ea Mela caeterisque docuimus. Salmasius, in Solin. pag. 994, qui Prasios eum Curtio ultra Gangem relegat, expedire se a Plinianis verbis nequit, quae sub finem capitis huius leguntur: *Indus statim a Prasiorum gente:* nec Pomponiana, quem in sensum accipienda sint, vidit. H.

Palibothra. Dalec. *Palibotra.* Nunc, ut ait d'Anville, *Allahabad.* Ed. P.

Palibothros. Dalec. *Palibotros.* Quin et reges Palibothros communi appel-

universum a Gange. Regi eorum peditum sexcenta M. equitum XXX M. elephantorum IX M. per omnes dies
6 stipendiantur: unde coniectatio ingens opum est. Ab iis in interiore situ Monedes et Suari, quorum mons Maleus, in quo umbrae ad septemtrionem cadunt hieme, aestate in austrum, per senos menses. Septemtriones eo tractu semel in anno apparere, nec nisi XV diebus, Baeton auctor est: hoc idem pluribus locis Indiae fieri, Megasthenes. Austrinum polum Indi Dramasa vocant. Amnis Iomanes in Gangem per Palibothros decurrit inter oppida Methora et Clisobora. A

latione, ut Aegypti Ptolemaeos, appellatos esse auctor est Strabo l. XV, pag. 702. H. et Ed. P.

A Gange. Retrorsus nimirum a Gange ad Indum. Mela Pomponius lib. III, cap. 7, pag. 59: *Oras tenent ab Indo ad Gangem Palibothri.* Et Plinius ipse mox: *Indus statim a Prasiorum gente.* H.

Regi eorum peditum sexcenta mill. Solinus loco citato *sexaginta millia.* Tamen MSS. *DC mill.* H.

Monedes et Suari. Vbi hodie regna *Nurvar*, et *Gwalior*, et *Agra*, inter Indum et Gangem. Suari Ptolemaeo lib. VII, c. 1, Σαβάρα appellantur: Σουρασηνοὶ Arriano, in Indicis pag. 523. Hard.

Mons Maleus. Haec verbis iisdem Martianus lib. VI, cap. de India p. 224, et Solinus cap. LII, pag. 79. Esse id tamen a veritate alienum sciunt ii qui vel a limine sideralem scientiam salutarunt, terrarumque situs callent. Quum enim ipsa Gangis ostia tropico Cancri subiaceant, hoc est, ab aequinoctiali linea partibus sive gradibus amplius tribus et vicenis, qui fieri demum potest, ut mons ille ab ipsis fluvii ostiis versus septemtrionem dissitissimus, mittat umbras aestate per senos menses versus austrum, quum id solis contingat terris, quae solem habent a vertice, *diei noctisque pares quum dividit umbras?* Hard.

Baeton auctor est. Sed fefellit Baetonem astronomica ratio: India enim fere tota citra Cancri tropicum sita quum sit, totus ei circulus arcticus perinde ac nobis apparet anno toto, et qui eo circulo continentur, septemtriones: vulgus Plaustrum vocat, *le Chariot.* Hard.

Iomanes. Forte is est, qui Arriano, in Indicis pag. 515, καὶ Ὠμαλὶς corrupte vocatur, pro καὶ Ἰώμανες: nam et is in Gangem decurrit. H. — Hodie *Iumnah*, ut iam superius diximus. Ed. P.

Methora. Nunc etiam *Matura* sive *Matra* ad Iomanem amnem, supra oppidum *Agra.* Ed. P.

Clisobora. Sic emendavimus ex Arriano in Indicis pag 523, ubi duas magnas Surasenorum urbes praedicat, δύο πόλεις μεγάλας, Μέθορά τε καὶ Κλεισόβορα. In MSS. *Carisobora.* Ex Ortelii Thesauro dele nunc *Cy-*

Gange versa ad meridiem plaga, tinguntur sole populi, iam quidem infecti, nondum tamen Aethiopum modo exusti: quantum ad Indum accedunt, tantum colore praeferunt sidus. Indus statim a Prasiorum gente, quorum in montanis Pygmaei traduntur. Artemidorus inter duos amnes XXI interesse tradit.

XXIII. (XX.) Indus incolis Sindus appellatus, in iugo Caucasi montis, quod vocatur Paropamisus, adversus solis ortum effusus, et ipse undeviginti recipit amnes. Sed clarissimos, Hydaspem, quatuor alios afferentem: Cantabram, tres. Per se vero navigabiles Acesinem,

risoborca, quod apud Dalecamp. legitur. Hard. et Ed. P.

Versa ad meridiem. In peninsula Indiae, quae regna *Golconde*, *Bisnagar*, *Narsinga*, *Decan*, aliaque complectitur: ubi *Goa* et *Coromandel*, et ora Malabarica. Hard.

Quantum ad Indum. Solini paraphrasis loc. cit. *Indo flumini proximantes, versa ad meridiem plaga, ultra alios torrentur calore: denique vim sideris prodit hominum color.* Quo igitur austrum versus a Gange remotiores fiunt, eo sunt nigriores colore. Hard.

A Prasiorum gente. Quae a Gange, ut diximus, ad Indum pertinet. Hard.

Pygmaei. Solinus, et Martianus loc. cit. In multas orbis regiones, ut solent vagari fabulae, minutum hoc genus hominum disseminatum est. Dari tamen integras pumilionum gentes tam falsum est, quam quod falsissimum. Brevis staturae causa aestus est, et frigus intensum: quamvis diversa ratione. Nec tamen hoc in omni fetu evenit. Plurimi Aethiopes proceri sunt. Qui pusilli ex iis, non Pygmaei tamen, sive cubitales sunt: ad ternos, ut minimum, cubitos excrescunt. H.

XXI. Hoc est, semel et vicies centena millia pass. Etiam ultra tricies centena millia hoc intervallum Theodosii Missi producunt, aliique de quibus cap. seq. H. — Dalecamp. *XXI M.* pass. Ed. P.

XXIII. *Incolis Sindus.* Ita Reg. 1, 2, Colb. 1, 2, Paris. Chifflet. At editi, *Sandus.* Forte, *Sinthus.* Nam auctor Peripli maris Erythraei: Σίνθος, inquit, μέγιστος τῶν κατὰ τὴν ἐρυθρὰν θάλασσαν ποταμῶν. H.

Et ipse. Vti de Gange dictum est, cap. sup. H.

Acesinen et Hypasin. Ἀκεσίνης Arriano, Exped. Alex. lib. VI, p. 386, in Hydaspen influit: in Indum Hydaspes. De Hypasi dictum est sup. cap. Et hic alter Curtii error, qui lib. VIII, cap. 28, p. 329, in Gangem labi Acesinen tradit, caeteris plane omnibus scriptoribus vetustis dissentientibus. Nam praeter Arrianum a nobis iam laudatum, Festus Avienus in descriptione orbis, vers. 1352: *ubi magnus sorbet Hydaspes Delapsum summa saxorum mole Ace-*

et Hypasin: quadam tamen aquarum modestia nusquam latior quinquaginta stadiis, aut altior xv passus: amplissimam insulam efficiens, quae Prasiane no-

sinem Delahi vero in Indum Hydaspem Curtius ipse prodidit. H.

Nusquam latior. Contra Ctesias in Indicis, apud Photium in Bibl. eod. 73, pag. 144, amnem ait, qua parte augustissimus est, patere stadia xl, qua se latissime diffundit, ducenta: τὸ δὲ πλατύτερον, καὶ διακοσίων. Stadia porro ducenta, sunt millia pass. xii cum quingentis pass. H.

Prasiane. A Prasiis Indi amnis accolis, quorum ditionis ea fuit, nomen invenit. Haec illa regio est, quam *viridem Aegyptum* Virgilius appellat, illo celebratissimo loco, qui interpretes hactenus mire torsit, Georg. lib. IV, vs. 287: *Nam qua Pellaei gens fortunata Canopi Accolit effuso stagnantem flumine Nilum, Et circum pictis vehitur sua rura phaselis: Quaque pharetratae vicinia Persidis urget, Et viridem Aegyptum nigra fecundat arena, Et diversa ruens septem discurrit in ora, Vsque coloratis amnis devexus ab Indis: Omnis in hac certam regio iacit arte salutem.* Non sunt audiendi profecto illi, qui unam hic eamdemque regionem Aegypti, quam Delta vocant, septem ipsis versibus describi a vate haud certe loquace existimant, et vicinam ei Persidem dici: Nilumque somniant Veteribus creditum, ipsique Virgilio, ab Indis per Persidem decurrere in Aegyptum; aut ab ortu solis fluere: quam stoliditatem Pindaro quidem, aliisque, nonnemo, sed falso, adscribit. Enimvero duos apertissime diversosque ac disiunctissimos tractus terrarum Virgilius distinguit: alterum, ubi ait: *Nam qua Pellaei gens fortunata Canopi:* alterum ibi: *Quaque pharetratae vicinia Persidis urget:* deinde tum illos tractus ambos, tum interiacentes regiones colligit ultimo versu, velut epiphonemate: *Omnis in hac certam regio iacit arte salutem.* Sed audaces ii vicissim, qui versum 294 loco mutant, praeponuntque versui 290, ut versus priores quatuor Nilum quidem, posteriores autem tres Indum describant: vel qui maiore audacia versum illum 291 prorsus expungunt, eo quod ante 290 esse non possit, quin dicatur *gens fortunata Canopi*, ut *circum sua rura vehi phaselis*; sic etiam *Aegyptum fecundare nigra arena*; quod est certe dictu perabsurdum. Vtrique tamen, viri alioqui docti, non animadvertunt, *viridem Aegyptum* dici perfrigide, si de Pellaea, hoc est, de Aegypto, quae Africae adiacet, intelligitur. Nam quis non omnino insulsus poëta viridem Galliam dixerit, viridem Siciliam, vel Italiam, aliamve regionem? *Viridem Aegyptum* pereruditus et perquam accuratus vates appellat insulam Prasianen, quam Indus amnis in ostio efficit, ut Nilus Delta: sic enim illam Graeci appellavere, qui cum Alexandro Magno ea loca lustrarunt; ut Europaei caput Viride, *le cap Vert.* Et sic certe Virgilius Prasianen intellexit, quoniam graece πράσιος viridis est. Auctor Plinius lib. VI, cap 23: *Indus*, inquit, *in iugo Caucasi montis.... adversus solis ortum effusus, ... amplissimam insulam efficiens, quae Prasiane nominatur; alteram minorem,*

minatur: et aliam minorem, quae Patale. Ipse per 2
XII XL. M. pass. (parcissimis auctoribus) navigatus, et
quodam solis comitatu in occasum versus, Oceano

quae Patale. Non igitur exornavit epitheto, sed nomine proprio designavit Virgilius insulam, quum *Viridem Aegyptum* dixit: quum sit reipsa *viridis insula* latine, graece Πρασσιανή. Idcirco enim *viridem Aegyptum* acute atque ingeniose Pelleæ opponit, quod hanc Indus fecundat, ut Delta Nilus: et quod fuere olim septem Indi amnis alvei, ut Nili: quamvis oppleti limo plures fortassis hodie sunt, quemadmodum ipsiusmet Nili ostia vix hodie tria supersunt: denique quia papyrum Indus, ut Nilus, suppeditat: ex qua *papyraceae naves, et armamenta Nili*, hoc est, Niliacis similia quondam fierent, teste eodem Plinio cap. 24. Adde etiam Patalen insulam, alveo disiunctam a Prasiane, *in ipsis faucibus Indi. triquetra figura* esse, eiusdemque *Prasianae gentis*, ut idem docet. Vnde (ut quidem refert Arrianus, a nobis laudatus) ob similitudinem Aegyptii Delta, cui magnitudine par est, Patale appellata est, hoc est, Delta, Indorum lingua. Non potuit igitur, ut Prasianae gentis insulas designaret, quas Indus efficit, uti feliciore translatione aut circumlocutione vates, quam si *viridem Aegyptum* diceret: inanesque de hoc loco Criticorum concertationes sunt, qui secus accipiunt. Indus enim amnis, et *a coloratis usque*, hoc est, ab ea usque regione, in qua sunt Indi nigri, cursum, qui erat versus ortum, ut diximus, abrumpit devexus in Austrum (siquidem, ut Plinius ait cap. 22: *a Gange versa ad meridiem plaga, tinguntur sole populi; et quantum ad Indum accedunt, tantum colore praeferunt sidus*): unde *arenam* quoque, quam volvit Indus, poëta *nigram* finxit: et *viridem Aegyptum*, hoc est, insulam Prasianen idem fluvius *fecundat*, et idem denique *vicinia Persidis*, hoc est, non vicinam Persidem, sed vicinam Persidi regionem *urget*. Nam, ut Plinius ait, *Plerique ab occidente Indiam non Indo amne determinant, sed adiicinnt quatuor satrapias*, Persidi utique vicinas, et inter Persidem Indumque positas. Ex eorum se numero esse vates ingeniose admonet. Alioqui si *vicinia* feminino genere in recto casu intelligitur; certe nèque quid illa urgeat coniectari excogitando potest; neque utra vicinia Persidis hic designetur, utrum quae solem occiduum respicit, an quae exortivum. Quid quod nec tellus urgere quidquam latine dici potest; sed amnis rectissime. Itaque poëtico usu *vicinia* neutro genere dixit vates, ut Plinius lib. V, cap. 12, *confinia*. Quamvis ipsa illius aetas *vicinium* feminino quoque genere dixerit, teste Horatio lib. I, epist. XVII, in ipsa clausula, *vicinia rauca reclamat*. Harc.

Patale. Ipsa insula Πατταλήνη, oppidum Πάτταλα Straboni lib. XV, p. 701. Πάταλα Ptolemaeo lib. VII, c. 1. Πατάλη Stephano. Aegyptio Delta magnitudine par, unde et id insulae ei quoque nomen, Patala Indorum lingua Delta significante. Arrian. lib. de Expedit. Alex. pag. 319. H.

Ipse per XII XL. Navigatur, inquit, Indus per duodecies centena

infunditur. Mensuram in ora ad eum ponam, ut invenio, generatim, quamquam inter se nullae congruunt. Ab ostio Gangis ad promontorium Calingōn, et oppidum Dandagula DCXXV M. passuum. Ad Tropina XII XXV mill. passuum. Ad Perimulae promontorium, ubi est celeberrimum Indiae emporium, DCCL. Ad oppidum in insula, quam supra diximus, Patalam, DCXX.

3 Gentes montanae inter eum et Iomanem, Cesi, Cetriboni silvestres: deinde Megallae, quorum regi quingenti elephanti, peditum equitumque numerus

quadraginta millia passuum: atque haec quidem brevissima est omnium mensura, quae apud auctores exstet. HARD.

Congruunt. Dalec. *congruant.* Eo. P.

Calingōn. Hoc est, Calingarum, quorum nomen servare urbem *Calinga-Patnam* nos monet d'Anville. Promontorio nomen hodie *cap des Palmiers.* Eo. P.

Dandagula. Chifflet. *Dandaguda.* Eo. P.

DCXXV M. pass. Ad Tropina XII XXV mill. pass. Priorem numerum DCXXV M. pass. restituimus ex fide Reg. 1, 2, Colb. 1, 2, Paris. Posteriorem intactum reliquimus, etsi duodecies illa centena millia redundare fortassis cuipiam merito videantur: quandoquidem, ut illa penitus detrahantur, ex singularibus tamen summis quae reliquae erunt, plane summa illa universa colligitur, semel et vicies centenum millium: quod spatium interesse Gangem inter et Indum, Artemidorus scripsit, ut dictum est in calce capitis superioris. Laboramus tamen ut inducamus ei numero spongiam, tum quod exemplaria omnia uno illum consensu exhibent, tum quod ipse Plinius admonet, nullas inter se duorum scriptorum in his terris mensuras congruere. Et sane Missi Theodosii id intervallum tricies centenis ac XXX millibus metiuntur. Summa vero Pliniana erit, si valet is numerus, ter et tricies centenum, XXV millium. HARD.

XII XXV mill. Hoc est, duodecies centena XXV millia pass.

Ad Perimulae promontorium. Quod quum interdum ambitur mari, insula fit. Tzetzes, Chil. XI, Hist. 375, vs. 459: Εν τῇ θαλάσσῃ τῇ Ινδῶν, ἐν νήσῳ Περιμούδῃ. Περιμούδην quoque vocat Aelianus, Hist. Anim lib. XV, cap. 8. HARD.

DCCL. Subintellige, millia pass. HARD.

Ad oppidum in insula. Quam Indus facit, ut proxime ante diximus. HARD.

Inter eum et Iomanem. Inter Indum et Iomanem, versus septemtrionem, amplius duodecies centenis millibus passuum a mari, uti ex cap. superiore colligitur. HARD.

Cesi, Cetriboni, etc. Hi omnes ignorantur, nisi tamen Cesi ii sint populi qui nunc *Sciks* appellantur. Eo. P.

incertus: Chrysei, Parasangae, Asangae, tigri fera scatentes. Armant peditum XXX mill. elephantos CCC, equites DCCC. Hos includit Indus, montium corona circumdatos et solitudinibus per DCXXV M. Infra soli- 4
tudines, Dari, Surae, iterumque solitudines per CLXXXVII mill. pass. plerumque arenis ambientibus haud alio modo, quam insulas mari. Infra deserta haec Maltecorae, Singae, Marohae, Rarungae, Moruni. Hi montium qui perpetuo tractu Oceani orae praetenti; incolae, liberi et regum expertes, multis urbibus montanos obtinent colles. Nareae deinde, quos 5
claudit mons altissimus Indicorum Capitalia. Huius incolae, alio latere late auri et argenti metalla fodiunt. Ab iis Oraturae, quorum regi elephanti quidem decem, sed amplae vires peditum: Varetatae, qui sub rege elephantos non alunt, fiducia equitum peditumque. Odomboerae, Salabastrae. Horatae urbe pulcra,

Asangae. Reg. 1, 2, Colb. 1, 2, Paris. *Asmagi.* Gentium deinceps et nominum quae occurrent plurima, nec certa statui scriptura potest, aliorumve scriptorum suffragio comprobari: nec proprius singulorum designari situs: quum nulla satis clara eius rei exstent vestigia uspiam. H. — Asangae fortasse regionem nunc *Ajimer* dictam incolnerunt. Eo. P.

Tigri fera. Dalec. uno vocabulo *tigrifera.* Eo. P.

DCCXXV. Dalec. *DCXXXV.* Eo. P.

CLXXXVII. Dal. *CLXXXVIII.* Ed. P.

Moruni. Hi montium, etc. Vet. ap. Dalec. *Moruntes, Masuae, Pagungae, Lalii. Hi montium qui perpetuo tractu Oceani oram tenent incolae*, etc. Dal. *Moruntes, Masuae, Pagungae. Iam hi montium qui perpetuo tractu Oceani oram tenent incolae*, etc. Ed. P.

Hi montium. Enumerati proxime populi, montium incolae sunt, qui perpetuo tractu orae Oceani meridionalis Indiae praetenti sunt. Solinus: *Hi quibus est vicinus Oceanus, sine regibus degunt.* Hard.

Nareae deinde. Qui mox enumerantur populi ad Indum usque, obtinuisse arbitror peninsulam eam meridionalis Indiae, quae regna *Bisnagar, Decan, Calicut*, oramque Coromandel, Malabaricamque complectitur. H.

Oraturae. Reg. 1, 2, *Oratae.* H.

Varetatae. Colb. 1, 2, et Dalec. *Suarataratae.* Et qui Salabastrae mox vocantur, ii sunt, opinor, quos Diodorus Sic. Bibl. lib. XVII, pag. 568, Σαμβάστας vocat. Hard.

fossis palustribus munita: per quas crocodili, humani corporis avidissimi, aditum nisi ponte non dant. Et aliud apud illos laudatur oppidum Automela, impositum littori, quinque amnium in unum confluente
6 concursu, emporio nobili. Regi eorum elephanti M. DC, peditum CL M. equitum quinque M. Pauperior Charmarum rex elephantos LX, parvasque reliquas vires habet. Ab iis gens Pandae, sola Indorum regnata feminis. Vnam Herculi sexus eius genitam ferunt, ob idque gratiorem, praecipuo regno donatam. Ab ea deducentes originem imperitant CCC oppidis, peditum CL mill. elephantis quingentis. Post hanc trecentarum urbium Syrieni, Derangae, Posingae, Buzae, Gogiarei, Vmbrae, Nereae, Brancosi, Nobundae, Cocondae, Nesei, Pedatrirae, Solobriasae, Olostrae Patalen insulam attingentes: a cuius extremo littore ad Caspias portas XIX XXV mill. produntur.

7 Hic deinde accolunt Indum adversum evidenti demonstratione Amatae, Bolingae, Gallitalutae, Di-

Automela. Reg. 1, 2, Colb. 1, 2, Paris. *Automula.* HARD.

Ab iis gens Pandae. Haec Solinus iisdem verbis cap LII, pag. 79, et Martianus lib. VI, c. de India, pag. 224. Arrianus item in Indicis, pag. 524. Πανδαία χώρα. Stephanus, Πάνδαι, ἔθνος Ἰνδικόν. Sedes his olim, ubi nunc peninsula *Guzarate*, Cambayam inter et Indum amnem. H.

Pedatricae. Reg. 1, 2, Colb. 1, 2, *Palutitae*, *Salobriasae*, *Orostrae.* Inter Indum et peninsulam proxime appellatam, hi sedes habuere.

Olostrae. Chiffl. *Orositae.* ED. P.

Patalen insulam. In Indi ostiis, ut dictum est supra. HARD.

XIX XXV. Hoc est, decies ac novies centena, et XXV millia pass. Dal. *XVIII XXV.* H. et ED. P.

Hic deinde. Dalecamp. *Hinc deinde.* ED. P.

Indum adversum, etc. Vet. apud Dalec. *Indum adversus eos evidenti.* Adversi fluminis ripas insident, orientali latere, versus Aquilonem et Eurum, populi, inquit, quorum iam proclivius multo est nomina situsque demonstrare. Haec Indoscythia Ptolemaei est l. VII, cap. 1. H. et ED. P.

Bolingae. Stephanus pag. 189, Βόλιγγαι, ἔθνος Ἰνδικόν ex Dionysio lib. X Bassaricorum. HARD.

Gallitalutae. Taluctae superiore c. laudati. HARD.

muri, Megari, Ordabae, Mesae. Ab his Vri, Sileni: mox deserta in ccc mill. passuum. Quibus exsuperatis Organagae, Abaortae, Sibarae, Suertae: et ab iis solitudines prioribus pares. Dein Sarophages, Sorgae, Baraomatae, Vmbrittaeque, quorum XII nationes, singulisque binae urbes. Aseni trium urbium incolae. 8 Caput eorum Bucephala, Alexandri regis equo (cui fuerat hoc nomen) ibi sepulto conditum. Montani super hos Caucaso subiecti, Soleadae, Sondrae: transgressisque Indum, et cum eo decurrentibus Samarabriae, Sambruceni, Bisambritae, Osii, Antixeni, Taxillae, cum urbe celebri, iam in plana demisso tractu, cui universo nomen Amandae. Populi quatuor, Peucolaitae, Arsagalitae, Geretae, Asoi.

Ordabae. Chiffl. *Ardabae.* Ed. P

Ab his Vri. Ad easdem Indi ripas, adverso flumine, versus amnis ortus, latere orientali. Hard.

Sibarae. Forte Σιβαὶ ἔθνος Ἰνδικὸν Stephani. Hard.

Baraomatae, Vmbrittaeque. Vet. apud Dalec. *Baragomatae, Vmbritae.* Dalec. *Baraomatae, Gumbritaeque.* Ed. P.

Aseni. Non sunt Arriani da Exped. Alexand. lib. IV, pag. 311, Ασσακανοί. Hi enim cis Indum amnem, iuxta Bactrianos: Aseni trans amnem siti. Hard.

Bucephala. Τὴν Βουκεφάλαν vocat Arrianus de Exped. Alexand. lib. V, pag. 351, trans Indum amnem, ad Hydaspsis ripam, quem situm ei et Ptolemaeus assignat lib VII, cap. 1, Haec referunt quoque Solinus c. XLV, pag. 73, et Gellius lib. V, cap. 5, c. 2. Eadem Alexandria quoque appellata est, ut referi auctor Peripli maris Erythraei. Hard.

Transgressisque Indum. Ad citeriorem ripam, quae spectat solis occasum: versus mare secundo flumine occurrunt deinceps qui ripae insident, hoc ordine populi, Sambruceni, etc. Hard.

Bisambritae. Dalecamp. *Bisabritae.* Ed. P.

Taxillae. Taxilae regis ditionem inter Cophenem et Indum pariter statuit Arrianus, Exped. Alex. lib. IV, pag. 291, quamquam primaria regni sedes fuerit ultra Indum, ut diximus cap. 21, ripae, ut credo, orientali imposita. H.

Peucolaitae. In Reg. 1, 2, Colb. 1, 2, Paris. et Chiffl. *Peucolitae.* Arriano loc. cit. Πευκελαῶτις χώρα, inter Indum pariter et Cophenem: quam ita sedem Plinius quoque assignat. H.

Geretae. Forte rectius *Gereatae*, de quibus Stephanus pag. 208: Γήρεια, πόλις Ἰνδική ... τὸ ἐθνικόν, Γηρειάτης, Hard.

9 Etenim plerique ab occidente non Indo amne determinant, sed adiiciunt quatuor satrapias, Gedrosos, Arachotas, Arios, Paropamisadas, (XXI) ultimo fine Cophete fluvio: quae omnia Ariorum esse, aliis placet. Nec non et Nysam urbem plerique Indiae adscribunt, montemque Merum, Libero Patri sacrum: unde origo
10 fabulae, Iovis femine editum. Item Astacanos gentem, vitis, et lauri, et buxi, pomorumque omnium in Graecia nascentium fertilem. Quae memoranda, et prope fabulosa, de fertilitate terrae, ac genere frugum ar-

Non Indo amne. Non Indiam plerique, inquit, Indo amne claudunt, sed Cophete, qui ab Indo dissitus passuum millibus sexaginta, ut dictum est cap. 21, adscribuntque praeterea Indiae satrapias quatuor, Gedrosos, Arachotas, Arios, et Paropamisadas. De his satrapiis inferius cap. 25. H.

Cophete. Κώφης est Straboni lib. XV, pag: 697, ubi τὸν Κώφην vocat. Festo Avieno vers. 1354, *Cophes.* Hard.

Ariorum esse. Laxiore nunc vocabulo utitur, pro *Arianorum.* Est enim Ariam inter et Arianam, Ariosque et Arianos discrimen. Aria strictius accepta habet ab ortu Paropamisadas, et Arachotas: a meridie Drangas et Gedrosos. Hi postquam ab Ariis subacti sunt, in communem omnes appellationem venere: et Ariorum satrapiae sive ditionis, Arianique dici coeperunt Gedrosi, Arachotae, et Paropamisadae. Vt vero ab Ariis Ariani, sic etiam a Sogdiis Sogdiani, a Bactriis Bactriani, aliique cognominati sunt. Hard.

Nec non et Nysam. Sic etiam Mela Pomponius lib. III, cap. 7, pag. 59. Accepit a Plinio Solinus cap. LII, pag. 74, et Martianus lib. VI, pag. 224. Pomponius eleganter: *Vrbium*, inquit, *quas incolunt, Nysa est clarissima et maxima: montium, Meros, Iovi sacer. Famam hinc praecipuam habent, quod in illa genitum, in huius specu Liberum Patrem arbitrantur esse nutritum: unde Graecis auctoribus, ut femori Iovis insutum dicerent, aut materia ingessit, aut error.* Μηρὸς Graecis femur est. Arriano, de Exp. Alex. lib. V, pag. 313, Νύσσα πόλις, inter Cophenem et Indum, μεταξὺ τοῦ Κωφῆνος καὶ Ἰνδοῦ. De ea fabula multi multa dixere, in primisque Philostratus de vita Apoll. lib. II, cap. 4, pag. 65; Diodorus Bibl. lib. II, pag. 123; Theophr. Hist. lib. IV, cap. 2, aliique. Hard. — Nunc, ut ait Barbié du Bocage, *Noughz* sive *Deva-Naoucha-Nagar*, id est, Divi Bacchi oppidum. Ed. P.

Item Astacanos. Reg. 1, 2, Colbert. 1, 2, Paris. *Aspaganos.* Edili, *Aspagonas.* Chiffl. *inde Aspaganos.* Ex Strabone et Arriano Astacanos restituimus, quos illi inter Indum et Cophetem statuunt: quibus animibus comprehensae regiones Indiae, ut Plinius praemonet, adscribebantur a plerisque. Hard. et Ed. P.

borumque, aut ferarum, aut volucrum, et aliorum animalium traduntur, suis quaeque locis in reliqua parte operis commemorabuntur. Quatuor vero satrapiae mox paulo, ad Taprobanen insulam festinante animo.

Sed ante sunt aliae, Patale, quam significavimus in ipsis faucibus Indi, triquetra figura, CCXX M. passuum latitudine. Extra ostium Indi, Chryse, et Argyre, fertiles metallis, ut credo. Nam quod aliqui tradidere, aureum argenteumque iis solum esse, haud facile crediderim. Ab iis XX M. pass. Crocala. Ab ea XII M. pass. Bibaga, ostreis et conchyliis referta.

Sed ante sunt aliae. Aliae insulae prius memorandae. HARD.

Triquetra. Vnde et Delta ei nomen, ut diximus. HARD.

CXX mill. pass. latitudine. Vet. apud Dalec. *CXXX.* Insulam facit amnis in ipso ostio in duos alveos divisus, quos in ipsa basi figurae triquetrae quam exhibent, distare a se invicem mille stadiis et octingentis Nearchus aiebat apud Strabonem lib. XV, pag. 701, hoc est, passuum millibus CCXXV. H. et En. P.

Chryse et Argyre. De utriusque insulae, et Chryses praesertim, situ, discrepantes auctorum sententiae faciunt, ut vatum potius somnia mihi quaedam esse, quam vera orbis loca videantur. Quin ipse Plinius aliorum relatu, ac fama vulgi, cuius nec haberi se sponsorem cupit, non certis auctoribus ea nomina a se commemorari aperte satis significat. Plinium ad verbum hic transcribit auctor libri de Mensura orbis terrae. H. — Hae insequentesque insulae fortasse eae sunt quae *Laquedives* uno nomine appellantur. Eo. P.

Quod aliqui tradidere. Etiam Pomponius Mela lib. III, cap. 7, pag. 59: *Ad Tamum (promontorium est quod Taurus attolit), insula est Chryse: ad Gangem, Argyre. Altera aurei soli (ita Veteres tradidere), altera argentei: atque ita, ut maxime videtur, aut ex re nomen, aut ex vocabulo ficta fabula est.* HARD.

Ab iis XX M. pass. Crocala. In MSS. *Ab iis XX M. pass. latitudinem Crocala.* Et auctor libri de Mensura orbis terrae: *Plinius Secundus in libro sexto in Oceano Indico insulas fieri ita monet... Ab his XX M. passuum latitudine Crotule, ab eaque XII Bibaga, ostreis ac conchulis referta: deinde Oralliba, VIII a supra dicta, multaeque ignobiles.* Insulae nomen Arriano, τὰ Κρόκαλα νῆσος ἀμμώδης, insula arenosa. Situs, contra Arabii fluminis ostia, ipsamque Carmaniam, atque adeo citra Indum amnem. Sic ille in Indicis pag. 551. HARD.

Bibaga. Βίβαγγα νῆσος Arriano loco citato ostreis praecipuae magnitudinis referta insula. H.

Deinde Toralliba IX M. pass. a supra dicta, multaeque ignobiles.

1 XXIV. (XXII.) Taprobanen alterum orbem terrarum esse, diu existimatum est, Antichthonum appellatione. Vt liqueret insulam esse, Alexandri Magni aetas resque praestitere. Onesicritus classis eius praefectus, elephantos ibi maiores bellicosioresque, quam in India, gigni scripsit: Megasthenes flumine dividi, incolasque Palaeogonos appellari, auri margaritarumque 2 grandium fertiliores, quam Indos. Eratosthenes et mensuram prodidit, longitudinis VII M. stad. latitudinis quinque M. nec urbes esse, sed vicos septingentos. Incipit ab Eoo mari, inter ortum occasumque solis Indiae praetenta, et quondam credita XX dierum

Toralliba. Reg. 1, 2, Colb. 1, 2, Paris. Chifflet. et edit. Elzev. *Coralliba.* H. et Ed. P.

XXIV. *Taprobanen.* Ταπροβάνη Straboni lib. XV, pag. 690. Mela Pomponius lib. III, cap. 7, pag. 59: *Taprobane*, inquit, *aut grandis admodum insula, aut prima pars orbis alterius Hipparcho dicitur*, etc. Quum orbem alterum audis, continentem terram intellige, non insulam. A Plinio Solinus haec descripsit cap. LIII, pag. 83. Ipsa porro Taprobane hodie *Ceylan*; non, ut quidam arbitrati sunt, *Sumatra.* H.

Antichthonum. Hoc est, Antipodum. Hard.

Onesicritus. Solinus loc. cit. et Martianus lib. VI, cap. de India, p. 224; Aelianus Hem, Hist. Anim. lib. XVI, cap. 18. Harn.

Palaeogonos. Hoc est priscos: quo modo Arcades appellari se προσελήνους volebant. H. — Nec mirum incolas dici Palaeogonos, quum mons altissimus ibi adhuc dicatur *le Pic d'Adam.* Ed. P.

Longitudinis VII M. stad. Hoc est, milliarium DCCCLXXV. *H.* — *Longitudinis VII M. stad. latitudinis quinque.* Sic libri omnes editi, et manu exarati. Sic ipse Solinus cap. LIII, p. 83, et Martianus lib. VI, cap. de India p. 224. Sic etiam Aelianus, Histor. Anim. lib. XVI, cap. 18: Καὶ μῆκος μὲν ἔχειν σταδίων ζ', πλάτος δὲ ε'. Quamobrem qua fide Strabo lib. XV, p. 609, ex Eratosthene longitudinem eius octo millibus stadiorum circumscribat considerandum, μῆκος μέν, ὡς ὀκτακισχιλίων σταδίων. Haan.

Vicos septingentos. Aelianus loc. cit. DCCL. κώμας πεντήκοντα καὶ ἑπτακοσίας. H.

Incipit. Haec iisdem verbis Solinus loc. cit. Dalecamp. *incidit.* H. et Ed. P.

Et quondam credita. Referenti

navigatione a Prasiana gente distare: mox, quia papyraceis navibus, armamentisque Nili peteretur, ad nostrarum navium cursus, VII dierum intervallo taxato. Mare interest vadosum, senis non amplius alti- 3
tudinis passibus, sed certis canalibus ita profundum, ut nullae ancorae sidant: ob id navibus utrimque prorae, ne per angustias alvei circumagi sit necesse: magnitudo ad terna millia amphorum. Siderum in navigando nulla observatio. Septemtrio non cernitur: sed volucres secum vehunt, emittentes saepius, meatumque earum terram petentium comitantur. Nec plus

Onesicrito id creditum testatur Strabo lib. XV, p. 691. H.

A Prasiana gente. Quae a Gange ad Indum usque recto cursu protenditur. H.

Quia papyraceis. Quia navibus tantum ex papyro textis, armamentisque, sive funibus, ex libro papyri, qualem Nilus suppeditat, tunc ea insula petebatur, earum tarditas adeo nostrarum, inquit, navium, hoc est maiorum, quales sunt Romanae, celeritate vincitur, ut iam non XX, sed VII dierum intervallu iter istud taxetur a Prasiana gente ad Taprobanen: quod Eratosthenes quidem, qui Ptolemaei tertii temporibus vixit, exploratum habuit, ut Strabo refert p. 690. H.

Mare interest. Solinus et Martian. loc. cit. H.

Ita profundum. Dalec. *adeo profundum.* Ed. P.

Ancorae sidant. Ad profundi illius ima nequeunt pervenire, inquit Solinus, loc. cit. H.

Ne per angustias. Propter canalium angustias certis in locis circumagi navigia non poterant: idcirco ita aedificabantur, ut proras utrinque haberent, quo possent utraque fronte appellere. H.

Magnitudo ad terna millia amphorum. Haec verba sic exhibent MSS. codices, Reg. 1, 2, Colb. 1, 2, Paris. *Magnitudo alterna millia ad forum.* Chifflet. *magnitudo autem ad navium foros.* Eadem, quod nihil sanationis accipere posse viderentur, in omnibus editis libris praetermissa. Plana est et explicatu facilis nostra emendatio: navigia eiusmodi non maioris ponderis capacia fuisse, quam trium millium pondo amphorarum. Sosipater Charisius, Instit. Gram. lib. I, auctor est Plinium, libro sexto Dubii sermonis, *amphorum* dixisse, pro *amphorarum*, quod et Livius dixit lib. I, cap. et Cicer. Epist. lib. III. Capacitatem navium per modios et amphoras explorare, moris fuit olim, hodieque perseverat. H.

Siderum. Solinus et Martianus loc. cit. H.

Septemtrio. Polus septemtrionalis. Diodorus Sic. Bibl. lib. II, p. 141, praeter iam laudatos. H.

Meatumque earum. Sciunt nautae aves volatu petere terram solere: quamobrem quo illae abeunt, in eam

quaternis mensibus anno navigant. Cavent a solstitio maxime centum dies, tum illo mari hiberno.

4 Hactenus a priscis memorata: nobis diligentior notitia Claudii principatu contigit, legatis etiam ex insula advectis. Id accidit hoc modo: Annii Plocami, qui maris Rubri vectigal a fisco redemerat, libertus circa Arabiam navigans, Aquilonibus raptus praeter Carmaniam, xv die Hippuros portum eius invectus, hospitali regis clementia sex mensium tempore imbutus alloquio, percontanti postea narravit Romanos et
5 Caesarem. Mirum in modum in auditis iustitiam ille

partem ipsi quoque cursum dirigunt, flectuntque navigia. Martianus loco citato. *Avium quas vehunt, volatus sequuntur*, etc. H.

Nec plus quaternis. Ita Solinus cap. LIII, p. 83, et Capella lib. VI, cap. de India p. 224. Codices quoque vetusti, Reg. 1, 2, Colb. 1, 2, Paris. etc. In libris editis hactenus perperam *quam ternis*. H.

Anno. Dalec. *in anno.* Eo. P.

Hiberno. Concitato tum maxime tempestatibus mari, ut fit in nostro orbe plerumque per brumam. H.

Hactenus, etc. Solinus haec totidem verbis loc. cit. H.

A fisco redemerat. Ab imperatore, cuius pecunia fiscus vocabatur: ut populi aerarium. Fuit Arabia inter eas provincias, quae Augusto sortito obtigerant, ut fere caeterae in limitibus imperii constitutae: permissae populo reliquae. Vide Sueton. in Aug. c. XLVII. H.

Aquilonibus. Non *Aquilone* dixit, ne forte Aquilonem proprie dictum intelligeres, qui inter septentrionem spirat et exortum solis aestivum: sed Aquilonibus, hoc est tempestatibus, quocumque illae veoto concitentur: quo sensu Maro cecinit, Aen. IV, 310: *Et mediis properas Aquilonibus ire per altum.* Non Aquilone sane ex Africa in Italiam, sed ex Italia potius in Africam opportuna navigatio est: ex Arabia Taprobanen Coro potius, sive Argeste, quam Aquilone, itur. Sed et hibernus Aquilo Corus dictus est lib. II, cap. 47. H.

Hippuros portum eius. Taprobanes nimirum, Ἱππούρους portum vocat: qua in voce superesse vestigia nominis Ophir, in graecam speciem sic transformati, credit Bochartus, Geograph. sacr. lib. I, c. 46. H.

Imbutus alloquio, etc. Sermonem adoctus, inquit Solinus, loco prosime citato. H.

Narravit Dalec. *enarravit.* Ed. P.

Caesarem. Mirum, etc. Vet. apud Dalec. Dalec. *Caesarem. Rex autem mirum in modum inter audita iustitiam Romanorum suam suspexit.* Ed. P.

In auditis. Ex iis quae audierat, id unum maxime suspexit, quod nimirum pecunia, quae capta cum ipso erat, ut ait paraphrastes Solinus, tametsi signata disparibus foret vultibus; parem tamen haberet modum ponderis. Quam haec praepostere Sal-

suspexit, quod pares pondere denarii essent in captiva pecunia, quum diversae imagines indicarent a pluribus factos. Et hoc maxime sollicitatus ad amicitiam, legatos quatuor misit, principe eorum Rachia. Ex iis cognitum D. esse oppida, portum contra meridiem, appositum oppido Palaesimundo, omnium ibi clarissimo, ac regia CC mill. plebis. Stagnum intus Megisba, CCCLXXV mill. passuum ambitu, insulas pabuli tantum fertiles complexum. Ex eo duos amnes erum- 6
pere: Palaesimundum, iuxta oppidum eiusdem nominis, influentem in portum tribus alveis, quinque stadiorum arctissimo, XV amplissimo: alterum ad septemtriones Indiamque versum, Cydara nomine. Proximum esse Indiae promontorium, quod vocetur Coliacum,

masius interpretetur, in Solin. pag. 1117, si satis est otii, vide. Legis latae de probando denariorum pondere, Plinius meminit cap. 46. Nos quoque Romanos denarios plures appendimus, et plane pares pondere, ne levi quidem vel unius grani, ut vocant, discrimine, mirati sumus. HARDO.

Palaesimundo. Id antiquum insulae universae nomen fuisse auctor est Marcianus Heracl. in Periplo p. 39, Πρώτη μὲν ἡ Ταπροβάνη νῆσος ἡ Πάλαι Σιμούνδου καλουμένη, νῦν δὲ Σαλική. Et p. 32: Τῆς τε Ταπροβάνης καλουμένης, τῆς Παλλιγεμούνδου (forte Παλαισιμούνδου ut prius), καλουμένης πρότερον. Sic enim habet et auctor Peripli maris Erythraei. H. — Male, ut videtur Dalec. hic et infer. *Palesimundo.* Hodie *Iafanapatnam*, ut opinatur d'Anville. Ed. P.

Ac regia CC. Dalec. *ac regiae.* Elzev. *ac regiam.* In regia, τῷ βασιλείῳ, fuisse ait ducenta millia plebis: in toto igitur oppido, quanto plura? H. et Ed. P.

CCCLXXV. Dalec. *CCLXXV.* Ed. P.

Portum. Chiffl. *pontum.* Ed. P.

Septemtriones. Dalec. *septemtrionem.* Ed. P.

Coliacum. Non recte hactenus impressi libri *Colaicum* edideruut. Dionysio Periegetae, v. 593, est Κωλὶς ἄκρα et Κωλὶς κολώνη. Dionysium Festus expressit, in Descript. Orbis, vs. 783: *Contemplator item qua se mare tendit in Austrum, Inque Notum Oceanus freta ponti caerula curvat, Altaque Coliadis mox hic tibi dorsa patescent Rupis, et intenti spectabis cespitis arces: Pro quibus ingenti consistens mole per undas Insula Taprobane gignit tetros elephantes.* Incolae inde Coliaci appellati, apud Strab. lib. XV, pag. 690, Κοιλιακοί perperam pro Κωλιακοί Κωλὶς ἄκρα, *le cap de Camorin*, ad fretum Taprobanense, *le détroit de Manar*, en-

quatridui navigatione, medio in cursu solis insula occurrente. Mare id colore perviridi, praeterea fruticosum arboribus, iubas earum gubernaculis deterenti-
7 bus. Septemtriones Vergiliasque apud nos, veluti novo caelo, mirabantur. Ne lunam quidem apud ipsos, nisi ab octava ad XVI supra terram aspici fatentes. Canopum lucere noctibus, sidus ingens et clarum. Sed maxime mirum iis erat, umbras suas in nostrum caelum cadere, non in suum; solemque a laeva oriri, et in dextram occidere potius, quam e diverso. Iidem narravere, latus insulae, quod praetenderetur Indiae,
8 X mill. stad. esse ab oriente hiberno. Vltra montes Emodos, Seras quoque ab ipsis aspici, notos etiam

tre la côte de la Pêcherie et l'île de Ceylan. H. et Ed. P.

Solis insula. Diversa haec est ab altera eiusdem nominis, de qua dicetur cap. 26, ante Carmaniam, ut recte animadvertit Vossius in Melam p. 281. Inter Indiam Taprobanenque, insulas alias agnoscit Strabo lib. XV, p. 690. H.

Mare id colore. Solinus cap. LIII, p. 84. H.

Iubas earum. Ramos ac frondes H.

Septemtriones. Solinus p. 83. H.

Ne lunam quidem. Ita MSS. omnes. Dal. *lunam quidem.* Solinus loco cit. Sed purum id putumque commentum est hominum, de se suisque incredibilia venditantium, ut plane mirum videri debeat, si id vetustis astrologis Taprobanitae legati persuaserint: iis enim perinde ac nobis, tertio post novilunium die, ac caeteris deinceps luna apparet. H.

Solemque a laeva. Taprobanensium scilicet vertici sol, haud multo post aequinoctii tempus incumbit: inde flectit se idem ad septemtriones, tropicumque Cancri: mox rursum ad Aequatorem unde deflexerat, regreditur: atque haec omnia senis mensibus peraguntur. Itaque per eos menses ad solem meridianum obverso vultu, oriri a dextra vident, a laeva occidere: contrariasque ob causas senis itidem fere mensibus, obversa in austrum facia, e diverso, uti nobis contingit, caeterisque citra lineam, ut aiunt, aequinoctialem positis. H.

In dexteram. Vet. apud Dalecamp. *dextera.* Ed. P.

X mill. stad. Quae passuum efficiunt duodecies centena quinquaginta millia. H.

Ab oriente hiberno. Indiae Taprobane praetenditur, qua parte sol Indis oriri hieme cernitur: haec Indiae latus obvertit insula, decem mille stadiorum longitudine porrectum. Dalec. dat *ab oriente hiberno ultra montes Emodos.* Alii hodie *Sumatra*, alii *Ceylan.* H. et Ed. P.

Vltra montes Emodos. Commeantibus ultra montes Emodos Taprobanitis, ab iis aspici Seras quoque,

commercio: patrem Rachiae commeasse eo: advenis sibi Seras occursare. Ipsos vero excedere hominum magnitudinem, rutilis comis, caeruleis oculis, oris sono truci, nullo commercio linguae. Caetera eadem, quae nostri negotiatores. Fluminis ulteriore ripa merces positas iuxta venalia tolli ab his, si placeat permutatio: non aliter odio iustiore luxuriae, quam si perducta mens illuc usque cogitet, quid, et quo petatur, et quare.

Sed ne Taprobane quidem, quamvis extra orbem a 9
natura relegata, nostris vitiis caret. Aurum argentumque et ibi in pretio. Marmor testudinis simile, gemmae margaritaeque in honore multo praestantiores: et totius luxuriae nostrae cumulus. Ipsorum opes maiores esse dicebant, sed apud nos opulentiae maiorem

qui caeterorum hominum colloquia conspectumque fugerent, ut dictum est cap. 20. quin etiam inter eos esse commercia. H. — Hoc ita Solinus accepit cap. LIII, p. 84, ut existimarit Sericum latus e Taprobanitarum collibus prospici. *Cernunt*, inquit, *latus Sericum de montium suorum iugis.* Insigni oculorum acie fuisse necesse est qui non Indiae latus, a quo septem dierum navigatione distarent, sed et ultra Gangis ortus, montesque Emodos, Seras prospicerent. H.

Sibi Seras occursare. Qui reliquos advenas aversarentur, ac refugerent. Prius legebatur, *ibi feras occursare.* Vet. apud Dalec. *ibi feras occursare.* Ed. P.

Ipsos vero. Seras nimirum: etsi Martianus lib. VI, c. de India, pag. 224, et Solinus cap. LIII, p. 84, de Taprobanensibus haec inconsulte acceperunt. H.

Nullo commercio. Dal. *nulli commercio.* Ed. P.

Caetera eadem. Caetera eadem de Seribus legati Taprobanenses retulere, quae Romani negotiatores. H.

Fluminis ulteriore. Ad Seras haec quoque pertinent, quae Mela breviter lib. III, cap. 7, p. 58: *Seres intersunt, genus plenum iustitiae, ex commercio, quod rebus in solitudine relictis absens peragit, notissimum.* Haad.

Non aliter odio. Nemo luxuriam iustius aversetur, etc. Huc pertinent ea quae Plinius de margaritarum luxuria scribit lib. IX, cap. 54. H.

Sed ne Taprobane Iam redit ed Taprobanen, a qua discesserat, ut de Serum moribus ac ritu ageret. H.

Aurum, etc. Haec deinceps Solinus iisdem verbis cap. LIII, p. 84. H.

Marmor testudinis. Solini paraphrasis: *Secant marmora testudinea*

usum. Servum nemini: non in diem aut interdiu somnum: aedificia modice ab humo exstantia, annonam numquam augeri, non fora litesve esse: coli Herculem: eligi regem a populo senecta clementiaque, liberos non habentem: et si postea gignat, abdicari, ne fiat hereditarium regnum. Rectores ei a populo XXX dari: nec nisi plurium sententia quemquam capitis damnari: sic quoque appellationem esse ad populum; et LXX iudices dari: si liberent ii reum, amplius triginta, iis nullam esse dignationem, gravissimo probro. Regi cultum Liberi Patris, caeteris Arabum. Regem, si quid delinquat, morte multari, nullo interimente, aversantibus cunctis, et commercia etiam sermonis negantibus. Festa venatione absumi, gratissimam eam tigribus elephantisque constare. Agros diligenter coli: vitis usum non esse, pomis abundare. Esse et in piscatu voluptatem, testudinum maxime, quarum superficie familias habitantium contegi: tanta

varietate, hoc est, instar testodinis varia. H. — *Marmor testudinis simile.* Salmasius in Solin. p. 1122, iam tum Solini aevo irrepsisse in Plinii verba mendam suspicatur, legique oportere, *Aurum argentumque et ibi in pretio, marmor, testudines. Simili gemmae margaritaeque in pretio*, etc. Sed rem cuivis paulo attentius contemplanti, videbitur is omnino orationi Plinianae sententiaeque vim afferre, et auctoritatem omnium plane codicum, quos summa fide secuti sumus, aspernari. H.

Non in diem. Reliqua deinceps de Taprobanensium moribus exscripsere a Plinio Martianus et Solinus loc. cit. Hard.

XXX dari. Ita Capella loc. cit. p. 225. At Solinus, XXXX. H.

Capitis. Vet. apud Dalec. *capite.* Ed. P.

LXX. Elzev. *et septuaginta.* Ed. P.

Iis nullam esse. Prioribus nempe rectoribus, qui damnarant, nullum deinceps honorem haberi, sed gravissimom probrum inferri, exauctoratis nimirum, et de rectorum gradu deiectis. Hard.

Regi cultum. Solini paraphrasis: *Cultu rex dissimilis a caeteris: vestitur syrmate, ut est habitus quo Liberum Patrem amiciri videmus.* Hard.

Aversantibus. Vet. ap. Dalec. *sed aversantibus.* Ed. P.

Tigribus, etc. Idem paraphrastes: *Interdum venatibus indulgent: nec plebeias agunt praedas: quippe quum tigres aut elephanti tantum requirantur.* Hard.

reperiri magnitudine. Vitam hominum centum annis modicam. Haec comperta de Taprobane.

XXV. Quatuor satrapiae, quas in hunc locum distulimus, ita se habent. (XXIII.) A proximis Indo gentibus, montana. Capissene habuit Capissam urbem, quam diruit Cyrus. Arachosia cum oppido et flumine eiusdem nominis, quod quidam Cophen dixere, a Semiramide conditum. Amnis Erymanthus praefluens

Vitam hominum. Diodorus Sic. Bibl. lib. II, p. 139, praeter Solinum et Martianum. Haro.

XXV. *A proximis Indo.* Non qua se parte effundit in mare, sed ubi fere exoritur, priusquam ullum amnem excipiat paulo nobiliorem. Accolunt ibi Taxilae, ut dictum est cap. 23, aliaeque gentes, quae montibus ab occasu clauduntur, et a Paropamisadis Arachosiisque disterminantur. Hard.

Capissene habuit Capissam. Ita R. 1, 2, Colb. 1, 2, Paris. Chiffl. et vet. Dalec. Perperam editi, *Capissenae habent.* Deterius Solinus c. LIV, p. 85, Caphusam urbem appellat, et proximam Indo facit. Haec Ptolemaeo Καπίσα in Paropamisadarum confinio l. VI, c. 18. Haro.

Arachosia. Vltima olim Persici imperii versus orientem satrapia: pars regni *Kaboul* dicti etiamnunc vocata. Haro. et Ed. P.

Cum oppido. Ἀράχωτος oppido et amni nomen est apud Ptolem. l. VI, cap. 20; oppido Ἀραχωσία, apud Stephanum. Amnis in Indum fluit, uti ex Ptolemaeo colligitur. Isidoro Characeno, in Σταθμοῖς, p. 189, Ἀλεξανδρόπολις, μητρόπολις Ἀραχωσίας· ἔστι δὲ ἑλληνὶς, καὶ παραῤῥεῖ αὐτὴν ποταμὸς Ἀράχωτος. Stephano est, Ἀλεξάνδρεια ἐν Ἀραχώτοις. Hard.— Vrbem nomen *Rokkhage* servare ait d'Anville; flumini nunc nomen *Karé*, ut vult Barbié du Bocage. Ed. P.

Quod quidam Cophen. Id certe oppido nomen fuisse Stephanus auctor est, pag. 98: Ἀραχωσία, πόλις οὐκ ἄπωθεν Μασσαγετῶν. Στράβων ἑνδεκάτῃ· ὑπὸ Σεμιράμεως κτισθεῖσα, ἥτις καὶ Κωφὴν ἐκαλεῖτο· οἱ πολῖται Ἀραχώσιοι· τῆς δὲ Κωφῆνος Κωφήνιοι. MSS. tamen omnes, Reg. 1, 2, Colb. 1, 2, Paris. Chiffl. *Cutin*, non *Cophen*, legunt: fortasse pro *Cufin*, et id pro *Cofen* vel *Cophen*. Solinus hunc locum strictim praeteriens, praepostera codicum suorum interpunctione delusus, Erumando amni imposita Arachosiam scribit. Haro.

Amnis Erymanthus praefluens Parabesten. Sic postremas voces exhibent plane totidem litteris et apicibus Reg. 1, 2, Colb. 1, 2, Paris. etc. ut Parabeste nomen sit oppidi Arachosiorum. Male editi, *per Abesten.* Simili forma loquendi usus mox paulo, *Arius amnis, qui praefluit Alexandriam.* Porro non is est Εὐρμανδρος Arriani, de Exped. Alexandr. l. IV, p. 253, qui per Evergetaa in Ariae campis decurrit, ac demum se condit in arenas, quamquam eumdem esse Ortelius existimat, Salmasiusque in Solinum, pag. 1175, quum inter utrumque amnem, et multa passuum

Parabesten Arachosiorum. Proximos iis a meridie ad partem Arachotarum faciunt Gedrosos, et a septemtrione Paropamisadas: Cartana oppidum sub Caucaso, quod postea Tetragonis dictum. Haec regio est ex adverso. Bactrianorum deinde, cuius oppidum Alexandria, a conditore dictum. Syndraci, Dangalae,

millia, et Paropamisi iuga interaiut. Sed quem Polybius, LXI, pag. 908, Ερύμανθον vocat, quo transmisso ex Arachosia in Drangianam iter est, inde in Carmaniam: Διελθὼν τὴν Αραχωσίαν, καὶ περαιωθεὶς τὸν Ερύμανθον ποταμὸν ἦκε διὰ τῆς Δραγγιανῆς εἰς τὴν Καρμανίαν. Magno igitur errore *Hermandus* hactenus appellatus est in libris editis: a Solino, *Erumandus*. Propius a vero abfuit Chifflet. cod. qui *Erymadus* scripsit. Haan.

Ad partem Arachotarum. Ex parte tantum Arachotarum satrapiam contingunt Gedrosi a meridie. Ita Ptolemaeus libro VI, capite 20. Arachosii dicti urbis incolae, circumiacentesque populi: Arachotae, totius satrapiae indigenae. Haan.

Gedrosos. Γεδρωσία regioni nomen fuit: nunc *Mekran*. Harn. et Eo. P.

Paropamisadas. Παροπαμισάδαι Straboni lib. XV, pag. 724, a Paropamiso monte, qui iisdem imminet, nomen habuere. Oppidum habent hodieque insigne, *Kaboul*, regni cognominis caput: quod a Plinio Cartana nunc appellari, et Tetragonida, Τετραγωνίδα, a forma quadrata, haud lavis suspicio est. Nam quod Ortelius Arachosiae attribuit Tetragonida, nihil moror: habet vir alioqui eruditus similia non pauca παροράματα. Haan.

Haec regio. Nihil est hac sententia planius. Haec, inquit, Paropamisadarum regio, quae sub Caucaso, quae una ex quatuor Satrapiis, quas in hunc locum distulit, ubi Cartana oppidum, ex adverso est Arachosiae. Bactrianorum deinde regio sequitur, cuius oppidum Alexandria. Praepostera huius loci interpunctio Salmasium aliosque in summas adduxit angustias: ut quo verterent se, nescirent. Sic enim hactenus est editum, *haec regio est ex adverso Bactrianorum: deinde, cuius oppidum*, etc. MSS. omnes R. 1, 2, Colb. 1, 2, Paris. Chiffl. etc. ita plane, ut nos edidimus, hunc locum exhibent, si interpunctionem exceperis, quam ii nullam prae se ferunt. At Salmasius, p. 1175, in Solin. ita demum se pulchre coniecisse putat, si legat: *Haec regio est ex adversum Bactrianos. Aria deinde, cuius oppidum Alexandria*. Ac simul admonet Alexandriam hanc a regione ἐν Ἀρίοις cognominatam esse. Perinde quasi nunc de Aria possit esse sermo: qua de regione, atque adeo de ipsa Alexandria ἐν Ἀρίοις, prolixior paulo mox instituitur, hoc ipso capite, his verbis: *Ariana regio ambusta fervoribus... Arius amnis qui praefluit Alexandriam*: ac non de Alexandria potius Bactriana perspicue agatur. Haan.

Bactrianorum deinde, etc. Dalec. *Bactrianorum: deinde, cuius oppidum Alexandria, a conditore dictum, Syndraci*, etc. Eo. P.

Alexandria. Haec apud Stephanum

Parapiani, Cantaces, Maci. Ad Caucasum, Cadrusi: oppidum ab Alexandro conditum.

Infra haec omnia, ora ab Indo: Ariana regio ambusta fervoribus, desertisque circumdata, multa tamen interfusa opacitate: cultores congregat circa duos maxime fluvios, Tonderon et Arosapen. Oppi- 2

undecima est urbium eius nominis, iuxta Bactra, quae Bactrianorum metropolis, de qua dictum est c. 18. Steph. Αλεξάνδρεια... ἑνδεκάτη, κατὰ Βάκτρα. Negat Salm. pag. 1175, in Sol. pertinere id oppidum ad Paropamisadas. Recte id quidem: sed neque ad Alexandriam in Ἀρίοις pertinet, etsi id ille omni ope contendit. Cur vero ad Paropamisadas referri non oporteat, subiungit rationem, quod in Paropamisadis Alexandria nulla sit. Itane vero? Quid igitur ista volunt quae Arrianus refert de Alexandro lib. IV, pag. 290, transmisso Caucaso, pervenisse Alexandriam, quae apud Paropamisadas condita fuerat? ὑπερβαλὼν δὲ τὸν Καύκασον ἐν δέκα ἡμέρᾳς ἀφίκετο ἐς Αλεξάνδρειαν πόλιν, τὴν κτισθεῖσαν ἐν Παροπαμισάδαις. Illam hodie esse *Candahar* opinatur vir eruditissimus Barbié du Bocage. Hard. et Ed. P.

Syndraci. Horum regionem ultimum fuisse ea parte expeditionum Alexandri terminum; Plinius auctor est lib. XII, cap. 12. Hard.

Dangalae, Parapiani, Cantaces, Maci. Chiffl. *Dangale, Patapinae, Cataces, Mazi.* Dalec. *Dangulae*, etc. Quid si legendum, *Sangalae, Parapini, Cathaei, Acinacae*? Nam Sangala oppidum, et Cathaeos, circa Acesinae fluvii fontes, montemque Caucasum, Arrianus agnoscit, de Exped. Alex. lib. V, pag. 357. Acinacas, in Bactris ad meridiem, iuxta Paropamisum, Ptolemaeus lib. VI, cap. 11. Hard.

Cadrusi: oppidum, etc. Dal. *Cadrusi oppidum*, etc. Haec Alexandria Paropamisadarum est, de qua modo super. nota 12 diximus. Cadrusi gentis nomen est: Alexandria, oppidi. Distinctio male posita fefellit Solinum, qui cap. LIV, pag. 85, Cadrusiam oppidi nomen commentus est. Hard. et Ed. P.

Infra haec omnia. Infra Capissenen, Arachosiam, Paropamisadas, et Gedrosos, ab Indo amne ora australi mari praetenta subiacet: atque inde incipit Ariana regio. Sic Eratosthenes apud Strabonem lib. XV, pag. 723, Arianam ab oriente, Indo: ab austro, mari claudi ac terminari ait. Mela Pomponius lib. III, cap. 7, ubi de Indi ostiis egit: *Regio ob aestus intolerabilis, alicubi cultoribus egens, inde ad principia Rubri maris pertinet. Ipsa invia atque deserta, humus cineri magis fit quam pulveri similis. Ideoque per eam rara et non grandia flumina emanant, quorum Tuberonem, et Arusacem notissima accepimus.* Hard.

Tonderon et Arosapen. Chiffl. *Tomberon.* Ed. P. — Tuberonem et Arusacem Mela vocat, ut diximus. Qui Oreatim pro *Arusacem* substituere Salmasius tentavit, merito vapulavit a Vossio in Melam pag. 282. H.

dum Artacoana. Arius amnis, qui praefluit Alexandriam ab Alexandro conditam. Patet oppidum stadia xxx, multoque pulcrius, sicut antiquius, Artacabane, iterum ab Antiocho munitum, stadia L. Dorisci gens.
3 Amnes: Pharnacotis, Ophradus. Prophthasia oppidum Zariasparum: Drangae, Evergetae, Zarangae, Ge-

Artacoana. Ita MSS. omnes. Dal. *Artacanna.* Arianae oppida recenseodi capit initium ab iis, quae septemtrioni Parthiaeque propiora sunt. Io his Artacoana familiam ducit, quae Αρκτακάνα Strabooi dicitur lib. XI, pag. 516. Αρτακόανα Arriano lib. III de Exped. Alex. pag. 222, qui regiam haoc Ariorum fuisse prodit. Hard. — Eadem videtur esse cum Aria, hodie *Fuchendy*. Ed. P.

Arius amnis. Αρειος, ὅτου ἐπώνυμος ἡ τῶν Αρείων γῆ ἐστι, a quo Ariorum regio appellatiooem accepit, inquit Arrianus lib. IV de Exped. Alex. pag. 253. Αρείας ποταμός Ptolemaeo lib. VI, cap. 17, Amnis Αρειας Straboni lib. XI, pag. 518, regio ipsa Αρία, lib. XV, pag. 724, et Ptolemaeo. Hard. — Amnis hodie *Hery-Roud* appellatur, regio *Khorassan*. Ed. P.

Praefluit Alexandriam. Haec Αλεξάνδρεια ἡ ἐν Αρείοις cogoominata a solo in quo condita, Isidoro Charac. pag. 188; Ptolemaeo loc. cit. aliisque. H. — Hodie *Hérat* urbs in tota regiooe praecipua. Ed. P.

Stad. XXX. Sive millia passuum fere quaterna. Hanc oppidi huius amplitudioem ad Alexandriam, quae sub Caucaso fuit, perperam transtulit Solinus cap. LIV, pag. 85.

Artacabane. Chifflet. *Artacabene.* Ed. P. — Isidorus Characeous in Σταθμοῖς, pag. 188, Ariae oppida eoomerans: Εντεῦθεν, inquit, Αρεια ... ἔνθα Κανδάκη πόλις, καὶ Αρτακαύκη πόλις, καὶ Αλεξάνδρεια ἡ ἐν Αρείοις. Haec Ptolemaei, lib. XI, cap. 17: Αρτακαῦδνα io Aria est. H.

Dorisci gens. Io MSS. Reg. 1, 2, Colb. 1, 2, et Paris. *Dori gens.* Chifflet. *Dorisdorii.* Ed. P. — Hoina geotis situm, amoiumque qui mox appellaotur, ex ipsa orationis serie colligere in promptu est, in Ariae, Carmaniae, Draogianaeque confinio, versus occasum, Parthiamque. Haec omnia Ortelius perperam ad Indum transfert. H. P.

Pharnacotis. Hodie, ut videtur, *Ferrahround*; Ophradus fortasse *Konchround*. Ed.

Prophthasia, etc. Chifll. *Phroptrasia, oppidum Zaraspadum.* Dal. *Prophthasia oppidum Zarasparum.* Superius cap. 21, Prophthasis Drangarum appellata: et ab Eratosthene, ut diximus, Προφθασία ἡ ἐν Δράγγῃ. Fuit igitur id oppidum in Drangis, de quibus statim agitur: sed idem a Zariaspis colonis eo deductis conditum. Sic cap. 12, oppidum Mastya Milesiorum dicitur, hoc est, a Milesiis conditum. Sunt autem Zariaspae iidem qui Bactrorum primarii oppidi cives, ut diximus, cap. 17 et 18. Prophthasia hodie *Zarang* dicitur. H. et Ed. P.

Drangae. Stephanus: Δράγγαι ἔθνος Περσικῆς. Meminit et Strabo, lib XI, pag. 516, ubi Drangianam,

drusi. Oppida: Peucolais, Lymphorta: Methoricorum desertum. Amnis Manais: Augutturi gens. Flumen Borru: gens Vrbi. Flumen navigabile Pomanus Pandarum finibus. Item Cabirus Suarorum, ostio portuosus. Oppidum Condigramma. Flumen Cophes. In-

qua parte contingit Carmaniam, Ariae partem facit. Haro.

Evergetae. Hactenus *Argetae* libri omnes editi praetulerunt. Nos ex Strabone *Evergetae* maluimus. Is enim lib. XV, pag. 724, e Drangis, inquit, Alexander Magnus venit in Evergetas, quibus id nomen Cyrus indidit: Εἶτ' ἐκ Δραγγῶν ἐπί τε τοὺς Εὐεργέτας ἦκεν, αὓς ὁ Κῦρος οὕτως ὠνόμασε, quod ab iis beneficio esset affectus, ut Arrianus refert, libro III de Expeditione Alexandri, pag. 228, ubi et Agriaspas, prius vocatos tradit. Vide et Iustinum, libro XII, cap. 5. H.

Zarangae. Ζαραγγαῖοι Arriano lib. III de Exped. Alex. pag. 223. Pars Drangarum aliqua fuit: quamobrem quae de Zarangaeis Arrianus prodidit, haec de Drangis Strabo, Curtius aliique. Respondere horum regio videtur ei tractui, regni *Kaboul*, quem nunc *Sigistan*, sive *Sedjestan* vocant. H. et Ed. P.

Gedrusi. Qui et Gedrosi, Γεδρωσοί, de quibus paulo superius actum est. Inter Carmaniam, ab occasu: et Indi fauces, ab ortu: a meridie, mari ipso Indico clauduntur. H.

Peucolais, Lymphorta. Reg. 1, 2, Colb. 1, 2, Paris. Chiffl. *Peucolis, Lyphorta.* Fuere haec Gedrusorum oppida. Longo hinc intervallo disiuncti Peucolaitae, de quibus egimus cap. 23. H.

Methoricorum desertum. In codicibus modo laudatis, *Methoricum deserta*, legitur; in Chiffl. *Metorgum, le désert de Lut*, in Gedrosia.

Augutturi gens. Reg. 1, 2, Colb. 1, 2, *Aguthri.* Chiffl. *Accuri.* H.

Flumen Borru. Reg. 1, 2, *Flumen Horum.* Chiffl. *Eorum.* H.

Vrbi. Chiffl. *Orbi.* Ed. P.

Pomanus. Dalec. *Ponamus.* Ed. P.

Pandarum finibus. Vet. ap. Dalec. *Pandorum finibus.* Ed. P. — Igitur gens Pandae, de qua dictum est cap. 23, etiam citra Indi ostia aliquanto terrarum tractu protulit imperii fines. Haro.

Cabirus Suarorum. Rectius ita codices modo appellati, quam libri impressi, *Caberon Sorarum*: sequitur enim, *ostio portuosus*, non portuosum. H.

Flumen Cophes. Longe hic amnis diversus a Cophene sive Copbete, de quo cap. 23, qui Ptolemaeo Suastus nominatur, in Indumque influit. Hic per se in mare devolvitur, tres alios navigabiles secum afferens, Seddarum, Parospum, Sodinum: sic enim ea nomina in codd. citatis proxime leguntur. Atque ex ipso situ terrarum, quae describuntur a Plinio (nam in Gedrosiae ora maritima explananda habitat), perspicua res est, amnem eum esse qui Ptolemaeo lib. VI, cap. 21, Ἀράβιος ποταμὸς dicitur. Plinio ipsi lib. IX, cap. 2, Arbis est: *Gedrosos*, inquit, *qui Arbin amnem accolunt.* Et lib. VII, cap. 2: *Oritas ab Indis Arbis fluvius disterminat.* H.

fluunt in eum navigabilia Sadarus, Parospus, Sodinus.

4 Arianae partem esse Daritin aliqui volunt, mensuramque produnt utriusque longitudine XIX L. latitudine dimidio minore, quam Indiae. Alii Gedrusos, et Pasires posuere per CLXXXIII mill. passuum. Mox Ichthyophagos Oritas, propria non Indorum lingua loquentes, per CC mill. passuum. Inde posuere Arbiorum gentem per CC mill. Ichthyophagos omnes

Sadarus, *Parospus*, *Sodinus*. Chifflet. *Saddaros*, *Parospus*, *Sodanus*. Ed. P.

Daritin. Quae Ptomelaeo Δαριτῆς χώρα lib. VI, c. 2, in Mediae parte orientali, quae Carmaniae confinis est. H.

XIX L. Hoc est, decies et novies centena, et quinquagena millia passuum. Stadia numerat fere bis mille Strabo lib. XI, pag. 516, hoc est, vicies et quinquies centena millia pass. Libri editi hactenus *XIX L. millia pass.* sed has voces, *mill. pass.* nulli fere usquam MSS. habent. H.

Quam Indiae. Cuius de latitudine diximus cap. 21.

Et Pasires posuere. Libri hactenus editi: *Alii Gedrusos et Syros posuere* Reg. 1, Colb. 1, 2, *Et Syros posuere*. Salmasius in Solin. pag. 1176, *Oros* reponit, plane contra scriptoris mentem. Nam quum iidem Ori et Oritae sint, ultro id ipso fatente Salmasio: Oritae autem hos sequantur, quorum nunc nomen quaeritur, Oros eos esse, probari nulla ratione potest. *Pasires* vero pro *Syros* rescribi potius oportere censuimus, secuti Arrianum, qui in Indicis, pag. 558 et 559, hanc ipsam oram describens, atque ab occasu solis exursus, contrario quam Plinius ordine, primum Arabiorum gentem, mox Oritas, tum Gedrosos, in mediterraneo locat: infra hos deinde in ora Ichthyophagos, hisque vicinos Παστρέας. Quin Plinius ipse cap. seq. Pasiras Ichthyophagis finitimos facit. H.

CLXXXIII. MS. Reg. 2, et Chifflet. *CXXXVIII*. MS Reg. 1, ed. prine. et Elz. *CXXXIV*. Ed. P.

Ichthyophagos Oritas. Infra Gedrosos maritima hi loca obtinebant, teste Arriano in Indicis, pag. 559. Ὠρῖται ἔθνος Ἰνδικὸν αὐτόνομον, liberae conditionis gens Indica, Stephano. Ab Oreu Euboeae oppido Ὠρεῖται. Hi Ὠρῖται ab Ὠροις oppido, de quo Arrianus lib. IV de Exped. Alex. pag. 304. Hos ab Indis differre lingua et institutis scribit etiam Arrianus pag. 558. H.

Loquentes, *per CC mill.* etc. Chiffl. *loquentes. Ichthyophagos omnes Alexander vetuit piscibus vivere. Deinde posuere Arabiorum gentem per CC pass. ultra deserta, dein Carmania*, etc. Ed. P.

Arbiorum gentem. Αρβιας vocat Strabo lib. XV, pag. 720. Αραβίτας Stephanus. Ab Arabi aive Arbi amne, terras illas praefluente, nomen invenerunt. De eo dicemus cap. 28. H.

Per CC mill. pass. Brevius iis spatium Strabo assignat, nempe sta-

Alexander vetuit piscibus vivere. Vltra, deserta: deinde Carmania, ac Persis, atque Arabia.

XXVI. Sed priusquam haec generatim persequamur, indicare convenit, quae prodit Onesicritus, classe Alexandri circumvectus in mediterranea Persidis ex India, narrata proxime a Iuba: dein eam navigationem, quae his annis comperta servatur hodie. Onesicriti et Nearchi navigatio nec nomina habet mansionum, nec spatia: primumque Xylenepolis ab Alexandro condita, unde ceperunt exordium, iuxta quod flumen, aut ubi fuerit, non satis explanatur. Haec tamen digna memoratu produntur. Arbis oppidum a Nearcho conditum in navigatione ea. Flumen Nabrum navium capax: contra insulam distans LXX stad. Alexandria condita a Leonnato iussu Alexandri

diorum mille dumtaxat: quae passuum efficiunt millia CXXV. H.

Ichthyophagos omnes. Non Oritas modo, sed qui totam oram occupabant, tam longo tractu, quemadmodum dicetur cap. seq. ut XXX dierum spatio praeternavigarentur. Habet haec quoque Solinus cap. LIV, pag. 85, et Capella, de India, lib. VI, p. 225. De piscium esu apud Ichthyophagos dicemus libro sequente, cap. 2. Plura videre est apud Arrianum in Indicis, pag. 565 et 566. H.

Vltra, deserta. Solin. l. c. H.

XXVI. *Ex India.* Vet. ap. Dalec. *et Idinae.* Ed. P.

Nearchi. Confer Arriani librum rerum Indicarum, circa medium, et hominis mirare in mendaciis confingendis audaciam. H. — De ea navigatione vid. Cl. d'Anville, *Mémoires de l'Académie royale des Inscriptions*, t. XXX, pag. 432, et in primis Nearchi navigatio doctoris William, opus ex Anglorum in Gallorum linguam ab erudito viro Billecoq translatum. Ed. P.

Arbis oppidum. Hoc loco neque MSS. cod. neque impressi, integri omnino illibatique sunt. Impressi quidem sic habent: *Haec tamen digna memoratu produntur ab eis: oppidum a Nearcho conditum in navigatione ea.* MS. Chiffl. *Abies oppidum* Reg. 4, *Abbis oppidum.* Nos verum oppidi nomen ex his veteris scripturae vestigiis expressimus, *Arbius oppidum.* Ἀρβίς πόλις est Ptolemaeo lib. XI, cap. 21, in Gedrosia maritima. H.

Flumen Nabrum. Vltra Gedrosiae fines, prope Indi ostia. H.

Contra insulam. Dalec. et Elz. *contra insula.* Ed. P.

A Leonnato. Dalec. *a Leonato.* Graecis Λεοννάτος dicitur. De eo rursum lib. XXXV, cap. 47. Curtius lib. IX, cap. 32, pag. 383: *Indos maritimos Ptolemaeus*, inquit, *cae-*

in finibus gentis, Argenus portu salubri. Flumen Tu-
3 berum navigabile, circa quod Pasirae. Deinde Ichthyophagi tam longo tractu, ut xx dierum spatio praenavigaverint. Insula, quae Solis appellatur, et eadem cubile Nympharum, rubens, in qua nullum non animal absumitur, incertis causis. Ori gens: flumen Car-

teros ipse rex (*Alexander*) *et alia parte Leonnatus urebant. In hac quoque regione urbem condidit, deductique sunt in eam Araelusii.* Cave tamen credas hanc esse, quae Stephano, Αλεξάνδρεια παρὰ τοῖς Αραχώτοις dicitur: quaenam ea sit docuimus superiore capite: docet et Ammianus lib. XXIII, pag. 259. H.

Argenus portu salubri. Chiffl. *Argenus portus salubris.* Eo. P. — Voce hac *Argenus*, non gentis, sed portus nomen continetur, ubi condita Alexandria, quod tutus ibi foret navium receptus. Gentis, cuius in finibus is fuit, Indorum maritimorum nomen, ut ex Curtio disimus. Portus ipsius, aut certe loci masime finitimi, Βαγίσαρα, teste Arriano in Indicis pag. 559, a pago Parsiris appellato, de quo mox, stadiis LX. Καταίρουσιν ἐς Βαγίσαρα· λιμὴν τέ ἐστιν αὐτόθι εὔορμος, καὶ κώμη Πασιρά, ἀπέχουσα ἀπὸ θαλάσσης ἑξήκοντα σταδίους. Ariolantur, qui *in finibus gentis Arianae* legunt, invitis codd. Hard.

Flumen Tuberum. In Reg. 1, Colb. 1 et 2, *Tormenum.* In Reg. 2, et Chiffl. *Tomberon.* Illud ipsum flumen est, quod cap. sup. Tongeron Plinius. Mela Tuberonem vocavit. Τόμηρος Arriano dicitur in Indicis pag. 556, inter Indum et Ambim, seu Arbim amnem. Haan.

Circa quod Pasirae. Πασιρέες, de quibus in fine superioris cap. Pliniani libri hactenus *quod circa Parirae* praetulerunt, mendose. Haan.

Deinde Ichthyophagi. A Tuberone amne, ad fauces usque fere Persici sinus, tota Carmaniae et Oritarum ora comprehensa. Haao.

XX. Chifflet. *XXX.* Eo. P.

Insula, quae Solis. Haec Soli sacra insula, quam proprio nomine Νόσαλα appellatam esse auctor est Arrianus in Indicis pag. 569, contra Ichthyophagorum littus, stadiis centum a continente. Hard. — *Sengadip* hodie dicta videtur. Eo. P.

Cubile Nympharum. Oceanitidum. Nereidum unam hic habitasse scribit Arrianus in Indicis pag. 570, quicumque eo appulissent solitam in mare proiicere. Hard.

Incertis causis. Causam Mela suggerit lib. III, cap. 7, pag. 59: *Contra Indi ostia*, inquit, *illa sunt quae vocant Solis* (alii insula quae vocatur Solis), *adeo inhabitabilia: ut ingressos vis circumfusi aëris exanimet confestim.* Hard.

Ori gens. Invenere hi nomen ab Ορα Carmaniae oppido, cuius Ptolemaeus meminit lib. VI, cap. 8, non ab Ωρα cuius mentio apud Arrianum lib. IV Exped. p. 305, ut putat Salmasius in Solin. pag. 1076. Hi enim circa fontes Indi positi, ingenti plane a Carmania terrarum intercapedine disiuncti Ωροι fuerunt: quos Plinius hoc loco commemorat,

maniae Hytanis portuosum, et auro fertile. Ab eo primum Septemtriones apparuisse adnotavere. Arcturum nec omnibus cerni noctibus, nec totis umquam. Achaemenidas usque illo tenuisse. Aeris et ferri metalla, et arsenici, et minii exerceri. Inde promontorium Carmaniae est, ex quo in adversa ora ad gentem Arabiae Macas traiectus distat L mill. passuum. Insulae tres, quarum Oracla tantum habitatur aquosa, a continenti XXV mill. passuum. Insulae IV iam in sinu ante Persida. Circa has hydri marini vicenum

psius Carmaniae pars haud aspernanda: ab Oritis, quorum superius mentio, et nomine et situ diversa, ut ex Arriano colligitur lib. VII Exped. p. 450, ubi Οροιτς pro Ωροιτς scribendum. Haro.

Hytanis. Martiano lib. VI, cap. de Indix, pag. 225, *Hypanis.* Solino cap. LIV, pag. 85 (nude id acceperit, nescio), *Azarium* vocatur. Forte est Αχιδάνας Ptolemaei in Carmania lib. VI, cap. 16, vel Ανδανις. Meminit huius amnis Strabo lib. XV, p. 726, in Carmaoia, traditque ex Onesicrito, auri eum ramenta ferre. Haro.

Ab eo primum. Solinus, et Capella locis cit. Nebulosi forte vapores septemtrionalis poli aspectum ulterius praeripiunt. Haro.

Arcturum. Stella est primae magnitudinis inter Bootae genua, prope circulum Cancri. Haro.

Achaemenidas. Solinus loc. cit. ab Achaemene, quo gentis suae principe Darius Hystaspae filius gloriabatur, ab illo septimus; et a quo caeteri ad Darium usque Achaemeoidae sunt appellati. Herodot. Polym. lib. VII, num. XI. H.

Aeris et ferri, etc. Strabo l. XV, pag. 726. Haro.

Inde promontorium. Haec iisdem verbis Solinus loc. cit. Αρμόζον, Harmozon, ei promontorio nomen fuisse Strabo ait ex Eratosthene lib. VI, p. 765: Αρμόζοντος τοῦ τῆς Καρμανίας ἀκρωτηρίου, τῆς Αραβίας ἀφορᾶται τὸ ἐν Μάκαις. Ammianus lib. XXIII, pag. 249: *Persici maris ostia adeo esse perhibentur angusta, ut ex Harmozonte Carmaniae promontorio contra oppositum aliud promontorium, quod appellant incolae ἐν Μάκαις, sine impedimento cernatur.* Hodie *cap. Djash.* Haro.

Quarum Oracla. Organa in libris omnibus impressis legitur. In MSS. Reg. 1, 2, Colb. 1, 2, Paris. Chiffl. *Oracla.* Vel. ap. Dal. *Ogyris.* Salmasius pag. 1182, *Oaracta* rescribit ex Arriano in Indicis pag. 179. Verum graeci scriptoris Οάρακτα ab hac quae modo describitur, non voce magis, quam situ differre, esseque Ogyrin, de qua cap. 32, ex iis quae eo loci diximus, perspicuum est. Οργάνα ibidem insula Arriano memoratur quidem, sed ioculta illa atque deserta, neque in hoc, quem Plinius describit, maris Rubri sinu posita. Haro.

Iam in sinu. Vet. ap. Dalec. *intimo sinu.* Ed. P. — In ipso sinu Persico, ultra freti angustias. Haro.

Circa has hydri. Martianus Capella

cubitorum adnatantes terruere classem. Insula Acrotadus: item Gauratae, in quibus Chiani gens. Flumen Hyperis in medio sinu Persico, onerariarum navium capax. Flumen Sitiogagus, quo Pasargadas septimo die navigatur. Flumen navigabile Heratemis: insula sine nomine. Flumen Granis modicarum navium capax, per Susianen fluit: dextra eius accolunt Deximontani, qui bitumen perficiunt. Flumen Zarotis ostio

lib. VI, cap. de India, pag. 225, quatuor has insulas praetermisit, ac circa tres priores marinos reperiri hydros prodidit: quod falsum est. Capellae tamen errorem toto ore bibit Solinus cap. LIV, pag. 85. HARD.

Insula Acrotadus. Ita libri editi. At MSS. Reg. 1, 2, etc. *Athothadrus.* Chiffl. *Athitadrus.* Forte *Caicandrus*, Καϊκανδρος. HARD.

Chiani gens. Chifflet. *Cyani gens.* ED. P.

Flumen Hyperis. Quum sit amnis ille onerariarum navium capax, non potest is esse qui Αρεὼν ab Arriano vocatur in Indicis pag. 583, ut Salmasius existimat pag. 1181 in Solin. quum is dicatur minime portuosus, aditu fauciumque angusto maxime, et vadoso. HARD.

Flumen Sitiogagus. In MSS. *Sitiogadus*, Reg. 1, 2, Colb. 1, 2, Paris. Chiffl. *Sitiogaius.* Σιτακός est Arriano in Indicis pag. 583. HARD.

Pasargadas. Stephanus, Πασσαργάδαι πόλις. Eam vocem ipse interpretatur, Περσῶν στρατόπεδον, *Persarum castra*, Persagadum Curtius vocat lib. V. De ea rursum inferius, cap. 29. Hodie *Pasa*; sive *Fasa-kuwi*. HARD. et ED. P.

Heratemis. Sic emendavimus, quum libri omnes, editi exhibereut *Phratimus.* MSS *Phrystimus.* At certior auctor Arrianus in Indicis, p. 583, stadiis DCCC a Sitaci ostiis amnem memorat, cui nomen Ηράτεμις. Phrstimum igitur ex amnium numero expungat Ortelius. HARD.

Flumen Granis. Dal. *Flumen Granius.* ED. P. — Γρανίδα quoque appellat Arrianus in Indicis p. 584. H.

Dextra eius. Quae ortui et austro propiora. HARD.

Deximontani. Ita libri omnes. Salmasius tamen infectam menda hanc vocem putat pag 1181 in Solin. legitque, *Vxii montani.* Placet coniecturae eius momentum addere ex Arriano in Indicis, Υξιοι, Οὐξίους, gentem liberam in Susiis agnoscente ad Αρσιν amnem, quem Orostim esse diximus. Strabonem quoque iuvat adiungere lib. XV, pag. 729, qui Vxios Oroatidi confines esse prodidit, qui amnis Susianam a Perside disterminat. At non idem me sibi suffragatorem habebit, quum flumen Zarotin, de quo mox Plinius (sic enim legendum ex MSS. codd. Salmasius ipse agnovit, non *Oroatis*) idem esse existimavit cum Arosi Arriani, et Oroati, de quo Plinius cap. 28. Zarotis enim novissimus est amnium eorum qui in Persicum sinum delabuntur, in finibus Susianae, Euphratis ostio proximus: Oroatis ibi in eundem sinum influit, unde Susiana

difficili, nisi peritis : insulae duae parvae : inde vadosa navigatio palustri similis, per euripos tamen quosdam peragitur. Ostium Euphratis. Lacus, quem faciunt Eulaeus et Tigris iuxta Characem. Inde Tigri Susa. Festos dies ibi agentem Alexandrum invenerunt septimo mense, postquam digressus ab iis fuerat Patalis, tertio navigationis. Sic Alexandri classis navigavit. Postea a Syagro Arabiae promontorio Patalen Favonio, quem Hippalum ibi vocant, peti certissimum videbatur XIII XXXII mill. pass. aestimatione.

Secuta aetas propiorem cursum tutioremque indicavit, si ab eodem promontorio Zigerum portum Indiae peteret. Diuque ita navigatum est, donec compendia invenit mercator, lucroque India admota est. Quippe omnibus annis navigatur, sagittariorum cohortibus impositis : etenim piratae maxime infestant. Nec pigebit totum cursum ab Aegypto exponere, nunc 6

incipit, a Perside eo amne discreta. Hard.

Inde vadosa. Arrianus in Indicis pag. 585. Haad.

Eulaeus. De Eulaeo amne, et Charace oppido dicetur opportunius c. 31. De lacu quem Tigris et Eulaeus, et Choaspes efficiunt, vide Strabonem lib. XV, pag. 228. Hard.

Characem. Vet. ap. Dalec. *Cariacen.* Ed. P.

Inde Tigri Susa. Τὰ Σοῦσα, Persarum regia. Ab ostio Tigris ad oppidum Susa navigatio fuit, adverso amne stadiis centum et quinquaginta: deinde rate, per fossam e Tigri in Eulaeum amnem ducta, ut docet Arrianus, Expedit. Alex. lib. VII, pag. 453. Strabo loc. cit. pag. 729. H.

Festos dies. Et suas, et amicorum nuptias. Arrianus loc. cit. pag. 447. Haad.

Patalis. Ab insula Patale, de qua diximus sup. cap. 23. Hard.

A Syagro. De quo diximus c. 32. Haad.

Hippalum. Chifflet. *Hypilum.* Dal. *Hypalum.* Ed. P. Ab Hippalo quodam classis gubernatore, qui primus ex Arabia in Indiam plenis velis ingressus. Tamen auctor Peripli maris Erythraei, non Favonium, sed Libonotum sic appellatum scribit. Haad.

XIII. XXXII. Hoc est, decies et ter centenum, ac tricenum trium milliarium. Haad. — Chifl. *XIV XXXV.* Ed. P.

Indicavit Dalec. et Elzev. *indicavit.* Ed. P.

Zigerum portum. Ita MSS. omnes. Editi absurde, *Zigerum amnem portum.* Haad.

Infestant. Dalecamp. *infestabant.* Ed. P.

primum certa notitia patescente. Digna res, nullo anno minus HS quingenties imperii nostri exhauriente India, et merces remittente, quae apud nos centuplicato veneant. Duo millia passuum ab Alexandria abest
7 oppidum Iuliopolis. Inde navigant Nilo Coptum CCCIII mill. passuum, qui cursus Etesiis flantibus peragitur XII diebus. A Copto camelis itur, aquationum ratione mansionibus dispositis. Prima appellatur Hydreum, XXXII mill. Secunda in monte, diei itinere. Tertia in altero Hydreumate, a Copto XCV mill. Deinde in monte. Mox ad Hydreum Apollinis, a Copto CLXXXIV mill. passuum. Rursus in monte. Mox ad novum Hydreum
8 a Copto CCXXXIII mill. pass. Est et aliud Hydreum vetus, Troglodyticum nominatur, ubi praesidium excu-

Patescente. Vet. apud Dalec. *patescentem.* En. P.

Digna res. Digna res, quae uberius explanetur, quandoquidem tantum in eo cursu impensae, tantum lucri fiat. Lipsius legit, *indigna.* Non probo, reclamantibus libris. H.

Nullo anno, etc. Chifletian. *Nullo anno minus hic DL imperii nostri exhauriente India* Vet. ap Dalec. *nullo anno minus hic quingentesimis imperii, exhauriente India.* Ipse Dalec. *Nullo anno imperii nostri minus HS quingenties exhauriente India.* En. P.

HS quingenties. Hoc est, sestertium quingenties centena millia. Gallicae monetae francorum sunt 35,000,000. En. P.

Duo millia passuum ab Alexandria abest Iuliopolis Inde, etc. Describit hoc iter et Solinus cap. LIV, p. 85, non adnotatis tamen locorum intervallis. Hard.

Iuliopolis. Ita Reg. 1, 2, Colb. 1, 2, caeterique MSS. omnes, librique impressi ante Hermolaum, qui Heliopolim libentius se agniturum praedicat. At distat Heliopolis Alexandria sexcentis amplius passuum millibus: Iuliopolis duobus. Nam quod in MSS. omnibus legitur *MM. pass.* non mille millia, ut Barbarus putat, sed duo millia his numerorum compendiis exprimuntur. Hard.

CCCIII. Chiffl. cod. dat, *CCCVIII*, En. P.

Hydreum. Ita libri omnes MSS. Editi hic et inferius pluribus locis, *Hydreuma*, minus recte. Est enim ὑδρεῖον locus aquationis: ὕδρευμα ipsa aquatio. Vide Strabonem l. XV, pag 722, πόρρω δὲ τῶν ὑδρείων ἱστρατοπεδεύοντο, etc. Hard.

XXXII. Chiffl. cod. dat, *XXII.* En. P.

Ad novum Hydreum. Ita libri omnes, ut ante monuimus Tamen Antonini Itinerarium, *Caenon Hydreuma*, hoc est, καινὸν ὕδρευμα. Tabula Peuting. *Ceonnidrama*, pro *Caenon Hydreuma.* Hard.

bat diverticulo duum millium. Distat a novo Hydreumate IV mill. passuum. Inde Berenice oppidum, ubi portus Rubri maris, a Copto CCLVIII mill. passuum. Sed quia maior pars itineris conficitur noctibus propter aestus, et stativis dies absumuntur, totum a Copto Berenicen iter duodecimo conficitur die.

Navigare incipiunt aestate media ante Canis ortum, 9
aut ab exortu protinus: veniuntque circiter XXX die Ocelim Arabiae, aut Canen thuriferae regionis. Est et tertius portus, qui vocatur Muza, quem Indica navigatio non petit, nec nisi thuris odorumque Ara-

IV. Chiffl. scripsit *VII*. Ed. P. *CCLVII mill.* Antoninus in Itiner. *item a Copto Berenicen*, M. P. CCLVIII. Hard. — Chiffl. cod. dat. *CCLVII*. Ed. P.

Conficitur. Chiffl. *confit*. Ed. P.

Conficitur die. Dalec. *die peragitur*. Ed. P.

Navigare incipiunt. Solinus c. LIV, pag. 86. Auctor Peripli maris Erythraei: Ἀνάγονται δὲ καὶ αὐτοὶ πλέοντες μετὰ τῶν Ἰνδικῶν περὶ τὸν Ἰούλιον μῆνα, ὃς ἐστιν Ἐπιφί. Iulio circiter mense navigatio inchoatur. H.

Ocelim Arabiae. Ὀκήλις ἐμπόριον Arabiae Felicis, Ptolemaeo lib. VI, cap. 7, in ipso sinu Arabico, paulo supra freti angustias, ut auctor est praeterea Strabo lib. XVI, pag. 769. Gebanitarum portus appellatur ab Ipso Plinio lib. XII, cap. 43. Gebanitas porro iuxta fauces Arabici sinus olim sedisse dicemus inferius c. 32. Castellum est hodie *Ghela*: uti ex situ perspicuum est, quem Ocelî tribuit auctor Peripli maris Erythraei, et Ptolemaeus, loco citato. Acilae Strabo, loco citato. Hard. et Ed. P.

Aut Canen. Dalec. *aut Canan*. Ed. P. — Κάνη eidem Ptolemaeo, ἐμπόριον καὶ ἀκρωτήριον in Adramitis. In thurifera regione ab auctore Peripli maris Erythraei, pariter collocatur. ἐμπόριόν ἐστι παραθαλάσσιον Κανή... χώρας λιβανοτρόφου. Est autem Sabaeorum, quorum pars Atramitae regio thurifera, ut dicetur c. 32, Arabico simul praetanta. H.

Muza. Dalec. *Moza*. Ed. P. — In extremo sinu Arabico, a Berenice versus austrum stadiis XII millibus, ἐν κόλπῳ τῷ τελευταιοτάτῳ... ἐμπόριόν ἐστι νόμιμον παραθαλάσσιον Μούζα. Inquit auctor Peripli maris Erythraei, σταδίους ἀπέχον τοὺς πάντας ἀπὸ Βερενίκης, παρ' αὐτὸν τὸν Νότον, πλεόντων, ὡς εἰς μυρίους δισχιλίους. Sunt ea passuum millia quindecies centena. Hodieque *Mosch*, ut ex situ colligimus, quem ei Ptolemaeus assignat lib. VI, cap. 7, et Peripli auctor. Legitur Gen. X, 29, 30: *Omnes isti, filii Iectan. Et facta est habitatio eorum de Messa, pergentibus usque Sephar montem orientalem Isti filii Sem*, etc. In hunc locum error Bocharti tergeminus est. Primum quidem, quod ex משא *Messa*, facit

bicorum mercatores. Intus oppidum, regia eius appellatur Saphar, aliudque Save. Indos autem petentibus utilissimum est ab Oceli egredi. Inde vento Hippalo navigant diebus quadraginta ad primum emporium Indiae Muzirim, non expetendum propter vicinos Piratas, qui obtinent locum nomine Nitrias: neque est abundans mercibus. Praeterea longe a terra abest navium statio, lintribusque afferuntur onera, et regeruntur. Regnabat ibi, quum proderem haec, Celebothras. Alius utilior portus gentis Necanidon, qui

Muza: periode quasi ש mutari possit in *Z* latioum. Deinde quod Muzam putat ibi designari, de quo Plinius hoc loco agit; quum sit hic portus Arabiae Felicis, haud procul ipsis sinos Arabiei faucibus. Denique quod *Sephar* putat esse *Saphar*, de quo Plinius etiam isthic sermonem habet; quum *Saphar* hic mons non sit, sed nomen regiae in oppido. Est *Messa* a משׁ *Mes* filio Arami, filii Sem: a quo Aramaei, qui et Syri. Itaque *Messa* in Syria est, ut arbitramur, circa fontem Iordanis, ad orientem. Hard. et Eo. P.

Intus oppidum. Vet. ap. Dalecamp. *intus oppido regia eius unum appel[illegible]tur*, etc. Dalec. *intus oppida: regia eius*, etc. Supra Muzam in mediterraneo, duodecim fere dierum intervallo, oppidum est, eius terrae regia, *Saphar*: aliudque trium dierum dumtaxat spatio a Muza disiunctum, *Save*. Auctor Peripli mox laudatus: Ὑπέρκειται δὲ αὐτῆς (Μούζα) ἀπὸ τριῶν ἡμερῶν πόλις Σαυή, τῆς περὶ αὐτὴν Μαφαρτίδος λεγομένης χώρας... καὶ μετ' ἄλλας ἑννέα ἡμέρας, Αφὰρ (lego Σαφὰρ, repetito σ ex vocula praecedente) μητρόπολις. Ptolemaen lib. VI, cap. 7, Σαφὰρ. Hodie in tabulis parum immutato nomine, *Daphar*. Hard. et En. P.

Save. Dalec. *Sabe*. En. P.

Muzirim. Vet. apud Dalec. *Muzirum*. Μούζιρις auctori Peripli maris Erythraei. Ptolemaeo lib. VII, cap. 1, Μουζίρις pro Μούζιρις. Hodie *Mangalore*, auctore Barbié du Bocage. Hard. et Eo. P.

Piratas. Proprium id gentis nomen est proxime laudatis auctoribus. Πειρατοὶ, quorum videtur haud procul Goana Indiae meridionalis ora sedes fuisse, qui quidem locus etiam nunc dicitur *côtes des Pirates*. H. et Eo. P.

Nomine Nitrias. Νιτρίαι ἐμπόριον, Ptolemaeo loco citato. Libri haetenus editi, *nomine Hydras*. Reg. 1, 2, Colb. 1, 2, Paris. Chiffl. *Mydrias*, vel *Mitrias*. Nos *Nitrias*, ex Ptolemaeo lib. VII, cap. 1, Νιτρίαι ἐμπόριον in Piratarum regione collocante, quorum urbes alias, oppidaqua commemorat. Hard.

Afferuntur onera, et regeruntur. Chiffl. *adferuntur onera et egeruntur*. Dalec. *efferuntur onera, quae geruntur*. Eo. P.

Celebothras. Κηπροβότης est auctori Peripli maris Erythraei: quem ex

vocatur Barace. Ibi regnat Pandion, longe ab emporio mediterraneo distante oppido, quod vocatur Modusa. Regio autem ex qua piper monoxylis lintribus Baracen convehunt, vocatur Cottonara: quae omnia gentium, portuumve, aut oppidorum nomina apud neminem priorum reperiuntur. Quo apparet mutari 11
locorum status. Ex India renavigant mense Aegyptio Tybi incipiente, nostro decembri: aut utique Mechiris

his regum nominibus, quae apud utrumque sunt paria, Plinio supparem fuisse, colligunt eruditi: nec Arrianum esse, ut vulgo creditur, qui temporibus Antonini vixit, Suida teste. Haro.

Necanidon. MSS. omnes, Reg. 1, 2, Colb. 1, 2, Paris. etc. *Neacridon.* Sed libentius legerem *Nelcyndon* A Nelcyndis enim, quod oppidi nomen est quingentis a Muziri stadiis, in gentem quoque indigenam, quae Pandioni parebat, derivari appellatio potuit. Ab eo autem oppido, quod a mari distat stadiis centum ea xx naves in portum *Bacare*, vel *Barace* potius, non ut scribit Dalec. *Becare*, deferri solebant, ut ibi onera acciperent. Haec ex auctore Peripli maris Erythraei, Ἡ δὲ Νελκύνδα... Βασιλείας ἐστὶν ἑτέρας, τῆς Πανδίονος· κεῖται δὲ καὶ αὐτὴ παρὰ ποταμόν, ὡσεὶ ἀπὸ σταδίων ἑκατὸν εἴκοσι τῆς θαλάσσης· ἑτέρα δὲ κατ' αὐτὸ τὸ στόμα τοῦ ποταμοῦ, πρόκειται κώμη Βαρακή, εἰς ἣν ἀπὸ Νελκύνδων ἐπὶ τῆς ἀναγωγῆς προκαταβαίνουσι τὰ πλοῖα, etc. Ex quo Ptolemaeus emendandus lib. VII, c. 1, apud quem Μελήνδα pro Νελκύνδα legitur. Sed idem portus nomen corroptum effert, Βακάρη. Quum enim et syllabis permutatis Peripli auctor Βαράκη diserte scribat, et ipse Ptolemaeus ad Baris, Βάρις, amnis ostia situm esse affirmet, ab amne vico nomen inditum videtur, Βαράκη. Haro.

Modusa. Μόδουρα Βασίλειον Πανδίονος, in oppidis τῶν Πανδιόνων mediterraneis, apud Ptolem. l. VII, cap. 1. Hodie *Madurè*, auctore d'Anville. Haro. et Eo. P.

Monoxylis Μονόξυλα πλοῖα μέγιστα auctori Peripli maris Erythraei, alvei nimirum, seu navigia unico e ligno integro fabricata. Addit idem navigia eiusceminodi Σάγγαρα indigenis appellata esse. Haro.

Cottonara. Ita MSS. omnes. Prius *Cottona* legebatur. Auctor Peripli iam toties laudatus: Φέρεται δὲ πέπερι, μονογενῶς ἐν ἑνὶ τόπῳ, τούτῳ τῷ ἐμπορίῳ γεννώμενον πολύ, λεγόμενον Κοτταναρικόν. Solinus cap. xiv, p. 86, non ex Cottonaris Baracen, sed Barace Cottonara convehi, contra Plinii graecique scriptoris mentem, prodidit. Haro. — Regio est, auctore d'Anville, quae etiamnunc *Canara* dicitur. Eo. P.

Reperiuntur. Dalec. *inveniuntur.*

Ex India Solinus cap. liv, p. 86. Haro.

Tybi incipiente. MSS. *Thibi.* Tybi, quintus est mensis Aegyptiorum. Incipit die 27 dec. Brot.

Mechiris Aegyptii. Mechir sextus est mensis Aegyptiorum. Incipit die

Aegyptii intra diem sextum, quod fit intra idus ianuarias nostras, ita evenit, ut eodem anno remeent. Navigant autem ex India vento Vulturno: et quum intravere Rubrum mare, Africo vel Austro. Nunc revertemur ad propositum.

XXVII. Carmaniae oram patere duodecies centena L mill. passuum Nearchus scripsit. Ab initio eius ad flumen Sabin centum mill. passuum. Inde vineas coli et arva ad flumen Andanin, XXV mill. spatio. Regio vocatur Armuzia. Oppida Carmaniae, Zethis, et Alexandria.

XXVIII. Irrumpit deinde et in hac parte geminum

26 ianuarii. Dies sextus Mechirii Aegyptii est dies 31 ianuarii. Addit vero Plinius, *quod fit intra idus ianuarias*, ut significet naves in India vulgo esse reduces intra idus ianuarias. Quae idus ianuariae, seu dies 13 ianuarii, medium quemdam terminum efficiunt inter initium mensis Tybi et sextum diem Mechiris. Huius loci sensum non satis adsecutus erat erudilus Harduinus. Brot.

Navigant autem. Solinus, c. LIV, pag. 86. Vulturnus parro ab oriente brumali spirat: a meridie auster. Africus ab occasu brumali, ut dictum est lib. II, cap. 46. Haro.

XXVII. *Duodecies centena*: etc. Chifll. *duodecies L centena*, etc. En. P.— Longe brevior navigatio praeter oram Carmaniae, Arriano in Indicis, p. 580; nempe stadiorum quater mille et septingentorum. Μῆκος τοῦ πλόου παρὰ τὴν Καρμανίην χώρην, στάδιοι τρισχίλιοι καὶ ἑπτακόσιοι· quae passuum efficiunt CCCCLXIII millia. Et certe tantae longitudinis, quanta est duodecies centenum mill. sponsorem se fieri Plinius negat velle, quum eam auctori suo reddat Nearchn. Carmania hodieque vetustum nomen retinet *Kerman*. Haro.

Ab initio eius. A faucibus Persici sinus. Hard.

Flumen Sabin. Mela lib. III, cap. 8, p. 60, *Sabis per Carmanos* fluit. Σάβις Ptolemaeo oppidum Carmaniae est mediterraneum, lib. VI, cap. 5, ab amne fortassis cognomine. Hard.

Andanin. Chifflet cod. *Anamin.* Eo. P.— Ἀνδανὶς Ptolemaeo loco citato Arriano in Indicis, p. 573, Ἀναμὶς, a promontorio Carmaniae versus septemtrionem, stadiis ΠΟΟ, quae passuum millia centum efficiunt: regione tota eo spatio rerum omnium terrae, cui nomen Harmozia: ὁ δὲ χῶρος Ἁρμόζεια ἐκαλεῖτο. Haesit id nomen ad nostrum aevum insulae *Ormus*. Influit amnis in Persicum sinum. Haro.

Zethis et Alexandria. Zethis alibi nulla mentio: Alexandriae, apud Ptolemaeum loco citato et Ammianum, lib. XIII, p. 255. Haro.

XXVIII. *In hac parte geminum.* Geminum dicit, quoniam bis irrupit, ut ait Mela, hoc est, in duos dividitur sinus, quorum sua quisque

mare in terras, quod Rubrum dixere nostri, Graeci Erythraeum a rege Erythra, aut (ut alii) solis repercussu talem reddi colorem existimantes: alii ab arena terraque, alii tali aquae ipsius natura. (XXIV.) Sed in duos dividitur sinus. Is qui ab oriente est, Persicus appellatur, XXV M. passuum circuitu, ut Eratosthenes tradit. Ex adverso est Arabia, cuius XII mill. passuum

propria appellatione distinguitur. H.

In terras. Elz. *terras.* Ea. P.

Quod Rubrum. Haec ex Herod. Enterpe lib. II, num. 11, pag. 93; sic et Mela lib. III, cap. 8. Vossii coniecturae subscriberem de appellatione maris Rubri, ab Edom, sive Idumaeo esse derivatam, quoniam Hebraeis אדם *rubuit* sonat: si Arabico sinui primum, a quo Idumaea haud procul abest, non ipsi Oceano meridiano id nomen esse inditum, scriptores vetustos evolventi constaret. Arabicum tamen sinum Rubri maris nomine et appellatione donant interdum, ut Plinius lib. V, cap. 12. Persicum Arrianus in Indicis, pag. 548, et Seneca in Troade, act. I. Hard.

A rege Erythra. Curtius lib. VIII, aliique post Agatharchidem, in libro singulari quem de Rubro mari edidit, cuius fragmentum Photius refert in Bibl. cod. 250, pag. 1321. Hard.

Aut, ut alii. Refert Agatharchides loco citato censuisse quosdam, solem exorientem in eo tractu, non lucidos in mare radios, uti apud nos fit, demittere: sed cruori assimiles: quod cruentam maris speciem intuentibus exhiberet: ἀκτῖσι παραμοίαις αἵματι· ἐξ ὧν τοῖς ὁρῶσιν ὕφαιμον, etc. Hanc illorum sententiam respicit Plinius, Agatharchides improbat. Hard.

Alii ab arena. Ab ingentibus arenae et glebae tumulis, longo per mram spatio ortum versus diffusis, insigniter rufis: Θίνες ἄμμου γεώδεις ὑπέρυθροι, etc. Agatharchides loc. cit. cui neque haec Rubri maris nomenclaturae ratio haud satis esse idonea videtur. Hard.

Alii tali aquae. A colore aquae falso repeti hoc appellationem iamdudum Agatharchides docuit loc. c. experientia ipsa confirmavit. Vide quae dicturi sumus iterum in eam rem, cap. 35. Hard.

Sed in duos. Mela lib. III, cap. 8, pag. 60. A Plinio Solinus cap. LIV, p. 86, et Martianus lib. VI, cap. de India, pag. 225. Persico nomen hodie, *le golfe Persique*: Arabico, *la mer Rouge, ou la mer de la Mecque.* Hard.

Ab oriente. Chifflietian. *ex oriente.* Eo. P.

XXV mill. pass. Hoc est, vicies et quinquies centena millia. Corrupti apud Solinum Martianumque numeri. Strabo lib. XVI, pag. 765, ex ipso Eratosthene, quem sequi se Plinius prae se fert, et Agatharchemerus, Geogr. lib. I, c. 3, viginti millibus stadiorum Persici sinus ambitum circumscribunt, quae summa exacte cum Pliniana congruit. Hard.

XII mill. Hoc est duodecies centena millia pass. Addit Strabo lib.

est longitudo. Rursus altero ambitur sinu, Arabico nominato. Oceanum qui influit, Azanium appellant.
2 Persicum introitum v mill. passuum latitudinis, alii quatuor fecerunt. Ab eo ad intimum sinum recto cursu $\overline{\text{XI}}$ XXV mill. propemodum constat esse, et situm eius humani capitis effigie. Onesicritus et Nearchus ab Indo amne in sinum Persicum, atque illinc Babylonem Euphratis paludibus, scripserunt $\overline{\text{XXV}}$ mill. pass. esse.
3 In Carmaniae angulo sunt Chelonophagi, testudinum superficie casas tegentes, carne vescentes. A flumine Arbi promontorium ipsum inabitant, praeter

II, pag. 400, quinquaginta passuum millia. H.

Oceanum qui influit. Etiam citra ipsius sinus angustias, in ipso sinu. Ab Azania, quae vicina est Aethiopiae regio Ptolemaeo lib. IV, cap. 8, nomen habet. De eo rursum cap. 34. Haro.

Alii quatuor. Ab uno littore ad alterum littus facilem esse prospectum Strabo ait lib. XVI, p. 765. H.

$\overline{\text{XI}}$ *XXV.* Vndecies centena, et xxv mill. pass. H.

Et situm eius. Mela lib III, cap. 8, pag. 60: *Persicus sinus qua mare accipit, utrinque rectis lateribus grande ostium quasi cervice complectitur: deinde terris in omnem partem vaste et aequa portione cedentibus, magno littorum orbe pelagus incingens, reddit formam capitis humani.* H.

Babylonem Euphratis. Dalec. dat *Babylonem ab Euphratis.* Eo. P.

$\overline{\text{XXV}}$. *mill pass.* Vicies et quinquies centena millia passuum. Sane facile est rationes ducere: nam Carmaniae ora, Nearcho ipso auctore, patet $\overline{\text{XII}}$ *L.* Persicus sinus recto cursu, $\overline{\text{XI}}$ *XX.* Efficiunt hae summae millia iam ter et vicies centena LXXXV. Reliqua centum et xv millia, tum ab ultima Carmaniae ora ad Indum amnem, tum ab Euphratis ostio usque Babylonem recte insumentur. Frustra igitur Chiffl. cod. legit $\overline{\text{XV}}$ pro $\overline{\text{XXV}}$. H. — Broterius autem ex MSS. Reg. 1, et 2, et edit. principe, $\overline{\text{XVII}}$ *mill. pass.* legit; quae quidem mensura, licet eam accuratissimam dicat, angustior sane est. Eo. P.

In Carmaniae angulo. Iuxta sinum Persicum. Mela loco citato et Ptolemaeus lib. VI, c. 8. Refert haec quoque Solinus cap. LIV, p. 86. H.

Chelonophagi. Χελωνοφάγοι testudinum carne vescentes. Χελώνη, *testudo.* Alii praeter istos Chelonophagi sunt in Arabia, de quibus Strabo l. XVI, p. 773, et Agatharchides apud Phot. cod. 250, pag. 1349. H.

A flumine Arbi Chiffl. *a flumine Arabi.* Diversus hic Arbis fluvius est ab Arabio Ptolemaei, quem et Cephelem et Arabim quoque appellari superius diximus, cap. 25. Is enim Gedrosos alluit et in Oceanum Indicum ibi delabitur: hic iuxta ipsum

capita toto corpore hirti, coriisque piscium vestiti. (XXV.) Ab horum tractu Indiam versus Caicandrus deserta insula in Oceano, L mill. passuum traditur: iuxtaque eam freto interfluente Stoidis, quaestuosa margaritis. A promontorio Carmanis iunguntur Armozei. Quidam interponunt Arbios, CCCCII millia passuum toto littore. Ibi portus Macedonum, et arae Alexandri in promontorio. Amnes: Saganos: dein Daras, et Salsos. Ab eo promontorium Themisteas, insula Aphrodisias habitatur. Inde Persidis initium ad flumen Oroa-

Carmaniae promontorium effluit. H.

Promontorium ipsum. Carmaniae illud promontorium, de quo cap. 26. In ipso sinu Persico habitare istos, auctor est Mela loco cit. Salmasius in Solin. pag. 1189 et 1190, ut Plinio varios affingat errores, totum hunc locum, invitis MSS. omnibus, pro arbitrio immutat. H.

Caicandrus. Hactenus perperam *Cascandrus.* Vet. apud Dalec. *Socaicandros.* Arrianus in Indicis pag. 581: Πρὸ νήσου σμικρῆς καὶ ἐρήμης. Ὄνομα τῇ νήσῳ Καΐκανδρος. Haro. et Eo. P.

Stoidis. Consentiunt libri editi cum MSS. Reg. 1, 2, Colb. 1, 2, Paris. etc. Plinium scripsisse Tyndin, nec proinde graecum scriptorem intellexisse, unde haec hauserit, ex auctore Peripli maris Erythraei, contendit Salmasius in Solin. pag. 1191, quum Tyndis Indicum emporium sit, insulam Plinius appellarit. At ego de Tyndi vel somniasse Plinium pernego: quod nomen insulae, caeteris scriptoribus incompertum, prodiderit, laudo. Salmasii, qui ut calumniam texat, verba sententiasque corrumpit, fidem requiro. Meminit huius insulae Arrianus, loc. cit. sed nomen reticet. Haro.

A promontorio. Post promontorium, inquit, Armuzia regio est, quae Carmaniae a tergo connectitur. Quidam tamen Arbios, ab Arbi flumine, de quo nunc egimus, interseunt, toto littore. H.

CCCCII. MS. Reg. 2 et Chifflet. *CCCCXXI.* MS. Reg. 1, edit. princ. et Elz. *CCCCXII.* Eo. P.

Saganos Σαγανός Ptolemaeo lib. VI, cap. 8. Saganis Ammiano lib. XXIII, pag. 255: in Carmania Δάρας item Ptolemaeo: de quo amne dubitandi tamen locus est aliquis, num ab interpolatoribus Plinianis temere nobis obtrusus sit pro *Cathrapis,* aliove simili: habent enim MSS. codd. Reg. 1, 2, Colb. 1, 2, Paris. Chifflet. etc. *Deinde Ratinus, et Salsum.* H.

Ab eo. Versus septemtrionem, in ipsa Persici sinus ora fere media. H.

Themisteas. Haec, ut arbitror, Ταρσίη ἄκρη apud Arrianum in Indicis pag. 580. Haan.

Aphrodisias. Quia Ἀφροδίτη, hoc est, Veneri sacra. Indigenis Κατάν vocabatur, Arriano teste loco citato. Haro.

Inde Persidis. Arrianus, ibid. Amnis hic Ammiano Oroates lib. XXIII. pag. 252; Arriano, pag. 585, Ὀροστ;

tin, quo dividitur ab Elymaide. Contra Persidem insulae, Philos, Casandra, Aracia cum monte praealto Neptuno sacra. Ipsa Persis adversus occasum sita obtinet littora DL mill. passuum: etiam in luxum dives, in Parthorum iam pridem translata nomen. Horum de imperio nunc paucis.

1 XXIX. Regna Parthorum duodeviginti sunt omnia: ita enim dividunt provincias, circa duo (ut diximus) maria, Rubrum a meridie, Hyrcanum a septemtrione. Ex iis undecim, quae superiora dicuntur, incipiunt a confinio Armeniae, Caspiisque littoribus: pertinent ad Scythas, cum quibus ex aequo degunt. Reliqua
2 septem regna inferiora appellantur. Quod ad Parthos attinet, semper fuit Parthia in radicibus montium sae-

dicitur, quem ad amnem usque Persae habitant: μέχρι τοῦδε Πέρσαι οἰκέουσιν, maximus eorum amnium qui in hunc sinum influunt. Nunc *Tab* sive *Endian*. Vltra enim ostia, Susiana est, et quae modo Persidi, modo Susianae adiudicatur, Elymais. Haro. et Ed. P.

Oroatin. Chiffl. *Oratim*. Ed. P.

Contra Persidem. In ipso sinu. Alii *Psilos* pro *Philos* legunt, quasi glabram inculiamque dixeris insulam. In MSS. item *Aracha* pro *Aracia* scribitur: sed perperam, auctore Ptolemaeo lib. VI, cap. 4, apud quem inter insulas Persidi adiacentes, censetur Αλεξάνδρου νῆσος, ἡ καὶ Αραχία. Haan.

Ipsa Persis. Haec Solinus, cap LIV, pag. 86, et Martianus lib. VI, cap. de India, pag. 225. Hard.

Nomen. Chiffletian. cod. dat *numen*. Ed. P.

Nunc paucis. Chifflet. *nunc in paucis*. Ed. P.

XXIX. *Regna Parthorum*. Solinus iisdem verbis cap. LV, pag. 86. Haec porro sunt earum provinciarum nomina, a Plinio recensita, cap. 16: Atropatene; cap. 17: Media, Parthia; cap. 18: Apavortene, Hyrcania, Margiane, Bactriana, Sogdiana; cap. 25: Capissene, Arachosia, Gedrosia, Paropamisadae, Ariana, Drangiana; c. 27: Carmania; cap. 28: Persis, cum Paraetacenis; cap. 31: Susiane, Elymais, cuius pars Characene. Dissidere nonnihil a Plinio in his enumerandis videtur Isidorus in Σταθμοῖς pag. 181. Haan.

Vt diximus. Cap. 16.

Ex aequo degunt. Solinus cap. LV, pag. 86: *Quibuscum concorditer degunt*. Hard.

Parthia. Vel ut quidam codices habent, *Parthyaea*. Graecis enim Παρθία et Παρθυαία dicitur, una ex duodeviginti provinciis superius memoratis, quibus Parthorum constitit imperium. Parthiae nunc nomen est *Comis*. Ed. P.

pius dictorum, qui omnes eas gentes praetexunt. Habet ab ortu Arios, a meridie Carmaniam et Arianos, ab occasu Pratitas Medos, a septemtrione Hyrcanos, undique desertis cincta. Vlteriores Parthi Nomades appellantur: citra, deserta: ab occasu urbes eorum, quas diximus, Issatis et Calliope: ab oriente aestivo, Europum: ab hiberno, Mania: in medio Hecatompylos, Arsacae regia: Nisaea Parthyenes nobilis, ubi Alexandropolis a conditore.

Saepius dictorum. Caucasiorum. Supra cap. 16: *Persarum regna, quae nunc Parthorum intelligimus, Caucasiis iugis attolluntur.* Hasu.

Et Arianos. Ariani praeter Arios complectebantur Drangas, Evergetas, Zarangas, Gedrusos, ut dictum est cap. 26. Quid inter Arios interesset, et Arianos, diximus cap. 23. Haro.

Pratitas Medos. Vetus apud Oslecamp. *Pratitas, Medos.* De his cap. 27. Eo. P.

Vlteriores. Versus solis exortum. Nomades, a permutandis pabulis appellati, ut dictum est lib. V, cap. 2, Haro.

Citra, deserta. Ab occasu, qua parte contingunt Pratitas Medos, qui tenent Caspias portas. Vide libri huius cap. 17. Haro.

Quas diximus. Cap. 17. H.

Europum. Chiffl. *Pyropum.* Eo. P. — Strabo lib. XI, pag. 524, in Media Ράγειαν locat, a Nicatore conditore Εὐρωπὸν, a Parthis Αρσακίαν vocitatam. Hard.

Mania. Ita MSS. omnes. Chiffl. *Maria.* Forte Ζανία, quam Mediae oppidis mediterraneis Ptolemaeus accenset lib. VI, cap. 2, vel Genonia Ammiani lib. XXIII, pag. 254: *Haec,* inquit, *potiora sunt Parthorum oppida: Genonia, Moesia, Charax, Apamia, Artacana, et Hecatompylos.* Haro. et Eo P.

In medio. Chiffl. *in Media.* Eo. P.

Arsacae regia. Libri omnes, tum editi, tum manu exarati, *Arsace, regia Nisaea,* exhibent. *Arsacia, regio Nisaea,* scripsit Hermolaus perperam: quum enim Arsacia ab Europo, ut diximus ex Strabone, diversa non sit: nequidquam ea distinguente Ptolemaeo lib. VI, cap. 2, et qui Ptolemaeum semper sequitur, Ammiano: Arsacae autem, primi Parthorum tyranni, regia fuerit Hecatompylus, Ἑκατόμπυλος τὸ τῶν Παρθυαίων βασίλειον, ut idem est auctor lib. XI, pag. 514, perspicuum est *Arsacae regia* legi hic oportere. Hic autem Arsaces Scythis Parthiam invasit, a quo deinde Parthi ipsi Arsacidae appellati. Hecatompylos hodie *Damégan,* sive *Damghan,* dicitur. Nisaeam deinde non regionis, sed oppidi nomen esse in regione Parthiene dicta, perspicuum est. Eo. P.

Nisaea. Meminit eius oppidi Isidorus Characenus, in Σταθμοῖς Παρθικοῖς pag. 188: Αὐλὼν Παρθαύνισα ἡ πόλις· ἔνθα βασιλικαὶ τάφαι· Ἕλληνες δὲ Νισαίαν λέγουσιν. Fuit Παρθήνη teste Ptolemaeo lib. VI, cap. 5, Parthiae portio. In hac Nisaea exstitit

3 (XXVI.) Necessarium est in hoc loco signare et Medorum situm, terrarumque faciem circumagere ad Persicum mare, quo facilius deinde reliqua noscantur. Namque Media ab occasu transversa oblique Parthiae occurrens, utraque regna includit. Habet ergo ipsa ab ortu Caspios, et Parthos: a meridie Sittacenen, et Susianen, et Persida: ab occasu Adiabenen: a
4 septemtrione Armeniam. Persae Rubrum mare semper accoluere, propter quod is sinus Persicus vocatur: regio ibi maritima, Syrtibolos. Qua vero ipsa subit ad Medos, Climax Megale appellatur locus, arduo montis ascensu per gradus, introitu angusto, ad Persepolin caput regni, dirutum ab Alexandro. Praeterea

regum sepulcro nobilis Hard. — Nomen oppidum serval *Nesa* hodie dictum, auctore d'Anville. Eo. P.

Quo facilius deinde. Chiffl. *quod facilius dein.* Eo P.

Oblique. Chiffl. *obliqua.* Vet. apud Dalec. *obliquae.* Eo. P. — Parthiae fines toto latere transverso legens ab occasu aestivo ad exortum solis brumalem. Hard.

Utraque regna. Et undecim quae superiora dicuntur, quaeque incipiunt a confinio Armeniae Caspiisque litoribus, pertinentque ad Scythas: et reliqua septem, quae inferiora appellantur. Harb.

Includit. Ch. *praecludit.* Eo. P. — Superiora quidem a meridie Media includuntur: mari, a septemtrione. Inferiora, nempe Persis, Susiane, Carmania et raliquae, Mediam habent pro limite a septemtrione: a meridie, Rubrum mare. Harb.

Habet ergo ipsa. Vet. apud Dalec. *Habet ipsa.* Eo. P.

Sittacenen. De qua dicitur cap. 31. Hard.

A septemtrione. Chiffl. *ad septemtrionem.* Eo. P.

Persae Rubrum. Solinus cap. LIV, pag. 86. Harb.

Regio. Chiffl. *regia.* Eo. P.

Syrtibolos. Συρτίβωλος. Persidis, inquit, regio maritima Syrtium instar palustris, inde nomen habet: in eadem ipsa qua subit pertinelque ad Medos, Κλίμαξ μεγάλη ab ascensu arduo locus quidam appellatur. Est enim Graecis Κλίμαξ, *scala.* Vide notam 78, cap. 31. Hard.

Climax Megale. Dalec. *Elymais, Megala.* Eo. P.

Persepolin. Sic scriptum urbis nomen in MSS. in Dalec. et Elz. Harduinus autem *Persaepolin* ex Strabone a quo lib. XV, pag. 730, Περσαίπολις dicitur. Hanc urbem ab Alexandro dirutam narrat, praeter Nostrum et Strabonem loco citato Curtius lib. V, cap. 20. Eo. P. — Persepolis nunc *Estakar*; vulgo quoque dicta *Teleel-Minar*, id est, quadraginta columnae. Ibi manent egregia maximae antiquitatis monumenta; multa quoque in-

habet in extremis finibus Laodiceam, ab Antiocho 5
conditam. Inde ad orientem Magi obtinent Passagardas castellum, in quo Cyri sepulcrum est: et horum Ecbatana oppidum translatum ab Dario rege ad montes. Inter Parthos et Arianos excurrunt Paraetaceni. His gentibus et Euphrate inferiora regna includuntur. Reliqua dicemus a Mesopotamia, excepto mucrone eius, Arabumque populis, in priore dictis volumine.

XXX. Mesopotamia tota Assyriorum fuit, vicatim 6
dispersa, praeter Babylona, et Ninum. Macedones eam in urbes congregavere, propter ubertatem soli. Oppida, praeter iam dicta, habet Seleuciam, Laodiceam, Artemitam: item in Arabum gente, qui Orei

rognitis litteris exarata. Vtinam tam pretiosas antiquissimorum temporum reliquias accuratissime descriptas haberemus! Baot.

Dirutum. Dal. *dirutam*. Ed. P.

In extremis finibus. Qua Mediam Persis contingit: unde et adscripta Mediae a quibusdam Laodicea, confusis, ut fit, regionum limitibus. Stephano, Λαοδίκεια Μηδίας. H.

Ab Antiocho. Eius nominis primo, Seleuci Nicatoris F. H.

Magi. Stephanus: Μάγοι ἔθνος περὶ Μηδίαν. Hard.

Passagardas. Chifflet. *Fraasurgida*. Ed. P. — De hac voce egimus cap. 26. De Passargadis et Cyri sepulcro, cuius demandata Magis custodia fuit, multa prolixe Arrianus, Exped. Alex. lib. VI, pag. 435. Πασαργάδαι Dionysio, vers. 1069. Πασσαγάρδαι Anaximeni, apud Stephanum. H.

Et horum. Magorum, inquit, vetustum olim oppidum fuit Ecbatana: unde incolae postmodum a Dario translati in montes. Alia vero sunt Ecbatana Medorum a regione cognominata. Hard.

Paraetaceni. Παραιτακηνοί, quorum urbs Παραίτακα, quam mediae Stephanus adscribit, quod in eius confinio sit posita. H.

His gentibus. Parthis, Arianis, Medis, et Paraetacenis. Hi Mediam ab ortu brumali claudunt. H.

Includuntur. Dalecamp. *cludunturr*. Ed. P.

Reliqua dicemus. Cap. 31, ubi de Susiane, Elymaide, Characene. H.

In priore. In superiore libro, quinto nimirum huius operis, cap. 21. H.

XXX. *Vicatim*. Vicis populosa magis quam oppidis. Hard.

Praeter iam dicta. Babylona et Ninum. H.

Seleuciam. A Nicatore conditam, de qua mox plura. Ed. P.

Laodiceam. Vnam e sex urbibus, quas de matris nomine condidisse Seleucus dicitur. Laodiceam tamen hoc loco Chifflietianus codex non habet: habent autem reliqui, Reg. 1, 2, Colb. 1, 2, Paris. etc. H.

Artemitam. Αρτεμίτα πόλις, Strabo lib. XVI, pag. 744, quingentis a Se-

vocantur, et Mardani, Antiochiam, quae a praefecto Mesopotamiae Nicanore condita Arabis vocatur. Iun-
2 guntur his Arabes introrsus Eldamarii. Supra quos ad Pellacontam flumen Bura oppidum, Salmani, et Masei Arabes. Gordyaeis vero iuncti Aloni, per quos Zerbis fluvius in Tigrim cadit, Azones, Silici montani, et Orontes, quorum ad occidentem oppidum Gaugamela: item Sue, in rupibus: supra Silici Classitae,

leucia stadiis, versus orientem et Sittscenen. H.

Qui Orei, etc. Chifflet. *Arrohei*: Vet. ap. Dalec. *Errhoei*. De his dictum est cap. 9. Ed. P.

Mardani. Chiffl. *Vandani*. Ed. P.

Nicanore, etc. Vet ap. Dalecamp. *Nicanoria vel Arbelis*. Huius Nicanoris meminit Isidorus Characenus in Σταθμοῖς, pag. 186. Ed. P.

Iunguntur his Arabes. Quos ab Oreis Arabibus et cognomen secernit et situs: nam hi Eldamarii cognominantur, et in interiore Mesopotamia sedes habent. H.

Eldamarii. *Supra quos*, etc. Chifflet. *Elmari*. *Supra quos*, etc. Vetus apud Dalec. *Eldamarii*. *Super quos*. Ed. P.

Pellacontam. Qui in Euphratem delabitur, quingentis fere stadiis antequam Seleuciam Euphrates alluat. Tantum a Babylone distat versus septemtrionem, quantum a Babylone versus meridiem dissidet Pallacopas amnis seu verius Euphratis alveus sic appellatus apud Arrianum, Exped. Alexandr. lib. VII, pag. 489, quem cum Pellaconte amne perperam confundit Ortelius. H.

Bura oppidum. Etsi in huius oppidi nomine libri plerique omnes consentiunt, tenet me tamen suspicio, et quidem, ut arbitror, satis firma, *Dura* potius quam *Bura* scribi oportere. Nam Polybius, lib. V, pag. 548, τῶν Δούρων in Mesopotamia memoiit, ubi de Molone agens, τὴν μὲν Παραποταμίαν, inquit, μέχρι πολεως Εὐρώπου κατέσχε· τὴν δὲ Μεσοποταμίαν ἕως Δούρων. Meminit et Stephanus in Δοῦρα. H.

Salmani. Arabum generis. Horum videtur Stephanus meminisse, pag. 582: Σαλμηνοὶ, inquit, ἔθνος μοναδικόν, ὥς φησι Γλαῦκος ἐν Αραβικῶν ἀρχαιολογίᾳ. *Gens solitaria, ut ait Glaucus in Arabicorum antiquitatibus*. Harn.

Et Masei Arabes. In Chifflet. et quibusdam aliis exemplaribus, *Maraei*. H.

Gordyaeis. Chiffl. *Condiaeis*. Qui Assyriam ab occasu sestivo clauduut, ut disimus c. 17. H. et Ed. P.

Aloni. Chifflet. *Azoni*. Ed. P. — Vltra Tigrim positi, in confinio Assyriae, sive Gordyenes, ubi et Azones, et Sicili, et Orontes. H.

Per quos Zerbis. Id est, quantum ex situ coniicimus, qui Γόργος ποταμός graeca nomenclatura ob celeritatem cursus, a Ptolemaeo vocatur lib. VI, c. 1, in Tigrimque delabitur. H.

Azones, *Silici*, etc. Dalec. *Azones Silices*, etc. Ed. P.

Gaugamela. Γαυγάμηλα Ptolemaeo

per quos Lycus ex Armenia fertur: Absidris ad hibernum exortum, Azochis oppidum. Mox in campestribus oppida: Diospage, Polytelia, Stratonice, Anthemus. In vicinia Euphratis Nicephorion, quod, ut diximus, Alexander iussit condi propter loci opportunitatem. Dicta est in Zeugmate Apamia, ex qua 3 orientem petentes excipit oppidum apprime munitum, quondam stadiorum LXX amplitudine, et satraparum

loc. cit. et Straboni lib. XVI, pag. 737. De huius originatione vocis, vide Plutarchum in Alexandro pag. 683, et Strabonem, loc. citato. Ibi verus praelii locus fuit, quo Darium vicit Alexander, non ad Arbela, ut multi volunt. Sed quoniam Arbela Gaugamelis notiora, iis haec fama haesit. Ita Plut. loco citato; Strabo lib. XVI, pag. 737, aliique. H.

Item Sue. Vet. apud Dalec. *item Save.* Chifflet. *item Suet.* Eo. P. — שוי *Sue* Chaldaeis rupem sonat, ut aiunt. H.

Silici Classitae. Eo cognomine a Silicis montanis secernuntur, de quibus dictum est proxime. H. — Quid si *Calachitae* legas? Est enim in eodem situ Straboni lib. XVI, pag. 736, Καλαχινὴ regio; Ptolemaeo lib. VI, cap. 1, Καλακινὴ dicta. Sed habent codices MSS *Classis III.* H.

Per quos Lycus. Λύκος ποταμός Straboni lib. XVI, pag. 737, per Aturiae campos fluens, in quibus Ninus oppidum fuit, et pagus Γαυγάμηλα, de quo supra. Apud Ptolemaeum lib. V, cap. 1, perperam Λαυκός pro Λύκος. In Tigrim delabitur. H. — Nunc *grand Zab*, sive *Zaub.* Eo. P.

Absidris. In MSS. *Absitris.* Forte *Absyrtus*, Ἄψυρτος, quod celeri feratur impetu, quasi ἄψορρος, ab ἄψα ῥέειν. Is est qui Κάπρος a Strabone vocatur, loc. cit. tanto ab Arbelis, quanto Lycus, intervallo dissitus: Polybio item lib. V, pag. 551. H. — Nunc *petit Zab*, incolis *Altun-sou*, quae voces aureum flumen sonant. Eo. P.

Azochis. Chiffl. cod. dat. *Achochis.* Eo. P.

In campestribus. In ea planitie, quae Tigrim inter et Euphratem iacet. Porro Diospage, Διοσπάγη, Iovis locum altum sonat: Hesychio enim πάγη ὑψηλὸς τόπος dicitur. Vel forte Διοσπαγή, pro Διοσπηγή, *Iovis fons* dorice. Πολυτέλεια, ab opportunitate situs mercium causa: Στρατονίκη, a victoria exercitus, invenisse nomen videntur. De Anthemunte (Ἀνθεμοῦς enim Graecis dicitur) egimus lib. V, cap. 21. H.

Polytelia, Stratonice, Anthemus. Vet. apud Dalec. *Polyteba, Stratonigena, Anthemusium.* Eo. P.

Vt diximus. Libro V, c. 21. Isidorus Charac. ἐν Σταθμοῖς, pag. 185, Νικηφόριον παρ' Εὐφράτῃ πόλις ἑλληνίς, κτίσμα Ἀλεξάνδρου βασιλέως. Forte hinc legendum, *Nicephorion, ut diximus, quod Alexander, etc.* H.

Dicta est lib. V, c. 21. H.

Apamia. Chiffl. *Apamaca.* Eo. P.

Apprime Chiffl. *Caphrawa.* Eo. P.

Stadiorum LXX. Octo millium,

regia appellatum, quo tributa conferebantur, nunc in arcem redactum. Durant, ut fuerant, Hebata, et ductu Pompeii Magni terminus romani imperii Oruros, a Zeugmate ducentis quinquaginta millibus passuum. Sunt qui tradunt Euphratem Gobaris praefecti opere diductum, ubi eum diximus findi, ne praecipiti cursu Babyloniam infestaret: ab Assyriis vero universis appellatum Armalchar, quod significat regium flumen. Qua derivatur, oppidum fuit Agrani e maximis, quod diruere Persae.

4 Babylon Chaldaicarum gentium caput diu summam

DOCT. pass. HAAD. — Dalec. *stadiorum sexaginta*. ED. P.

Ut fuerant, Hebata. Chiffl. *ut fuere Thaebatae*. ED. P.

Oruros. Vet. apud Dalec. *Orturos*. ED. P.

Gobaris. Chiffl. *Cobaris*: a quo fossam Euphratis ad Tigrin perducti fluvium Chobar כבר, apud Ezech. cap. 1, dici nonnulli putant. H.

Diductum. Ela. *deductum*. ED. P.

Ubi eum diximus. Libro V, cap. 21, ils verbis, *scinditur Euphrates*, etc. H.

Armalchar. In Plinianis libris corrupta haec vox existimatur, *Armalchar*, quum Naarmalcha scribi ex Chaldaico נהרמלכא doceant caeteri scriptores. Nam Isidorus Characenus in Σταθμοὶς pag. 186, Ναρμάλχαν vocat. Ammianus lib. XXIV, p. 266, de Euphrate: *Pars fluminis scinditur largis aquarum agminibus, ducens ad tractus Babylonios interiores,.. alia Naarmalcha nomine, quod fluvius regum interpretatur, Ctesiphontem praetermeat*. Et pag. 278: *Ventum est hinc ad fossile flumen, Naarmalcha nomine, quod amnis regum interpretatur, tunc aridum*. Ptolemaeus lib. V, cap. 18, Βασίλειον ποταμόν: Polybius lib. V, pag. 551, Βασιλικὴν διώρυχα vocat. Tamen quum Assyria lingua diversa ab Hebraea sit, nihil mutamus, quamvis *Naarmalchan* in MS. Reg. 2, et Ela. legatur. H. et ED. P.

Agrani. Chiffl. *Agranis*. ED. P.

Babylon. Haec Solinus iisdem verbis, cap. LVI, pag. 87, et Martianus lib. VI, cap. de Babylonia, pag. 225. De huius urbis amplitudine, situ, opibus, multa accurate Salianus noster in Annal. ad annum mundi 3546, num. 3 et seq. Falluntur porro qui Babylonem *Bagdad* esse existimant, quum Babylon ad Euphratem, ad Tigrim *Bagdad* sit posita, ut referi Texeira testis oculatus. *Babil* vocantur etiamnunc vestigia eius, in orientali Euphratis ripa contra urbem *Hillah*. Plinii, Pausaniae, et Ammiani temporibus stabant moenia quidem integra, sed ea civibus vacua. Vide Pausan. in Arcad. lib. VIII, p. 509. Post a Iudaeis frequentata. Denuum anno Christianae aerae 1037, solo penitus aequata. H. et ED. P.

claritatem obtinuit in toto orbe, propter quam reliqua pars Mesopotamiae Assyriaeque Babylonia appellata est, sexaginta millia passuum amplexa, muris ducenos pedes altis, quinquagenos latis, in singulos pedes ternis digitis mensura ampliore, quam nostra, interfluo Euphrate, mirabili opere utroque. Durat adhuc ibi Iovis Beli templum. Inventor hic fuit sideralis scientiae. Caetero ad solitudinem rediit, exhausta 5 vicinitate Seleuciae, ob id conditae a Nicatore intra nonagesimum lapidem, in confluente Euphratis fossa perducti, atque Tigris: quae tamen Babylonia cogno-

Claritatem obtinuit, etc. Chifflet. *claritatem inter urbes obtinuit toto orbe, propter quod*, etc. Ed. P.

Quam nostra. Digitis duodecim pes romanus constabat: Babylonius, undeviginti. H.

Opere utroque. Et moenibus scilicet, et ipsa interfluii Euphratis crepidine, quae moenibus ipsis latitudine par, ex utroque fluminis latere, ad stadia centum magnis sumptibus est educta: cuniculo denique ipse, supra quem Euphratis in urbem influentis unda labente, ex una regiae parte in alteram, flumine non transito, commeari subterraneo itinere tuto posset. Ita Diodorus Sicul. Bibl. lib. II, pag. 97 et 98, ac Philostr. de vita Apollonii lib. I, cap. 18, p. 36. H.

Durat adhuc. Tamen Diodorus, loc. cit. vetustate iam tum aevo suo collapsum testatur: a Semiramide conditum scribit: a Nabuchodonosore, alii: instauratum ab Alexandro M. dum Babylone ageret, ex Hecataeo Iosephus adversus Apionem. H.

Iovis Beli. Διὸς Βήλου ἱρόν, Herodoto, Clio, lib. I, num. 178, p. 74. *Arcem Babylonis antiquissimus rex condidit Belus*, inquit Ammianus l. XXIII, pag. 251. Iovem ipsum Babylonii Belum appellant, ut dicemus lib. XXXVII, cap. 55. Hard.

Inventor. Solinus et Martianus loc. citatis. Hard.

Caetero ad solitudinem. Vet. apud Dalec. *caetero circuitu solitudinem.* Dal. *caetero in solitudinem.* Ed. P.

Seleuciae. Al-Modain, id est, duae urbes, vocantur confusa hodie Seleuciae et Ctesiphontis rudera. Ed. P.

A Nicatore intra nonagesimum lapidem. Intra XL potius, quam *intra XC* scripsisse Plinius videri possit. Strabo enim lib. XVI, p. 738, trecentis stadiis distare a Seleucia Babylonem scripsit, quae sunt XXXVII. M. P. passuum. MSS. tamen omnes *intra LXXXX* mira consensione exhibent. Ambitiosum opus Seleuci Nicatoris, inquit Ammianus lib. XXIII, p. 251. Primus hic Syriae rex post Alexandrum M. Hard.

Babylonia cognom. A regione circumiacente quae hodie *Iraq* appellatur. Quin et ipsi illi, qui Seleucia orinudi erant, Babylonii potius quam Seleucienses dicebantur, ut ex Diogene Stoico animadvertit Strabo lib. XVI, p. 744. Et ipsa Seleucia

minatur, libera hodie ac sui iuris, Macedonumque moris. Ferunt ei plebis urbanae DC M. esse: situm vero moenium, aquilae pandentis alas: agrum totius Orientis
6 fertilissimum. Invicem ad hanc exhauriendam, Ctesiphontem iuxta tertium ab ea lapidem in Chalonitide condidere Parthi, quod nunc caput est regnorum. Et postquam nihil proficiebatur, nuper Vologesus rex aliud oppidum Vologesocertam in vicino condidit. Sunt etiamnum in Mesopotamia oppida: Hipparenum, Chaldaeorum doctrina clarum et hoc, sicut Babylonii, iuxta fluvium Narragam, qui dedit civitati nomen.

Babylon a Stephano vocatur. HARD.

Ctesiphontem Κτησιφῶν in orientali Tigris ripa. HARD.

In Chalonitide. Καλλωνῖτις Polybio scribitur per κ lib. V, pag. 555. At Strabooi lib. XI, pag. 529, per χ, Χαλωνῖτις. HARD.

Condidere Parthi. Condidisse priscis temporibus Vardaoem ait Ammianus lib. XXIII, p. 251, amplificasse postea incolarum viribus, moenibusque, graeco etiam Ctesiphontis indito nomine, Pacorum regem. H.

Caput est regnorum. Tacitus Ann. lib. VI, p. 148: *Ctesiphon sedes imperii.* Herodianus: ἔνθα ἦν τὰ βασίλεια τοῦ Παρθυαίου.

Vologesocertam. Hoc est, Vologesi urbs: *certa* enim Armeniis urbem sonat, ut diximus c. 9. Vologessiam Ammianus loc. cit. Stephanus Βολογεσιάδα: Οὐολγεσίαν Ptolemaeus appellat lib. VI, cap. 20. Babylooi subiecta versus meridiem. Mox *in vicino* MSS. libri habeol: nullus, *in vicinio.* HARD.

Vicino. Dalec. *vicinio.* Eo. P.

Hipparenum. In magno esse nominum ambitu id oppidum videtur. Quum enim ad fluvium Narragam positum id oppidum sigoificetur, qui Maarsares Ptolemaei est, ut mox dicemus: idem illud esse oppidum suspicor, quod Ptolemaeo Βόρσιτα eius amnis ripae impositum appellatur. Rectius a Strabone lib. XVI, p. 739, Βόρσιππα: unde Borsippenorum dicta altera Chaldaeorum Astronomorum doctrina, sive secta. HARD.

Chaldaeorum doctrina, etc. Chifll. *Chaldaeorum doctrina et hoc.* Dalec. *Chaldaeorum et hoc.* Eo. P.

Sicut Babylonii. Quae prima Chaldaeorum secta. In editis perperam hactenus, *sicut Babylon.* HARD.

Narragam. A recto casu Narraga: a Chaldaico נהר־רגע *Naar-raga*, quod *flumen scissum* sigoificat: non vero a נהר־אגם *Naar-agam*, ut Bocharius existimat, Geograph. lib. I, cap. 8, pag 40. Alveus est et corrivatio Euphratis, fossa ducta, maxime occidentalis: *Maarsares* Ptolemaeo lib. V, cap. 20; Ammiano lib. XXIII, pag. 252, *Marsias* appellatus. HARD.

Qui dedit civitati. Subintellige, alteri, nempe Narragae. HARD.

Muros Hipparenorum Persae diruere. Orcheni quoque, tertia Chaldaeorum doctrina, in eodem situ locantur, ad meridiem versi. Ab his Notitae et Orthophantae, et Graeciochantae.

Euphrate navigari Babylonem e Persico mari CCCCXII 8
mill. passuum tradunt Nearchus et Onesicritus. Qui vero postea scripsere, a Seleucia CCCCXL mill. Iuba a Babylone Characem CLXXV mill. passuum. Fluere aliqui ultra Babylonem continuo alveo, priusquam distrahitur ad rigua, LXXXVII mill. Vniverso autem cursu XI passuum. Inconstantiam mensurae diversitas auctorum facit, quum Persae quoque schoenos et parasangas alii alia mensura determinent. Vbi desinit alveo munire, ad confinium Characis accedente tractu, statim infestant Attali latrones, Arabum gens. Vltra

Orcheni quoque. Ορχηνοὶ a Strabone lib. XVI, p. 739, inter genera Chaldaeorum Astronomorum recensentur. Hard.

Orthophantae. In MSS. *Orothophanitae*, et *Gnesiochartae.* Hard. — MSS. Reg. 4, edit. princ. et Elzev. *Ortophanitae et Gneciocanthae.* Ed. P.

CCCCXII mill. Strabo loc. cit. supra tria millia stad. hoc est, supra CCCLXXV mill. pass. Hard.

CCCCXL Chifflet., *CCCCLXXX.* Dalec. et Elzev. *CCCCXC*, quam lectionem servandam iudicat Broter. Ed. P.

CLXXV mill. pass. Elz. *CLXXV mill. D. pass.* Ed. P.

Vltra Babylonem. Versus meridiem, et Persicum mare. Hard.

Ad rigua. Dalec. *in irrigua.*

XI pass. Hoc est, undecies centenis passuum millibus. H.

Schoenos et Parasangas. *Parasangae*, inquit Festus, *apud Persas viarum mensurae sunt.* Parasangam Persicum alii sexaginta stadiorum esse aiunt, alii tricenum, alii quadragenum. In schoenis, σχοίνοις, quae mensura viarum apud Aegyptios in usu est, par inconstantia notatur a Strabone lib. XI, p. 517. De schoenorum mensura multiplici dicemus lib. XII, cap. 31. Hard.

Alii alia. In vet. apud Dalec. *alii* non legitur. Ed. P.

Desinit. Chiffl. *defit.* Vet. ap. Dal. *desinunt.* Ed. P.

Alveo munire. Vet. apud Dalec. *alveum munire.* Ed. P. — Vbi desinit alveo vastu munire accolas adversus praedonum vim, ibi infestant Attali latrones. Quum unico alveo Tigris hic feratur, uti dicemus e. seq. non placet eorum coniectura, qui contra codicum fidem, scripturisque adeo mentem, *alvea uno ire*, hoc loco reponere satagunt. Hard.

quos Scenitae. Ambitu vero Euphratis Nomades Arabiae, usque ad deserta Syriae, unde in meridiem flecti eum diximus, solitudines Palmirenas relinquentem. Seleucia abest a capite Mesopotamiae Euphratem navigantibus undecies centena XXV mill. passuum. A mari Rubro, si Tigri navigetur, CCCXX mill. a Zeugmate DXXVII mill. Zeugma a Seleucia Syriae ad nostrum littus CLXXV mill. passuum. Haec est ibi latitudo terrarum inter duo maria: Parthici vero regni DCCCC XLIV mill. passuum.

XXXI. Est etiamnum oppidum Mesopotamiae in ripa Tigris circa confluentes, quod vocant Digbam. (XXVII.) Sed et de Tigri ipso dixisse conveniat. Oritur in regione Armeniae maioris, fonte conspicuo in planitie. Loco nomen Elegosine est. Ipsius qua tardior

Scenitae. De quibus in Arabia dicetur cap. 32, ubi et de Nomadum Arabum gente ac situ. HARD.

Ambitu vero. Tota occidentali ripa Euphratis. Deserta Syriae solitudines sunt Palmirenae. H.

Flecti eum diximus. Hoc est, usque eum locum, ubi in meridiem decurrere Euphratem diximus, atque inde in orientem flecti. Confer cum his ea quae superius dicta sunt lib. V, c. 20 et 21. HARD.

Palmirenas. Dalec. *Palmyrenas.* ED. P.

A mari Rubro, si Tigri. Persico sinui Rubri maris nomen accommodat. Ita etiam Sen. Troadis act. I, 10, 11: *Et qui renatum prorsus excipiens diem Tepidum rubenti Tigrin immiscet freto.* H.

CCCXX. Chiffl. *CCXX.* ED. P.

DXXVII. Chiffl. *DCCXXIV.*

Zeugma a Seleucia. Chifflet. *Zeugma abest a Seleucia.* ED. P.

Ad nostrum littus. Ad nostri maris, hoc est, mediterranei littus, qua Syriam alluit. Intervallum autem adscripsimus, non quale hactenus editum hoc loco est, CXXXII mill. sed quale expressum superius lib. V, c. 13. HARD.

CLXXV. Dal. *CXXXII.* ED. P.

Inter duo maria. Mediterraneum et Rubrum. HARD.

Parthici vero. Subintellige, latitudo inter duo pariter maria, Caspium et Rubrum: quod Martianus haec transcribens haud satis perspexit, lib. VI, pag. 225. H.

DCCCC XLIV. Chifflet. *DCCCC XVIII.* ED. P.

XXXI. *Digbam* Varie id nomen apud Ptolemaeum scribitur lib. V, c. 20, in Babylonia, Διγοῦα et Διδουγούα. HARD.

Oritur in. Solinus haec totidem verbis cap. XXXVII, p. 66. HARD.

Elegosine est. Ita Reg. 1, 2, Colb.

fluit, Diglito: unde concitatur, a celeritate Tigris incipit vocari. Ita appellant Medi sagittam. Influit in lacum Arethusam omnia illata pondera sustinentem, et nitrum nebulis exhalantem. Vnum genus ei piscium 2 est, idque transcurrentis non miscetur alveo, sicut nec e Tigri pisces in lacum transnatant. Fertur autem et cursu, et colore dissimilis: transvectusque occurrente Tauro monte in specu mergitur: subterque lapsus a latere altero eius erumpit. Locus vocatur Zoroanda. Eumdem esse manifestum est, quod demersa perfert. Alterum deinde transit lacum, qui Thospites appellatur: rursusque in cuniculos mergitur, et post xxv mill. passuum circa Nymphaeum

1, 2, Paris. et vet. Dalec. in editis, *Elongosine*. Solinus: *in loco edito, qui Elegos nominatur*. Hard.

Diglito. Transiit deinde in totum amnem haec appellatio, Διγλὰθ, ut Iosephus est auctor, Antiq. Iud. lib. I, cap. 2, pag. 5, hodieque accolis est *Daghelè*, ut ab iis didicimus, qui amnem eum navigarunt. Hard.

Medi sagittam. Solinus loc. cit. Curtius lib. IV, cap. 36, pag. 149. Strabo lib. XI, p. 527: Μῆδων Τίγριν καλούντων τὸ τόξευμα. Adde Eustathium, in Dionys. pag. 124. H.

Influit in lacum. Dalec. *influit lacum*. Ed. P.

Arethusam. Ita libri omnes, et Solinus loc. cit. Ἀρεθνὴ Straboni loc. cit. Ἀρέουσα Ptolemaeo lib. V, c. 13. Eadem Θωνῖτις Straboni et Dionysio v. 988. Hard.

Idque transcurrentis, etc. Solini paraphrasis: *Arethusae pisces nunquam se alveo Tigridis miscent: sicut nec amnici pisces in stagnum transeunt Arethusae*. Hardu.

Fertur autem. Et cursus, inquit, celeritate, et dissimilitudine coloris aquae fluviales a lacustribus discernuntur. H.

Transvectusque. Vltra lacum aliquanto intervallo praelerlapsus. Strabo loc. cit. H.

In specu mergitur. Seneca, Natur. quaest. lib. VI, cap. 8: *Age, quum vides interruptum Tigrim in medio itineris siccari, et non universum averti, sed paulatim, non apparentibus damnis, minui primum, deinde consumi: quo illum putas abire nisi in obscura terrarum: utique quum videas emergere iterum, non minorem eo qui prior fluxerat?* H.

Zoroanda. MSS. et Elzev. *Zoaranda*. Solinus, *Zomada*. In Chalonitide emergere Strabo est auctor l. cit. H.

Qui Thospites. Chifflet. *Terpites* Vet. apud Dalec. *Thespites*. Λίμνην Θοσπίαν vocat Ptolemaeus lib. V, cap. 13. Ed. P.

Rursusque. Solinus l. cit. H.

XXV. Elz. *XXII*. Ed. P.

Circa Nymphaeum. Sic locum ap-

3 redditur. Tam vicinum Arsaniae fluere eum in regione Arrhene Claudius Caesar auctor est, ut quum intumuere, confluant, nec tamen misceantur: leviorque Arsanias innatat IV mill. ferme spatio: mox divisus in Euphratem mergitur. Tigris autem ex Armenia, acceptis fluminibus clarjs Parthenia, ac Nicephorione, Arabas Oreos, Adiabenosque disterminans, et quam diximus Mesopotamiam faciens, lustratis montibus Gordyaeorum circa Apamiam Mesenes oppidum, citra Seleuciam Babyloniam CXXV mill. passuum divisus in alveos duos, altero meridiem ac Seleuciam petit, Mesenen perfundens: altero ad septemtrionem flexus,

pellat, unde bitumen egeritur, ad similitudinem forte Nymphaei Illyrici, de quo dictum est lib. II, cap. 110, sub quo liquidi bituminis fontes oriuntur. Ibi Tigrin emergere, ubi naphtha gignitur (genus id bituminis est), prodit etiam Ammianus, l. XXIII, p. 250. H.

Arsaniae. De amne Arsania, lib. V, cap. 20. H.

Eum. Dalec. *cum.* Ed. P.

Regione Arrhene. Maioris Armeniae. Incolae Arrhei ab Epiphanio in Ancoratu appellantur, num. 115, p. 117, Αρμένιοι, Ἀρρεοι. H.

Parthenia, ac Nicephorione. Ita Reg. 1, 2, Colb. 1, 2, Paris. Chiffl. Tolet. Perperam libri omnes editi hactenus, *Partheni*, *Agnice*, *Pharione*, etc. vet. ap. Dalec. *Partheni ac Nicephoriani.* Ed. P.

Arabas Oreos. Ita laudati proxime codices. Vet. ap. Dal. *Arabas*, *Oroës.* Dalec. *Arabas*, *Aroëos.* De his egimus libro superiore. Ed. P.

Gordyaeorum. Sive Corduenorum, ut dictum est cap. 17. Chiffl. *Corydaeorum.* Vet. apud Dal. *Corydiorum.* Ed. P.

Apamiam. Est haec Apamia e reliquis eius nominis civitatibus diversa, quae hoc passim opere occurrunt. Meminit Stephanus, pag. 91: Εστι καὶ ἄλλη Απάμεια, ἐν τῇ Μεσηνῶν γῇ, τῷ Τίγρητι περιεχομένη, ἐν ᾗ σχίζεται ὁ Τίγρης ποταμός, etc. *Est etiam alia in Mesene, fluvio Tigri circumdata, in qua dividitur Tigris*, etc. Ammianus quoque lib. XXIII, p. 251: *In omni autem Assyria multae sunt urbes, inter quas Apamia eminet, Mesene cognominata, et Teredon*, etc. H. — *Digel* hodie vocatur, auctore d'Anville, quod inter brachia spatium Tigris complectitur. Ed. P.

CXXV. Chiffl. *CCXXV.* Ed. P.

In alveos duos. Dextro quo meridiem petit, Delas: laevo, quo versus septemtrionem flectitur, nomen Tigris fuit: Καὶ ἐν μὲν τῇ δεξιᾷ μοίρᾳ περιέρχεται ποταμὸς Δέλας, ἐν δὲ τῇ ἀριστερᾷ Τίγρις, ὁμωνύμως τῷ μεγάλῳ, inquit Stephanus. Pro Δέλας libentius agnoverim Σύλαξ cum Eustathio in Dionys. p. 124. H.

Mesenen. Latini Interamnem appellant, quam Graeci Μίσην, sive

eiusdem gentis tergo campos Cauchas secat. Vbi remeavere aquae, Pasitigris appellatur. Postea recipit 4
ex Media Choaspem: atque (ut diximus) inter Seleuciam et Ctesiphontem vectus, in lacus Chaldaicos se fundit, eosque LXX mill. pass. amplitudine implet: mox vasto alveo profusus, dextra Characis oppidi infertur mari Persico X mill. passuum ore. Inter duorum

Μεσήνην, regionem inter duo flumina mediam. Philostorgius, lib. III, cap. 7, fluviatilem simul et maritimam insulam vocat, ποταμίαν τε ἅμα καὶ θαλαττίαν, quoniam scilicet duobus Tigridis alveis ad latera, a fronte vero Persico mari ea efficitur, atque includitur. H.

Eiusdem gentis. Mesenes videlicet. Harn.

Campos Cauchas. A Coche, sive Seleucia, quae ad Tigrim condita est, campi adiacentes, maxime versus orientem fusi, nomen id acceperunt. Vide Ammianum, lib. XXIV, pag. 276 et 278. H.

Pasitigris. Πασίτιγρις, quasi ex omnibus Tigris alveis iam coëuntibus, conflatus amnis. Aliam appellationis causam affert Strabo lib. XV, pag. 729. Harn. — Hunc hodie *Doraeh* vocari opinatur Barbié du Bocage. Ed. P.

Choaspem. Χοάσπης dicitur Straboni lib. XV, pag. 697. Qui Choaspem et Eulaeum, geminum putant unius amnis nomen esse, eum Salmasio in Solin. pag. 700, haud satis diligenter explorasse ea videntur, quae de utroque amne Veteres prodiderunt. Nam ut ab ortu incipiam, diversos utriusque fontes Ptolemaeus agnoscit lib. VI, cap. 3. Alveos dispares ipse Plinius lib. XXXI, cap. 24: *Parthorum reges*, inquit, *ex Choaspe et Eulaeo tantum bibunt... Et horum placere potum, non quia sunt amnes, apparet: quoniam nec e Tigri, nec Euphrate, nec e multis aliis bibunt.* Denique, id quod caput est, diverso uterque ore, atque inter se dissitissimo, in Tigrim effluit: Choaspes quidem, ut ex hoc ipso Plinii loco perspicua res est, antequam in lacus Chaldaicos se Tigris fundat, hoc est, supra Characem oppidum, centum fere passuum millibus: Eulaeus, ad ipsum Characem in Tigrim delabitur: in ipso utriusque amnis confluente oppido condito, ut hoc ipso capite Plinius asseverat. Nec refert, quod ad utrumque amnem imposita Susa apud scriptores quosdam dici videantur: altero enim, nempe Eulaeo, arcem circumiri, quum Plinius scribit: alterum intervallo aliquo ab urbe distare, Strabo lib. XV, pag. 728; an necesse continuo est iuncto vel eo loci, vel deinceps alveo utrumque fluere? » Hard.

Vt diximus. Cap. 26, his verbis: *Lacus quem faciunt Eulaeus et Tigris iuxta Characem.* H.

LXX. Elz. *LXII.* Ed. P.

X. mill. pass. ore. Ita restituimus admonitu codicum Reg. 1, 2, Colb. 1, 2, Paris. Chifflet. etc. quum prius scriberetur *decumo ore*: quod contra Plinii mentem ab interpolatoribus esse vitiatum, liquet omnino ex iis quae statim subduntur, de simplici

amnium ostia XXV mill. passuum fuere, aut (ut alii tradunt) VII mill. utroque navigabili. Sed longo tempore Euphratem praeclusere Orcheni, et accolae agros rigantes: nec nisi Pasitigri defertur in mare.

5 Proxima Tigri regio Parapotamia appellatur. In ea dictum est de Mesene. Oppidum eius Dibitach. Iungitur Chalonitis cum Ctesiphonte, non palmetis modo, verum et olea, pomisque, aliisque arbustis nobilis. Ad eam pervenit Zagrus mons, ex Armenia inter Medos, Adiabenosque veniens, supra Paraetacenen et Persidem. Chalonitis abest a Perside CCCLXXX mill. pass. Tantum a Caspio mari et Assyriam abesse compendio itinerum aliqui tradunt.

6 Inter has gentes atque Mesenen Sittacene est, eadem Arbelitis, et Palaestine dicta. Oppidum eius Sit-

utriusque amnis ostio, utroque navigabili. H.

Nec nisi Pasitigri. Dalec. *nec nisi per Tigrin.* En. P.—Nec aliae, inquit, Euphratis aquae in mare perferuntur, quam quae ex eo fossa perducto in Tigrim effluunt ad Seleuciam: has enim Tigris, cui paulo post Pasitigris appellatio tribuitur, ob eam causam quam diximus, secum vehit in mare: caeterae Euphratis aquae innumeris alveis ad agros rigandos ita distrahuntur, ut nullo se ostio in mare flumen exoneret. H.

Proxima Tigri. Vel Pasitigri. Παραποταμία fluminea ripa, vel regio quae secus amnem. Huius pars Mesene est, de qua superius quiddam obiter perstrinximus. H.

Oppidum eius. Parapotamiae. H.

Chalonitis. Regio in qua Ctesiphon a Parthis condita, ut diximus cap. superiore. H.

Zagrus mons. Isidorus Charac. p. 187: Ἡ Χαλωνῖτις... πόλις δ' ἐλλη- νὶς Χάλα... ὄρος ὃ καλεῖται Ζάγρος, ὅπερ ὁρίζει τὴν Χαλωνίτην χώραν, καὶ τὴν τῶν Μήδων. Sic igitur Tauri montis partem appellant, quae Mediam seiungit a Babilonia et Chalonitide. Medos discludit ab ortu, ab occasu Adiabenos sive Assyrios: mox supra Persidem et Paraetacenen excurrit ab occasu fere brumali in exortum aestivum. H. — *Monts de Louristan* in mappis dicti nunc reperiuntur. En. P.

Adiabenosque. Dalec. *Aliabenosque.* En. P.

CCCLXXX. Dalec. *CCCCLXXX.* En. P.

Et. Haec vox in Dalecamp. deest. Harn.

Inter has gentes. Inter Medos, Adiabenos, Persas, Chalonitidem, atque Mesenen. Σιττακηνὴ Straboni dicitur, lib. XV, pag. 732, eademque pars Susianae, et Ἀπολλωνιᾶτις cognominata. H.

Eadem Arbelitis. A confinio for-

tace Graecorum ab ortu est, et Sabata: ab occasu autem Antiochia, inter duo flumina Tigrin et Tornadotum. Item Apamia, cui nomen Antiochus matris suae imposuit, Tigris circumfunditur. Haec dividitur Archoo.

Infra est Susiane, in qua vetus regia Persarum Susa, 7
a Dario Hystaspis filio condita: abest a Seleucia Babylonia CCCCL mill. passuum. Tantumdem ab Ecbatanis Medorum per montem Charbanum. In septemtrionali Tigris alveo oppidum est Babytace. Abest a Susis CXXXV mill. passuum. Ibi mortalium soli aurum in odio contrahunt, id defodiunt, ne quo cui sit in usu.

tasse Arbelitidis, quae pars Assyriae est, ut diximus cap. 16, idem quoque cognomen traxit. In Reg. 1, et Colb. 1, 2, verba haec desunt, *eadem Arbelitis*. At in Reg. 2 exstant. H.

Palaestine Ita Reg. 2, At Reg. 1, Colb. 1, 2, *Calestine*. Chiffl. *Palaestina*. Ed. P.

Sittace. Σιττάκη Ptolemaeo, in Assyria lib. VI, cap. 1. H.

Et Sabata. Chiffl. *Sabdata*. Ed. P. —Sabalices Σαβατικῆς regionis caput, quae sic ab ortu Sittacenes est posita, ut alii Mediae, Elymaidi alii adiudicandam censuerint, teste Strabone lib. XI, 524. Σάμβανα Diodoro Bibl. lib. XVII, pag. 576. H.

Antiochia. Eadem Apollonia Ptolemaei loc. cit. ut quibusdam videtur: unde regioni quoque Apoloniatidis nomen est inditum. Hard.

Antiochus. Eius nominis primus, Seleuci Nicatoris primi post Alexandrum Magnum Syriae regis, et Apames fil. Hard.

Archoo. Amde. Hard.

Susiane. Eadem Σουσὶς Susis dicta Strabori lib. XV, p. 727. Hodie *Khusistan*. Hard.

Susa. Σοῦσα, quam urbem ab amoenitate soli sic appellatam ait Athenaeus lib. XII, pag. 513, quoniam σοῦσον Graecis lilium appellatur. Alii, quod in campestri planitie et equitabili, vel in regione equis ferace sit posita, quoniam Syri equum σουσάν vocant. Sic Etymologus. Nunc *Souster*, sive *Chuster*. Hard.

A Dario. Post Cambysen Persarum rege, Xerxis patre. A Tithono Memnonis patre multo ante aedificata auctor est Strabo lib. XV, p. 728. *Conditam* a Dario Susam quum Plinius dicit, muris cinctam intelligit. Hard.

Charbanum. Reg. 1, 2, Colb. 1, 2, Paris. Chiffl. *Carbantum*. Zagri montis superius memorati pars quaedam est. Hard.

Babytace. Ita Solinus cap. LIV, p. 85, et Stephanus: Βαβυτάκη, πόλις Περσική· ὁ πολίτης, Βαβυτακηνός. Chiffl. *Barbitace*. Ed. P.

Abest a Susis. Solinus iisdem verbis loc. cit. Apud Martianum l. VI, pag. 225, numeri sunt corrupti. H.

In odio. Ita libri omnes. Hoc est, ex odio. Solini paraphrasis: *A Susis*

8 Susianis ad orientem versus iunguntur Oxii latrones, et Mizaeorum XL populi liberae feritatis. Supra eos patent Parthusi, Mardi, et Saitae, Hyi, qui praetenduntur supra Elymaida, quam Persidi in ora iunximus. Susa a Persico mari absunt CCL mill. passuum. Qua subiit ad eam classis Alexandri Pasitigri, vicus ad lacum Chaldaicum vocatur Aphle: unde Susa navigatione LXV M. D. passuum absunt. Susianis ab oriente proximi sunt Cossaei: supra Cossaeos ad septemtrionem Mesabatene sub monte Cambalido, qui est Caucasi ramus: inde mollissimo transitu in Bactros.

9 Susianen ab Elymaide disterminat amnis Eulaeus,

Babytace oppidum... in quo mortales universi odio auri coëmunt hoc genus metallum, et abiiciunt in terrarum profunda, ne polluti usu eius, avaritia corrumpant aequitatem. HARD.

Susianis ad orientem. Oram Persici maris legentibus, inquit, orientem versus post Susianos occurrunt Oxii. HARD.

Oxii. Hoc loco *Oxii* libri omnes agnoscunt, tum manu scripti, tum impressi etiam ante Hermolaum, qui pro *Oxii*, *Cossaei* substituit. Verum ex Strabone ipso, quem pro se afferi, insanis eius coniectura agnoscitur: is enim, ut diximus superius paulo, c. 26, not. 33, Vsios Susianis ac Persis in ora Persici maris confines facit. Adde Arrianum, a nobis etiam eo loci laudatum. Adde et Plinium ipsum, dicturum mox de Cossaeis, qui Susianis quidem proximi sunt et ipsi ad orientem versus, verum non in littore Persici sinus, ut Oxii, et Elymaei: sed in mediterraneo, et in montanis, versus Mediam: Οὔξιοι καὶ Ελυμαῖοι Πέρσαις τε καὶ Σουσίοις· Κοσσαῖοι δὲ Μήδοις προσεχεῖς ἦσαν. Strabo lib. XI, pag. 524, et l. XVI, pag. 744. HARD.

Patent Parthusi, Mardi. Chifflet. *parent Parthis Mardi.* ED. P.

Hyi. Sic MS. Reg 1. MS. Reg. 2, *Hii.* Edit. princ. *ii.* Quam quidem editionem sequitur Broterius, qui *Hyi* et *Hii* in MSS. pro *ii* scriptum non semel reperiri contendit, nec ideo fingendum esse populum Hyos. ED. P.

Qua subiit ad eam. Ad Susa regiam Persarum, ut dictum est cap. 26. HARD.

Susianis ab oriente. Susianorum fines, a mari maxime remotos, attingunt ab oriente Cossaei latrones. Stephanus: Κοσσαία, μέρος Περσίδος· οἱ οἰκοῦντες Κοσσαῖοι. Plutarcho in vita Ales. p. 704, Κουσσαῖοι dicuntur. HARD.

Cossaei. Chifflet. *Cossiaei.* Vet. sp. Dalec. *Oxii.* ED. P.

Mesabatene. Ita Reg. 1, 2, etc. Ptolemaeo in Perside lib. VI, cap. 4, Μεσαβάται. HARD.

Amnis Eulaeus. Εὔλαιος Strabonis lib. XV, pag. 728. Chifflet. *Amnis Ilaeus.* ED. P.

ortus in Medis, modicoque spatio cuniculo conditus, hac rursus exortus, et per Mesabatenen lapsus, circuit arcem Susorum, ac Dianae templum augustissimum illis gentibus, et ipse in magna caerimonia. Siquidem reges non ex alio bibunt, et ob id in longinqua portant. Recipit amnem Hedypnum, praeter Asylum Persarum venientem, Adunam ex Susianis. Oppidum iuxta eum Magoa, a Charace, xv mill. passuum. Quidam hoc in extrema Susiane ponunt solitudinibus proximum.

Infra Eulaeum Elymais est, in ora iuncta Persidi, 10

Modicoque spatio. Dalecamp. *medioque spatio.* Ed. P.

Hac rursus. Hac ipsa regione, unde ortus primum: nempe Media. H.

Mesabatenen. Dalec. *Mesobatenen.* Ed. P.

Ac Dianae. Martianus lib. VI, c. de India, pag. 225: *Oppidum ibi nobile Susa, in quo templum Dianae.* Hard.

Siquidem reges. Solinus cap. xxxiii, pag. 62, Pliniusque ipse lib. XXXI, cap. 21. Hard.

Hedypnum. Ἡδύπνουν, quasi suave spirantem. Is ipse est quem Hedyphonts, Ἡδυφῶντα, appellat Strabo lib. XVI, pag. 744, qui Seleuciam Elymaeorum urbem (de qua mox) praeterfluit, iuxta Susianos: non in Babylonia, ut existimavit Ortelius, quem Seleuciae nomen in fraudem induxit. Hard.

Adunam. Ita MSS. omnes. Edili, perperam, *et unum*. Vet. ap. Dalec. *ad unum ex Susianis oppidum.* Ed. P.

Elymais. Ἐλυμαῖς, incolae Ἐλυμαῖοι Straboni lib. XI, pag. 524. Pars est australior eius regionis, quae nunc *Chusistan* dicitur. Hinc *Elamitae*, cum Parthis et Medis a Luca copulati, act. 2, etsi D. Hieronymo libro de loc. Hebr. aliter visum. At alibi olim sedes habuere iidem Elamitae, nempe temporibus Abrahae, ut Moses docet, Gen. xiv, 1: *Factum est autem*, inquit, *in illo tempore, ut Amraphel rex Sennaar, et Arioch rex Ponti, et Chodorlahomor rex* ELAMITARUM, *et Thadal rex Gentium*, מלך גוים, 2, *inirent bellum contra Bara regem Sodomorum, et contra Bersa regem Gomorrhae, et contra Sennoab regem Adamae, et contra Semeber regem Seboim, contraque regem Balae: ipsa est Segor.* 3. *Omnes hi convenerunt in vallem silvestrem, quae nunc est Mare salis.* 4. *Duodecim enim annis servierant Chodorlahomor, et tertiodecimo anno recesserunt ab eo.* 5. *Igitur quartodecimo anno venit Chodorlahomor, et reges qui erant cum eo....* 8. *Et egressi sunt rex Sodomorum, et rex Gomorrhae, rexque Adamae, et rex Seboim, nec non et rex Balae, quae est Segor....* 9. *Scilicet adversus Chodorlahomor regem Elamitarum, et Thadal regem Gentium, et Amraphel regem Sennaar, et Arioch regem Ponti: quatuor reges adversus quin-*

a flumine Oroati ad Characem, CCXL mill. passuum. Oppida eius, Seleucia, et Sosirate, apposita monti Casyro. Oram, quae praeiacet, minorum Syrtium

que. Inter hos reges quatuor, tertium dumtaxat locum obtinet rex Elamitarum; quod nobiliores essent, et rex Sennaar, ex Nemrodo regum antiquissimo genus ducens, et rex Ponti, hoc est, orae sinus Persici citra Euphratem, iuxta ipsius ostia, ubi postea Arabes Scenitae. Rex Elam, et rex Gentium, inter regem Sennaar et regem Ponti fuere. Rex Sennaar, citra Euphratem, iuxta Babylonem et Vr. Primus tamen versu 9 appellatur rex Elamitarum Chodorlahomor, quoniam ipsius causa bellum istud gerebatur. Nulla enim ratio suadet, multo maiorem tunc quatuor regum illorum ditionem fuisse, quam fuit eodem tempore ditio regum quinque quos oppugnabant. Idcirco autem Chodorlahomor tributum a regibus illis exigebat, quia se pro primogenito gerebat e filiis Sem et Noe, quippe ex Aelam Semi filio primogenito ortum trahens: atque adeo sibi vectigales volebat esse posteros Chanaan; qui potissimam orbis partem, in qua paradisus esset, occupassent. Ex prisca sede ista Elamitae postea versus ortum progressi constitere ibi, ubi de eorum nomine Elymais regio nomen accepit, temporibus forte Davidis aut Salomonis, vel ante ea ipsa. Hard.

Oroati. Cbiffl. *Ora*. Ed. P.

CCXL. Dalec. *CCXI*. Ed. P.

Seleucia. Ampla civitas, quae prius Soloce vocabatur, Σελεύκεια μεγάλη πόλις. Σολόκη δ' ἐκαλεῖτο πρότερον, inquit Strabo lib. XVI, pag. 744, in Elymaide. Hard.

Casyro. MSS. *Chasiro*. Hard.

Syrtium vico diximus. Non alibi sane aliud huiusce rei vestigium apparet ullum, praeterquam capite libri huius 29, ubi ita Noster: *Persae Rubrum mare semper accoluere, propter quod is sinus Persicus vocatur: regio ibi maritima*, Συρτίδωλος. Vbi MSS. Reg. 1, 2, Colb. 1, 2, et Paris. habent *Ceribolus*. Parmensis editio, aliaeque vetustiores, *Cyribolus*, ante Hermolaum, qui *Cyropolis* substituit, ratus hic locum habere oportere Κυρέσχατα sive Κύρου πόλιν, quam Stephanus in ultimis Persidis finibus a Cyro conditam scribit. At neque hic oppidi nomen quaeritur, sed regionis, oraeque maritimae: neque, si quaereretur, e Sogdianorum finibus, et Iaxarte amne, ubi Cyreschata a Cyro sunt condita, dictaque Cyri ultima, quod ibi suarum expeditionum metam posuit, uti et Alexander, qui Αλεξάνδρειαν ἐσχάτην eodem fere in loco condidit, et Κυρέσχατα destruxit: non, inquam, ab longinquis adeo terris et Caspio mari in sinum Persicum Cyropolis apte advehitur. Hermolai tamen scripturam Salmasius approbat, in Solin. pag. 1193, ut Plinium deinde incuset, quod ex male intellectis antiquiorum Graecorum verbis, qui ἐν τοῖς ἐσχάτοις τῆς Περσίδος sitam esse Cyropolim dixerunt, nempe in finibus Persicis imperii, ipse in ora Persidis, Rubri maris littore, oppidum id collocarit. At neque de oppido sermo: et Συρτίδωλος scripsisse Plinium, non Cyropolis, tum veteris scripturae vestigia clamant, tum locus ipse quem habemus prae mani-

vice diximus inaccessam coeno, plurimum limi deferentibus Brixia et Ortacea amnibus: madente et ipsa Elymaide in tantum, ut nullus sit, nisi circuitu eius, ad Persidem aditus. Infestatur et serpentibus, quos 11
flumina deportant. Pars eius maxime invia, Characene vocatur ab oppido, Arabiae claudente regna, de quo dicemus, exposita prius M. Agrippae sententia. Namque is Mediam et Parthiam, et Persidem ab oriente Indo, ab occidente Tigri, a septemtrione Tauro, Caucaso, a meridie Rubro mari terminatas, patere in longitudinem XIII XX mill. pass. in latitudinem DCCCXL prodidit. Praeterea per se Mesopotamiam ab oriente Tigri, ab occasu Euphrate, a septemtrione Tauro, a meridie mari Persico inclusam, longitudine octingentorum mill. pass. latitudine CCCLX.

bus: in quo se iam alias perstrinxisse obiter admonet, oram Persidis maritimam Syrtium Libycarum instar, coeno limoque inaccessam reddi in dies: quod quidem haud scio an breviore ac significantiore vocabulo exprimi potuerit, quam isto, Συρτίδωλος. Est enim βῶλας γῆ, terra seu gleba: Σύρτις arenosus locus in mari: ut utriusque vocis nexu intelligatur ora coeno, limo, gleba, arenaque, inaccessa, quae fluviorum vortices quotidie advehant. Hinc πηλώδης κόλπος sinus coenosus in Susianae ora a Ptolemaeo locatur lib. VI, cap. 3, et τέναγος ἀμμώδες, locus limo obductus et arena, quod vadi lenax coenum appellat Claudianus. Utrumque pariter in Periplo Susianes Marcianus Heracleotes agnoscit pag. 49. HARD.

Brixia et Ortacea. Chifflet. *Brixa et Ortatia.* Ed. P.

Regna. Chiffl. *regna ea.* Ed. P.

Namque is Mediam. Haec iisdem verbis Martianus lib. VI, cap. de Indix, pag. 225. HARD.

XIII XX. Hoc est, ut Martianus ait, ter et decies viginti millia passuum. Sic porro libri omnes editi, et manu exarati: tum ii quos ipsi inspeximus, tum ii e quibus Martianus exscripsit. At longe discrepant ab iis quos secuti sunt Missi Theodosii, qui Principis eius iussu terrarum orbem, quaqua patet, dimensi sunt: eorum haec oratio est: *Media, Parthia, Persis, finiuntur ab oriente flumine Indo: ab occidente, flumine Tigri: a septemtrione, monte Tauro: a meridie, mari Rubro. Longitudo* M. *passuum* DCCCCXX, *latitudo*, CCCCXXI. *Iuxta Plinium Secundum eadem mensura est.* HARD.

DCCCXL. Chiffl. *DCCCL.* Martianus loco citato legit tantummodo, DCCCCXXX. ED. P.

Octingentorum. Adiiciunt ad eam mensuram centena passuum millia Missi Theodosii: *Mesopotamia, Bu-*

42 Charax oppidum Persici sinus intimum, a quo Arabia Eudaemon cognominata excurrit, habitatur in colle manufacto inter confluentes, dextra Tigrin, laeva Eulaeum, III mill. pass. laxitate. Conditum est primum ab Alexandro Magno: qui colonis ex urbe regia Durine (quae tum interiit) deductis, militumque inutilibus ibi relictis, Alexandriam appellari iusserat: pagumque Pellaeum, a patria sua, quem proprie Macedonum fecerat. Flumina id oppidum expugnavere. Postea Antiochus restituit quintus regum, et suo no-
43 mine appellavit. Iterumque infestatum Pasines Sogdonaci filius, rex finitimorum Arabum, quem Iuba satrapen Antiochi fuisse falso tradit, oppositis molibus restituit: nomenque suum dedit, emunito situ iuxta, in longitudinem III mill. pass. in latitudinem paulo minus. Prius fuit a littore stadiis X. et maritimum etiam ipsa inde portum habuit: Iuba vero prodente, L. mill.

bylonia, Chaldaea: finiuntur ab oriente, flumine Tigri: ab occidente, flumine Euphrate: a septemtrione, monte Tauro: a meridie, mari Persico. Longitudo III *pass.* DCCCC, *latitudo* CCCIX. *Iusta Plinium Secundum eadem mensura est.* HARD.

Charax. Χάραξ ad oram intimam sinus Persici conditum oppidum, latere Tigris fluvii orientali. Hinc Geographo Isidoro, Characeni cognomen. HARD. — Huius locum occupare castellum *Koutmueter*, opinatur Barbié du Bocage. ED. P.

Habitatur. Charax nimirum oppidum, non Eudaemon Arabia, manu facto colle habitatur, ut absurde Solinus accepit, c. XXXIII, pag. 62. HARD.

Dextra Tigrin. Nempe si faciem cives obvertant ad austrum, dextra Tigris, laeva Eulaeus fluere intelligetur. HARD.

Eulaeum III. Chiff. *Ileum II.* Elz. *Eulaeum II.* ED. P.

Flumina. Tigris et Eulaeus, aquarum eluvionibus, seu exundationibus id oppidum expugnavere. HARD.

Quintus regum. Qui et Antiochus Magnus appellatus est, pater Antiochi Epiphanis, sive Illustris, et Nobilis. HARD.

Iterumque infestatum, etc. Chiff. *iterum quoque infestatum Spationis Suggodonati filius.* ED. P.

Nomenque suum. Χάραξ Πασινοῦ appellatur, tum a Ptolemaeo lib. VI, cap. 3, tum a Marciano Heracl. pag. 48. HARD.

Prius. Dalec. *primo.* ED. P.

Et maritimum. Dalec. *maritimum.* ED. P.

Digitized by Google

pass. Nunc abesse a littore cxx mill. legati Arabum nostrique negotiatores qui inde venere, affirmant: nec ulla in parte plus aut celerius profecere terrae fluminibus invectae. Magis id mirum est, aestu longe ultra id accedente non repercussas. Hoc in loco genitum 44
esse Dionysium, terrarum orbis situ recentissimum auctorem constat, quem ad commentanda omnia in Orientem praemisit Divus Augustus, ituro in Armeniam ad Parthicas Arabicasque res maiore filio. Non me praeterit, nec sum oblitus, sui quemque situs diligentissimum auctorem visum nobis in introitu huius operis. In hac tamen parte arma romana sequi placet nobis, Iubamque regem, ad eumdem Caium Caesarem scriptis voluminibus de eadem expeditione Arabica.

Non repercussas. Non retractas in mare, vi recedentis aestus. HARD.

Dionysium. Periegeten ab opere cognominatum; a natali solo Alexandrinum: non illa quidem Aegypti civitate nobilissima, sed ista obscurioris famae, quae Susianae fuit, et alio nomine Charax est appellata, ut diximus in Auctorum syllabo. HARD.

Constat. Haec vox in Chiffl. desideratur. ED. P.

Maiore filio. Caio, Marci Agrippae et Iuliae Augusti filiae natura, Augusti adoptione filio: cui minor natu frater, Agrippae pariter et Augusti filius Lucius fuit. Prius ipse Augustus adversus Parthos feliciter dimicuerat, teste Virgilio, in fine libri Georgicon: et Horatio, versu illo, epistolae 1, libri II: *Et formidatam Parthis te Principe Romam.* Testis est etiam nummus argenteus perrarus, quem iampridem vidimus apud D. Fontaine Equitem Anglum, qualem Patinus delineavit in Familiis, p 40. Hinc caput Augusti nudum exhibet, cum epigraphe, dextro latere: PARTHICVS IMP. sinistro deinde, Q. LABIENVS. Sic autem interpretamur: *Parthicus Imperator*, Augustus scilicet, qui anno Vrbis DCCXXIII, Parthos fugavit, Asiamque recepit; ideoque vere Parthicus Imperator fuit. *Quaestor Labienus.* In aversa nummi parte equus sine sessore est, cum freno, gerens saccum inanem, pecunia (credo) aerarii militaris in bellum exhausta; absque inscriptione. Nummum hunc qui sic exposuere, *Quintus Labienus Parthicus Imperator*, multa finxere absurda, quae refellere non est huius loci. HARD.

Sui quemque situs. Ait se in introitu huius operis Geographici, hoc est lib. III, c. 1, promisisse se secuturum auctores, ut quisque diligentissime situs diceret, in quibus ipse prodebat; nunc eos sequi potius se profitetur, qui bella in iis terris gesta enarraverint. HARD.

1 XXXII. (XXVIII.) Arabia gentium nulli postferenda, amplitudine longissima, a monte Amano, a regione Ciliciae Comagenesque descendit, ut diximus, multis gentibus eorum deductis illo a Tigrane magno, sponte vero ad mare nostrum littusque Aegyptiacum, ut docuimus: nec non in media Syriae ad Libanum montem penetrantibus Nubeis, quibus iunguntur Ramisi.
2 Deinde Taranei, deinde Patami. Ipsa vero peninsula Arabia inter duo maria, Rubrum Persicumque procurrens, quodam naturae artificio ad similitudinem atque magnitudinem Italiae mari circumfusa, in eamdem etiam caeli partem nulla differentia spectat. Haec quoque in illo situ felix. Populos eius a nostro mari usque ad Palmirenas solitudines diximus: reliqua

XXX. *Nulli.* Chifflet. *nullis* Eo. P. *Vt diximus.* Libro V, cap. 20 et 21. Haro.

Tigrane magno. Illo Armeniae ac Syriae rege, qui se Regem Regum, ut tradit Plutarchus in Lucullo, voluit appellari. Hunc Pompeius devicit, ut dicemus libro VII. Haro.

Ad mare nostrum. Mediterraneum. Haro.

Aegyptiacum. Chiffletianus, *Aegyptum.* Eo. P.

Vt docuimus. Libro superiore cap. 12. Haro.

Nubeis. Ita MSS. impressique omnes, ipso confitente Salmasio, in Solin. pag. 492, cui tamen haec vox mendosa videtur. Itaque *Nombaeis* reponit, haud sane felici coniectura. Sunt enim Nombaei, non Arabum, sed Iudaeorum generis, a Libano monte ita semoti, ut nihil fere disiunctius esse possit: Hierosolymis adeo vicini, ut ex eorum oppido Noba, sive Nomba, prospici ea possent percommode, ut scribit Hieronymus, in Esaiam, c. 10. Stephanus: Νόμβα, πόλις Ἰουδαίας, Ἰώσηπος ἕκτῳ τῆς Ἰουδαϊκῆς ἀρχαιολογίας· τὸ ἐθνικόν, Νομβαῖοι. Quatuor haec Arabum genera, eam partem obtinuere olim quae Deserta vocabatur, nunc *l'Arabie déserte*, ultra Palaestinae fines. H.

Deinde Taranei. Has voces non habent Reg. 1, Colb. 1 et 2. At Reg. 2 et Chifflet. *Dein Teranei, dein Patami.* Haro.

Deinde Patami. Forte Κατάνιοι Arabiae desertae iusta Syriam populi, apud Ptolem. lib. V, c. 19. Haro.

In eamdem etiam coeli partem. Arabia, inquit, penisula, sicut Italia, inter maria duo procurrit, versus exortum solis brumalem. Haro.

Situ felix. Populos eius a nostro mari, etc. Vet. cod. apud Dalecamp. *situ felix eius populus. A nostro*, etc. Ed. P.

Palmirenas solitudines diximus. Chifflet. *Palmyrenas solitudines diximus.* Libro superiore cap. 12 et 21. Ed. P.

nunc peragemus. Nomadas inde infestatoresque Chaldaeorum, Scenitae (ut diximus) claudunt et ipsi vagi, sed a tabernaculis cognominati, quae ciliciis metantur, ubi libuit. Deinde Nabataei oppidum includunt; Petram nomine in convalle, paulo minus duum mill. passuum amplitudinis, circumdatum montibus inaccessis amne interfluente. Abest a Gaza oppido littoris nostri DC M. a sinu Persico CXXXV M. Huc convenit

Nunc peragemus. Chiffl. *nunc inde peragimus.* Dalecamp. *nunc inde peragemus.* Ed. P.

Nomadas inde infestatoresque. Dal. *Nomadas infestatoresque.* Ed. P. — Post Palmirenas solitudines, inquit, sequuntur versus orientem statim Nomades Arabes: atque inde ad meridiem refugiunt, ultra Asphaltiten lacum: deinde Attali, infestatores Chaldaeorum, qui ad Euphratem pertinent. Vtrosque, Nomadas nimirum et Attalos, claudunt a meridie Scenitae, quos a Coele Syria usque ad Euphratem sedes habuisse olim auctor est Eustathius in Dionys. pag. 121: Εἰσὶ Σκηνῖται Ἄραβες περὶ τὰ πέραν Εὐφράτου ἕως Κοίλης Συρίας. Expedire hos populorum situs nititur Salmasius, in Solin. pag. 484, sed conatu irrito. Nobis, Plinioque ipsi Strabo adstipulatur lib. XVI, pag. 767. H.

Scenitae, ut diximus. Capite 30. H. *Claudunt.* Chiffl. *cludunt.* Ed. P.

Et ipsi vagi. Hoc est, et ipsi Nomades quoque. Non omnes Σκηνῖται sunt Nomades: nam Sabaei Scenitae sunt, aliique plurimi, sub tentoriis degunt, sed non vagantur. Hi sedes mutant, ubi libuit, permutantque pabula: inde nomen ipsis. Strabo lib. XVI, pag. 767, γεωργοὺς agricolas vocat. Hard.

A tabernaculis. Quae Graecis σκηνάς. Habet haec quoque Solinus cap. XXXIII, pag. 62. Hard.

Ciliciis metantur. Vt pelles alii, sic isti cilicia tendunt, ad tabernacula facienda. Cilicia sunt, quae ex pilis caprarum contesta sunt. Harn.

Oppidum includunt. Ita Reg. 2, Colb. 1, 2, et Chiffl. Editi, *incolunt.* At includendi verbo montes, quibus oppidum circumdatur, coli a Nabataeis eleganti brevitate significat. H.

Petram. Μητρόπολις τῶν Ναβαταίων ἐστὶν ἡ Πέτρα καλουμένη, inquit Strabo lib. XVI, p. 779. Inde Arabiae Patraeae nomen. H. — Nunc dicitur *Keac.* Ed. P.

Circumdatum, etc. Strabo totidem verbis loc. cit. Hard.

A Gaza. Chiffl. *a Begaza.* Ed. P.

A sinu Persido CXXXV. Ita libri omnes. Multis igitur partibus breviore spatio dissidet a sinu Persico Petra, quam a littore mediterranei maris. Et sane haec ipsa Nabataea Petra versus Babylonem a Strabone statuitur lib. XVI, pag. 767, ita tamen ut a Hiericunte quatuor dierum tantummodo intervallo distaret. Quare in germano illius designando situ Geographorum vulgus errat, Tabulaeque omnes, quae littori nostro propius admovent, a Persico longissime revocant. Hard. — Si non fuerit duplex Petra, hic certe turbati

utrumque bivium, eorum qui et Syria Palmiram pe-
4 tiere, et eorum qui ab Gaza venerunt. A Petra in-
coluere Omani ad Characem usque, oppidis quondam
claris a Semiramide conditis, Abesamide et Soractia.
Nunc sunt solitudines. Deinde est oppidum, quod
Characenorum regi paret, in Pasitigris ripa, Forath
nomine, in quod a Petra conveniunt: Characemque
inde XII mill. passuum secundo aestu navigant. E Par-
thico autem regno navigantibus vicus Teredon, infra
confluentem Euphratis et Tigris, laeva fluminis Chal-
5 daei obtinent, dextra Nomades Scenitae. Quidam et
alia duo oppida longis intervallis Tigri praenavigari
tradunt, Barbatiam, mox Thumatam: quod abesse a

sunt numeri, et restituendum *a Gaza*... CXXXV M. *a sinu Persico* DC M., ut iam monuere Cellarius, Geog. antiq. lib. III, pag. 418, et Shaw, *Voyages* tom. II, pag. 45. Nihil mutavi, quod quidam eruditi viri volant duplicem fuisse Petram. Et in secundo numero diversi suot libri. In MS. Reg. 2, CXXXV M. In MS. Reg. 1, CXXXII M. In editione principe, CXXII M. BROT.

Vtrumque bivium. Eorum scilicet qui Forath, et Characem, littusque Persici maris petentes, et Syria Palmiram praetergressi, et ab Gaza illuc venere. HARD.

Et Syria Palmiram. Dalec. *Syriae Palmyram.* ED P.

Incoluere. Dalecamp. *incoluerunt.* ED. P.

Omani. Ab Omanitis Ptolemaei, de quibus inferius, longe bi situ disiunctissimi, utrosque nequicquam confundente Ortelio.

Abesamide. etc. Chifflelian. *Besannisa et Soractia nunc sunt solitudines.* ED. P.

Forath. Chifll. *Fora.* EO. P.

Characemque inde. Vet. apud Dalec. *Choraceni. Inde.* EO. P.

Autem. Dalec. *enim.* EO. P.

Teredon. Τερηδὼν Straboni lib. XVI, p. 765. Situs hodie ignoratur. ED. P.

Infra confluentem. Infra cum locum, ubi restagnatio Euphratis cum Tigri confluit. HARD.

Laeva fluminis. Latere fluminis sinistro, facie ad austrum obversa. HARD.

Nomades Scenitae. De quibus dictum est proxime. HARD

Tigri. Dalec. *Tigris.* ED. P.

Mox Thumatam, etc. Chifll. *mox Dumatham*, etc. Vet. ap. Dal. *mox Thumatum. Quod abest a Petra decem dierum navigatione. Nostri negotiatores dicunt Characenorum regi parere.* ED. P. — In Notitia Imperii Rom. cap. 22, pag. 37: *Sub dispositione Ducis Arabiae, Ala prima Valentiniana Thamathae* metari dicitur. Ptolemaeo lib. VI, cap. 7, in Arabia felice Θουμάτα. HARD.

Petra decem dierum navigatione, nostri negotiatores dicunt, Characenorumque regi parere: et Apamiam sitam, ubi restagnatio Euphratis cum Tigri confluat. Itaque molientes incursionem Parthos operibus obiectis inundatione arceri.

Nunc a Charace dicimus oram Epiphani primum 6
exquisitam. Locus ubi Euphratis ostium fuit: flumen Salsum: promontorium Chaldone: voragini similius, quam mari, per L. M. pass. orae: flumen Achana: deserta C. M. pass. usque ad insulam Icharam. Sinus Capeus, quem accolunt Gaulopes et Chateni. Sinus Gerraicus. Oppidum Gerra quinque mill. pass. ampli-

Nostri. Hoc verbum in Chiffl. deest. Ed. P.

Et Apamiam. Non Mesenes oppidom, sed Sittacenes: de quo sup. cap. Hard.

Operibus obiectis. Aggeribus, quibus aquae arceantur a Chaldaeorum ripa, in Parthorum agros eaedem effundantur. Hard.

Nunc o Charace. Vel ab opposito potius Characi littore, et occidentali Tigris Euphratis ripa. Hard.

Epiphani. Vet. apud Dalec. *Epiphanio.* Antiocho Syriae regi, ut mox Plinius ipse dicet. Ed. P.

Locus ubi Euphratis. Namque, ut dictum est superiore cap. Euphratem praeclusere Orcheni, et accolae agros rigantes: nec nisi Tigri defertur in mare. Oram deinceps Plinius persequitur Felicis Arabiae quae orienti soli obvertitur, ducto itineris initio ab Euphratis ore ad mare Rubrum. Hard.

Promontorium. Nomen ei esse *Mascat-Saïf*, auctor est Geographus Nubiensis, parte sexta secundi Climatis pag. 56. Hard.

Voragini similius. Subintellige, mare. Tres in hoc mari voragines describit Geographus Nubiensis loco citato. Hard.

Flumen Achana. In MS. nostro Parisiensi, *Achanum.* In Tabulis, *Cosa.* Hard.

Insulam Icharam. Ιχάρα et Ιχαρος Ptolemaeo lib. VI, cap. 7; Arriano lib VII de Exped. Alex. pag. 487, Ιχαρος, Geographo Nubiensi loco cit. *Comar.* De ea Priscianus in Periegesi pag. 382; *Persicus inde sinus penetratur: et Icaron offert, Insula quae fertur nimium placere Dianae.* Ibi Dianae fanum et Apollinis exstitisse auctor est Strabo lib. XVI, pag. 766, et Arrianus loco citato. Hard.

Chateni. Dalec. *Chatreni.* Ed P.

Sinus Gerraicus. Ab oppido Arabiae Gerra cognominatus. Thus Gerraeum a Nicandro laudatur, Γερραίης λιβάνοιο χύσιν, etc. Vbi scholiastes, Γερραίης, Αραβικῆς. Γέρρα γὰρ πόλις τῆς Αραβίας. Chaldaeorum luris fuisse auctor est Strabo, loco citato. H. — Hic sinus esse videtur qui hodie *Golfe de Kotif* dicitur. Ed. P.

tudine, turres habet ex salis quadratis molibus. A littore L. M. passuum, regio Attene. Ex adverso Tylos insula, totidem millibus a littore, plurimis margaritis celeberrima, cum oppido eiusdem nominis: iuxtaque altera minor, a promontorio eius XII mill. D. pass. Vltra, magnas aspici insulas tradunt, ad quas non
7 sit perventum. Huius ambitum CXII M. D. passuum, a Perside longius abesse, adiri uno alveo angusto. Insula Asgilia: gentes: Nocheti, Zurachi, Borgodi, Cataraei, Nomades: flumen Cynos. Vltra navigationem incompertam ab eo latere propter scopulos tradit Iuba, praetermissa mentione oppidi Omanorum Ba-

Turres habet. Et domos, ἁλίνας τὰς οἰκίας, inquit Strabo lib. XVI, pag. 766. Vide quae dicturi sumus lib. XXXI, cap. 39. Hard.

Quadratis. Chifflettii cod. *quadrati.* Ed. P.

Regio Attene. Nomen habet ab Αττα κώμη, cuius meminit Ptolemaeus lib. VI, cap. 7, ultra Gerraeos, versus Rubrum mare. Incolas Αἰτταιεῖς vocat, mendose, pro Αττατεῖς. Hard.

Tylos insula. Τύλος Ptolemaeo loco cit. Hanc ab Euphratis ostio noctis et diei unius cursu distare scribit Arrianus lib. VII de Exped. Alex. pag. 488. Contra Eratostheoes, qui Τύρον vocat, apud Strabon. loco citato ut et Artemidorus apud Steph. dissitam a Teredone scribit, decem dierum navigatione, noius a promontorio quod est apud Macas, hoc est, a faucibus Persici sinus. H. — Nunc *ile de Bahraïn* margaritarum piscatu nobilis. Bact.

Altera minor, etc. Vel. Dalecamp. *Altera in ora promontoria.* Eo. P. — Vel altera Tylos, ut Bochartus existimavit, Geogr. parte 2, lib. 1, cap. 45, pag. 766, vel altera insula: cuius nomen Αραδος a Strabone, e Ptolemaeo locis cit. fuisse perhibetur. Nempe ut in Phoenice, sic in mari Persico, unde Phoenices profecti, duas magni nominis insulas, Tyrum et Aradum, extitisse voluni: onde coloniae in Phoenicem deductae. Strabo lib. XVI, pag. 766. Tylos minor a maiore x taotùm M. P. distabat, teste Plinio lib. XII, cap. 21. H. — Haec *Samaki* hodie dicitur. Ed. P.

A promontorio eius. Hoc est, a Tyli maioris promontorio. H.

XII mill. D. pass. Dalecamp. *XII mill. pass.* Eo. P.

Huius ambitum. Nempe minoris illius insolae, hoc est, Aradi. H.

Asgilia. Chiffl. *Asclie.* Eo. P.

Flumen Cynos. Κυνὸς ποταμός, hoc est, Canis flumen. Existimo esse *Larem* Ptolemaei lib. VI, cap. 7. Arabum *Falg*, apud Geogr. Nub. p. 54. Hard.

Ab eo latere. Arabiae orientali, extra sinum Persicum. H.

Omanorum, etc. Qui Ptolemaeo l. VI, cap. 7, Ομανῖται dicuntur. H.

trasabbes, et Omanae, quod priores celebrem portum Carmaniae fecere. Item Omnae et Athanae, quae nunc oppida maxime celebrari a Persico mari nostri negotiatores dicunt. A flumine Canis, ut Iuba tradit, mons adusto similis. Gentes Epimaranitae. Mox Ichthyophagi: insula deserta: gens, Bathymi. Eblitaei montes, insula Omoenus. Portus Machorbe: insulae Etaxalos, Onchobrice: gens, Chaldaei. Insulae sine nominibus multae: celebres vero, Isura, Rhinnea, et proxima in qua scriptae sunt stelae lapideae litteris incognitis. Goboea portus, Bragae insulae desertae. Gens Thaludaei. Dabanegoris regio. Mons Orsa cum portu. Sinus Duatus, insulae multae. Mons Tricoryphos. Regio Cardalena, insulae Solanidae, Capina. Item Ichthyophagorum. Deinde Glari. Littus Hammaeum, ubi auri metalla. Regio Canauna, gentes Apitami, Gasani. Insula Devade: fons Goralus. Insulae Calaeu et Amna-

Batrasabbes. Chifflet. *Batrasavanes.* Forte rectius, *Petrae Sabes.* Nam Omanorum regiam, *Hagiar* vocitatam esse, hoc est, Petram, auctor est Geographus Nubiensis, parte 6 secundi Climatis pag. 54. Hardo. et Ed. P.

Et Omanae Chifflet. *et Ommamae* Stephanus: Ὀμανα πόλις τῆς εὐδαίμονος Ἀραβίας. Persidi adscribit auctor Peripli maris Erythraei: ἐμπόριον τῆς Περσίδος ἡ λεγομένη Ὀμανα. Hard. et Ed. P.

Quod priores. Vetustiores Geographi. Hardo.

Omnae et Athanae. Chifflet. *Homae et Altanae.* Ed. P.

Epimaranitae. Manaritas Strabo eum Garraeis, de quibus supra, copulat lib. XVI, pag. 776, quorum hi coloni videntur, Epimaranitae idcirco dicti. Hard.

Ichthyophagi Horum in hoc ipso tractu apud Ptolemaeum quoque mentio lib. VI, cap. 7. Ad Maeas usque pertinere ait, de quibus mox dicetur. Hardo.

Machorbe. Dalec. et Elz. *Machorbae.* Ed. P.

Stelae lapideae. Στῆλαι pilae sunt, seu columnae. Hard.

Thaludaei. Vet. Dal. *Caladaei.*

Tricoryphos. A triplici vertice nomen effictum: ibi tria fuisse mirae celsitatis Deorum fana refert Diod. Sic. Bibl. lib. III, pag. 178. Littoris Hammaei, et Γασανδῶν idem meminit pag. 179. Insula *Deceadae.* Philostorgio cognita, cui Διβοῦ dicitur. Hard.

Devade. Dalecamp. et Elz. *Devadae.* Ed. P.

Goralus Insulae, etc. Dalecamp.

methu: gens Darrae. Insulae: Chelonitis: Ichthyophagon multae, Eodanda deserta, Basag, multae Sabaeorum. Flumina: Thamar, Amnon: insulae Dolicae: fontes; Daulotes, Dora. Insulae: Pteros, Labatanis, Coboris, Sambracate, et oppidum eodem nomine in continenti. A meridie insulae multae, maxima Camari, flumen; Mysecros: portus, Leupas. Scenitae Sabaei. Insulae multae. Emporium eorum Acila, ex quo in Indiam navigatur. Regio, Amithoscuta: Damnia. Mizi maiores et minores. Drimati. Naumachaeorum promontorium contra Carmaniam est. Distat quinquaginta mill. passuum. Mira res ibi traditur: Numenium ab Antiocho rege Mesenae praepositum, ibi vicisse eodem die classe, aestuque reverso iterum equitatu

Goralus, Garpheti, insulae, etc. Ed. P.

Insulae Calacu, etc. Vel. ap. Dal. *insulae Alaca, Amnameth.* Dalecamp. *insulae Alcu, Amnamethu.* Ed P. — Nos Calaeu emendavimus, seculi auctorem Peripli maris Erythraei, qui τὰς Καλαίου λεγομένας νήσους hoc tractu maris agnoscit. H.

Gens Darrae. Stephanus: Δάρραι ἔθνος πρὸς τῇ ἐρυθρᾷ θαλάσσῃ. *Darrhae, populi iuxta mare Rubrum.* A Ptolemaeo praepostere locantur in Arabico sinu. Haad.

Chelonitis. Χελωνῖται, νῆσος ἐν τῇ ἐρυθρᾷ θαλάσσῃ, Stephanus pag. 718. Hard.

Dora. Huic fonti cognominem insulam in Persico sinu Stephanus locat: Δῶρα, νῆσος ἐν τῷ Περσικῷ κόλπῳ. Haad.

Labatanis. Dal. *Labanis.* Ed. P.

Et oppidum eodem. A quo myrrha Sembracena cognominatur lib. XII, cap. 36. Sabaeorum oppidum fuisse dicitur ibidem, mari proximum. Scenitarum scilicet Sabaeorum, de quibus statim dicetur. H.

A meridie insulae multae. Ultra sinus Persici angustias. H.

Camari. Καμαρηνοὶ νῆσοι Ἀραβίων, Stephano. Hard.

Acila. Chiffl. *Acil.* Ed. P. — Non est Ocelis vel Ocila, de quo cap. 26. Illud enim Arabici sinus, et Gebanitarum iuris emporium fuit: istud Scenitarum Sabaeorum, Persico mari, quam Arabico propius. H.

Dramati Naumachaeorum, etc. Dal. *Drimati, Macae. Horum promontorium.* Ed. P.

Naumachaeorum. Chiffl. *Naumacheorum.* Ed. P. — Mela lib. III, c. 8, Arabiae felicis *maiorem*, inquit, *Sabaei tenent partem: ostio proximam, et Carmanis contrariam Macae.* Vide quae de Camaniae promontorio diximus cap. 26. H.

Quinquaginta. Chifflettius *quinque.* Ed P.

contra Persas dimicantem, et gemina trophaea eodem in loco Iovi ac Nepiuno statuisse.

Insula in alto obiacet Ogyris, clara Erythra rege ibi sepulto. Distat a continente CXXV mill. passuum, circuitu CXII M. passuum. Nec minus altera clara in Azanio mari Dioscoridu, distans a Syagro extimo promontorio CCLXXX mill. pass.

Insula in alto obiacet Ogyris. De insulae eius situ ac nomine, quaestio gemina est. Desciscere vero a Geographorum communi placito nihil verebor, atque inficias ire fuisse hanc eo situ, quo nunc *Ormuz* est. Quum enim in alto, extra promontorium, fretumque in mari Rubro iacere Ogyris dicatur: non a Plinio modo, sed et a caeteris scriptoribus mox laudandis: compertissimumque sit Ormuziam intra ipsas sinus angustias positam esse testium αὐτοπτῶν relatu, et nomine et situ dispares esse eas perspicua res est. Iam Ogyris a continente CXXV mill. pass. Vix quaternis millibus distat Ormuzia. Illa circuitu CXII mill. pass. haec vix duodenis. Nec vero, quos aliis visum, *Socotora.* Ogyris esse potest, quae in Azanio mari posita, procul ab eo situ dissidet, in quo describendo Plinius habitat. Quod porro ad vetustum Ogyris nomen attinet, Ogyrin quidem aperte nuncupant, non modo Reg. 2, codex, sed et vetusti scriptores: Mela, lib. III, cap. 8, pag. 61. Stephan. Ογυρις, νῆσος ἐν τῇ ἐρυθρᾷ θαλάσσῃ. Dionysius item, vers. 606, cuius carmen sic Festus Avienus expressit, in Descrip. orbis, vers. 805: *Ogyris inde salo promit caput, aspera rupes Carmanidis qua se pelagi procul invehit undas, Regis Erythraei tellus haec nota sepulcro. Persicus hinc aestus fauces hiat.* Et Priscianus in Periegesi, pag. 381: *Vlterius pergas si post Carmanida summam, Ogyris occurret: qui dicitur esse sepulcrum Regis Erythraei, dederat qui nomina Ponto.* Nihilominus in Reg. 1, Colb. 1, 2, et Paris. *Ogenis* legitur, Ὠγενίς, quod quidem tolerabile est, si quasi Ὠκεανῖτις dicitur. Οὐάρακτα dicitur Arriano in Indicis, pag. 579. Forte Δοράκτα Straboni, lib. XVI, pag. 767. Maximam eam esse insulam arbitror, quae lateri Arabiae australi obiacet, hodie *Mazira.* Haao. — Nobis quidem hic Plinii error translata fuisse videtur Ogyris insula, si tamen legendum sit nomen Ogyris; nam illum potius meminisse voluisse putamus insulae istius quae nunc *grande Maceira* dicitur, ut quidem opinatur Harduinus. Eo. P.

CXXV mill. etc. Chifflet. eod. dat *CXX mill. pass. circuitu CXII* n. Eo P.

Azanio mari. De quo cap. 28 et 34. Haao.

Dioscoridu. Vet. ap. Dalec. *Dioscuriada.* Eo. P. — Auctori Peripli maris Erythraei, ἡ Διοσκορίδου καλουμένη νῆσος. Hanc ille pluribus describit. In Rubro mari a Ptolemaeo locatur lib. VI, cap. 7, ἡ Διοσκορίδου νῆσος. Stephanus: ἔστι καὶ ἐν τῇ ἐρυθρᾷ θαλάσσῃ νῆσος Διοσκορίδου. Hodie *Socotora.* Hard.

Syagro. Σύαγρος ἄκρα. Ptolemaeo, loc. cit. et auctori Peripli, promontorium illud est quod in australis

Reliqui in continente a Noto etiamnum Ausaritae: inde in montes VIII dierum transitus. Gentes; Larendani, Catabani, Gebanitae pluribus oppidis, sed maximis, Nagia, et Tamna templorum LXV. Haec est amplitudinis significatio. Promontorium, a quo ad continentem Troglodytarum L. mill. pass. Toani, Ascitae, Chatramotitae, Tomabei, Antidalei, Lexia-

Arabiae latere medio longissime procurrit versus exortum solis hibernum. Hod. *Cap de Fartak*. HARD.

A Noto. A meridie: ut supra, *a meridie insulae multae*. H.

Ausaritae. Inde in montes VIII dierum transitus. Libri ante nos editi, *Autaride in montes VII*, etc. Ausaritas ex Ptolemaeo, Plinioque. Voculam *inde*, quam superius vocabulum posteriore sui parte ob affinitatem absorpserat, coniectura restituimus. In hac ipsa meridionali Arabiae ora, inter Syagrum promontorium, sinumque Persicum, Αὔσαρα πόλις Ptolemaeo, l. VI, c. 7, unde myrrha Ausaritis dicta apud ipsum Plinium, lib. XII, cap. 35. HARD.

Gentes: Larendani, etc. Forte scribendum, *Garyndani*: Γαρυνδανεῖς enim cum Gerraeis, Minaeis, aliisque Arabiae populis coniungit Diodorus Siculus, Bibl. lib. III, pag. 176. Γαρυνδαῖοι Straboni, lib. XVI, pag. 758. Sedes his gentibus olim fuere a media ferme ora lateris Arabiae meridionalis, ad fretum usque Arabicum, cui nomen est hodie *le détroit de Bab-el-Mandeb*. HARD.

Catabani, Gebanitae. Catabanis Gebanitae, aut Gebanitis vice versa contributi Catabini videntur: quum idem oppidum Tamna, quod Gebanitis Plinius arrogat: tum hoc loco, tum lib. XII, cap. 32, Catabanensium regiam fuisse doceat Eratosthenes apud Strab. lib. XVI, pag. 768. Καταβανεῖς porro ad angustias fretumque Arabici sinus pertinuisse idem est auctor: Καταβανεῖς καθήκοντες πρὸς τὰ στενὰ καὶ τὴν διάβασιν τοῦ Αραβίου κόλπου, ingenti errore ad fauces Persici sinus eos locante Ptolemaeo, lib. VI, cap 7. HARD.

Et Tamna. Τάμνα Eratostheni, loc. cit. Plinio, lib. XII, cap. 32, *Thomna*. Stephanus ex Alexandro Polyhistore: Τάμνα, πόλις Αραβική. Ptolemaeo, loco cit. Θούμνα. H.

Promontorium. Syagrum nempe de quo dictum est proxime. H.

Troglodytarum. In Africae littore, quod contra Arabiam est. H.

Ascitae. Ασκῖται Ptolemaeo, lib. VI, cap. 7, iuxta Syagrum promontorium: παρὰ δὲ τὸν Σύαγρον τὸ ὄρος μέχρι θαλάσσης, Ασκῖται. Prius *Aechitae* perperam legebatur: quod tamen secutus est Ortelius: qui Plinii Ascitas cum Αγχῖται Ptolemaei et nomine perperam, et situ confundit. HARD.

Chatramotitae. Chiffl. *Castamotitae*. Ed. P. — Χατραμωτῖτις χώρα πλησίον τῆς ἐρυθρᾶς θαλάσσης, inquit Stephanus. Catabanensibus ad orientem obiacere auctor est Strabo, lib. XVI, pag. 768, oppidumque eorum Καβάτανον. HARD.

nae, Agraei, Cerbani. Sabaei Arabum propter thura clarissimi, ad utraque maria porrectis gentibus. Oppida eorum in Rubro littore: Marane, Marma, Corolia, Sabatha: intus oppida, Nascus, Cardava, Carnus, et quo merces odorum deferunt, Tomala. Pars eorum Atramitae, quorum caput Sabota, LX templa muris includens. Regia tamen omnium est Mariaba. Sinum obtinet XCIV millibus pass. refertum insulis odoriferis. Atramitis in mediterraneo iunguntur Minaei: mare accolunt et Elamitae, oppido eiusdem 12

Agraei. Αγραίους ἔθνος Αράβιον ex Strabone, lib. XVI, pag. 767, appellat Stephanus. Hard.

Cerbani. Stephano Κερβανῖται, ἔθνος τῆς εὐδαίμονος Αραβίας. An ex Stephano Plinius, aut versa vice Stephanus ex Plinio corrigendus? Plinius, hoc ipso cap. iterum Cerbanos appellat. Hard.

Sabaei. Hinc ad Salomonem accessisse Reginam, Philostorgius, lib. III, cap. 4, aliique viri docti scribunt. Favet horum opinioni, quod Sabaeis feminae semper imperitaverint. Claudianus, lib. I in Eutrop. *Medis, levibusque Sabaeis Imperat hic sexus.* Idem propter thura clari: nam ut Maro cecinit: *Solis est thurea virga Sabaeis.* H. — *Sabbea* etiamnunc nomen servat eorum oppidum. Ed. P.

Ad utraque maria. Arabicum, et Rubrum. Hard.

Marane. Cuius incolae Μαρανεῖς Diodoro Siculo, Bibl. lib. III, pag. 176. Μαρανῖται Straboni, lib. XVI, pag. 776. Hard.

Sabatha. Dalec. *Sabatra.* Ed. P. — Sive *Sabota*, ut mox dicetur: idem enim oppidum est. Atramitarum in Sabaeis caput. Σάβαθα μητρόπολις, auctori Periipli maris Erythraei. Fesalus Avienus, in Descript. orbis, pag 1145, *Minaei, Sabataeque tenent.* H. — Hodie *Schibam*, ut ait iam saepe laudatus eruditissimus vir Gossellin. Ed. P.

Nascus. Νάσκος μητρόπολις, Ptolemaeo, lib. VI, cap. 7. Hard.

Pars eorum. Sive, pagus eorum, ut dicemus lib. XII, cap. 31. H.

Atramitae. Αδραμῖται Ptolemaeo, lib. VI, cap. 7. Hinc myrrha Atramitica, lib. XII, cap. 35. Hard. — Eorum nomen servat regio quam incoluerunt, dicta hodie *Hadramaut.* Ed. P.

Sabota. Dalec. *Sobotale.* Plinius ipse, lib. XII, cap. 30. Ed. P.

Regia tamen omnium. Sabaeorum scilicet, et Atramitarum. Strabo, lib. XVI, pag. 768, Σαβαίων μητρόπολις Μαριάβα. Et ex Strabone Stephanus, pag. 443. Quae vis huic voci subsit, mox Plinius ipse aperiet. Porro quae Mariaba Plinio, haec Ptolemaeo Σάβη. Hard. — Etiamnunc *Mareb.* Ed. P.

Sinum obtinet. Atramitis regio, inquit, Arabico sinui ab eiusdem faucibus, per XCIV pass. millia praetenditur. Hard.

Minaei. De quibus rursum inferius. Hard.

Elamitae. Forte Elaitae, ab Αἴλαν

13 nominis. Iis iuncti Cagulatae. Oppidum Sibi, quod Graeci Apaten vocant. Arsi, Codani, Vadei, oppido magno: Banasasaei, Lechieni: Lygaros insula, quam canes non intrant, expositique circa littora errando moriuntur. Sinus intimus, in quo Leanitae, qui nomen ei dedere. Regia eorum Agra, et in sinu Laeana, vel, ut alii, Aelana. Nam et ipsum sinum nostri Aelaniticum scripsere, alii Aelenaticum, Artemidorus Ale-

κώμη, quam in hoc ipso tractu Ptolemaeus agnoscit, lib. VI, cap. 7. Vel ipsi potius Leanitae, de quibus mox. Hard.

Oppido. Dalec. *oppidum.* Ed. P.

Iuncti. Vet. ap. Dalec. *iunguntur.* Ed. P.

Sibi. Dalec. et Elz. *Siby*, Eo. P.

Graeci Apaten. Απάτην, quae vox fraudem sonat. Incolae Apataei, quos Ναπαταίους mendose, ut arbitror, vocat Ptolemaeus, lib. VI, cap. 7, iuxta Vadenos, de quibus mox dicemus. H. — Vet. apud Dal. *Appoten.* Eo. P.

Arsi, Codani. Dalec. uno vocabulo *Arsicodani.* Eo. P. — Ptolemaeo, lib. VI, cap. 7, Αρσαι. Hard.

Vadei, oppido magno. Daleeamp. *Vadei cum oppido magno.* Quod Ptolemaeus, loco citato, Βαδέου βασίλειον, Vadei regiam nuncupat. Regionis incolae, in mediterraneo, Οὐαδηνοί. Hard. — Chifflet. ita locum hunc totum legit: *Arsi, Codani, Baraei oppido magno Barasara et Laechiceni Syagros insulam canes non intrant, etc.* Eo. P.

Lechieni. Ita libri omnes. Λαιηνοὺς Ptolemaeus Vadenis inngit, de quibus dictum est proxime. Hard.

Sygaros. Ita Reg. 2. At Reg. 1, *Stagnos.* Delicias facit Frobenius, qui *Syagros* scribit: promontorii nomine, quod in Arabiae latere australi in mare procurrit, cum insula intimi fere sinus Arabici communicato. H.

Sinus intimus. Vltimus est sinus Arabici mucro, qua vergit in exortum solis, et Arabiam Petraeam. H.

Regia eorum. In ora sinus Arabici, seu Aelanitae posita. Stephanus: Εγρα, πόλις Αραβίας, πρὸς τὸ Αἰλανίτῃ κόλπῳ. Alia haec ab Egra Ptolemaica, Plinianaque, de qua inferius inter oppida mediterranea dicemus. H.

Et in sinu. Insulae instar, aut peninsulae, mari circumdata. H.

Vt alii, Aelana. Philostorgio Αιλὰν lib. III, cap. 6. Stephano, aliisque, Αἴλανον. Notitia imperii sub duce Palestinae, *Aila.* Vnde et Petrus Ailensia, in Conc. Nic. I, inter episcopos Palaestinae, Straboni, lib XVI, pag. 768, Ελανὰ. H. — Etiamnunc *Ailah* sive *Akaba ila.* Eo. P.

Artemidorus Aleniticum. Elaniticum potius, ex Agathemero, qui Artemidori epitomen fecit, Geogr. cap. 3, Ελανιτικόν. Tantam attulit in ea voce scripturae inconstantiam, Arabum, Syrorum, Hebraeorumque varius efferendi modus, quem afferl Bochartus, Geogr. parte 2, lib. 1, cap. 44, p. 761. Strabo loco citato. Ελανίτης μυχός. H.

niticum, Iuba Laeaniticum. Circuitus Arabiae a Charace Laeana colligere proditur quadragies septies centena LXX M. Iuba paulo minus XL putat. Latissima est a septemtrione inter oppida Heroum et Characem.

Nunc et reliqua mediterranea eius dicantur. Nabataeis Thimaneos iunxerunt Veteres: nunc sunt Taveni, Suelleni, Arraceni, Areni; oppidum, in quo omnis negotiatio convenit. Hemuatae, Analitae: oppida, Domatha, Egra. Thamudeni, oppidum Bada- 14

Circuitus Arabiae. Facta navigatione a Charace, quod oppidum Tigris ostio adiacet, per maria tria, Persicum, Rubrum, Arabicumque, ad intimum usque huius sinum, oppidumque Laeana. H.

Quadragies septies. Dalec. *quadragies octies*, etc. Chiffletianus *XLVI.* Eo. P.

LXX. Chiffl. *LXVI.* Elz. *LXV.* Eu. P.

Paulo minus XL. Hoc est, paulo minus quadragies centenis, scilicet per viarum navigationumque compendia. H.

Characem. Dal. *Chracem.* Eo. P.

Nabataeis. Quorum oppidum Petra, ut dictum est superius hoc ipso cap. H.

Thimaneos. Βυθημανίους vocat Agatharchides lib. de Rubro mari, cap. 45, pag. 1368, apud Photium in Bibl. cod. 250. H.

Taveni. Hi sunt de quibus Bardesanes apud Euseb. Praepar. lib. VI, p. 277, Ταυνοὶ (forte pro Ταουῖγοὶ), Σαρακηνοί. H.

Arraceni. *Sarsaceni* quidem habet editio Basileensis anni 1535, et aliae eam secutae. Sed retinenda vetus lectio, quam exhibent editiones priores omnes, et libri manuscripti: atque in his quidem duo e nostris: *Suelleni*, *Araceni* (*al. Arraceni*), *Areni: oppidum, in quo omnis*, etc. Saracenorum nomen ante Marci imp. tempora innotuisse negat Iac. Gothofredus pag. 9, in notis ad ἐξήγησιν anonymi, quem in lucem edidit. Nunc vero nomen Saracenorum dicitur esse in oriente incognitum. De falsa originatione vocis *Saraceni* ex Σάῤῥα κώμην, vide Cotelerium, in monumentis ecclesiae graecae. H. — Chiffl. totum hunc locum sic legit: *Thabaeni*, *Suallini*, *Anageni*, *oppidum in quo negotiatio ei convenit. Hemnatae*, *Analitae*: *oppida Domata*, *Haegra.* Dalec. *Taueni*, *Suelleni*, *Sarraceni.* *Arre oppidum*, *in quo omnis negotiatio convenit*, etc. Eo. P.

Areni: oppidum. Ἀῤῥὴ κώμη in mediterraneis Arabiae oppidis a Ptolemaeo quoque censetur lib. VI, cap. 7. Cave porro confundas Arram cum Areopoli, de qua in Notitia Romani Imp. Haec enim Arabiae Petraeae: Arra, Felicis, H.

Analitae. An Acalitae, ab Ἀκάλη mediterraneo oppido apud Ptolemaeum, loco cit. H.

Domatha. Ita MSS. omnes, Colb. 1, 2, etc. non *Domada*, ut editi. Familiaris ille verborum casus in Arabicis nominibus: Sabotha, Badanatha, etc. Δυμάτιοι τῆς Ἀραβίας in-

natha. Carrei, oppidum Carriata. Achoali, oppidum Phoda: ac Minaei, a rege Cretae Minoë (ut existimant) originem trahentes: quorum Charmaei; oppidum XIV mill. pass. Mariaba Baramalacum, et ipsum
15 non spernendum: item Carnon. Rhadamaei, et horum origo Rhadamanthus putatur frater Minois. Homeritae, Massala oppido. Hamirei, Gedranitae, Amprae, Ilisanitae, Bachilitae, Sammei, Amathei cum oppidis

colae appellantur a Porphyrio, apud Euseb. Praepar. lib. IV, p. 156. H.

Egra. Εγρα mediterraneum Arabiae oppidum Ptolemaeo lib. VI. c. 7. H.

Thamudeni. Dalec. *Thamudei.* Ed. P. — Θαμυδηνοὶ, Ptolemaeo loco cit. Θαμουδηνοὶ, Agatharchidi loco cit. cap. 47, pag. 1369, et Diodoro Sic. Bibl. lib. III, pag. 177. In Notitia dignitatum imp. Roman. c. 18, sub dispositione Comitis rei militaris per Aegyptum, *Equites Sarraceni Thamudeni* Stephano Θαμουδᾶ lacus Nabathaeis Arabicus vicinus. H. — *Thamud* etiamnunc dicta videtur quam tenuerunt regio. Ed. P.

Oppidum Carriata. Dal. *Chariati.* Χαριάθα Ptolemaeo lib. VI, c. inter mediterraneas felicis Arabiae civitates H. — Hodie parum immutato nomine *Cariatain.* Ed. P.

Ac Minaei. Μιναῖοι μέγα ἔθνος, gens magna, inquit Ptolemaeus loco citato. Hinc myrrha Minaea, Plinio lib. XII, cap. 35, et thus Minaeum, cap. 30. H.

Vt existimant. Tam vere scilicet a Minoe Cretensi, Minaei nomen sortiti sunt, quam vicini Minaeis Rhadamaei a Rhadamantho. Eo Mythologos adduxit similitudo nominum, ut Minoem in Arabiam usque deveherent. Id tamen Stephanus existimavit, verbo Μινῶα. H.

Quorum Charmaei. Subintellige, pars, vel pagus: ut Atramitae superius pars Sabaeorum dicti. H.

Mariaba Baramalacum. Elx. *Maribba Baramalacum.* Ed. P. — Mariaba communis est, ut mox dicemus, plurium civitatum in hac regione appellatio: huius peculiaris Baramalacum. Haro.

Item Carnon. Κάρνα Ptolemaeo lib VI, cap. 7, inter oppida Arabiae mediterranea. Stephano: Κάρναναι, πόλις Μιναίων· ἔθνος πλησίον ἐρυθρᾶς θαλάσσης. Κάρνα quoque Strabonii, lib. XVI, pag. 768. H.

Rhadamaei. Dal. *Rhammei.* Ed. P.

Homeritae. Pars item Sabaeorum, unde et a quibusdam scriptoribus cum Sabaeis confusi. Ομηρίται ad Rubrum usque mare, uti et Sabaeos, pertinere ait Ptolemaeus loco cit. H.

Massala. Quod apud Ptolemaeum inter oppida mediterranea Felicis Arabiae, Μασθάλα scribitur. H.

Gedranitae, Amprae, etc. Chiffl. *Gedranitae, Phryaei, Hyrsanitae, Bacchylitae, Samnaei, Amaitrei, oppidis Nessa et Chemaesaeri, Zamerini oppidis Sagiattae, Canthace, Bacas Chamiri, Pheazina oppidum, quo vocabulo,* etc. Ed. P.

Sammei. Forte Sameni, de quibus Stephanus, p. 584: Σαμηνοὶ, Νομάδων Αραβίων ἔθνος. H.

Nessa et Cennesseri. Zamareni cum oppidis Saiace, Scantate, Bacascami. Riphearma oppidum, quo vocabulo hordeum appellant, Autei et Ravi, Gyrei et Mathataei, Helmodenes cum oppido Ebode. Agacturi in 16
montibus, oppido xx mill. passuum, in quo fons Emischabales, quod significat camelorum oppidum. Ampelone colonia Milesiorum; Actrida oppidum. Calingii, quorum Mariaba oppidum significat dominos omnium: oppida; Pallon, Vrannimal iuxta flumen, per quod Euphratem emergere putant: gentes; Agrei, Ammonii: oppidum Athene, Cauranani, quod significat ditissimos armento; Coranitae, Caesani, Choani. Fuerunt et graeca oppida, Arethusa, Larissa, Chalcis: deleta variis bellis.

Cum oppidis Nessa. Agatharchides lib. de Rubro mari, cap. 45, apud Phot. cod. 250, p. 1368, Νῆσσαν ait nomen habuisse, ἀπὸ τῆς τοῦ ζώου πολυπληθίας, ab animum multitudine. Sed diversa haec fortassis Pliniana Nessa: illi enim locus ita appellatur longissime mari praetentus: oppidum Plinio mediterraneum: a quo ipsa forte ora nomen acceperit. H.

Saiace. Forte Σοάκα Ptolemaei in mediterraneis Felicis Arabiae oppidis. H.

Hordeum appellant. Vocabulo prorsus barbaro, quod nec Hebraeos fontes, nec Arabicos sapit: uti ea quae proxime sequitur, *Emischabales.* H.

Autei et Ravi, etc. Chifft. *Autaei et Brani Gyrei Elmata eis oppido* xx *pass. Chodae, Lathuri in montibus*, etc. Ed. P.

Ampelone colonia. Vet. apud Dal. *Amyelomei colonia.* Ed. P. — Quoniam Milesios eo colonos deduxere Persae. Eadem Ampe dicta Tzetzae et Stephano. Ampelonen ab Ampe diversam immerito statuit Ortelius: quum Tzetzes apertissime de Ampe referat, quae Plinius de Ampelone: depopulatos scilicet Persas regionem Milesiorum, captivos cives Ampen deduxisse, qui colonorum ritu eo loci degerent. Sic enim ille Chiliad. 7, Hist. 156, vers. 993: Χρόνοις Δαρείου τοῦ πατρὸς τοῦ Ξέρξου τοῦ μεγάλου Δι' Ἰστιαῖον, Μίλητον ἐπόρθησαν οἱ Πέρσαι. Εν Αμπῃ δὲ κατῴκισαν πόλει τῇ Ερυθραίᾳ. H.

Significat dominos. Non est ea vox, in hac significatione, Arabici sermonis hodierno usu recepti. Primariis urbibus communis, ut diximus, haec appellatio fuit. H.

Vrannimal. Dalec. et Elzev. *Murannimal.* Ed. P.

Athene. Dalecamp. et Elzev. *Athenae.* Ed. P.

Choani. Ovid. Metam. lib. V, vs. 165: *Choanius Molpius, dextra Nabataeus Ethemon.* Sic enim legendum, non *Chaonius.* H.

Chalcis. Dalec. *Calcis.* Ed. P.

47 Romana arma solus in eam terram adhuc intulit Aelius Gallus ex equestri ordine. Nam C. Caesar Augusti filius prospexit tantum Arabiam. Gallus oppida diruit non nominata ab auctoribus, qui ante scripserunt, Negram, Amnestrum, Nescam, Magusam, Tammacum, Labeciam, et supra dictam Mariabam, circuitu VI mill. passuum. Item Caripeta, quo longissime
48 processit. Caetera explorata retulit: Nomades lacte et ferina carne vesci: reliquos vinum, ut Indos, palmis exprimere, oleum sesamae. Numerosissimos esse Homeritas: Minaeis fertiles agros palmetis arbustisque, in pecore divitias. Cerbanos et Agraeos armis praestare, maxime Chatramotitas. Carreis latissimos

Aelius Gallus. Αἴλιος Γάλλος, Egypti praefectus, Straboni familiaris, qui de eius expeditione Arabica multa scriptis consignavit, lib. II, p. 118, lib. XVI, p. 780, et lib. XVII, pag. 619. Aelium Largum Dio appellat, lib. LIII, pag. 516, insigni hallucinatione. H.

Augusti filius. Agrippae, ut diximus aup. cap. natura: adoptione Augusti filius. H.

Negram, etc. Ita MSS. omnes. Chiffl. *Negranan*, *Nestum*, *Neescan*, *Musugum*, *Caminaeum*, *Laba etiam et supra dictam Mariabam.... Item Caripetam.* — Prius, *Egram*, *Annestum*, *Escam*, etc. At Egrae superius habita mentio est. H.

Magusam. Forte qui Μαργουσαῖοι cives a Bardesane appellantur, apud Euseb. Praepar. lib. VI, p. 278. H.

Mariabam. Calingiorum oppidum. Hard.

Item Caripeta. MSS. omnes, *Caripetam.* Auctor est Dio loco cit. pag. 517, Aelium Largum (Gallum voluit dicere) usque Athlula insigne oppidum, bellum protulisse, μέχρι Ἀθλούλων. H.

Nomades lacte. Camelorum lacte et carnibus, teste Artemidoro apud Strabonem, lib. XVI, p. 777, Γαλακτοποῖαι, idcirco dicti apud Columell. lib. VII, cap. 2, p. 249. H.

Vt Indos. Plinius lib. XIV, c. 19, ubi de vinis factitiis: *Primum*, inquit, e *palmis*, *quo Parthi*, *et Indi utuntur*, *et Oriens totus.* Et lib. XV, c. 7, de oleo factitio: *Indi ex castaneis*, *et sesama*, *atque oryza facere dicuntur.* Adi et Strabonem lib. XVI, p. 783. Hard.

Divitias. Vet. apud Dalec. *divites.* Ed. P.

Cerbanos et Agraeos. Eodem fere illi ordine superius paulo appellati, hoc ipso capite: *Agraei*, *Cerbani*, *Sabaei Arabum propter thura clarissimi* Vnde liquido affirmare iam licet vitiosam esse librorum hactenus editorum scripturam, *Cembanos et Arios* In MSS. *Ceubanos.* In vet. apud Dal *Cembanus.* Ed. P.

Carreis. Sic MSS. omnes. Male

et fertilissimos agros. Sabaeos ditissimos silvarum fertilitate odorifera, auri metallis, agrorum riguis: mellis ceraeque proventu. De odoribus suo dicemus volumine. Arabes mitrati degunt, aut intonso crine: barba abraditur, praeterquam in superiore labro. Aliis et haec intonsa: mirumque dictu ex innumeris populis pars aequa in commerciis, aut latrociniis degit: in universum gentes ditissimae, ut apud quas maximae opes Romanorum Parthorumque subsistant, vendentibus quae e mari aut silvis capiunt, nihil invicem redimentibus.

XXXIII. Nunc reliquam oram Arabiae contrariam persequemur. Timosthenes totum sinum quatridui navigatione in longitudinem taxavit, bidui in latitudinem, angustias VII mill. D. passus. Eratosthenes ab ostio XIII mill. in quamque partem. Artemidorus Arabiae latere XVII quinquaginta mill. (XXIX.) Troglody-

Dalec. *Caraeis.* de his superius, hoc ipso cap. Hard. et Ed. P.

Sabaeos. Strabo lib. XVI, p. 778. Hard.

Suo dicemus. Libro duodecimo. H.

Arabes. Solini paraphrasis, cap. XXXIII, p. 63. *Arabes longe lateque diffusi, diversis moribus vivunt et cultibus. Plurimis crinis intonsus, capita mitra redimita: pars rasa in cutem barba: commerciis student: aliena non emunt, vendunt sua.* Mitrae porro fasciae suoi, quibus caput religatur. Hard.

Pars aequa. Vet. apud Dalec. *Pars coaequa.* Ed. P.

Maximae. Dalec. *maxime.* Ed. P.

Subsistant. Dalec. *subsidant.* Ed. P.

XXXIII. *VII mill. D. pass.* Aequa et plene par isti mensura Strabonis lib. XVI, pag. 769, angustias illas stadiis sexaginta definiebat. Hard. — Dalec. *IV mill. pass.* Ed. P.

XIII mill. in quamque. Hoc est, decies et ter centeoa millia passuum ab unoquoque sious latere, tum eo quod Arabiam spectat, tum eo etiam quod Troglodyticen alluit. Hard.

XVII Quinquaginta. Decies septies centena quinquaginta millia. In editis exemplaribus, *XIV quinquaginta.* In MSS. Reg. 2, et Chiffl. *XVI quinquaginta.* Nos excidisse librariorum incuria unius numeri notam arbitrati, *XVII* rescripsimus, ipsius Artemidori admonitu, quem Plinius nunc testem advocat. Is enim, referente Agathemero, qui Artemidori epitomen fecit, Geogr. lib. I, c. 3, sinus eiusce latus quod Arabiae praetenditur, a recessu Aelanitico ad ipsas fauces, ait esse stadiorum

tico vero, XI XXXVII D. pass. Ptolemaida usque. Agrippa XVII XXII mill. passuum, sine differentiis laterum. Plerique latitudinem CCCCLXXV prodiderunt, faucesque hiberno orienti obversas, alii VI mill. alii VII mill. alii XII mill. passuum patere.

2 Situs autem ita se habet. A sinu Aelanitico alter sinus, quem Arabes Aeant vocant, in quo eorum oppidum est. Fuit et Cambysu inter Nelos et Marchadas, deductis eo aegris exercitus. Gens Tyra, Daneon portus: ex quo navigabilem alveum perducere in Nilum, qua parte ad Delta dictum decurrit, LXII mill. pass.

14,000, παρὰ τὴν Ἀραβίαν ἀπ' Ἐλανίτου μυχοῦ, σταδίων μυριάδων δ': quae plane efficiunt XVII L milla passuum Artemidoro subscribunt Alexander et Anaxicrates apud Strab. lib. VI, p. 766. Troglodytico vero latere idem ab Heroum oppido usque Ptolemaidem, aiunt intervallum esse stadiorum paulo amplius novem millium: quae passuum millia efficiunt XI XXV undecies centena et XXV. Quae summa accedit ad Plinianam mensuram, XI XXXVII D pass. sic enim rescripsimus ex Reg. 2, et Chiffl. quum libri editi perperam exhibarent XII LXXXLII. H.

XVII XXII. Dalec. cod. *XIII XXII.* Eo. P.

Differentiis. Dalec. et Elzev. *differentia.* En. P.

CCCCLXXV. Dal. *CCCCLXXII.* En. P.

Alii VI. Dalec. *alii IV.* Chiffl. *alii VII, alii XV patere.* En. P.

Aelanitico. Chiffl. *Laeanitico.* En. P.

Alter sinus. Heroopolitieus dictus, lib. V, c. 12, ab oppido quod Heroum vocabant. Ἡρώων πόλις Straboni lib. XVI, p. 768. Hodieque vetustum servare nomen creditur, *Herou.* Alii *Sues* esse arbitrantur. De eo egimus libro superiore cap. 9. Heroopolitieus, qui et occidentalis sinus est maris Rubri, is est, qua Israëlitae, duce Mose, ex Aegypto profugi transierunt: quem sinum in acumine ultimo leucam unam latitudine non excedere, inde per leucas duodecim paulatim crescere usque ad latitudinem trium leucarum, a teste locuplete et αὐτόπτῃ didicimus. H.

Heroum. Chiffl. *Heroon.* Eo. P.

Fuit et Cambysu. Excidisse iam suo aevo innuit hanc Καμβύσου πόλιν. De Cambysae expeditione Aegyptiaca multa Herodotus lib. III. Hard.

Perducere in Nilum. Auctor libri de Mensura orbis terrae: *Hodie in cosmographia, quae sub Iulio Caesare et Marco Antonio consulibus facta est, scriptum inveni partem Nili fluminis exeuntem in Rubrum mare iuxta civitatem Ovilam* (alias *Olivam*) *et castra Monsei.* Hard.

Ad Delta dictum. Libro superiore, cap. 9. Hard.

LXII. mill. pass. Chifflet. *LXII mill. D. pass.* Eo. P.

intervallo (quod inter flumen et Rubrum mare interest) primus omnium Sesostris Aegypti rex cogitavit: mox Darius Persarum: deinde Ptolemaeus sequens: qui et duxit fossam latitudine pedum centum, altitudine XL, in longitudinem XXXVII mill. D. passuum usque ad Fontes amaros. Vltra deterruit inundationis 3
metus, excelsiore tribus cubitis Rubro mari comperto, quam terra Aegypti. Aliqui non eam afferunt causam, sed ne immisso mari corrumperetur aqua Nili, quae sola potus praebet. Nihilominus iter totum terendo frequentatur a mari Aegyptio, quod est triplex: unum a Pelusio per arenas, in quo nisi calami defixi regant, via non reperitur, subinde aura vestigia operiente. Alterum vero duobus mill. passuum ultra Casium 4
montem, quod a sexaginta mill. passuum redit in Pe-

Primus omnium Sesostris. Ita de Sesostri et Dario Arist. Meteorol. l. I, cap. 14, pag. 548. Eadem refert et Strabo lib. XVII, pag. 804. Id vero non ad Sesostrim, sed ad Necum, Νεχώ, Psammetichi F. Sesostridis N. referunt Herodotus, Euterpe lib. II, num. 158, pag. 151; Diodorus Sic. Bibl. lib. I, pag. 29; Tzetzes Chiliad. VII, v. 1477. H.

Ptolemaeus sequens. Hoc est, Ptolemaeus secundus, ὁ δεύτερος Πτολεμαῖος, inquit Diodorus loc. cit. Philadelphus is fuit Ptolemaei Lagidae F. Sic Africanus sequens, pro iuniore seu posteriore, a Plinio saepe appellatur. Hard.

XL. Dalecamp. et Elzevir. *triginta.* Ed. P.

Vsque ad fontes amaros. Horum meminit Diodorus Siculus, Bibl. lib. III, prope Arsinoën, ὕδατα πολλὰ πικρᾶς ἁλμυρίδος ἔχοντα γεῦσιν. Lacum efficiunt, cui nomen a vicino oppido, *le lac de Kolzum.* Hodie Mosis fontes vocantur, numero duodecim, teste Bellonio, qui vidit, Observ. lib. II, cap. 57. Hard.

Vltra deterruit. Sic Arist. loc. cit. Αλλ' εὕρεν ὑψηλοτέραν οὖσαν τὴν θάλασσαν τῆς γῆς, etc. Diod. item l. c. Sed inanem hunc metum fuisse recte Strabo admonet loc. cit. et e recentioribus Furnerius in Hydrogr. ac Ricciolus, Almag. tom. I, pag. 728, qui mare alterum hac parte negant altius esse altero: nec, si foret tribus, ut volunt, cubitis idcirco ullum fuisse exundationis periculum. Hard.

Terendo. Vet. ap. Dalec. *mercaturis.* Chiffl. *terrae.* Ed. P.

Subinde aura. Vehementiore venti flatu arenas volvente, ac turbante vestigia. Hard.

Duobus, etc. Dalec. et Elzev. *duo.* Ed. P.

lusiacam viam. Accolunt Arabes Autei. Tertium a Gerrho (quod Adipson vocant) per eosdem Arabes sexaginta mill. passuum propius, sed asperum montibus, et inops aquarum. Eae viae omnes Arsinoen ducunt, conditam sororis nomine in sinu Charandra, a Ptolemaeo Philadelpho, qui primus Troglodyticen excussit, et amnem qui Arsinoën praefluit, Ptolemaeum
5 appellavit. Mox oppidum parvum est Aennum, pro quo alii Philoteram scribunt. Deinde sunt Azarei, ex Troglodytarum connubiis, Arabes feri. Insulae: Sapirene, Scytala: mox deserta ad Myoshormon, ubi

Accolunt Arabes Autei. Viam, inquit, quae a Casio monte Arabiae haud procul Pelusio (de quo lib. VI, cap. 12), ad oram proximam ducit Arabici sinus, obsident ab utroque latere Arabes Autei. H.

A Gerrho. Chiffl. *Accercho.* Dalec. et Elz. *a Gerrho.* Ed. P. — Oppidum id est inter Pelusium, Casiumque montem. Γέρρον quoque Ptolemaeo lib. IV, cap. 5. Hard.

Adipson vocant. Ἄδιψον dicitur, quod sitim exstinguit. Itaque per contrariae locutionis figuram (ἀντίφρασιν Graeci vocant) haesit id huic loco nomen, qui plane est, ut statim subiungitur, aquarum inops. In MSS. *agipson:* sed vitiose. Hard. — Chifflet. *Agipsium.* Ed. P.

Arsinoën. Ἀρσινόη Ptolemaeo loc. cit. ad sinum Heroopoliticum: leucis fere XII ab intimo recessu sinus Arabici, versus austrum, Africae latere. Hard.

Sororis nomine. Quam etiam duxit uxorem. Hard.

Charandra. Chiffl. *Carandra.* Ed. P.

Troglodyticen excussit. Hoc est, perlustravit maiore diligentia, quam priores. Hard.

Ptolemaeum appellavit. Diodorus Bibl. lib. I, pag. 30. H.

Pro quo alii Philoteram scribunt. Chifflet. *alii pro hoc Philetrias scribunt.* Ed. P. — Φιλωτέρα, πόλις περὶ τὴν Τρωγλοδυτικήν, Stephano. Ptolemaeo vero lib. IV, cap. 5, inter Arsinoën et Myoshormon, Φιλωτέρας λιμήν, *Philoteras portus.* Id ei nomen inditum ab altera Ptolemaei Philadelphi sorore Strabo est auctor lib. XVI, pag. 768. Cave igitur credas Ortelio, qui Philoteram ad Caucasum relegat. Hard.

Sapirene. Chiffl. *Sarapinae.* Ed. P. — Ptolemaeo lib. IV, cap. 5. Σαπφειρίνη νῆσος. Σαπφειρίνη Stephano, qui sappbirum ibi ait repeiri. Hard.

Ad Myoshormon. Agatharchides lib. de Rubro mari, cap. 42, apud Photium in Bibl. pag. 1365, Λιμὴν μέγας, ὃς πρότερον μὲν Μυὸς ἐκαλεῖτο ὅρμος· ἔπειτα δὲ Ἀφροδίτης. *Portus magnus, qui primo quidem Muris, mox Veneris statio est cognominatus.* Meminit huius stationis Strabo lib. XVI, pag. 769, εἶτα Μυὸς ὅρμον καὶ Ἀφροδίτης ὅρμον καλεῖσθαι λιμένα μέγαν, etc. Quae dum interpres Casaubonus ita reddidit, *Deinde Muris*

fons Tadnos. Mons Aeas. Insula Iambe, portus multi. Berenice, oppidum matris Philadelphi nomine, ad quod iter a Copto diximus. Arabes Autei, et Gebadei.

XXXIV. Troglodytice, quam prisci Michoën, alii Midoën dixere. Mons Pentedactylos: insulae Stenae

statio, *aliaque Veneris: haec vocatur portus magnus*, etc. geminos ex uno portus conflat, contra Strabonis, Agatharchidisque mentem. Hodie *vieux Qoseir*, ut ait Gossellin. Ed. P.

Fons Tadnos. MS. Reg. 1, 2, Colb. 1, 2, Paris. et vet. Dalec. *Tamos.* Chiffl. cod. *Statuos.* Haad.

Mons Aeas. Vet. Dal. *Cos.* Ed. P. — In libris hactenus editis, *Mons Eos:* quos secutus Ortelius, hunc montem in thesaurum quoque suum congessit. Verum admonitu MSS. codicum Reg. 2, Chiffl. et Paris. In quibus *Eas* scribitur, non alium hunc esse intelleximus, quam qui Αἴας ὄρος a Ptolemaeo vocatur, atque inter Φιλωτέραν λιμένα, et Μυὸς ὄρμον. Mox item *insula Iambe* edi maluimus, ex eorumdem codicum fide, quam ex impressis *Lambe*: quum praesertim ad huiusce ipsius sinus oram, altero latere, quo Arabiam alluit, in ea quae Felia cognominatur, Ἰαμνίαν κώμην Ptolemaeus agnoscat lib. VI, cap. 7, quo ex vico nomen haerere et insulae exadversus positae proclive fuit. Haad.

Berenice. Βερενίκη πόλις Straboni lib. XVI, pag. 770. Hodie, ut egregie demonstrat Gossellin, *Recherches sur la Géogr. des Anciens*, tom. II, pag. 473 seqq. *Port des Abyssins*, sive, ut incolae vocant, *Minet Belad el-Habesh.* Vicinum huic sinum immundum Strabo vocat, propter cautes et saxa, quibus exasperatur; Anglis etiamnunc *Foul Bay.* H. et Ed. P.

A Copto diximus. Cap. 26 libri huius. Haad.

Arabes Autei. Iam tertium id Arabum cognomen occurrit. Nam et his cognomines videmus primum cap. sup. in mediterraneis Felicis Arabiae populis. Deinde hoc ipso capite, in eo itinere quod est a Casio monte ad oppidum Arsinoën. Ii sunt qui Arabicum Aegypti nomen obtinebant, de quo lib. V, cap. 9. Nunc vero denique circa mediam sinus Arabici oram occidentali latere sedes hi novissimi habuere. Haad. — *Gebadei.* Dalec. *Gnebadei.* Ed. P.

XXXV. *Troglodytice.* Troglodyticen alii aliis finibus circumscribunt. Strabo lib. XVI, pag. 768, ab Heroum urbe, sive intimo sinus Arabici recessu: ad ipsas fere fauces sive angustias, toto propemodum littore occidentali produci ait. Subscribit et Ptolemaeus lib. IV, cap. 8. Brevioribus spatiis Plinius veram Troglodyticen, quam Michoën prisci dixere, concludit: dum mediam dumtaxat illius orae partem, australem scilicet, Troglodytices appellatione denotat. A cavernis subeundis, nimii aestus vitandi causa, nomen sortiti sunt: Cavernas enim τρώγλας Graeci vocant. *La côte d'Habesh.* Hard.

Mons Pentedactylos. Ὄρος Πενταδάκτυλον, Ptolemaeo lib. IV, cap. 5, iuxta Berenicen: quasi in quinque vertices, seu totidem digitos, mons attolli videatur. H. — Chiffl. *mox*

deirae aliquot, Halonnesi non pauciores: Cardamine, Topazos, quae gemmae nomen dedit. Sinus insulis refertus: ex iis quae Mareu vocantur, aquosae: quae Eratonos, sitientes. Regum ii praefecti fuere. Introrsus Candei, quos Ophiophagos vocant, serpentibus vesci assueti, neque alia regio fertilior earum.

Pentedactylos insulo est Heneagrae, aliquot Halonessis. Ed. P.

Stenae deirae. Στενοὶ δειροὶ, sic appellatae, quod alveis admodum angustis, et esiguo intercurrente freto eae insulae, seu saxa verius, dispescantur. Tres insulae in hoc tractu agnoscit Agstharchides lib. de Rubro mari, cap. 42, apud Phot. in Bibl. cod. 250, pag. 1365. H.

Halonnesi. Αλόννησοι, quo nomine et alias insulas, superioribus libris appellatas vidimus. H.

Cardamine, Topazos. Et sunt haec pariter insularum nomina. De posteriore rursum lib. XXXVII, cap. 32, ubi et de gemma cognomine. Stephano Τοπάζιος νῆσος Ινδικὴ dicitur, pro Αραβική. Post Berenicen locatur a Strabone lib. XVI, pag. 770, a quo et Οφιώδης νῆσος vocatur, quod referta olim serpentibus foret. A Ptolemaeo quoque lib. IV, cap. 5. Posteriore eidem Ptolemaeo lib. VI, cap. 7, Καρδαμήνη. Hard.

Ex iis quae Mareu. Chifflet. *ex his quae Mara.* Μαρίου νῆσοι. Ptolemaeo lib. IV, cap. 8, Μύρωνος νῆσος. H. et Ed. P.

Eratonos. Chiffl. *Eranos.* Ed. P.

Regum ii, etc. Chifflet. *regum his praefectis fuere.* Ed. P.

Introrsus Candei. Ita libri omnes tum impressi, tum manu exarati. Ita etiam Mela lib. III, cap. 61. Vltra Berenicen, *Candei habitant*, inquit, *quos ex facto, quio serpentibus vescantur, Ophiophagos vocant.* Pro *Candei* legisse se in Pomponii Melae MSS. codicibus *Panchaei*, testis est Isaac. Vossius in notis ad Melam pag. 293, cuius quidem viri fidem non ausim hac vice praestare. Panchaiam enim in Troglodytice ultima versus austrum, ac fere ad sinus Arabici fauces, Veterum nemo unus agnovit: ab ea certe longissime disertis verbis Plinius lib. X, cap. 2, dissitam asseverat, nempe ad Solis urbem, quae in inferiore Aegypto iuxta Delta fuit: quam enim Solis urbem, hoc est, Heliopolim Plinius loco cit. Panchaiae arrogat, hanc idem lib. V, cap. 9, et isto quem nunc tractamus cap. 34, non procul Memphi statuit: hanc ipse Mela, cui similia Plinius libro decimo refert, Aegypto inferiori adiudicat lib. III, cap. 8, pag. 62: *Quum Phoenix adolevit*, inquit, *ossa pristini corporis inclusa myrrha Aegyptum exportat, atque in urbem quam Solis appellant*, etc. Quin ipse Graecus auctor, quem Vossius laudat locis cit. Παγχαίας τοὺς μέχρι τῶν τῆς Αἰγύπτου ὁρίων οἰκοῦντας, Aegypti finibus confines fecit: Aegypti porro nomine solum inferiorem Aegyptum, non etiam Thebaidem a veteribus comprehendi, notius est quam ut explicatu egeat, aut argumentis ullis, et ex iis quae diximus lib. V, cap. 9, perspicuum abunde est. Qui vero po-

Iuba, qui videtur diligentissime prosecutus haec, [2] omisit in hoc tractu (nisi si exemplarium vitium est) Berenicen alteram, quae Panchrysos cognominata est: et tertiam, quae Epidires, insignem loco. Est enim sita in cervice longe procurrente, ubi fauces Rubri maris VII mill. D. passuum ab Arabia distant. Insula ibi Cytis, topazium ferens et ipsa.

Vltra silvae, ubi Ptolemais a Philadelpho condita [3]

puli hoc loco appellantur a Plinio, ii non modo non in Aegypti vicinio sedes habent, sed ultra ipsam quoque Thebaidem reiecti, longa terrarum intercapedine ab ea Solis urbe disiuncti, versus austrum, et Arabici sinus angustias secedunt. H.

Quae Panchrysos. Πάγχρυσον Latini totam ex auro dicunt: quod inde auri plurimum eruebatur. Haec Straboni dicitur Βερενίκη κατὰ Σάβας lib. XVI, pag. 771. Hodie forte *Malaki*, sive *Solaka*, ut opinatur Gossellin. En. P.

Quae Epidires. Vet. apud Dalec. Επι Δειρης. En. P. — Hoc est, Dirae promontorio adiacens. Quo plane modo Antiochiam ἐπὶ Δάφνης cognominari vidimus libro superiore, cap. 18. Meminit Δειρῆς promontorii, oppidique cognominis Strabo lib. XVI, pag. 769, ipsam vero Berenicen, quae prope Diram fuit, et Ptolemaeus lib. IV, cap. 7, Arsinoën appellant. Frustra sunt qui *Epitheras* legunt, iovitis libris omnibus, quod Ptolemaidis, non Berenices, cognomen fuit. H. — Berenice, Epidires *Bailul* hodie vocatur, auctore Gossellin, op. cit. En. P.

Cervice longe procurrente. Vet. ap. Dalec. *cervicem longe procurrentem.* En. P.

Vbi fauces. Hodie *le détroit de Bab-el-Mandel.* Haan.

VII mill. D. pass. ab Arabia distant. Ita Reg. 1, 2, Colb. 1, 2, Paris. Chiffl. Perperam editi *IIII mill. D. pass.* priore Binarii nota in quinarium praepostere a librariis permutata. Sic Strabo lib. XVI, pag. 769, et Agathemerus Geogr. lib. I, cap. 3, angustias huiusce freti ad LX stadia, εἰς σταδίους ἑξήκοντα contrahi scribit, quae prorsus Plinianam mensuram adaequant. Sed et *ab Arabia distans*, libentius multo, quam *distant*, agnoverim: ut ad Berenicen oppidum, non ad fauces quae Arabicum quoque littus alluunt, vox ea referatur. Hard.

Insula ibi Cytis. In ipso faucium aditu. Aeque ac Topazos supra dicta, quae plurimum abest ab hisce angustiis, fert et ipsa topazium. Γυθίτης Ptolemaeo lib. IV, cap. 8. Fortasse hodie *Mehun.* Hic autem errare Plinium, quum duas insulas topazium ferentes in Arabico sinu memoret, opinatur Gossellin, quem vide op. c. t. II, p. 210. En. P.

Et ipsa. Vltra Sylvae, etc. Chiffl. *et ipsa ultra sylvas*, etc. En. P.

Vltra. Hoc est, ultra sinum, insulis refertum, cuius facta proxime antea mentio est, citra fauces sinus Arabici. Exstant eae hodieque silvae, quibus nomen est in Tabulis Geographicis, *Xumeta silva.* H.

ad venatus elephantorum, ob id Epitheras cognominata, iuxta lacum Monoleum. Haec est regio secundo volumine a nobis significata: in qua quadraginta quinque diebus ante solstitium, totidemque postea, hora sexta consumuntur umbrae, et in meridiem reliquis horis cadunt, caeteris diebus in septemtrionem: quum in Berenice, quam primam posuimus, ipso die solstitii sexta ora umbrae in totum absumantur, nihilque adnotetur aliud novi. DCII mill. passuum intervallo a Ptolemaide, res ingentis exempli, locusque subtilitatis immensae, mundo ibi deprehenso, quum indubitata ratione umbrarum Eratosthenes mensuram terrae
4 prodere inde coeperit. Hinc Azanium mare: promontorium, quod aliqui Hispalum scripsere: lacus, Mandalum: insula Colocasitis, et in alto multae, in quibus testudo plurima. Oppidum Suche, insula Daphnidis, oppidum Aduliton. Aegyptiorum hoc servi

Epitheras. Ptolemais ἐπὶ θήρας τῶν ἐλεφάντων, ad venatus elephantorum: et πρὸς τῇ θήρᾳ quoque ob id cognominata a Strabone lib. XVI, pag. 776. Nunc *Buge*. H.

Secundo volumine. Libro II, cap. 75. Haad.

Quum in Berenice, quam primam posuimus. In calce superioris capitis. Haro.

Sexta hora. Hoc est, ipso medio die, quum sol ei oppido supra verticem imminet.

Mundo ibi. Mundi dimetiendi umbrarum beneficio ratione excogitata. Haro.

Coeperit. Chiffl. *conceperit.* Eo. P.

Azanium mare. Hinc, inquit, appellari Azanium mare incipit, a Ptolemaide scilicet, cui adiacet Azania Aethiopiae regio, a qua mari nomen. Haad.

Colocasitis. Vet. ap. Dalec. *Casitis.* Eo. P.

Suche. Chifflet. *Sace.* Eo. P. — A Sucho, Σούχου, conditore nomen habet, uti ex Strabone liquet lib. XVI, pag. 770. H. — Hanc urbem eam esse quae nunc *Suakem* dicitur, opinatur Hard. et d'Anville, *description du golfe Arabique*, pag. 172; sed Gossellin illam in interiori regione sitam fuisse iudicat: quem vide op. cit. t. II, pag. 207 et 208. Eo. P.

Daphnidis. Δαφνίνη νῆσος Ptolemaeo lib. IV, cap. 8, quam in Arabico sinu collocat, quo nomine et Azanium quoque mare complectitur. H. — Hodie *Seyrman*, auctore Gossellin. Eo. P.

Aduliton. Ἀδουλειτῶν, hoc est, Adulitarum. Oppido nomen Ἀδούλη, apud Ptolem. lib. IV, cap. 7; Stephano,

a dominis profugi condidere. Maximum hic emporium Troglodytarum, etiam Aethiopum. Abest a Ptolemaide quinque dierum navigatione. Deferunt plurimum ebur, rhinocerotum cornua, hippopotamorum coria, chelyon testudinum, sphingia, mancipia. Supra, Aethiopes 5 Aroteres: insulae, quae Aliaeu vocantur, item Bacchias, et Antibacchias, et Stratonis. Hinc in ora Aethio-

Ἀδουλίς, πόλις Αἰθιόπων. H.— Tria fuisse Aduliton oppida demonstrat egregis op. cit. t. II, pag. 176, seqq. Gossellin, quam consulere, si vacat, operae pretium erit. Hoc autem de quo hic meminit Noster, *Arkiko* esse opinari videtur. Ex.

Chelyon testudinum. Libri plerique omnes *celtium* habent. Hermolaum mirari subit, qui *celetum* κελήτων, tum hoc loco, tum lib. IX, cap. 12, probare summopere videtur: quoniam celetes Graecis sunt, et equitum genus singulis equis currentium in certaminibus, et navigia quaedam, quorum similitudine hae quoque testudines remigio mobilium cornuum in natatu utentes, celetes pariter dici potuerint. Itane vero? Erit igitur in gignendi casu, ut aiunt, vox ex *celetum*: quare quae proxime antecedit, *coria*, ut ad hippopotamos, sic etiam ad testudines pertinebit. At id quam per se est absurdum! Nam testudinum coria audire aequo animo quis possit? Verum pro testudinis operimento, et χέλυον, et χελύνιον, et χελώνιον usurpatum a Graecis constat. *Troglodytae*, inquit idem Plinius, lib. IX, cap. 12, *cornigeras testudines habent, ut in lyra, annexis cornibus, sed mobilibus, quorum in natando remigio se adiuvant. Chelyon genus id vocatur testudinis eximiae, sed rarae.* Hinc testae illi cornigerarum testudinum Chelyon nomen est datum, quod ei Chelyos, hoc est, lyrae instar, testudinis lata cornua annectuntur. Haan.

Sphingia. Simiarum id genus Aethiopicarum est, de quo dicemus lib. VIII, cap. 30, quem libro et de hippopotamis et de rhinocerote egemus. Haan.

Supra. Supra oppidum Adulitarum, sunt Aethiopes ἀροτῆρες, hoc est aratores dicti. Haan.

Quae Aliaeu. Vet. apud Delec. *Elaea.* Eo. P. —Αἰλαίου, ut superius Μαρίου. Fuerint enim fortassis hae pariter eius nomine appellatae insulae, qui praefectus Regum fuerat, quemadmodum quae Μαρίου et Ἐρατώνος, dicebantur. Forte eae sunt quae Auctori Periplii maris Erythraei, νῆσοι μικραὶ πλησίον Αἰλαλαίου λεγόμεναι. Aut denique a portu Ἐλαία, quem inter oppidum Suche de quo proxime dictum est, et Stratonis insulam, de qua mox, Strabo collocat lib. XVI, pag. 770, accepisse nomen sae potuerunt. Haan. — Hodie *Dahal-Alley*, ut censet Gossellin. Eo. P.

Item Bacchias. Βάκχου καὶ Ἀντιβάκχου in Arabico pariter sinu insulae a Ptolemaeo collocantur lib. IV, cap. 8, et a Stephano. Haan.

Stratonis. Στράτωνος Straboni loco citato citra fauces Arabici sinus, at-

piae sinus incognitus, quod admiremur, quum ulteriora mercatores scrutentur. Promontorium, in quo fons Cucios, expetitus navigantibus. Vltra Isidis portus, decem dierum remigio ab oppido Adulitarum distans. In eum Troglodytis myrrha confertur. Insulae ante portum duae, Pseudopylae vocantur: interiores totidem, Pylae: in altera stelae lapideae litteris ignotis. Vltra sinus Abalites. Insula Diodori, et aliae desertae: per continentem quoque deserta: oppidum Gaza, promontorium et portus Mossylicus, quo cinnamomum devehitur. Huc usque Sesostris exercitum duxit.

6 Aliqui unum Aethiopiae oppidum ultra ponunt in littore Baragaza. A Mossylico promontorio Atlanticum

que in sinu ipso. Liber de mensura orbis terrae: *Idem Plinius Secundus in sexto libro iuxta Aethiopas Aroteras, insulas esse docet: item Bacchias, et Antibacchias, et Stratioton*: quasi στρατιωτῶν, hoc est, militum. Haro.

Fons Cucios. An *Coracios?* Nam Κοραχίου χώραν hoc ipso in tractu Strabo agnoscit lib. XVI, pag. 771. Haro.

Isidis portus. Aliud est Isidis fanum, cuius Strabo meminit pag. 770, iuxta Ptolemaidem Epitheras cognominatam. Hard.

In altera stelae lapideae, etc. Quales videlicet supra diximus cap. 32. Haro.

Ignotis. Vet. apud Dalec. *incognitis.* Ed. P.

Sinus Abalites. Vltra fauces sinus Arabaei idem Αὐαλίτης κόλπος Stephano, et Ptolemaeo lib. IV, cap. 7. Haro.

Insula Diodori. In Arabico sinu a Ptolemaeo statuitur lib. IV, cap. 8, Διοδώρου νῆσος. Haro. — Nunc, ut censent d'Anville et Gossellin, *île des Français.* Ed. P.

Portus Mossylicus. Vet. ap. Dalec. *Portus Cossylicus.* Dalec. *portus Mossylites.* Ed. P.— Μόσυλον Promontorium Ptolemaeo lib. IV, c. 7. Cinnamomi Mossilici meminit Theophr. Hist. lib. IX, c. 5. H.— Promontorio nomen hodie *cap de Mete*, portus autem parvi fluminis nunc *Soul* sive Soal dicti ostium fuisse videtur. Ed. P.

Huc usque Sesostris. Et aras ibi, columnasve struxit, ceu monumenta quaedam expeditionum suarum. Strabo lib. XVII, pag. 790. Haro.

A Mossylico. Dalec. *a Mossylite.* Refert haec quoque Solinus cap. LVI, p. 87, ex Iuba. Ed. P.

Atlanticum mare. Hoc est ingens illud mare, quod cum occidentali Oceano, sive Hesperio, cui peculiare et proprium Atlantici nomen est, coniungitur et copulatur. Quamobrem, inquit, Iuba censuit a Mossylico pro-

mare incipere vult Iuba, praeter Mauritanias suas Gadeis usque navigandum Coro. Cuius tota sententia hoc in loco subtrahenda non est. A promontorio Indorum, quod vocatur Lepteacra, ab aliis Drepanum, proponit recto cursu praeter Exustam, ad Malchu insulam $\overline{\text{XV}}$ passuum esse. Inde ad locum quem vocant Sceneos, CCXXV M. Inde ad insulam Adanu, centum quinquaginta mill. passuum. Sic fieri ad apertum

montorio navigari Id mare Coro primum percommode: atque eodem mari, ora Africae circumlustrata, praeterlegendo demum Mauritanias Gades usque perveniri tuto posse. Corus sive Caurus ab solis occasu solstitiali spirat, ut diximus lib. II, cap. 46. — Nihil est interpretatione nostra hoc loco planius, nihil certius: nusquam pariter omnium exemplarium, quam in his verbis, consensio maior. Ex iis tamen dum extricare se Salmasius nequit, prolixa Exercitatione in Solin. pag. 1244, usque ad pag. 1266. nec sanae mentis Plinium fuisse exclamat, dum haec scriberet nec Solinum, qui ausit a Plinio. Est et qui Iubam hallucinatum putet: est qui Plinium inconsiderantiae arguat, qui ΓΑΔΕΙΡΗΣ ΣΤΕΝΑ cursim legerit pro ΤΑ ΔΕΙΡΗΣ ΣΤΕΝΑ, hoc est, Gaditanum fretum, pro Arabico. Sed argutias eiuscemodi falsasque criminationes sensus ipsê scriptoris, nostra munitus interpretatione, confutat. Harn.

Cuius tota sententia hoc in loco, etc. De navigatione sinus Arabici. H.

A promontorio Indorum. Indos Iuba vocat Aethiopas Troglodytas. H.

Lepteacra. Id, inquit, Aethiopum sive Troglodytarum promontorium alii Lepten acram vocant, alii alterum huic proximum esse aiunt, Drepanum appellatum. Λεπτὴ ἄκρα Ptolemaeo l. IV, c. 5, iuxta Berenicen et Pentadactylum. Δρέπανον iuxta Myoshormor. H.

Praeter Exustam. Praeternavigantibus insulam, quae Exusta dicebatur. Eodem ordine tres eae insulae recensentur ab auctore Peripli Maris Erythraei: Κατακεκαυμένη: quae Exusta latine dicitur: Μαλίχου, Αδάνου. Libri hactenus editi, *praeter exusta*: quam lectionem avide Salmasius arripit, in Solin. pag. 1240, ac locum hunc reprehensionis ansam habere haud levem putat, perinde quasi Aethiopiae exusta Plinius intellexerit, non insulam Arabici sinus κατακεκαυμένην, ut diximus, appellatam ab auctore Peripli maris Erythraei: cuius admonitu pro *insulam Sadanum*, quae lectio est librorum fere omnium, *insulam Adanu*, Αδάνου νῆσον, substituimus. H.

$\overline{\text{XV}}$ passuum. Hoc est, quindecies centena millia passuum. Hic enim numerus ad eam summam, quae mox colligitur, necessarius est: atque ita quidem Solinus habet, cap. LVI, p. 87. Harn.

Ad insulam Adanu. Dalec. *ad insulam Sadanum*. En. P.

Ad apertum mare. Ab Adanu insula ad Mossylicum promontorium,

7 mare XVIII LXXV mill. passuum. Reliqui omnes propter solis ardorem navigari posse non putaverunt. Quin et commercia ipsa infestant ex insulis Arabes Ascitae appellati, quoniam bubulos utres binos sternentes ponte piraticam exercent sagittis venenatis. Gentes Troglodytarum idem Iuba tradit Therothoas a venatu dictos, mirae velocitatis: sicut Ichthyophagos, natantes, ceu

unde mare ingens illud et apertum incipere diximus, quod Atlantico committitur. HARD.

XVIII LXXV. Hoc est, Solino ipso interprete, loco cit. decies octies centena, et septuaginta quinque passuum millia, quae summa ex superioribus numeris recte conficitur. In libris editis perperam scribitur, LXXXV. HARD.

Reliqui omnes. Caeteri, praeter Iubam, Arabicarum rerum scriptores. Solinus, loc. cit. H.

Quin et commercia. Quae navigantes exercent in Arabico sinu, et ad Mossylicum usque promontorium H.

Arabes Ascitae A graeca voce ἀσκός, quae utrem significat Stephanus: Ασκῖται, ἔθνος παροικοῦν τὸν Ινδικὸν κόλπον, καὶ ἐπὶ ἀσκῷ πλέων, ὡς Μαρκιανὸς ἐν τῷ περίπλῳ αὐτοῦ. Solinus in huius loci paraphrasi: *Mercantium ibi transitus infestari ex Arabicis insulis dicit Iuba: quas Ascitae habent Arabes, quibus e re nata datum nomen: nam bubulis utribus contabulatas crates superponunt, vectatique hoc ratis genere praetereuntes infestant sagittis venenatis*. De his Ascitis superius dictum est cap. 32. HARD.

Sternentes ponte. Hoc est, asseribus, seu crate superposita, quo veluti ponte maria securi, navium vice, percurrant. HARD.

Therothoas a venatu. A venatu thoum, de quibus libro VIII, Θηροθόαι sunt appellati: iidem aliis Θωοθῆραι, nam et Θῶες et Θόες Graeci scribunt: et Θηροθόαι perinde ac Θωοθῆραι, quemadmodum apud Suidam Θηρολέξης et Αἰξιθήρης. De his iterum libro subsequente cap. 2. Martianus lib. VI, cap. de Babylonia pag. 226: *Feras*, inquit, *cursu praetereunt*. HARD.

Natantes, ceu maris animalia. Fuit qui legendum arbitraretur, *venantes sui maris animalia*: quod per se frigidum mihi visum est, quoniam sui maris animalia venari non unius cuiuspiam gentis peculiare esse possit, sed cum pluribus commune esse necesse sit. Sane praeter consensum codicum ita scripsisse Plinium, uti edidimus, Plinii transcriptores testantur: Martianus lib. V, c. de Babylonia pag. 226: *Habitantur etiam*, inquit, *adusta Troglodytarum, et Ichthyophagorum gentibus. Sed primi feras cursu praetereunt: alteri nando marinas belluas vincunt*. Et secutus eum Solinus cap. LVI, pag. 87: *Ichthyophagi non secus quam marinae belluae nando in mari valent*. Quin ipsa orationis structura lectionem eam mirifice constabilit: quum enim asseverat Therothoas mirae velocitatis esse in venatu, sicut Ichthyophagos, velocitatem haud dubie innuit in

maris animalia: Bargenos, Zageras, Chalybas, Saxinas, Syrecas, Daremas, Domazanes. Quin et accolas 8
Nili a Syene non Aethiopum populos, sed Arabum esse dicit usque Meroën. Solis quoque oppidum, quod non procul Memphi in Aegypti situ diximus, Arabas conditores habere. Sunt et qui ulteriorem ripam Aethiopiae auferant, annectantque Africae, ripas autem incolere propter aquam. Nos relicto cuique intelligendi arbitrio, oppida quo traduntur ordine utrimque ponemus.

XXXV. A Syene, et prius Arabiae latere, gens Ca- 1
tadupi. Deine Syenitae. Oppida: Tacompson, quam quidam appellaverunt Thathicen, Aranium, Sesanium, Sandura, Nasaudum, Anadoma, Cumara, Peta et Bochiana, Leuphithorga, Tantarene, Moechindira, Noa, Gophoa, Gystate, Megeda, Lea, Rhemnia, Nupsia, Direa, Pataga, Bagada, Dumana, Rhadata, in quo

venatu sui generis: ut sicuti Therothoae cursu feras, ita pisces natatu Ichthyophagi assequi existimentur, quasi et ipsi maris animalia quaedam foreent. Eadem forma loquendi in Cod. Theod. lib. VII, tit. 1, de re militari l. XIII, iubentur milites *procul a cunctorum obtutibus vagos natatus animalium exercere*, hoc est, animalium more natare. Hard.

Bargenos, Zageras. Bangenos, Zangenas, in MSS. Colb. 1, 2, etc. Hard.

Ut Aegypti situ diximus. Heliopolim intelligit, de qua dictum est lib. V, cap. 9. Arabibus hodieque Bethsemes appellatur, hoc est, *Domus Solis.* Ab Israelitis, dum in Aegypto essent, conditam asseverat Isidorus, Etymol. lib. V. Hard.

Ulteriorem ripam. Gentes quae ripam Nili orientalem accolunt. H.

XXXV. *A Syene.* De Syene et Catadupis lib. V, cap. 10. H.

Tacompson. Τάκομψος, κώμη ἐν τοῖς ὁρίοις Αἰγυπτίων καὶ Αἰθιόπων, inquit Stephanus: vicus est in confinio Aegypti et Aethiopiae. Ταχομψὼ Herodoto, Euterpe lib. II, num. 29, pag. 100. Caetera sunt vetustis scriptoribus ignota prorsus oppidorum nomina: quae nec nosse operae pretium, nec plane nesciisse ullum rerum dispendium fuerit: quum vel ante Augusti tempora nullum ex iis oppidis prorsus exstaret. Hard.

Appellaverunt. Chifflet. *appellarunt.* Ed. P.

Aranium, Sesanium. Vet. ap. Dalecamp. *Araman, Sesamon.* Ed. P.

Gystate. Dalecamp. et Elzev. *Gystatae.* Ed. P.

felis aurea pro Deo colebatur. Boron in mediterraneo, Mallos, proximum Meroae: sic prodidit Bion.

2 Iuba aliter: oppidum in monte Megatichos, inter Aegyptum et Aethiopiam, quod Arabes Myrson vocavere. Deinde Tacompson, Aranium, Sesanium, Piden, Mamuda, Corambin, iuxta eam bituminis fontem: Hammodara, Prosda, Parenta, Mama, Tessara, Gallas, Zoton, Graucomen, Emeum, Pidibotas, Hebdomecontacometas, Nomadas in tabernaculis viventes: Cysten, Pemmam, Gadagalen, Paloin, Primin, Nupsin, Daselin, Patin, Gambreves, Magasen,

In quo felis. De cultu felis apud Aegyptios, Eusebius ex Bardesane, Praepar. lib. VI, p. 280. H.

Prodidit Bion. Iuba aliter. Dalec. *prodidit Bion, Iuba aliter.* Ed. P.

Megatichos. Μέγα τεῖχος, voce graeca magnum oppidum, castellumve significante. Haan.

Deinde Tacompson. Eam ipsam nimirum, cuius facta superius mentio: sed alio a Iuba, quam a Bione, ordine recensita. Hard.

Graucomen. Γράου κώμην, Grai vicum. Hard.

Hebdomecontacometas. Ἑβδομηκοντακωμήτας latine septuagintavicanos, satis apte dixeris. Hard.

Cysten, etc. Vet. ap. Dalec. *Cysteni, Pemmani, Gadagaleni, Paroi, Patrimi.* Ed. P.

Magasen, Segasmala, Granda, Denna, Cadeuma, Theua, Batha, Alana, Macum, etc. *Magasen.* Vet. ap. Dalec. *Cagasnae.* Ed. P. — Haec nomina forte sincerius codices MSS. exhibent, Colb. 1, 2, et Paris. *Magas, Neosegas, Malacram, Dadenna, Cadeum, Mathena, Botta, Alanam, Macuam*: mox ubi legitur, *Pyndis, Magusa*; Parmensis editio, et Romana prior, aliaeque vetustae, habent *Epyndis, Magusa.* Inde inscriptus est Postumi Augusti nummus, HERCVLI MAGVSANO; in quo stat Hercules cum clava, et arcu, et leonis exuviis, apud Tristan. pag. 446. Significatur imitatus Herculem Postumus; quippe qui in regionem, quae postea Alsatia dicta est, hostem insequens penetrarit, procul a ditione sua: ut Hercules Aegyptius, cuius Herodotus meminit lib. II, pag. 145, ultra Aegyptum et Syenen progressus, ac proinde Magusam usque, quae ripae Nili occidentali ulterius apposita erat, pervasisse ferebatur. Similem ob causam inscriptus alter ei nummus est aureus, qui est in Thesauro Regio: HERCVLI LIBYCO: in quo Antaeum Hercules brachiis comprimit, ut significetur, compressam similiter ducis aut regis Germanici ferocitatem fuisse: nam rex Antaeus fuit. Plinius lib. V, cap. 1: *Africam Graeci Libyam appellavere .. Lixos vel fabulosissime antiquis celebrata. Ibi regia Antaei, certamenque cum Hercule.* In alio similiter nummo, qui est ibidem aureus, HERCVLI ERYMANTINO legitur: in eo Hercules humeris

Segasmala, Cranda, Denna, Cadeuma, Thena, Batha, Alana, Macum, Scammos, Goram in insula: ab iis Abala, Androcalim, Seren, Mallos, Agocen.

Ex Africae latere tradita sunt eodem nomine Tacompsos altera, sive pars prioris: Magora, Sea, Edosa, Pelenaria, Pyndis, Magusa, Bauma, Linitima, Spintum, Sydopta, Gensora, Pindicitora, Agugo, Orsima, Suasa, Maumarum, Vrbim, Mulon, quod oppidum Graeci Hypaton vocarunt: Pagoargas, Zamnes, unde elephanti incipiant: Mamblia, Berresa, Cetuma. Fuit 3

gestat aprum in Erymantho Arcadiae monte captum: ut significetur feritas hominis a Postumo debellati similis apro. Ea similitudine usus est etiam Vates Regius, Psal. LXXIX, v. 14, ubi de vinea Domini, hoc est, de terra Israelitica, quam Philistaeus vastabat, *Exterminavit eam*, inquit, *aper de silva, singularis ferus depastus est eam*. Neque enim in Gallis aut Erymanthus, aut Libys, aut Magusa quaerenda est, aut Creta, aut Argos; nam et HERCVLI CRETENSI et HERCVLI ARGIVO eiusdem numismata quaedam feruntur inscripta. Sed Deuso dumtaxat, ubi alia eiusdem Postumi Romani percussa sunt ex aere magno et ex argento, eum hac epigraphe, HERCVLI DEVSONIENSI, sive cum Herculis, sive cum templi effigie: ut apud D. Vaillant pag. 187, et apud Tristanum tom. III, p. 148, ob templum utique Herculi a Postumo aedificatum Deusone, post victoriam Germanicam, veluti tutatori limitis romani. Est autem *Deuso* oppidum vetus in finibus Lotharingiae, ubi tum claustra Imperii adversus Germanos Postumus strenue tutabatur. Nomen antiquum hodieque retinet, *Dieuze*, ubi salinae sunt laudatissimae; in provincia dicta hodie *département de la Meurthe*. Ipse autem Postumus in suis nummis scribitur, IMP. C. M. CASS. LAT. POSTVMVS P. F. AVG. *Imperator Caesar Marcus Cassius Latro Postumus Pius Felix Augustus. Marcus*, ut ex gente Antonia; in qua Marci praenomen primogenitorum fuit. *Cassius*, ex Cassia: unde et ille Cassius, cuius sunt nummi inscripti, post Caesaris Dictatoris necem: CASSI. IMP. LEIBERTAS. *H.*

Agocen. Chiffl. *Agolen.* Ed. P.

Ex Africae latere. A Syene, inquit, Meroën versus et austrum, lateri Nili amnis occidentali, qua spectat Africam, adsident oppida quae sequuntur. Haan.

Spintum. Chiffl. *Spinton.* Dalec. *Spyntuma.* Ed. P.

Agugo. Dalec. *Eugoa.* Ed. P.

Maumarum, Vrbim, Mulon. Ita rescripsimus ex fide codicum Reg. 1, 2, Colb. 1, 2, et Paris. Prius legebatur in impressis, *Maum, Rhuma, Vrbuma, Mulona.* Harn.

Hypaton. Vet. apud Dalec. *Hypatiton.* Ed. P. — Ὑπατον, quasi supremum et ultimum. Hard.

Berresa. Locum hic habere fortas-

quondam et Epis oppidum contra Meroën, antequam Bion scriberet, deletum.

4 Haec sunt prodita usque Meroën: ex quibus hoc tempore nullum prope utroque latere exstat. Certe solitudines nuper renunciavere principi Neroni, missi ab eo milites praetoriani cum tribuno ad explorandum, inter reliqua bella et Aethiopicum cogitanti. Intravere autem et eo arma romana Divi Augusti temporibus, duce P. Petronio, et ipso equestris ordinis 5 praefecto Aegypti. Is oppida eorum expugnavit, quae sola invenerat, quo dicemus ordine: Pselcin, Primin, Aboccin, Phthurin, Cambusin, Attevan, Stadisin, ubi

sis possit Βίρτξ, quod oppidum Timocrates apud Stephanum, Aethiopiam inter Indiamque, laxiore certe nec satis distincto intervallo, collocat. Hardo.

Certe solitudines, etc. Chiffl. cod. *certe solitudines, ut nuper*, etc. Dalecampius dal *caetera solitudines*, etc. Ed. P.

Missi ab eo milites. Referl haec pariter Dio lib. LXIII, pag. 719. Alias quoque ad Nili fontes explorandos, missos esse a Nerone centuriones duos, qui a rege Aethiopiae instructi auxilio fuerunt, auctor est Seneca, Natur. quaest. lib. VI, cap. 8, pag. 907. Hard.

P. Petronio. Caium, non Publium, appellat Dio lib. LIV, pag. 526, ubi haec expeditionem susceptam referl anno V. C. DCCXXXII, M. Claudio Marcello Aesernino, L. Arruntio Coss. Γάϊον Πετρώνιον τὸν τῆς Αἰγύπτου ἄρχοντα, etc. Hard.

Praefecto Aegypti. Is oppida, etc. Dalec. *praefecto Aegyptiis. Oppida*, etc. Chiffl. *praefecto. Aegyptiis, oppida expugnavit, quae sola invenimus*, etc. Ed. P.

Pselcin. Ψελχίς Ptolemaeo lib. IV, c. 5, e regione Tacompsi oppidi Straboni lib. XVII, pag. 820. Ψέλχη, ubi de facta eius oppidi a Petronio expugnatione prolixior oratio instituitur. In Conc. Calched. *Ioannes Episc. Pselcis* subscripsit. H. — Haud longe ab oppido *Ibrim* stetisse videtur erudito viro Barbié du Bocage. Ed. P.

Primin. Πρίμις μεγάλη Ptolemaeo lib. IV, cap. 7, in ripa Nili orientali, post Pselcin. Πρῆμνις est Straboni l. XVII, p. 820. Πρῖμα Olympiodoro, apud Photium cod. LXXX. H. — Illam in insula *Sai*, aut saltem contra illam sitam fuisse opinatur idem Barbié du Bocage. Ed. P.

Aboccin. Λβουγχίς Ptolem. loco citato, ab occidentali fluvii parte. Hardo.

Phthurin. Φθοῦρι Ptolemaeo loco cit. atque eodem situ. Hardo.

Cambusin. Dalec. *Canbusin*. Ed. P. — Καμβύσου ταμεῖα, Cambysae aerarium Ptolemaeo loco cit. De Cambysae expeditionibus Meroen usque susceptis, multa Strabo lib. XVII, pag. 790. Hardo.

Nilus praecipitans se, fragore auditum accolis aufert. Diripuit et Napata. Longissime autem a Syene progressus est DCCCCLXX mill. passuum. Nec tamen arma romana ibi solitudinem fecerunt. Aegyptiorum bellis attrita est Aethiopia, vicissim imperitando serviendoque, clara et potens etiam usque ad Troiana bella Mennone regnante: et Syriae imperitasse eam, nostroque littori, aetate regis Cephei, patet Andromedae fabulis.

Simili modo et de mensura eius varia prodidere: 6
primus Dalion ultra Meroën longe subvectus: mox Aristocreon, et Bion, et Basilis: Simonides minor etiam, quinquennio in Meroë moratus, quum de

Attevan. Sic enim scribo, pro *Attenan*, quod in Dalec. legitur. Est enim haec Ptolemaei Αὐτόβα loc. cit. Hard. et Ed. P.

Stadisin. Ταστία Ptolemaeo loco cit. iuxta magnum catarracten, ubi Nilus praecipitans se, fragore auditum accolis aufert. Hard.

Et Napata. Chiff. *et Neata.* Νάπατα Ptolemaeo loc. cit. Istere Nili orientali. Haud longe a *Dongolah*, quae urbs nunc in ea regione primas tenet, ut noster existimat Barbié du Bocage. Ed. P.

DCCCCLXX. Dalec. *DCCCLXX.* Ed. P.

Aegyptiorum bellis. Sesostri Aegypti rege totam Aethiopiam bello vastante, ut auctor est Strabo l. XVII, pag. 790; Diodorus Siculus, Bibl. l. I, pag. 50, 55 et 59, et prior caeteris Herodotus, Euterpe lib. II, n. 110, pag. 129. Hard.

Usque ad Troiana. De Memnone Aethiopiae rege, multa Philostratus, de vita Apoll. lib. VI, c. 9. Aurora et Tithono genitum ait fuisse Apollodorus, de Diis lib. III, ante Troiana tempora. In MSS. Plinianis *Mennone* scriptum est; non *Menone*, quod est nomen graecum. In editione romana anni 1470, *Memnone*. Verum in septem sequentibus Plinii editionibus scriptum est *Menone*; quasi haesitantibus qui edebant, num propter MSS. codices *Memnone* legi oporteret, an propter scriptores graecos *Memnone*. Vide quoque lib. X, cap. 37, et lib. XXXVII, cap. 63. H.

Nostroque littori. Dalecamp. *nostroque littore.* Ed. P. — Mediterranei maris littori, qua Syriam alluit. Haso.

Regis Cephei. A quo Aethiopia cognomen accepit. Ovid. Metam. lib. IV, vers. 669: *Aethiopum populos, Cepheia despicit arva.* Hard.

Andromedae. Quam bellua obiectam ante loppen ferunt, Syriae littore, ut dictum est lib. sup. cap. 34. Hard.

Etiam. Vet. apud Dalecamp. *aetate.* Ed. P.

Aethiopia scriberet. Nam Timosthenes classium Philadelphi praefectus, sine mensura, dierum LX a Syêne Meroën iter prodidit: Eratosthenes DCXXV mill. Artemidorus DC mill. Sebosus ab Aegypti extremis sedecies centena LXXV mill. passuum: unde proxime dicti XII L. Verum omnis haec finita nuper disputatio est, quoniam a Syene DCCCLXXIII mill. Neronis exploratores renunciavere his modis: a Syene Hieran sycaminon LIV mill. passuum. Inde Tama LXXII. millia pas-
3 suum. Regionem Evonymiton Aethiopum primam, CXX, Acinam LIV mill. Pitaran XXV, Tergedum, CVI mill. Insulam Gagauden esse in medio eo tractu. Inde primum visas aves psittacos, et ab altera (quae vocatur Artigula) animal sphingion, a Tergedo cyno-

Nam Timosthenes. Dalec. *Nam et Timosthenes.* Eo. P.

Sine mensura. Locorum intervallo minime notato. HARD.

Eratosthenes DCXXV. Seu graeca mensura, qua usus videtur Eratosthenes, stadiis quinquies mille, ut dictum est lib. II, cap. 75. HARD.

Sedecies centena LXXV. Chiffl. *LXVI LXX.* Eo. P.

Vnde proximi dicti XII. Libri editi, XII LXX. refragantibus MSS. Reg. 1, 2, Colb. 1, 2, Paris. et Chiffl. quos seculi sumus: maxime adstipulante Strabone, qui ab Alexandria Meroen Nili defluxu intervallum esse prodidit stadiorum decies mille, διὰ τῆς τοῦ Νείλου ῥύσεως ἀπὸ Μηρόης ἕως Αλεξανδρείας, στάδιοι περὶ μυρίους, quae stadiorum mensura cum numero passuum, quem Pliniani MSS. exhibent, plane congruit. H.

A Syene. DCCCLXXIII. Reg. 1, DCCCCLXXIII, Reg. 2, DCCCCLXXVI, alii aliter: editi libri DCCCLI. Nos DCCCLXXIII, quoniam haec summa quadrat cum sequentibus mensuris, detracta ex codicibus MSS. nota centenarii, quae supervacua est. H.

Hieran sycaminon. Quasi Sacram morum, sive sacram sycomorum latine dixeris. Antoninus a Syene ad Hieran sycaminon passuum millia numerat octoginta: sed longiore, ut apparet, itinere, propter diverticula, flexusque mansionum. H.

LXXII. Dalec. *LXXV.* Ed. P.

Evonymiton. Εὐωνυμῖται, ἔθνος Αἰγύπτιον πρὸς τῇ Αἰθιοπίᾳ Stephanus, p. 281. Agathemerus, Geogr. lib. II, cap. 5, καὶ μετὰ τὸν μέγαν καταῤῥάκτην ἀπὸ μὲν δυσμῶν τοῦ Νείλου Εὐωνυμῖται. *Post magnum Nili catarracten, ad occidentale fluvii latus, Evonymitae.* H.

LIV. Chiffl. *LXXV.* Ed. P.

Insulam Gagauden. Quam Nilus efficit, medio in tractu Syenen inter Meroëque. H.

Sphingion. Simiarum genus de quo

cephalos. Inde Napata LXXX mill. Oppidum id parvum inter praedicta solum. Ab eo ad insulam Meroën CCCLX mill. Herbas circa Meroën demum viridiores, silvarumque aliquid apparuisse, et rhinocerotum elephantorumque vestigia. Ipsum oppidum Meroën ab introitu 8
insulae abesse LXX mill. passuum; iuxtaque aliam insulam Tadu dextro subeuntibus alveo, quae portum faceret. Aedificia oppidi pauca. Regnare feminam Candacem, quod nomen multis iam annis ad reginas transiit. Delubrum Hammonis et ibi religiosum, et toto tractu sacella. Caeterum quum potirentur rerum Aethiopes, insula ea magnae claritatis fuit. Tradunt armatorum CCL mill. dare solitam, artificum CCCC mill. alere. Reges Aethiopum XLV et hodie traduntur. (XXX.) Vniversa vero gens Aetheria appellata est,

lib. VIII, ubi et de cynocephalis dicetur. H.

Napata. Chiffl. *Naraba.* Ed. P.

Inter praedicta solum. Caeteris bello deletis, solum id restat. H.

Viridiores, etc. Chiffl. *viridiores silvarum apparuisse.* Ed. P.

Ab introitu insulae. Est enim eius insulae ingens amplitudo: longitudinis scilicet, trium millium stad. hoc est, CCCLXXV mill. pass. latitudinis stadiorum mille, hoc est, CXXV mill. pass. auctore Strabone l. XVII, pag. 824. Ab introitu vero insulae abesse oppidum Meroën stadiis septingentis idem prodidit, p. 786, quae efficiunt LXXXVII M. D. pass. H. — De Meroës situ vid. Fr. Cailliaud, *Voyage à Méroé et au fleuve Blanc.*

Insulam Tadu. Ita MSS. omnes. Editi, *Tatu.* H.

Dextro. Qui vergit in Africam. H.

Candacem. Ita Colb. 1, 2, et Paris. non, ut editi libri, *Candaocen*, vel ut Chiffl. *Canagem.* Κανδάκη vocatur a Strabone lib. XVII, pag. 820, quae Petronio Aegypti provinciam, bellumque Aethiopicum administrante, legatos ad Augustum Caesarem misit. H. et Ed. P.

Transiit. Chiffl. *transit.* Ed. P.

Et ibi. Vet. apud Dalec. *est et ibi.* Vt in Libya. Ed. P.

Magnae claritatis. Aethiopum regia, Straboni lib. XVII, pag. 824, et alibi. De ea diximus lib. V, cap. 10. H.

CCCC mill. alere. Reges, etc. Chiffl. *III M. alere reges.* Ed. P.

Aetheria. Αἰθίαν dictam esse olim Aethiopiam auctor est Hesychius, verbo Αἰθία: ab eo fortassis tempore, quo Aegyptus imperitavit Aethiopiae, ut superius dictum est: nam et Aegypto ipsi inditum id nomen fuisse, auctor est, praeter alios, Gellius lib. XIV, cap. 6, pag. 777. H.

deinde Atlantia, mox a Vulcani filio Aethiope Aethiopia.

9 Animalium hominumque effigies monstriferas circa extremitates eius gigni minime mirum, artifici ad formanda corpora effigiesque caelandas mobilitate ignea. Ferunt certe ab orientis parte intima gentes esse sine naribus, aequali totius oris planitie. Alias superiore
10 labro orbas, alias sine linguis. Pars etiam ore concreto et naribus carens, uno tantum foramine spirat, potumque calamis avenae trahit, et grana eiusdem avenae sponte provenientis ad vescendum. Quibusdam pro sermone nutus motusque membrorum est. Quibusdam ante Ptolemaeum Lathurum regem Aegypti ignotus fuit usus ignium. Quidam et Pygmaeorum gentem prodiderunt inter paludes, ex quibus Nilus oriretur.

11 In ora autem, ubi desiimus, continui montes, ar-

A Vulcani filio Aethiope. Aut fortassis a vultus nigredine: Graecis ita appellantibus, ab αἴθω, *uro*, et ὤψ, *vultus*: quasi vultu solis calore perusto. H.

Effigies monstriferas. Chiffl. *monstrificas effigies.* Ed. P.

Mobilitate ignea. Caeli Aethiopici calore, vicinioque solis varie agitatas atomos, ad efficiendas multiplices corporum figuras conferre plurimum putat. Nec sane diffiteor, ut alibi vi frigoris nimia, sic in iis terris ignium intemperie multa posse peccare naturam, immo et solere. H.

Certe. Chiffl. *certis.* Ed. P.

Pars etiam. Solinus, cap. xxx, p. 56. H.

Quibusdam pro. Solinus loco cit. Vide notas Lud. Vives, in lib. XVI August. de Civit. Dei cap. 8. Huiuscemodi silvestres homines, qui nutibus pro sermone utantur, ait esse in Hispaniola Occidentalis Indiae insula, Petrus Martyr. H.

Ptolemaeum Lathurum. Dalecamp. *Ptolemaeum Lathyrum.* Ed. P.—Regum Aegypti eius nominis septimus is fuit. Refert hoc Solinus pariter loc. cit. H.

Quidam. Aristoteles Hist. Anim. lib. VIII, et Mela lib. III. cap. 8: *Fuere*, inquit iste, *interius Pygmaei, minutum genus, et quod pro satis frugibus contra grues dimicando defecit.* Ad Nili fontes ab Aristotele pariter collocantur. De Pygmaeis diximus cap. 22. H.

Inter paludes. Dalec. *ante paludes.* Ed. P.

Ex quibus. Chifflet. *a quibus.*

In ora autem. In ora scilicet Aethiopiae, cuius capite superiore facta mentio est, his verbis: *Hinc in ora*

dentibus similes rubent. Troglodytis et Rubro mari a Meroë tractus omnis superponitur: a Napata tridui itinere ad Rubrum littus, aqua pluvia ad usum compluribus locis servatur, fertilissima regione, quae interest, auri. Vlteriora Atabuli, Aethiopum gens tenet. Deinde contra Meroën Megabari, quos aliqui Adiabaras nominavere, oppidum habent Apollinis. Pars eorum Nomades, quae elephantis vescitur. Ex 12
adverso in Africae parte Macrobii. Rursus a Megabaris Memnones et Davelli, dierumque viginti inter-

Aethiopiae, etc. littore nimirum sinus Arabici, paulo citra angustias et Diren. H.

Continui montes. Ab his cognomen Rubri maris ortum quidam arbitrati sunt, teste Agatharchide lib. de Rubro mari, cap. 2; apud Phot. in Bibl. cod. 250, pag. 1231, ὅτι τοῦ Ἀραβίου καλουμένου κόλπου, etc. *quod sinus Arabici montes versus occasum siti, dum aeres et ignei solis radii eos feriunt, carbonis speciem ac similitudinem referunt: ad ortum vero arenae et glebae rubentes tumuli*, etc. Habet idipsum Strabo lib. XVI, p. 779. H.

Troglodytis: Troglodytarum, inquit, agro, et Rubro mari ab ortu, Aethiopiae tractus ille clauditur: Meroë insula, ab occasu. H.

Vlteriora. Remotiora a mari, inter Napata et Meroën.

Tenet. Chiffl. *tenent.* Ed. P.

Contra Meroen. Vltra Nili ripam, qua Meroën insulam circumambit, orientali latere: haec insula scuti formae similis, omnes Nili insulas magnitudine superat. Ed. P.

Megabari. Vet. apud Dalec. *Megabri.* Ed. P. — Μεγάβαροι Αἰθίοπες Straboni lib. XVII, pag. 776. Ptolemaeo lib. IV, cap. 8, mendose Μεγάβραδοι. Rectius Diodoro Siculo, Μεγαβαρεῖς, quos ille Troglodytis accenset. Harn. — Regionem hanc tenuisse videntur quae dicitur nunc *Kordofan.* Ed. P.

Adiabaras. Chiffl. *Adiabaros.*

Pars eorum Nomades. Quos ab Ἐλεφαντοφάγοις secernere Philostratus videtur, de vita Apoll. lib. VI, cap. 12, pag. 300. H.

Quae elephantis. Vnde Ἐλεφαντοφάγοι Αἰθίοπες cognominati sunt, teste Agatharchide cap. 25 de Rubro mari apud Phot. cod. 250, p. 1353, et Agathemero, Geogr. lib. II, cap. 5. H.

Ex adverso. Ex adverso Megabarorum, altero Nili et Meroës latere, versus Africam. De Macrobiis istis, Herod. Thalia lib. III, pag. 168, n. 17. Mela lib. III, cap. 9: *Aethiopum pars, quia vitae spatium dimidio fere quam nos longius agunt, Macrobii*, etc. Pars est regni, quod Nubiam hodie appellant: non *Bagamedri*, ut Sanutus existimat. H.

A Megabaris. Vltra Megabaros, versus austrum, Μέμνονες πρὸς τῇ Μέροῃ νήσῳ, iuxta Meroën, inquit

vallo Critensi. Vltra eos Dochi, deinde Gymnetes semper nudi. Mox Anderae, Mathitae, Mesagebes, Hipporeae, atri coloris tota corpora rubrica illinunt. At ex Africae parte Medimni. Deinde Nomades cynocephalorum lacte viventes, Olabi, Syrbotae, qui octonum cubitorum esse dicuntur.

13 Aristocreon Libyae latere a Meroë oppidum Tolen dierum quinque itinere tradit. Inde dierum duodecim Esar Aegyptiorum oppidum, qui Psammetichum fugerint: in eo produntur annis trecentis habitasse. Contra in Arabico latere Daron oppidum esse eorum. Bion autem Sapen vocat, quod ille Esar, et ipso nomine advenas ait significari: caput eorum in insula,
14 Sembobitin: et tertium in Arabia, Sai. Inter montes autem et Nilum Symbari sunt, Paluogges: in ipsis

Agathemerus, Geogr. lib. II, cap. 5, et Ptolem. lib. IV, c. 8. H.

Davelli. Chiffl. *Dabelli*. Eo. P.

Gymnetes semper nudi. Mox Anderae. Dalec. *Gymnites*, etc. Eo. P. — Straboni lib. XVI, pag. 771, Endera locus est, ubi Gymnetes incolunt, viri a nuditate corporum et exercitatione sic appellati: ἦν δέ τις ἐν βάθει Ενδέρα Γυμνητῶν ἀνθρώπων κατοικία. H.

Mathitae, etc. Chifflel. *Monthes*, *Messages*, *Ipsodoro*. Eo. P. — Hi sunt haud dubie Μαστῖται Ptolemaei lib. IV, c. 8, quos ad Nili paludes usque pertinere ait. H.

Deinde Nomades. Sic dicti a νέμω, *pasco*. Haec quoque Solinus, c. XXX, pag. 55. Hard.

Olabi In MSS. Reg. 1, 2, Colb. 1, 2, Paris. Chiffl. *Aladi*. H.

Syrbotae. Chiffl. *Syrdotae*. Eo. P. — Haec rursum Plinius, libro sequente, cap. 2. Solinus loc. cit. pedes duodecim excedere longitudine scribit, id quod eodem recidit: nam cubitus habet sesquipedem. H.

Tolen. Chiffl. *Tollen*. Eo. P.

Esar, etc. Chiffl. *Desar oppidum Aegyptiorum*. Eo. P. — Εσὴρ et Δαρὸν oppidorum esse nomina in insula Meroë, auctor est Ptolemaeus l. IV, cap. 9, cui num potior habenda fides quam Aristocreonti, alii viderint. Hard.

Psammetichum. De quo dicemus l. XXXVI, cap. 19. Hard.

Produntur, etc. Chiffl. *prodente se CCC habitasse*. Eo. P.

Et tertium. Primum enim Esar est, sive Sape: alterum, Sembobitis, quod in insula fuit: in latere Arabiae tertium, Sai. Hard. — Pro *Sai* in Chiffl. legitur *Sinat*. Eo. P.

Inter montes. Quos paulo ante dixit ardentibus similes rubere. Hard.

Symbari. Chiffl. *Barri*. Eo. P.

Paluogges Dalec. *Phalanges*. Vet. ap. Dalec. et Elz. *Phaliges*. Eo. P.

vero montibus Asachae multis nationibus. Abesse a mari dicuntur dierum quinque itinere. Vivunt elephantorum venatu. Insula in Nilo Semberritarum, reginae paret. Ab ea Nubei Aethiopes dierum octo itinere. Oppidum eorum Nilo impositum, Tenupsis. Sambri, apud quos quadrupedes omnes sine auribus, etiam elephanti. At ex Africae parte Ptoembari, Ptoemphanae, qui canem pro rege habent, motu eius imperia augurantes: Auruspi oppido longe a Nilo sito. Postea Achisarmi, Phaliges, Marigeri, Casamarri.

Bion alia oppida in insulis tradit, a Sembobiti Meroën versus dierum toto itinere viginti. Proximae insulae oppidum Semberritarum sub regina: et aliud 15

Asachae. Iidem Asachaei Plinio ipsi, lib. VIII, cap. 23, et Solino cap. xxx, pag. 55. Hard.

Vivunt, etc. Solinus, loc. cit. Idcirco ἐλεφαντομάχους Diodorus Siculus, Strabo ἐλεφαντοφάγους appellat. Hard.

Insula in Nilo, etc. Vet. ap. Dalec. *insula in illo Sembritarum regioni.* Ed. P. — Vltra Meroëo, Strabo lib. XVII, pag. 786: Αλλην δ' εἶναι νῆσον ὑπὲρ τῆς Μερόης, ἣν ἔχουσιν οἱ Αἰγυπτίων φυγάδες οἱ ἀποστάντες ἐπὶ Ψαμμετίχου· καλοῦνται δὲ Σεμβρίται, ὡς ἂν ἐπήλυδες· βασιλεύονται δὲ ἀπὸ γυναικός. *Supra Meroën alia insula, quam Aegyptiorum exsules incolunt, qui a Psammetieho desciverunt, et Sembritae, id est, advenae nominantur, et reginam habent*, etc. Hard.

Ab ea Nubei. Vet. ap. Dalec. *ab ea Nubae.* Ed. P. — Vltra Meroën, Arabiae latere, Nilique ripa orientali. Hi Νοῦβαι Ptolemaeo dicuntur lib. IV, c. 8, quos quum Avalitis coniungat ad mare Rubrum, atque adeo Arabiae latere cum Pliuio collocet, perspicuum est falli eos, qui hosce Nubas existimant eos esse quos hodie Nubeos appellamus, *la Nubie*: quum tota horum regio in opposita Nili ripa sit, nec exiguam Africae partem obtineat. Sunt hi Nubae Plinii, et Ptolemaei in Troglodytarum confinio et ad Nili usque latus orientale pertinent. Hard.

Sambri, apud quos. Id quoque Solinus, cap. xxx, pag. 55, sed *Psambaret* vocat. Hard.

At ex Africae. Et ista, tacito tameo populorum nomine, Solinus refert, loc. cit. Hard.

Auruspi. Elz. *Arusbi.* Ed. P.

Bion alia. Eiusdem tractus terrarum, qui proxime est descriptus, alia iam facies ex Bione propooitor: discrepantibus enim inter se de tam semotis regionibus Geographorum sententiis, ullam praetermittere, quae alicuius momenti sit, religioni Plinius habet. Hard.

Proximae insulae. Eius quam diximus esse Meroae proximam. Hard.

Asar: alterius oppidum Daron. Tertiam Medoën vocant, in qua oppidum Asel. Quartam eodem, quo oppidum, nomine Garoden: Inde per ripas oppida: Navos Modundam, Andatim, Secundum, Colligat, Secande, Navectabe, Cumi, Agrospi, Aegipam, Candrogari, Arabam, Summaram.

16 Regio supra Sirbitum, ubi desinunt montes, traditur a quibusdam habere maritimos Aethiopas, Nisicastes, Nisitas, quod significat ternum et quaternum oculorum viros; non quia sic sint, sed quia sagittis praecipua contemplatione utantur. Ab eo vero parte Nili, quae supra Syrtes maiores, oceanumque meridianum protenditur, Dalion vocatos esse dicit, pluvia
17 tantum aqua utentes Cisoros, Longoporos. Ab Oecalicibus dierum quinque itinere Vsibalcos, Isuelos, Pharusos, Valios, Cispios. Reliqua deserta. Deinde

Garaden. Inde per ripas oppida, etc. Chiffl. *Caro. Deinde Paropas oppidum.* Ed. P.

Navos, etc. Haec forte haud multo saniora nomina, quam quae hoc loco MSS. codices repraesentant, Col. 1, 2, Paris. aliique: *Nautis*, *Madum*, *Demadatim*, *Secandum*, *Collogat*, *Secande*, *Cumagro*, *Psegipta*, *Candragori*, *Arabam*, *Summaram*. Barbaricae, ut apparet, appellationis omnia. Hard.

Arabam, *Summaram. Regio*, etc. Vet. ap. Dalec. *Arabum summorum regio.* Ed. P.

Regio supra Sirbitum. Quod oppidum Nilo impositum, XII, dierum navigatione distare a Meroë, dicetur inferius. Hard.

Sed quia sagittis. Solini paraphrasis, loc. cit. *Quod et vident plurimum, et manifestissime destinant iactus sagittarum.* Mesiccastas legere Plinium oportuisse, atque in eius interpretatione vocis hallucinatum putat Bochartus parte 1, Geogr. lib. IV, cap. 26, pag. 303. Sed non ego credulus illi. Haab.

Quae supra Syrtes. In ea scilicet haeresi Dalion fuit, quae existimaret, post aliquot dierum navigationem Nilo amne peractam, perveniri denique ad Oceanum Aethiopicum, sive meridianum, qui inter nos Australesque populos ibi per Zonam, ut vocant, torridam permearet: in eo Oceano Syrtes esse iis quae in mediterraneo, maiores, vel certe pares. Hard.

Cisoros. Vet. apud Dalec. *Cisauros.* Ed. P.

Ab Oecalicibus. De his diximus l. V, cap. 8. Hard.

Deinde sabulosa. In confinio maris Aethiopici. *Fabulosa* hoc loco legi quibusdam placet: quoniam fabulis

sabulosa. Ad occidentem versus Nigroe quorum rex unum oculum habeat in fronte. Agriophagi, pantherarum et leonum carnibus maxime viventes. Pamphagi, omnia mandentes. Anthropophagi, humana carne vescentes. Cynamolgi, caninis capitibus. Artabatitae quadrupedum ferarum modo vagi. Deinde Hesperii, Perorsi, quos in Mauritaniae confinio diximus. Pars quaedam Aethiopum locustis tantum vivit, fumo et sale duratis in annua alimenta: ii quadragesimum annum vitae non excedunt.

Aethiopum terram universam cum mari Rubro patere in longitudinem semel et vicies centena LXX mill. passuum: in latitudinem cum superiore Aegypto duodecies centena XCVIII mill. Agrippa existimavit. Quidam longitudinem ita diviserunt: a Meroë Sirbitum, 18

videntur affinia, quae mox sequuntur. Hard.

Nigroe. Graeco more Νίγροι, ut *Soloe* pro Σόλοι. Iidem Nigritae appellati, lib. sup. cap. 8. Hard.

Agriophagi, etc. Transcripsit haec Solinus iisdem ferme verbis, c. XXX, pag. 55. Hard.

Et leonum, etc. Chiffl. *leonumque maxime carne*. Ed. P.

Humana carne. Chifflet. *humanam carnem*. Ed. P.

Cynamolgi. Ita nominati, quod canum femellas mulgent, et eo lacte nutriuntur, inquit Agatharchides lib. de Rubro Mari, cap. 29; apud Photium in Bibl. cod. 250, pag. 1357: τὰς τῶν κυνῶν θηλείας ἀμέλγοντες, τῷ γάλακτι τρέφονται. Nihil Agatharchides de caninis capitibus. H.

Diximus. Libro superiore, cap. 8. Hard.

Locustis tantum. Idcirco Ἀκριδοφάγοι graeca voce nominantur a Strabone, Solino, et aliis. Traduntur eadem ab Agatharchide, lib. de Rubro mari, cap. 27; apud Phot. in Bibl. cod. 250, p. 1356, ubi ea totidem verbis exstant: et apud Diodorum, Bibl. lib. III, p. 162. H.

Cum superiore Aegypto. Quam Thebaidem appellavit, lib. V, cap. 9. Porro longitudinem Aethiopiae repetit ab ortu hiberno ad occasum hibernum: latitudinem, ab austro ad septemtrionem. Missis Theodosii locum hunc vitiose exscripserunt: *Iuxta Plinium Secundum ... longitudinem Aegypti superioris cum sua Aethiopia, centena decies et quater et semel LXX passuum: latitudinem Aethiopiae et Aegypti superioris, DCCCCLVII M. passuum, Agrippa existimavit*. H.

XCVIII. Dalec. *XCVII*. Ed. P.

Quidam longitudinem. Longitudinem, inquit, alii repetunt ab ea parte, unde nos latitudinem ducimus;

XII dierum navigationem. Ab ea XII ad Davellos. Ab his ad Oceanum Aethiopicum sex dierum iter. In totum autem ab Oceano ad Meroën DCXXV mill. passuum esse inter auctores fere convenit: inde Syenen, quantum diximus. Sita est Aethiopia ab oriente hiberno ad occidentem hibernum. Meridiano cardine silvae ebeno maxime virent: a media eius parte imminens mari mons excelsus, aeternis ardet ignibus, Theon ochema dictus Graecis: a quo navigatio quatridui ad promontorium, quod Hesperion ceras vocatur, confine Africae iuxta Aethiopas Hesperios. Quidam et in eo tractu modicos colles amoena opacitate vestitos Aegipanum Satyrorumque produnt.

XXXVI. (XXXI.) Insulas toto eo mari et Ephorus complures esse tradidit, et Eudoxus, et Timosthenes: Clitarchus vero Alexandro regi renunciatam adeo di-

a Meroë scilicet, et septemtrionali parte, ad austrum. HARD.

XII. Chiffl. *XI.* ED. P.

Navigationem. Vet. ap. Dalecamp. *navigatione.* ED. P.

XII ad Davellos. Chiffl. *XV ad Dabellos.* ED. P.

Ab his. Dalec. *ab iis.* ED. P.

DCXXV. Dalecamp. *DCXXV.* ED. P.

Quantum diximus. Hoc ipso capite, ex Neronis exploratorum relatu, DCCCLXXIII mill. pass. HARD.

Sita est Aethiopia. Haec Solinus totidem verbis, cap. XXX, pag. 56, et Missi Theodosii. HARD.

Meridiano cardine. Medio fere tractu Aethiopiae, inter ortum solis et occasum, Meroen usque a Syene, inquit ipse lib. XII, cap. 8. H.

Theon ochema. Vet. apud Dalec. *Aethocauma.* Θεῶν ὄχημα, *Deorum currus.* Sic dicta videntur extrema montium *Atlas* dictorum iuga, ut id egregie demonstrat Cl. Gossellin, *Recherches sur la géographie systématique et positive des Anciens*, tom. I, pag. 96, quo quidem loco tenebras, quae veterem totius orae istius geographiam operiebant, mirum in modum dispulit. ED. P.

A quo. Missi Theodosii: *a quo navigatione quatridui, promontorium*, et caetera iisdem plane syllabis. H.

Hesperion ceras. Ἑσπέριον κέρας, Hesperium cornu; hodie *Cap de Nun.* ED. P.

Amoena opacitate. Missi Theodosii, *capacitate*, male. Plinius cap. seq. *Mons opacus silva.* HARD.

Aegipanum, etc. De his lib. V, c. 8. HARD.

XXXVI. *Insulas.* Haec totidem syllabis apicibusque Missi Theodosii. H.

Regi renuntiatam. Chiffl. *regi renuntiat.* ED. P.

vitem, ut equos incolae talentis auri permutarent. Alteram, ubi sacer mons opacus silva repertus esset, distillantibus arboribus odore mirae suavitatis. Contra sinum Persicum Cerne nominatur insula adversa Aethiopiae, cuius neque magnitudo, neque intervallum a continente constat, Aethiopas tantum populos habere proditur. Ephorus auctor est, a Rubro mari 2
navigantes in eam non posse propter ardores ultra quasdam columnas (ita appellantur parvae insulae) provehi. Polybius in extrema Mauritania contra montem Atlantem a terra stadia octo abesse prodidit Cernen. Nepos Cornelius ex adverso maxime Carthaginis

Distillantibus. Chifflet. *destillante*. Ed. P.

Cerne nominatur. Iactatur, inquit, necdum tamen fidem obtinuit. Satis obscuri nominis, et incerti situs hanc fuisse tum insulam innuit: nec velle se famae, quae de ea forte percrebruit, sponsorem fieri. Sic Eustathius ad Dionysii vers. 219, pag. 32, discrepantes refert auctorum de eius situ sententias: Lycophrone, ad ortum solis: Polybio, ad occasum: ad meridiem Dionysio statuente. Nullus dubito quin haec Pliniana, sive Lycophroniana, sive Dionysiana Cerne sit ea quam S. Laurentii vocitamus, sive *Madagascar*. Μινουθίας eadem Ptolemaei lib. IV, cap. 9. H. — Locum omnem istum cum Pintiano et Salmasio in Solinum, pag. 878, sic legere vult Cl. Gossellin: *Alteram, ubi sacer mons opacus silva repertus esset, distillantibus arboribus odore mirae suavitatis, contra sinum Persicum. Cerne nominatur insula adversa Aethiopiae, cuius, etc.* Quam quidem interpunctionem sequi non ausus sum; nam ex verbis pruaime insequentibus constare videtur Nostrum pugnantibus inter se geographorum sententiis in dubitationem adductum, diversas eorum opiniones retulisse tantum, ex quibus duae videbantur esse Cerne insulae, quamvis reipsa una tantum esset, quam in insula parva *Fédal*, haud longe a *Salé* agnovit eruditissimus vir Gossellin, cuius lucidam disputationem vide opere iam toties laudato, tom. I, pag. 78 et seqq. Ed. P.

Adversa Aethiopiae. Plane hic situs congruit cum hodierna *Madagascar*: nam extimo promontorio exortum solis aestivum respicit, sinumque Persicum: occidentali latere, Aethiopiae inferiori ab exortu solis aestivo ad hibernum occasum praetenditur. H.

Parvae insulae. Quae sint istae insulae omnino ignoratur. Ed. P.

Polybius. De Polybii Nepotisque Cerne dicemus inferius, quum de Gorgonum insula sermo erit. H.

Ex adverso maxime Carthaginis. Id quomodo accipiendum sit, Hanno ipse aperit, a quo Nepos hausit: respondere nimirum Carthagini ea adverso

a continente passus mille: non ampliorem circuitu duobus millibus. Traditur et alia insula contra mon-
3 tem Atlantem, et ipsa Atlantis appellata. Ab ea quinque dierum navigatione solitudines ad Aethiopas Hesperios, et promontorium, quod vocavimus Hesperion ceras, inde primum circumagente se terrarum fronte in occasum, ac mare Atlanticum. Contra hoc quoque promontorium Gorgades insulae narrantur, Gorgonum quondam domus bidui navigatione distantes a
4 continente, ut tradit Xenophon Lampsacenus. Penetravit in eas Hanno Poenorum Imperator, prodiditque hirta feminarum corpora, viros pernicitate evasisse: duarumque Gorgonum cutes argumenti et mi-

Cernen: quoniam similis est navigatio a Carthagine ad columnas, atque a columnis ad Cernen: ἰώκει γὰρ, inquit p. 39, ὁ πλοῦς ἔκ τε Καρχηδόνος ἐπὶ στήλας, κἀκεῖθεν ἐπὶ Κίρνην. Hard. — Quomodo locum hunc explanarit Gossellin vide opere cit. t. I, pag. 84, seqq. Ed. P.

Duobus millibus. Etiam minorem facit Hanno, quinque duntaxat stadiorum: κύκλον ἔχουσαν, σταδίων πέντε. Hard.

Et ipsa Atlantis. Eodem, quo Platonica Atlanti nomine, de qua dictum est lib. II, cap. 92, sed ab ea tamen diversa. Quamquam et nomen hujus et situs, incerta tantum fama traditur. Hard.

Navigatione. Chifflet. *praenavigationi.* Ed. P.

Quod vocavimus. Superiore capite. Hard.

In oceanum. Ab Oceano meridiano tum primum se circumagente littore versus eam partem quae soli occidenti obvertitur: unde Atlanticum incipit mare cognominari. Hard.

Contra hoc quoque. Dalec. *contra hoc.* Ed. P. — Hesperion scilicet. Haec iisdem verbis Solinus, cap. LVI, pag. 87. Hard.

Gorgades insulae. Quae Gorgonum insula Melae nominatur, ea Cerne ipsa est Polybii, Nepotisque: quam Arguinam, *Arguin*, vocari puto, inquit Mariana, Hist. Hisp. lib. I, c. 22, pag. 41, ultra promontorium Album, circa Aequatorem, vicesima prima orbis caelique parte. Quare verisimile est de numero ac situ insularum, quibus id nomen esset, hallucinatum Xenophontem, quem Plinius laudat, in rebus etiamtum obscuris fidem suam praestare non ausus. Hard.

Viros pernicitate. Viros non in conspectum colloquimque venisse, quoniam pernicitate summa avolarint. Alii sic interpretantur, quasi feminae viros pernicitate evaserint. Hard.

Duarumque Gorgonum. Chifflet. *duarum Gorgadum.* Ed. P. — Nota de Gorgonibus Phorci filiis fabula,

raculi gratia in Iunonis templo posuit, spectatas usque ad Carthaginem captam. Vltra has etiamnum duae Hesperidum insulae narrantur. Adeoque omnia circa haec incerta sunt, ut Statius Sebosus a Gorgonum insulis praenavigatione Atlantis dierum XL ad Hesperidum insulas cursum prodiderit, ab iis ad Hesperu ceras unius. Nec Mauritaniae insularum certior fama est. Paucas modo constat esse ex adverso Autololum, a Iuba repertas, in quibus Gaetulicam purpuram tingere instituerat.

XXXVII. (XXXII.) Sunt qui ultra eas Fortunatas putant esse, quasdamque alias: quarum numero idem Sebosus etiam spatia complexus, Iunoniam abesse a Gadibus DCCL mill. passuum tradit. Ab ea tantumdem ad occasum versus Pluvialiam, Caprariamque: in Pluvialia non esse aquam, nisi ex imbribus. Ab iis CCL mill. passuum Fortunatas contra laeva Mauritaniae in VIIII horam solis: vocari Convallem a convexitate,

quam proliae recitat Naso lib. IV Metam. sub finem: vide nost. Ovidii edit. tom. III, pag. 338 et seqq. Ed. P. — Refert haec pariter Solinus, cap. LVI, pag. 88. Hard.

Hesperidum insulae. Quas Hesperides tenuisse perhibentur, inquit Mela, lib. III, cap. 10. Sed incerti, ut Plinius confitetur, situs. Hard.

Hesperu ceras. Sic libri omnes MSS. scribunt: ἑσπέρου κέρας. Hard. — Dalec. *Hesperion ceras.* Ed. P.

Autololum. De his diximus lib. V, cap. 1. Purpurariae ese sunt insulae, de quibus agemus c. 37. Hard.

Gaetulicam. E conchis seu purpuris, quae Gaetulico Oceani littore legerentur, ut dicemus lib. IX, cap. 60. H.

XXXVII. *Sunt qui ultra eas.* Vltra Purpurariis proxime appellatas. H.

Vltra eas. Dalec. *ultra eos.* Ed. P.

Fortunatas. Quae nunc Canariae dicuntur, *les Canaries*; a fertilitate cannarum, in quibus crescit saccharum, ait Rob. Stephanus. Hor. Epod. XVI, 41; Flor. III, 22, 2.

Quarum numero. Chiffl. *quarum numeros.* Dalec. *quorum numero.* Ed. P.

Iunoniam. Haec Sebosi Iunonia ea est quam nos hodie vocitamus *Graciosa*, ut demonstrat opere citato Cl. Gossellin. Hard et Ed. P.

Pluvialiam, etc. Pluvialia, nunc *l'île de Fer*, Canariarum maxime occidentalis, unde primum meridianum Galli quondam auspicabantur.

Ex imbribus. Chiffl. *ex imbri.* Ed. P.

Contra laeva Mauritaniae. Ab Oceano meridiano, inquit, navigantibus, versus Mauritanias, ad laevam obiacent Fortunatae. Hard.

In nonam horam solis. Sitae sunt,

et Planariam a specie: Convallis circuitum, CCC mill. passuum. Arborum ibi proceritatem ad centum XIV pedes adolescere.

2 Iuba de Fortunatis ita inquisivit: sub meridie quoque positas esse prope occasum, à Purpurariis DCXXV mill. passuum, sic ut CCL supra occasum navigetur: deinde per CCCLXXV mill. passuum ortus petatur. Pri-

inquit, Fortunatae inter meridiem, quae hora diei sexta est Romanis, et solis occasum, quae duodecima. Nihil est Geographis, nihil rusticae rei scriptoribus familiare magis, quam per vulgares horas, caeli regiones, situmque terrarum designare. Sic idem Plinius, lib. XVII, cap. 16, de arborum situ: *Id quidem*, inquit, *in horam diei quintam, vel octavam, spectare maluerim.* Quod quum eos fugeret, qui Plinium primum ediderunt, iidemque quum legerent in MSS. exemplaribus, quemadmodum in nostris vidimus Reg. 1, 2, Colb. 1, 2, 3, etc. Paris. *in VIII harum solis*, en numero millia passuum designari arbitrati, voces eas *millia passuum*, quae nusquam fere, ne quidem quum de spatiis locorum et intervallis agitur, in MSS. occurrunt, huc quoque temere invexerunt: neque huc tantum, sed in alia etiam loca, ut dicturi sumus l. XXXIII, cap. 13, quae inconsiderantia miras orationi Plinianae tenebras offudit. H.

Vocari convallem a convexitate, et Planariam a specie: Convallis circuitum, CCC mill. Legit Salmasius in Solinum, pag. 1298: *Planariam a specie aequali.* Caetero in ea lectione acquiescit, quam libri editi prae se ferunt: *Vocari in convalle a convexitate, et Planariam a specie aequali, circuitu, etc.* At dii boni, quae commoda erui sententia potest *vocari in convalle*, etc. Deinde si Fortunatas Sebosus novit, saltem duas esse intellexit: altera earum Planaria est: altera, quae tandem, aut quo nomine? Quid ergo nostra emendatio huic loco opis attulerit, per se abunde liquet. Hodie *Ténériffe.* Argumento est, eius amplitudo, quae nunc circuitu complecti dicitur millia passuum trecenta. Haro.

Circuitum. Dal. *circuitu.* Eo. P.

Centum XIV. Dalec. *centum quadraginta quatuor.* Eo. P.

Iuba. Solinus iisdem verbis, cap. LVI, pag. 88. Haan.

Sub meridie quoque. Chifflet. *ut sub meridie quoque.* Dalec. *sub meridiem.* Eo. P. — Inter meridiem, ut diximus, et Solis occasum. Haan.

A Purpurariis. Purpurarias appellavit Iuba, in quibus purpuram Gaetulicam tingere instituerat: sunt esse littori proximae, *Lancerote* et *Fortaventure*, auctore eodem Gossellin. Eo. P.

DCXXV. Dal. *DCCXXV*, contra librorum omnium fidem et insequentes Plinii numeros summae huic ad unguem congruentes. Eo. P.

Deinde per CCCLXXV. Chifflet. *dein per CCCLXXV.* Hard. *deinde per LXXV.* Nos autem cum Chiff. et Elz. et ab erudito viro Gossellin moniti, *CCCLXXV* reponimus, ne

mam vocari Ombrion nullis aedificiorum vestigiis: habere in montibus stagnum, arbores similes ferulae: ex quibus aqua exprimatur, ex nigris amara, ex candidioribus potui iucunda. Alteram insulam Iunoniam appellari, in ea aediculam esse tantum lapide exstructam. Ab ea in vicino eodem nomine minorem. Deinde 3
Caprariam, lacertis grandibus refertam. In conspectu

inter se pugnarent Plinii ipsius numeri. Ed. P.

Primum vocari Ombrion. Transcripsere haec Martianus, lib. VI, cap. de Babylonia, pag. 226, et Solinus, cap. LVI, pag. 88. Quae Pluvialia Sebosi, haec Ομβριος Iobae, graeco vocabulo idem significanta, appellatur *l'île de Fer.* Haan.

Arbores similes ferulae. De cannis saccharinis haec verba Salmasius accipit, in Solin. pag. 1018, quoniam saccharum in Madera insula provenit. Sed neque Madara pluvialia est, neque harum arborum per se ferax. Perpetua enim quondam silva fuit, quam incendio post absumptam patefacere Lusitani, et cannas sacchariferas intulere. Celebris porro est in Fero insula arbor ea, quam Sacram vocant, *l'arbre Saint*: cuius stillatitia aqua universis sufficit insulanis, quamvis unica sit. Sed neque est arbos ea naturae ferulaceae: nec vi aqua ea ea exprimitur, sed sponte stillat. H.

Aqua exprimatur. Sic Chiffl. Dalec. *aquae exprimantur.* Ed. P. — Vt cannae eae sacchariferae fuerint (quod nonnullis placere intelligo) non tamen cogendi coquendique sacchari cognita Veteribus ratio fuit: sed hac duntaxat tenus in usum adhibitae, ut aquam succumve ea iis ad potum exprimerent. Haan.

Iunoniam. A Sebosi Iunonia haec est diversa. Hodie *Palma.* Ed. P.

Ab ea in vicino eodem nomine minorem. Eodem nomine, hoc est, Iunoniam minorem. Hunc Plinii locum Martianus Capella, quum raptim cursimque legeret, insulae nomen commentus est sane perlepidum: sic enim scribit lib. VI, cap. de Babylonia, pag. 226: *Prima Vmbriona dicitur: secunda Iunonia: tertia Theode: quarta Capraria: alia Nivaria... mox Canaria.* Quum *eodem nomine* apud Plinium scriberetur, *Theodem nomine* vel per se legit, vel audire a liberto putavit. Et hunc Martiani errorem scio Geographos quosdam esse amplexatos. Forte iam aquis obrutam: aut ea sane fuerit, quam Ptolem. lib. IV, cap. 6, Απρόσιτον vocat, sive Inaccessam, *la non Trovada*, et *la Incantata* vocant. Haan. — De hac insula vide quid censeat Gossellin opere citatu, tom. I, p. 155. Ed. P.

Caprariam, lacertis grandibus refertam. Σαυραρίαν *potius*, inquit Salmasius, in Solin. pag. 1313, *si lacertis referta est. Nam* σαῦρα *lacerta Graeceis dicitur. Et forte quum Plinius* Σαυραρίαν *legeret (nam* Σίγμα *Veterum huius litterae C formam habuit, ut omnes sciunt) Caprariam putavit scribi.* Verum Σαυραρίαν a σαῦρα, qua demum lege derivari rite approbaverit? Deinde si vocem hanc σαύραρίαν Plinius perperam legit, et σαύραις idem, quae vox sequebatur proxime, legere debuit, et *ovpris*,

earum esse Nivariam, quae hoc nomen accepit a perpetua nive, nebulosam. Proximam ei Canariam vocari a multitudine canum ingentis magnitudinis, ex quibus perducti sunt Iubae duo: apparentque ibi vestigia aedificiorum. Quum autem omnes copia pomorum et avium omnis generis abundent, hanc et palmetis caryotas ferentibus, ac nuce pinea abundare. Esse copiam et mellis. Papyrum quoque et siluros in amnibus gigni: infestari eas belluis, quae expellantur assidue, putrescentibus.

XXXVIII. At abunde orbe terrarum extra intra indicato, colligenda in arctum mensura aequorum videtur. (XXXIII.) Polybius a Gaditano freto longitudinem directo cursu ad os Maeotis $\overline{\text{XXXIV}}$ XXXVII mill.

non *laeertis* vertere. Quin igitur posterioris vocis admonitu, in priore se ipse retexuit? Hodie *Palma*. H. — Hodie *Gomère*, auctore eodem Gossellin. Ed. P.

In conspectu earum. Et sane reliquis ante memoratis, haec fere ob amplitudinem ab oriente tota praetenditur. Harn.

Nivariam. MSS. omnes, *Ninguariam*. Ptolemaeo lib. IV, cap. 6, Κεντουρία, pro Νιγγουρία, vel Νιγγουαρία. Hodie *Ténériffe*. Quum in caeteris Canariis nullae umquam visae sint nives, haec sola iis abundat. H.

Accepit. Chiffl. *acceperit*. Ed. P.

Canariam. Tenariffae proximam, sed orbi nostro propiorem: *la grande île Canarie*. Harn.

Iubae. Vet. apud Dalecamp. *a Iuba*. Ed. P.

Quum autem omnes. Solinus haec iisdem verbis cap. LVI, pag. 88. H.

Caryotas. De his lib. XIII, cap. 9. Harn.

Et siluros in amnibus gigni. Piscium genus est, de quo lib. IX, cap. 17. H.

Quae expellantur. Iactatione maris ac tempestatibus. Solini paraphrasis loc. cit. ubi de Canaria: *Perhibent etiam exspui in eam undoso mari belluas: deinde quum monstra illa putredine tabefacta sunt, omnia illic inficit tetro odore*. Harn.

XXXVIII. *At abunde*, etc. Chiffl. *Et abunde orbe terrae extra intra indicato, colligendam in arctum mensuram*. Ed. P.

Extra intra. Lustrata orbis interiore veluti parte, quae oppida continentis huius provinciasque complectitur: extima etiam enarrata, quae insulas ditissimas quasque continet. Harn.

$\overline{\text{XXXIV}}$. XXXVII. Hoc est, triciea et quater centena, ac triginta septem mill. pass. Martianus lib VI, pag. 226, legit dumtaxat, $\overline{\text{XXXIV}}$ XXVII n. pass. Aequorum haec mensura, non terrarum, vel Europae, ut Pintianus aestimavit. H.

D. passuum prodidit. Ab eodem initio ad orientem recto cursu Siciliam XII LX mill. D. passuum, Cretam CCC LXXV mill. passuum, Rhodum CLXXXIII mill. D. passuum: Chelidonias tantumdem: Cyprum CCCXXII mill. D. passuum. Inde Syriae Selenciam Pieriam CXV mill. passuum. Quae computatio efficit vicies quater centena XL mill. passuum. Agrippa hoc idem interval- 2
lum a freto Gaditano ad sinum Issicum per longitudinem directam XXXIV XL passuum mill. taxat, in quo haud scio an sit error numeri, quoniam idem a Siculo freto Alexandriam cursus XII L. mill. passuum tradidit. Vniversus autem circuitus per sinus dictos ab eodem exordio colligit ad Maeotim lacum, C LVI mill. passuum. Artemidorus adiicit DCCLIII mill. Idem cum Maeotide CLXXIII XC mill. passuum esse tradit. Haec

Ab eodem initio. Gaditano freto: HARD.

XII LX. Duodecies centena sexaginta millia pass. H.

CLXXXIII. Dalec. *CLXXXVI.* Elz. *CLXXXVII.* ED. P.

CCCXXXII. Dalec. *CCCXXV.* Elz. *CCXXII.* ED. P.

Vicies quateter. Dalec. et Elz. *vicies ter.* ED. P. — Ita emendavimus, tum MSS. Chiffl. aliorumque admonitu, tum ex ratione postremae summae, quae cum singularibus quae antecedunt haud alias satis apte congrueret. HARD.

XXXIV XL. Triciea et quater centena XL millia 3,440,000 mill. pass. HARD.

Cursus. XII L. Duodecies centena, quinquaginta millia. 1250000 millia pass. Chiffl. *cursu* XIII L. Elz. *cursu* XII L. ED. P.

Ab eodem exordio. A Gaditano freto. HARD.

C LVI. mill. passuum. Martianus loc. cit. *centum quinquaginta septem millia.* Mendose, scribi enim oportuit C LVII, hoc est, centies centena, et quinquaginta septem millia passuum: 10,057,000 mill. pass. quae universus littorum sinuumque mediterranei maris ambitus complectitur. H. — Chiffl. *CLIX.* ED. P.

DCCLIII. Sic erunt omnino centies centena, et octingenta millia passuum, Artemidori mensura, a Gaditano freto usque ad Maeotin lacum. H. — Dalec. *CCLVI.* ED. P.

CLXXIII XC. Centies septuagies et ter centena, ac nonaginta millia pass. 17,390,000 mill. Martianus legit CLXXXII, quem numerum librariis sic reddidere, *centies octies bis* pro *octogies bis.* HARD.

Tradit. Chiffl. *tradidit.* ED. P.

est mensura inermium, et pacata audacia fortunam pro-
3 vocantium hominum. Nunc ipsarum partium magnitudo comparabitur, utcumque difficultatem afferet auctorum diversitas. Aptissime tamen spectabitur ad longitudinem latitudine addita. Est ergo ad hoc praescriptum Europae magnitudo LXXXII XCIV mill. pass. Africae (ut media ex omni varietate prodentium sumatur computatio) efficit longitudo XXXVII XCIV mill. Latitudo, qua colitur, nusquam ducenta quinquaginta millia passuum excedit. Sed quoniam a Cyrenaica eius parte, nongentorum decem millium passuum eam fecit Agrippa, deserta eius ad Garamantas usque, qua noscebantur, complectens; universam mensuram, quae venit in computationem, XLVI VIII mill. passuum ef-
4 ficit. Asiae longitudo in confesso est LXIII LXXV mill. passuum. Latitudo sane computetur ab Aethiopico mari Alexandriam iuxta Nilum sitam, ut per Meroën et Svenen mensura currat, XVIII LXXV mill. passuum.

Inermium. Nautarum, qui, ut Iuvenalis ait, Satyra 12, vers. 58: *Dolato Confisi ligno, digitis a morte remoti Quatuor, ac septem, si sit latissima teda.* Hard.

Europae magnitudo. Longitudine simul cum latitudine computata. H.

LXXXII XCIV. Ita MSS. omnes, et Martianus loc. cit. Hoc est, octogies bis centena, nonaginta quatuor millia: 8294000 mill. pass. Alia tamen videtur esse Artemidori sententia lib. IV, cap. 37, huius operis Pliniani. H. — Dalec. LXXXI XLVIII. Ed. P.

XXXVII XCIV. Ita Reg. 1, 2, Chiffl. etc. Martianus ipse. Hoc est, tricies ac septies centena, nonaginta quatuor. millia. H. — Dalec. XXXVII XLVIII. Etz. XXXVII XCVIII. Ed. P.

Nongentorum decem. Martianus loc. cit. Hard.

Universam mensuram, etc. Chiffl. *universae mensurae quae veniet in computationem,* etc. Ed. P.

XLVI. VIII. Quadragies sexies centena, et octo millia Colb. 1, 2, *XLIII.* Hard.

LXIII LXXV. Dal. *LXIII mill. DCCL.* Vide quae diximus libro superiore cap. 9, Ed. P.

XVIII LXXV. Decies octies centena, et LXXV millia pass. Martianus legit XVIII XXV, sed manifesto errore. Nam ab Aethiopico mari ad Meroën DCXXV mill. passuum esse, inter auctores fere convenire dixit cap. 35; a Meroë Syenen esse tantumdem spatii ex Eratosthene iamdudum monuit lib. II, cap. 75, atque hoc ipso

Apparet ergo Europam paulo minus dimidia Asiae parte maiorem esse, quam Asiam. Eamdem altero tanto et sexta parte Africae, ampliorem quam Africam. Quod si misceantur omnes summae, liquido patebit Europam totius terrae tertiam esse partem et octavam paulo amplius: Asiam vero quartam et quartamdecimam, Africam autem quintam et insuper sexagesimam.

XXXIX. His addemus etiamnum unam graecae in- [1]
ventionis sententiam vel exquisitissimae subtilitatis, ut nihil desit in spectando terrarum situ: indicatisque regionibus noscatur, et cum qua cuique earum societas sit, sive cognatio dierum ac noctium, quibusque inter se pares umbrae et aequa mundi convexitas. Ergo reddetur hoc etiam, terraeque universae in membra caeli digerentur. Plura sunt autem haec segmenta mundi, quae nostri circulos appellavere, Graeci parallelos.

(XXXIV.) Principium habet Indiae pars versa ad [2]
austrum. Patet usque Arabiam et Rubri maris accolas. Continentur Gedrosi, Persae, Carmani, Elymaei, Parthyene, Aria, Susiane, Mesopotamia, Seleucia cogno-

libro cap. 35; a Syene denique Alexandriam ex eodem Eratosthene par esse intervallum, atque a Syene ad Meroën, Strabo est auctor lib. II, p. 111. Quae triplex summa mensuram Plinianam omnino adaequat. Latitudinem porro hanc Asiae adiudicat, quoniam ab Asia Africam Nilo amne disterminari censet. Haad.

Maiorem esse. Accuratius paulo de partium orbis magnitudine locuti recentiores Geographi: quos tu consule. Haad.

XXXIX. *Et cum qua cuique earum societas sit*. Chifll. *et cum qua cuique societas sit*. Dalec. *et quae cuique earum societas sit*. Ed. P.

Terraeque universae... digerentur. Dalec. *terraeque universa... digeretur*. Ed. P.

Graeci parallelos. De his parallelis lib. II, pag. 115, et seq. Ptolemaeus Almag. lib. II, cap. 6. H.

Principium. Hic parallelus per Alexandriam, παράλληλος διὰ Αλεξανδρείας ab Antiquis vocabatur: vel διὰ χώρας Αλεξανδρείας. H.

minata Babylonia, Arabia ad Petras usque, Syria Coele, Pelusium, Aegypti inferiora, quae Χώρα vocatur Alexandriae, Africae maritima, Cyrenaica oppida omnia, Thapsus, Adrumetum, Clupea, Carthago, Vtica, uterque Hippo, Numidia, Mauritania utraque, Atlanticum mare, columnae Herculis. In hoc caeli circumflexu aequinoctii die media, umbilicus, quem Gnomonem vocant, VII pedes longus, umbram non amplius IV pedes longam reddit. Noctis vero dieique longissima spatia horas XIV aequinoctiales habent, brevissima e contrario X.

3 Sequens circulus incipit ab India vergente ad occasum, vadit per medios Parthos, Persaepolin, citima Persidis, Arabiam citeriorem, Iudaeam, Libani montis accolas. Amplectitur Babylonem, Idumaeam, Samariam, Hierosolymam, Ascalonem, Ioppen, Caesaream, Phoenicen, Ptolemaidem, Sidonem, Tyrum, Berytum, Botryn, Tripolin, Byblum, Antiochiam, Laodiceam, Seleuciam, Ciliciae maritima, Cypri austrina,

Quae. Χώρα. Regio. Ita libri MSS. omnes. Editi male, *inferiorque ora.* Ptolemaeus, de Delta, et de fluminibus in Aegypto inferiore: Καλεῖται δὲ κοινῶς ἡ περὶ τούτους τοὺς ποταμοὺς Χώρα κάτω. H.

Vterque Hippo. Dal. *utraque Hippo.* Ed. P.

IV pedes, Si Straboni fides lib. II, pag. 433, gnomon solarii Alexandriae ratioonem habet ad umbram quam efficit, qualis est quinarii ad septenarium: quare umbra erit quinque pedum: subintellige, hora sexta, seu meridiana. H.

Longissima. Chifflet. *longissimae.* Ed. P.

E contrario. Chifflet. *ex contrario.* Ed. P.

Medios Parthos. Cave *Medos* legas: quibus si locom hic esse oporteret, appellari post Parthos ii debereot, quum ab India io occasum progredientibus Parthi prius, quam Medi occurrant. Haro.

Persepolin. Dalec. *Persepolin.* Ed. P.

Arabiam citeriorem. Quae Syriae ad ortum praetenditur, usque ad Euphatem. Haad.

Phoenicen. Vode hic circulus sive parallelus oomeo accepit, διὰ μέσης Φοινίκης, per mediam Phoenicen. H.

Cypri austrina. Sic paulo post, *Sardiniae austrina, Cappadociae austrina,* etc. H. — Male ergo Dalec. *Cyprum astrinam,* etc. Ed. P.

Cretam, Lilybaeum in Sicilia, septemtrionalia Africae et Numidiae. Vmbilicus aequinoctio xxxv pedum, umbram viginti quatuor pedes longam facit. Dies autem noxque maxima quatuordecim horarum aequinoctialium est, accedente iis quinta parte unius horae.

Tertius circulus ab Indis Imao proximis oritur. Tendit per Caspias portas Mediae proximas, Cataoniam, Cappadociam, Taurum, Amanum, Issum, Cilicias portas, Solos, Tarsum, Cyprum, Pisidiam, Pamphyliae Siden, Lycaoniam, Lyciae Patara, Xanthum, Caunum, Rhodum, Coum, Halicarnassum, Gnidum, Dorida, Chium, Delum, Cycladas medias, Gythium, Maleam, Argos, Laconiam, Elin, Olympiam, Messeniam Peloponnesi, Syracusas, Catinam, Siciliam mediam, Sardiniae austrina, Carteiam, Gades. Gnomonis centum unciae, umbram septuaginta septem unciarum faciunt. Longissimus dies est aequinoctialium horarum quatuordecim atque dimidiae, cum trigesima parte unius horae.

Quarto subiacent circulo, quae sunt ab altero latere Imai, Cappadociae austrina, Galatia, Mysia, Sardis, Smyrna, Sipylus, Tmolus mons Lydiae, Caria, Ionia, Trallis, Colophon, Ephesus, Miletos, Samos, Chios, Icarium mare, Cycladum septemtrionales, Athenae, Megara, Corinthus, Sicyon, Achaia,

Quinta paste. Quarta, si Strabonem audimus lib. II, pag. 134, et Ptolemaeum, Almag. lib. II, cap. 6. H.

Tertius circulus. Διὰ Ῥόδου, per Rhodum cognominatus. Traduntur eadem ab Eratosthene, ut Strabo innuit loc. cit. Hard.

Proximas, Cataoniam. Chiffl. *proximam Cataoniae.* Ed. P.

Gythium. De quo lib. IV, cap. 8. Hard.

Messeniam. Chiffl. *Messenam.* Dal. *Messenen.* Ed. P.

Centum unciae. Centum partes. Hoc est, eamdem habet rationem ad umbram umbilicus horologii, sive gnomon, quam habet centenarius numerus ad LXXVII. H.

Quarto. Διὰ Σμύρνης, Ptolemaeo loc. cit.

Cycladum. Dal. *Cyclades.*

Patrae, Isthmos, Epirus, septemtrionalia Siciliae, Narbonensis Galliae exortiva, Hispaniae maritima a Carthagine nova, et inde ad occasum. Gnomoni XXI pedum respondent umbraè XVII pedum, longissimus dies habet aequinoctiales horas quatuordecim, et duas tertias unius horae.

6 Quinto continentur segmento ab introitu Caspii maris, Bactra, Iberia, Armenia, Mysia, Phrygia, Hellespontus, Troas, Tenedus, Abydos, Scepsis, Ilium, Ida mons, Cyzicum, Lampsacum, Sinope, Amisum, Heraclea in Ponto, Paphlagonia, Lemnus, Imbrus, Thasus, Cassandria, Thessalia, Macedonia, Larissa, Amphipolis, Thessalonice, Pella, Aedessa, Beroea, Pharsalia, Carystum, Euboea Boeotum, Chalcis, Delphi, Acarnania, Aetolia, Apollonia, Brundisium, Tarentum, Thurii, Locri, Rhegium, Lucani, Neapolis, Puteoli, Tuscum mare, Corsica, Baleares, Hispania media. Gnomoni septem pedes, umbrae sex. Magnitudo diei summa horarum aequinoctialium quindecim.

7 Sexta comprehensio, qua continetur urbs Roma, amplectitur Caspias gentes, Caucasum, septemtrionalia Armeniae, Apolloniam supra Rhyndacum, Nicomediam, Nicaeam, Chalcedonem, Byzantium, Lysimachiam, Cherronesum, Melanem sinum, Abderam, Samothraciam, Maroneam, Aenum, Bessicam, Thraciam, Maediam, Paeoniam, Illyrios, Dyrrachium,

XVII pedum. Elz. *XVI pedum.* Ed. P.

Duas tertias. Elz. *tertias duas.* Ed. P.

Quinto. Διὰ Ἑλλησπόντου. H.

Aedessa. Ptolemaeo lib. III, cap. 13, Αἴδεσσα urbs Emathiae in Macedonia iuxta Berrhoeam. *Edessam Macedoniae civitatem* vocat Victor Viensis, de persec. Afric. lib. I, pag. 10. In Notitia Eccles. pag. 21, Εδεσσα. Hard.

Euboea Boeotum. Sive Boeotorum. Avulsa enim Euboea Boeotiae, ut dictum est lib. IV. H.

Sexta comprehensio. Διὰ Μασσαλίας, per Massiliam. H.

Canusium, Apuliae extima, Campaniam, Etruriam, Pisas, Lunam, Lucam, Genuam, Liguriam, Antipolin, Massiliam, Narbonem, Tarraconem, Hispaniam Tarraconensem mediam, et inde per Lusitaniam. Gnomoni pedes novem, umbrae octo. Longissima diei spatia, horarum aequinoctialium quindecim, addita nona parte unius horae, aut, ut Nigidio placuit, quinta.

Septima divisio ab altera Caspii maris ora incipit: 8
vaditque supra Calatim, Bosphorum, Borysthenem, Tomos, Thraciae aversa, Triballos, Illyrici reliqua, Adriaticum mare, Aquileiam, Altinum, Venetiam, Vicetiam, Patavium, Veronam, Cremonam, Ravennam, Anconam, Picenum, Marsos, Pelignos, Sabinos, Vmbriam, Ariminum, Bononiam, Placentiam, Mediolanum, omniaque ab Apennino: transque Alpes Galliam Aquitanicam, Viennam, Pyrenaeum, Celtiberiam. Vmbilico triginta quinque pedum, umbrae triginta sex, ut tamen in parte Venetiae exaequetur umbra gnomoni: amplissima dies horarum aequinoctialium quindecim, et quintarum partium horae trium.

Hactenus antiquorum exacta celebravimus. Sequen- 9
tium diligentissimi, quod superest terrarum tribus assignavere segmentis. A Tanai per Maeotin lacum et Sarmatas usque Borysthenem, atque ita per Dacos partemque Germaniae, Gallias, Oceani littora amplexi, quod esset horarum sedecim. Alterum per Hy-

Apuliae extima, Campaniam, Etruriam, Pisas, etc. Priscianus Grammat. lib. III, pag. 608, hinc Plinii locum afferl in mediom, ul *extimum* pro *extremo* dictum a Veteribus probel: *Plinius*, inquil, *in sexto Naturalis historiae: Dyrrachium, Canusium, Apuliae extima*. H.

Septima divisio. Parallelus διὰ μέσου Πόντου Ptolemaeo loco citato. H.

Thraciae aversa. Septemtrioni partem obversam. Hard.

perboreos et Britanniam, horarum decem et septem. Postremum Scythicum a Riphaeis iugis in Thulen, in quo dies continuarentur (ut diximus) noctesque per vices. Iidem et ante principia, quae fecimus, posuere circulos duos. Primum per insulam Meroën, et Ptolemaiden, in Rubro mari ad elephantorum venatus conditam: ubi longissimus dies duodecim horarum esset, dimidia hora amplior. Secundum per Syenem Aegypti euntem, qui esset horarum tredecim. Iidemque singulis dimidia horarum spatia usque ad ultimum adiecere circulis. Et hactenus de terris.

Vt diximus. Lib. IV, cap. 26. Hard.

Primum per. Διὰ Μερόης καὶ Πτολεμαΐδος τὸ ἐν τῇ Τρωγλοδυτικῇ, Straboni lib. II, pag. 132. Hard.

Duodecim. Immo tredecim, ὡρῶν ἰσημερινῶν τρισκαίδεκα Strab. et Ptolemaeus locis citatis. Hard.

Per Syenen. Διὰ Συήνης: horarum tredecim cum semisse, iisdem auctoribus proxime appellatis. Hard.

Tredecim. MSS. Reg. 1, 2, et Chiffl. XIIII. Hard.

EXCVRSVS I.

DE MENSIBVS AEGYPTIACIS.

Ad ea Plinii verba, cap. 26:

Ex India renavigant mense Aegypto Tybi incipiente, nostro decembri: aut utique Mechiris Aegyptii intra diem sextum, quod fit intra idus ianuarias, etc.

Rei chronologicae minus peritus fortassis eulpiam Plinius videatur, qui respondere ianuario mensi romano Mechirem Aegyptium scribat, quem caeteri scriptores omnes februario arrogant. Nam ut auctorem Peripli maris Erythraei omittam, qui dum mensem Epiphi iulio mensi adiudicat, Mechirem referri ad februarium oportere, ad ianuarium vero Tybi aperta declarat; multo disertius vetustus auctor in Anthologia Graeca, I, 94, epigr. 11, mensium ordinem seriemque sic digerit, ut Plinianae sententiae pugnare omnino videatur. Huius graeca carmina latine Grotius sic expressit:

Menses Aegyptii, quorum primus septembri respondet.

Ordina Thoth primus traxit vineta putando.
Squamigeri generis praeda est bona mense Paiphi.
Monstrat Athyr Maiam terris, Maiaeque sorores.
Choeac spicigero conspergit semine sulcos.
Tybi magistratus Tyrio producit in ostro.
Pandere vela Mechir iubet, et decurrere ponto.
Armigeras Phamenoth vocat ad fera bella cohortes.
Prata rosis index veris Pharmuthi colorat.
Iam matura Pachon assignat falcibus arva.
Pomifer autumnum dicit venisse Payni.
Implet Epephi sinum vino turgentibus uvis.
Attollit Mesori fecundo flumine Nilum.

Graeca, quae ad Tybi Mechiremque pertinent, sunt huiusceemodi:

Τυβὶ δὲ πορφύρεον βουληφόρον εἶμα τιταίνει.
Σημαίνει πλωτῆρσι Μεχεὶρ πλόον ἀμφιπολεύειν.

Vt tamen ista sic se habeant, non modo liberationem culpae, sed eruditionis laudem, ut in caeteris disciplinis, sic in rebus istis chronologicis, Plinius singularem meretur. Etenim sic se res habet. Annorum Aegyptiacorum ea conditio est, ut quarto quoque vertente, caput anni retro abeat, et unum anticipet diem: ac demum post 1460 Iulianos annos, vel 1461 Aegyptiacos,

ad eumdem, unde erat profecta, diem Iuliani mensis neomenia redeat. Exempli gratia: primus dies Thoth (is primus est Aegyptiorum mensis) incipiat hoc anno kalendis septembris, post annos quatuor incipiet 31 Augusti: post octo, Augusti 30, donec anno 1457 perveniat ad 2 septembris, anno vero 1461 in kalendas septembres rursus incurrat, expletis annis Iulianis 1460, qui sunt Aegyptiaci 1461 completi: quae periodus Sosthiaca dicitur. Hinc annus ille vagus appellari consuevit. Quemadmodum vero Iulianus annus diversis ab exordiis sumitur, velut a mundi conditu, aut a Christi natali; sic Aegyptiacus et vagus iste varias habere potest epochas. Quarum celeberrima est, et ab astronomis usurpata veteribus aera Nabonassari, quam Aegyptii a Babyloniis acceperunt. Fuit enim Nabonassarus Chaldaeorum rex: ab cuius primordio Babylonii novam aeram instituerunt, cuius exordium cadit in annum periodi Iulianae 3967, februarii 25, ante Christum 747. Ita fere Petavius, parte II Ration. Temp. I, 12, qui quum Canone 1 colligat neomeniam Thoth anno periodi Iulianae 4712 cadere in diem 24 Augusti; ex eo perinde nos efficimus, anno eiusdem periodi Iulianae 4796, qui annus est Vrbis conditae DCCCXXX, quo Plinius haec scribebat, mensis Thoth neomeniam incidisse in diem 7 Augusti. Deinde ex eiusdem Petavii Canone 1 efficimus eius anni neomeniam Tybi fuisse die 5 decembris: Mechiris, 1 ianuarii. Quamobrem recte ac subtiliter ex lege popularis illius et vagi Aegyptiorum anni Plinius scripsit, " mense Aegyptio Tybi incipiente, nostro decembris aut utique Mechiris Aegyptii intra diem sextum, quod fit intra idus ianuarias nostras.„ Neque me fugit Aegyptios, Antonio et Cleopatra sublatis, una cum iugo Romanorum, etiam eorum annum accepisse: hunc tamen quinquennio, quam illud, posterius: ab illo tempore deinceps vagari popularem illorum annum desiisse, et intercalationis fraeno revocatum esse quarto quoque anno pristinam in sedem. Verum aut istum morem nondum aevo suo lege lata universe receptum Plinius intellexit, aut veteri instituto standum nihilominus arbitratus est, a quo peritiores mathematici nunquam discedendum putaverunt: quod et subtiliorem quamdam astronomicae disciplinae scientiam argueret. Rationem aliam Aegyptiorum mensium affert, ex Beda, explicatque Rosweydus noster in Onomastico, ad vitas Patrum, p. 1039 et 1040, quem consulè.

DE SITV
PARADISI TERRESTRIS
DISQVISITIO,

SIVE

DE PLINII CVM MOSE CONVENIENTIA IN PARADISI FLVMINIBVS INDICANDIS.

(ex ed. sec.)

Ne quis temere dictum a nobis existimet, fluvios, a Plinio appellatos libro sexto *Flumen Salsum* et *Flumen Achanum*, eos esse, quos in descriptione Paradisi Moses *Gehon* et *Phison* nuncupat, de ipsius Paradisi situ disquirere hoc loco breviter visum est, ex integro Tractatu de eo argumento, quem habemus prelo paratum, decerptis iis dumtaxat, quae ad Geographiam, sive ad Paradisi et circumiacentis regionis situm statuendum pertinent, ut operis huius ratio postulat ac permittit. Itaque ad singulos sacrae Scripturae versus, ex secundo capite Geneseos, quo Paradisi descriptio continetur, nostram adiiciemus interpretationem; editionem vulgatam inprimis secuti, quoniam et sic facere Catholicum decet, et est ea in hoc argumento perquam accurata, et caeteris omnibus multo apertior. Intelligent autem ex hac Disquisitione latinarum litterarum studiosi, quique sint, magno divinae Providentiae consilio ac munere factum esse, ut ad nostram aetatem Plinii opus, quamvis hominis a veri Numinis cognitione alienissimi, pervenerit, quum unus omnium antiquorum scriptorum ipse sit, qui flumina Paradisi, in opere suo geographico, commemoraverit, atque eodem ipso situ collocarit, quo ea describuntur a Mose.

§ 1. *Explicatur versus 6 capitis secundi Geneseos:* " *Sed fons ascendebat de terra, irrigans, etc.* "

Nondum aliquis, inquit Moses, decidebat e caelo imber: sed pro imbre fons fuit crebris flexibus omnem illius regionis superficiem irrigans: quem qui homo accoleret, posset ex eo haurire ad rigandos hortos per universam illam regionem. Turpi et gravi labuntur errore, qui sive peritiae in Hebraeo sermone ostentandae causa, sive alio consilio, *fontis* vocabulum hoc loco repudiant, ut *vaporem* inducant. Vidit acute Vulgatus Interpres, אד *ed* Hebraeum, esse *fontem*; quippe coniunctum cum verbo שקה *scacah* irrigare,

quod in sacris libris, ut inferius ostensuri sumus, nonnisi de rivo vel amne dicitur, agros permeante, et crebris sinuosisque flexibus eosdem irrigante. Et quum *vaporis* nomen alibi ter occurrat in iisdem libris, nusquam per אד *ed* Hebraice exprimitur. Alias praeterea causas, sane graves et validas, quamobrem *vapor* hinc inepte ponatur, affert Salianus in Annalibus, ad diem mundi tertium, num. 57.

Fons ille Paneas olim fuit, et est hodieque, unde Iordanis fluit, ut Plinius prodidit, c. 15: " Iordanis amnis oritur ex fonte Paneade, qui cognomeo dedit Caesareae.,, Et cap. 16, pag. 263, Tetrarchia " Paneas, in qua Caesarea, cum supradicto fonte.,, In describendo ortu Iordanis, ut mentitus esse Plinius existimaretur, ac fortassis ne *fons* ille, cuius hic Moses meminit, ille esse crederetur, unde Iordanis oritur, ficta gemina fabula est: altera, quae fontem hunc ipsum Paneadem ex ulteriore lacu, Phiala appellato, per subterraneos meatus erumpere fingeret; altera, quae ex gemino fonte prodire hunc amnem referret, quorum uni nomen esset *Ior*, alteri vero *Dan*.

Ascendebat e *terra*. Scatebram sive ebullitionem aquae surgentis, et e terra exsilientis, vox illa *ascendendi* denotat. Terrae autem nomine, Palaestinam ipsam, ut mox dicemus, Sacer Scriptor intelligit. Sed perquam accurate *terram* dixit, non *paradisum*: ut extra paradisum fuisse fontem eum intelligeremus. Nam primum quidem *fons* e *terra ascendebat* ad irrigandam superficiem terrae; deinde fluvius egrediebatur, etiam ipse extra paradisum in eo egressu: sed mox paradisum eumdem subiturus et irrigaturus.

Universam superficiem terrae. Hebraei *universam superficiem terrae*, consueto idiomate circumiacentem solummodo regionem appellant, qualem quidem et quantam intelligi orationis argumentum poscit. Unde gallice reddi hanc vocem sic oportet, *toute la surface du pays*. Atque ita persaepe in libris sacris *terra* et *universa terra*, pro tota aliqua regione ponitur, *tout le pays*. Neque profecto terrae universae, ut eam vocem vulgo intelligimus, irrigare superficiem fons unus potest.

Fontis vero nomine rivus intelligitur e fonte profluens, et amnem efficiens: nam et fontes decurrere per campos et valles dicuntur. Psal. CIII, 10: " Qui emittis fontes in convallibus: inter medium montium pertransibunt aquae.,, Quin etiam Mosis aetate, quem amnem Iordanem dicimus, non habuit is Iordanis nomen ante egressum e mari seu lacu Tiberiadis. Sed quod anterius fluit e fonte Paneade usque ad eum lacum, in quem se immergit, Hebraei *fontem* appellabant, et *fontem Daphnim*; ut apparet ex Num. XXXIV, 11, 12, ubi Terrae promissionis situs et limites describuntur, " ad septentrionalem plagam a mari magno,, sive mediterraneo: " Inde contra orientalem plagam de villa Enan usque Sephama ,, quod oppidum fuisse oportet circa fontem ipsum Iordanis, unde hi limites orientales procedunt versus Austrum, ut recte Bonfrerius noster animadvertit: " et de Sephama descendunt termini in Rebla contra fontem Daphnim: inde pervenient contra orientem ad mare Cenereth,,, qui et lacus Tiberiadis est, " et tendent usque ad Iordanem ,, ubi nimirum emergit e lacu; " et ad ultimum salsissimo clauduntur mari,,, qui est Asphaltites lacus.

Supremis tamen Iosue temporibus, quum ea regio iussu ipsius lustraretur, ad constituendos fines singularum tribuum, etiam aliqua pars superior amnis

appellata fortassis Iordanis est; sive, ut a Bonfrerio video appellari, Iordanis minor: ob verba Iosue XIX, 33; sed fortassis, inquam; neque enim istud ex eo etiam loco liquido colligitur. At prius sub Mose, nonnisi *fons*, et *fons Daphnim* appellata ea pars amnis est, quae est ante lacum Tiberiadis, ut apparet ex loco Numerorum allato.

Daphnim autem oportet esse, ut caetera omnia quae in hoc capite appellantur nomina propria, Hebraeum nomen; nullum enim in his latinum est. Est igitur, ut nunc quidem videtur, *fons Daphnim*, fons laurorum, ob lauros in ripa consitas. Nam lauros in hoc tractu fuisse (tametsi nullas in reliqua Terra sancta Libri Sacri exhibent), non vicinia quidem Antiochiae suadet, quae ad Daphnen dicitur, at hinc videtur abesse plus octoginta millibus passuum, sed quod etiamnum דפנא *daphne* dicunt Rabini pro lauro; quod isti quidem verbum ex graeco δάφνη fortassis accepere; sed prius ex Hebraeis istud accepisse Graecos verisimiliter ex hoc loco colligimus. Quum autem vox illa *Daphnim* absit ab Hebraeis codicibus, ut nunc sunt (nam in iis solummodo legimus, *contra fontem*), argumento istud est, praeter alia multa: vulgatum Interpretem multo emendatioribus aliisque usum fuisse exemplaribus Hebraeis, quam quae nunc exstant, ut Praefatio admonet praefixa Bibliis, ac iure videri Iudaica esse, quae nunc habemus, Israelitica siva Galilaea fuisse ea, ex quibus ante ipsam Christi aetatem facta sit latina translatio. Et est fons ille caeteroqui in Galilaea, ac proinde Galilaeis notior, quam Iudaeis; qui ignotum sibi nomen forte neglexerunt. Vt ut est, *fons Daphnim*, ille ipse fons est, qui ab ipso mundi initio " ascendebat e terra, irrigans universam superficiem terrae. „ *Vniversa terra* autem, cuius superficiem fons irrigabat, est tractus ille solummodo, quem amnis alluit, priusquam in lacum Genesaram, sive Tiberiadis, illabatur. Sic enim Gen. XIII, 9: " dixit Abram ad Lot... Ecce universa terra coram te est: „ hoc est, terra seu regio circumiacens in eo tractu.

§ 2. *Explicatio versus octavi*: " *Plantaverat autem Dominus Deus paradisum voluptatis a principio: in quo posuit hominem quem formaverat.* „

Plantaverat. Conseverat plantis seu virgultis, qualia commemorata sunt versu quinto, locum peculiarem, ut esset is hortus seu Paradisus voluptatis; et quem extra Paradisum hominem condidit, in eo postmodum collocavit.

Paradisum voluptatis. Hebraice, גן־בעדן *ghan-beeden:* quod verti oportere Hebraizantibus videtur, *Paradisum in Eden:* quoniam illud ב, quod inquit, latine idem valet ac praeposito *in*, loci situm indicat. Perinde quasi non et qualitatem rei, ac modum peraeque designet: cuiusmodi illud est, Gen. III, 19: " In sudore בזעת *bezeheth* vultus tui vesceris pane. „ Et Gen. XXXIV, 13: " Responderunt filii Iacob Sichem et patri eius במרמה *bemirmah*, in dolo. „ Itaque isto etiam loco qualitatem horti denotat, Paradisum videlicet in voluptate: id quod rectius exprimi sensit vulgatus Interpres, si diceret, *Paradisum voluptatis*. Nec aliam esse sententiam Hebraei ipsius exemplaris inde apparet, quod versu deinde 15 huius secundi capitis, et capite sequenti, versu 23 et 24, hoc est, ubicumque postea *Paradisus voluptatis* similiter

commemoratur, Hebraice est solummodo, absque ea littera servili ב, גן־עדן *ghan-eden*. Vnde et graeca ipsa etiam exemplaria habent, παράδεισος τῆς τρυφῆς. Sic. Isai. LI, 3: עדן *Eden*, deliciae sunt: "Et ponet desertum eius quasi delicias, et solitudinem eius quasi hortum Domini.„ Neque vero esset contra leges artis oratio, si quis hoc loco Geneseos verteret, *Paradisum in voluptate:* sic enim apud Basilium legas, in homilia de Paradiso: ἐν Ἐδέμ, φησὶν, ἐφύτευσε. τουτέστιν, ἐν τῇ τρυφῇ.

A Principio. Primia diebus, ante formationem hominis. Quo nempe die terra iussa est germinare, et arbores producere virgulta, et herbam: die mundi tertio. Vulgatus Interpres, quem ego virum θεόπνευστον fuisse, quod et Melchior Canus affirmat; aut certe supra mortalea caeteros peritissimum tum linguae Hebraicae, tum aliarum disciplinarum, tum vero imprimis traditionis in rebus divinis, vidit perspicacissime, non fuisse hoc loco Hebraeam vocem מקדם *mikkedem* vertendam, *ab Oriente*, aut *versus Orientem:* quoniam non esset locus Paradisi ad solis exortum respectu terrae Chanaan sive Palaestinae, quam Moses spectabat, quum haec scriberet, siquidem pars eius terrae Paradisus ipse esset. Alioqui vocem eamdem ille ipse Interpres, cap. XI, 2, *de Oriente* recte interpretatus est: "Quumque profiscerentur de oriente,„ nempe familiae Noë, de quibus sermo fuerat capite praecedenti, versu ultimo, "invenerunt campum in terra Sennaar, et habitaverunt in eo.„ Nam Oriens ille, unde isti profecti dicuntur, tractus ille omnis terrarum est, quem Iordanis alluit ab oriente, circa lacum Genesareth: qui orientalis tractus est comparate ad reliquam Palaestinam. In eodem illo Oriente fuit mons Sephar, de quo dictum a Mose fuerat, capite superiore, sive X, 30: "Et facta est habitatio eorum de Messa pergentibus usque Sephar montem orientalem.„ Ibi etiam Ammon sive regio Ammonitis fuit; unde olim est accersitus Balaam a Balac rege Moab, Num. XXII, 5: "de Aram, de montibus Orientis,„ Num. XXIII, 7, hoc est, de oppido Aram, sito in montibus Orientis. Cuius quidem oppidi mentio est 1 Paralip. 2, 23, una cum terra Galaad, sive monte Galaad, qui et ipse unus est ex istis *montibus Orientis*; et cum Gessur Syriae, cuius mentio inprimis est Reg. II, 15, 8, at ubi de Absalomi accessu agitur, quum fratrem occidisset.

Comparate etiam ad convallem Mambre, ubi degebat Abram, Gen. XIV, 13, *plaga orientalis*, Gen. XXV, 6, appellatur terra *Madian*, quae ab ipsomet Abrahamo, uni e filiis suis, quem ex Cetura susceperat, assignata est, Gen. XXV, 6, *in regione Moab*, Gen. XXXVI, 35, cum Ismaelitis ibi quoque aut iuxta positis, Gen. XXXVII, 28, 36, unde ibi ducem habuere Madianitae, Num. XXV, 18, vicini admodum Moabitis, Num. XXII, 4, 7, et XXV, 1, 6, idemque vicini Amorrhaeis, Iosue, XIII, 21. Vnde multo postea excursione facta cum Amalec caeterisque *Orientalium nationum*, ascenderunt in terram Israël, Iudic. VI, 3, 8, 33, donec inde pulsi a Gedeone fuerunt. Fuit autem altera praeter istam civitas Madian, ultra Idumaeam, versus oram orientalem maris Rubri; cuius mentio est Reg. III, II, 18. Quo nimirum ex Idumaea fugiens Adad Idumaeus, ut in Aegyptum se reciperet, primum advenit: et unde profectus venit in Pharan, deinde in Aegyptum. Ex ista Madianitide regione fuit Sephora uxor prima Mosis. Sed de istis quidem capitibus, quae in Geographia sacra perdifficilia et impedita nonnullis Interpretibus visa sunt, obiter haec dicta sunto.

Qui nomen Hebraeum מקדם *mikkedem* aiunt geminum posse habere sensum in hoc versu octavo, in quo versamur, ita ut et *a principio* creationis significet, et *ad Orientem* simul, ut inde statuant colligi oportera Paradisi situm ad Orientem; hi volunt deseri vulgatum Interpretem, qui scripsit, *a principio*; quum fieri certe non possit, ut scriptor quisquam voce aliqua una utatur, qua simul et tempus velit, et locum intelligi; sut ut *a principio* qui scripserit, non deseratur, si hic porteat *ab Oriente* intelligi. Itaque quisquis utrumque isto loco significari hac voce contendit, aut constare idem nrgat quid sit statuendum, aut editioni vulgatae vult quamvis aliam anteponi, quae habeat *ab Oriente;* vulgatam prae ista sperni ac negligi. At quae causa potuit movere vulgatum Interpretem, ut hic מקדם *mikkedem* verteret *a principio*, quum alibi vertat *de Oriente;* nisi quia perspectum exploratumque haberet, hanc fuisse constantem sententiam, tunc maxime quum huic ipsi interpretationi operam daret, non in Oriente comparate ad Palaestinam, sed in ipsamet Palaestina fuisse Paradisum? Aut cur non reclamarunt eruditi, si verti *ad Orientem* oportere existimarent, ad sensum Mosis exprimendum?

Atqui מקדם *mikkedem* non posse saepe aliter verti, quam *a principio*, testantur multa Scripturae Sacrae loca, ut Isai. XLV, 21: "Quis auditum fecit hoc, מקדם *mikkedem*, ab initio?" Mich. V. 2: "Et egressus eius, מקדם *mikkedem*, ab initio a diebus aeternitatis." Habac. I, 12: "Numquid non tu, מקדם *mikkedem*, a principio Domine Deus meus?" Sic aliis etiam multis locis. Itaque alia alibi huius vocis vis ac potestas est, pro ratione subiectae materiae: quam non habere plane perspectam non potuit Latinus Interpres, quum vertit *a principio*. Siquidem et loco citato, Gen. XI, 2, et Gen. XII, 8, et Gen. XIII, 11, et alibi, illud *mikkedem* recte vertit *ab Oriente*, quoniam ita poscaret argumentum. At certe vidit vir eruditus, non posse hic scribi *ab Oriente*, quum nondum Scriptor Sacer aut qua sub mundi plaga ipse scriberet, aut qua in regione terrarum esset ipse locus, de quo scriberet, designasset.

A quibus autem avide exceptum illud est, *ab Oriente*, ex his multos videmus insulsas anilesque fabulas de Paradisi situ esse amplexos, quas recitat Moses Barcepha, aliique.

"In quo posuit hominem quem formarat." Circa fontem Daphnim fuisse Adamum a Deo conditum, ut supra diximus, instituta a Mose narrationis series docet. De ligno vitae et de ligno scientiae boni et mali satis falciter Deo donante, ut quidam opinamur, in integro Tractatu diximus: sed Geographica dumtaxat ea eo nos esse excerpturos, meminimus superius nos polliceri: neque hoc volumen scribi hic de eo integro argumento postulat.

§ 3. *Explicatio versus decimi: "Et fluvius egrediebatur de loco voluptatis ad irrigandum Paradisum, qui dividitur in quatuor capita."*

Et fluvius. Iordanis nimirum; quippe qui solus ea omnibus Terrae sanctae, ut est revera, *fluvius* appellatur, et κατ' ἐξοχήν. Nam caeteri torrentes solum, aut rivuli, non fluvii sunt. Num. XI, 19, sub Mose: "Misit Israël nuntios ad Sehon regem Amorrhaeorum, qui habitabat in Hesebon, et dixerunt ei: Dimitte ut transeam per terram tuam, usque ad fluvium" hoc est, usque ad Iordanem. Et Iosue, XXIV, 2, loquente eo ad tribus Israël: "Trans

fluvium habitaverunt patres vestri ab initio, Thare pater Abraham, et Nachor: servieruntque Diis alienis. Tuli ergo patrem vestrum Abraham de Mesopotamiae finibus: et adduxi eum in terram Chanaan.„ Nam ibi *fluvius*, inquam, Iordanis est; ultra quem scilicet, comparate ad Sichem, Mesopotamia ea est, de qua Deus tulisse dicitur Abrahamum. Neque enim in Vetere Testamento alia Mesopotamia est, quam quae Mesopotamia Syriae appellatur, Gen. XXVIII, 6, XXXIII, 16, XXXV, 9, [illegible]; Iudith, III, 1, et Psal LIX, 2. In ea Mesopotamia habitarunt Thare, Abraham, et Nachor, patres Israelitarum; siquidem Thare pater Abraham fuit; Nachor autem, alter Thare filius, avus Rebeccae, matris Iacob, qui et Israel. Itaque patres eorum isti: Abraham paterno genere; Nachor, materno: ambo Mesopotamiae Syriae *trans fluvium*, hoc est, trans Iordanem, incolae. Vnde et Rebecca filia dicitur "Bathuelis Syri de Mesopotamia„ Gen. XXV, 20.

Itaque Iordane haec Mesopotamia includebatur et Oronte ab occasu: Euphrate et Babylone ab ortu: ab Aquilone Marsya amne, qui in Euphratem influit. De Marsya et Oronte haec Plinius, V, 19: "Syria Coele habet Apamiam, Marsya amne divisam a Nazerinorum tetrarchis.„ Et paulo antea, cap. 18: "Antiochia libera, Epidaphne cognominata, Oronte amne dividitur„ quem postea dicit in mediterraneum amnem delabi; *natum* vero esse eumdem "inter Libanum et Antilibanum iuxta Heliopolim.„ Marsyas in Euphratem influit, ut idem testatur, cap. 24.

Hinc igitur intelligas, Mesopotamiam, et Mesopotamiam Syriae appellatam esse regionem eam, quae inter Marsyam et Orontem, Iordanem et Euphratem esset; diversam a Mesopotamia illa, quae inter Euphratem et Tigrim excurrit. *Haran* proinde, ubi Laban socer Iacobi fuit, non Carrhas esse, quae sunt hic procul positae, ut ex Plinii ora huius tractus descriptione liquet, sed Apamiam potius, de qua dictum est proxime, aliudve oppidum haud longe positum, colligere recte ratiocinantes oportet. Ex hac igitur civitate Haran, sive Apamia ea sit, sive altera ei vicina, in ista Mesopotamia Syriae, sive, ut alii scriptores appellant, et ipsa Genesis, cap. XXVIII, 7, *in Syria*, profectus Iacob, *amne transmisso*, Gen. XXXI, 21, qui influit in lacum Genesarae, perrexit inde *contra montem Galaad*, qui est ad orientem eiusdem lacus. Nam tota illa regio, quae Iordani fluvio late praetenditur, *terra orientalis* appellatur, Gen. XXIX, 1; *Oriens*, Gen. XI, 2, et *mons orientalis*, Gen. X, 30.

Ac mihi quidem hic quoque insignis diligentia fuisse videtur vulgati Interpretis, qui *amnem* scripserit, Gen. XXXI, 21, ne quis ibi Euphratem intelligeret; quem *fluvii* nomine κατ' ἐξοχὴν saepe designat. Neque enim insigniores paulo fluvios amnis appellatione denotat; quales sunt Iordanis, Euphrates, Nilus, Tigris, sed minores dumtaxat tres; nimirum istum ἀνώνυμον hoc loco Gen. XXXI, 21, deinde ne amnem quidem, sed vel alveum Nili unum vel amnis effigiem, quae dormienti obiecta est Pharaoni, Gen. XLI, 3, 18, et postremo alium plane obscurum, Paralipom. I, 1, 48.

Digressum me quidem paulisper a proposito sentio, at non sine aliquo fructu, opinor: quum patefacto quid fluvii, quid amnis nomine Sacra Scriptura intelligat, loca non pauca Sacrorum Librorum, quae sunt praepostere accepta ab Interpretibus, pertinentque ad situm regionum, oppidorum, ac fluminum, nunc tandem feliciter, ita speramus, illustrentur. *Fluvii* interim

nomine in hac descriptione Paradisi intelligi Iordanem oportet, ut diximus: quem etiam *fluminis* nomine David designat, Psal. LXV, 6: " In flumine pertransibunt pede.,, Et hunc denique fluvium, qui Paradisum irrigaret, esse Iordanem, censent etiam Ioannes Mariana in eum Geneseos locum, et P. Nicolaus Abramus in tractatu de fluviis et loco Paradisi. Non appellat autem Moses de nomine Iordanem; quia tunc certe, quum Deus conderet Paradisum, id nomen amnis illa nondum haberet.

Et fluvius egrediebatur. Postquam fons irrigasset universam superficiem terrae sive regionis adiacentis, fluvius etiam egrediebatur e lacu, Tiberiadis postea appellato, quem aquis suis fecerat; ut docet Plinius, V, 15: " Iordanis amnis oritur e fonte Paneade, qui cognomen dedit Caesareae: amnis amoenus, et quantum locorum situs patitur, ambitiosus, accolisque se praebens, velut invitus Asphaltiten lacum dirum natura petit.... Ergo ubi prima convallium fuit occasio, in lacum se fundit, quem plures Genesaram vocant, amoenis circumseptum oppidis.,, Inde autem egrediens, *fluvii* nomen habet apud Mosem. Verum ut de fonte Iordanis iam ostendimus, sic etiam in eiusdem amnis cursu describendo errarunt il, qui antequam perveniat ad lacum Genesaram, seu mare Tiberiadis, aliam Iordani convallem occurrere confinxerunt, in qua lacum efficiat Genesaretico longe minorem; quem alii appellaverunt Σιμαχωνίτιδα λίμνην, alii etiam aquas Meromi, de quibus sermo est Iosue, XI, 5, 7, quum sint in eo Iosue loco aquae Merom, verius aquae stagnantes, ubi ubi sint, ut aquae Maserepoth, ibi pariter memoratae: neque aquae Merom, hoc est, aquae altae, sive altitudinis, dici posse videantur aquae, quas amnis in convalle colligit: et certissimo denique eorum relatu, qui haec loca diligenter lustrarunt, didicerimus, nullum omnino in lacum se Iordanem effundere, ante lacum Genesarae, sive Tiberiadis, quem aquis suis facit. Ex eo igitur ipso, non ex anteriore alio, quum nullus sit, *fluvius egrediebatur*, qui postea Iordanis est appellatus.

De loco voluptatis. Est enim regio omnis circa lacum Tiberiadis amoenissima. Vnde lacum ipsum " amoenis esse circumseptum oppidis ,, Plinius dixit: id quod et ipsa suadent nomina circumiacentium oppidorum. Et *Genesar* quidem, unde *Aqua Genesar*, uti appellatur Macb. I, 11, 67, sive *stagnum Genesareth*, Luc. V, 11, et *terra Genesar*, Matth. XIV, 34, sive terra Genesareth, quum *hortum* sive *Paradisum felicem*, vel *felicitatis* significet, גן־אשר *ghan-ascer*, quod esse idem videtur, atque *hortus* sive *Paradisus voluptatis*, ipso suo nomine situm Paradisi in sua vicinia indicare nobis videtur, et in eum nos quasi manu ducere. Potest et vox *Genesareth* ex illa derivari, גן־אשרה, ut significet *hortum nemoris*. Est enim אשרה *ascera*, lucus, seu nemus arboribus densum; cuiusmodi fuit hortus seu Paradisus, in quo " produsit Dominus Deus de humo omne lignum pulchrum visu, et ad vescendum suave.,, Vt ut est autem de illa vocis originatione, nec linguam Hebraicam, nec vim radicalium litterarum probe nosse videntur ii, qui quoniam in libro Numerorum, cap. XXXIV, 11, et alibi, hoc *mare Cenereth* et *Ceneroth* appellatur, כנרת *Cinereth* et כנרות *Cineroth*, corrupte ex eo factum fuisse Genesareth arbitrantur: quum verius multo sit, alterum istud nomen factum huic mari fuisse ex apposito ei oppido altero. Nam inter oppida tractus illius, in tribu Nephthali, *Cenereth* numeratur, Iosue, XIX, 35, et alibi. *Genesar* autem inferius versus Austrum posita fuisse videtur, in tribu Zabulon.

Neque vero vestigia priscae amoenitatis in illis locis retinet solum nomen Genesar, sed et *Capharnaum* civitas maritima, lacus illius seu maris lateri boreali apposita, Christi Servatoris nostri civitas appellata, Matth. IX, 1, eo, quod ibi habitavit tempore praedicationis suae, Matth. IV, 13, hoc; inquam, oppidum suo etiam nomine regionis illius amoenitatem praedicat; quum nihil aliud sit *Capharnaum*, כפר נחום *caphar nahum*, quam *vicus amoenus*, aut *amoena villa*. Similiter civitas Naim, נעים *nahim*, hoc est, *Speciosa*, *Pulchra*. Et *Corozaia*, כ־חרוז־עין, idem valet atque, *tanquam monile oculo*, sive *aspectui*. Denique *Magedan*, quod est in littore maris Galilaeae occidentali, Matth. XV, 39, fit a מגד *meghed*, quod *fructus optimos et amoenos* significat, sive *delicias* et *delicatum*.

Inde etiam Iordanis nomen ei fluvio postea factum est; contractum videlicet ex יאור־עדן *Ior eden*, *fluvius voluptatis*; multo verius quam ex יאור־דן: quandoquidem et multo vetustius est nomen Iordanis, quam nomen Dan in illo tractu, quod non occurrit in illis locis ante Iosue, XIX, 47, et Iod. VIII, 29; neque ex gemino fonte fluat amnis ille, ut finxerunt auctores illius originationis, sed ex unico, nempe ex Paneade.

De loco voluptatis. De loco Moses, non *de lacu* dixit; quod eius aetate non lacus, sed *fontis* adhuc, sed *fontis Daphnim* nomine censeretur dulcis haec aqua stagnans e fonte; unde Iordanis, iam fluvius, quia iam maiore aquarum mole erumpebat, sive *egrediebatur*.

" Egrediebatur de loco voluptatis ad irrigandum. „ Hoc verbo " egrediebatur ad irrigandum „ cursus amnis designatur iam inchoatus extra Paradisum, priusquam ad irrigandum eum deveniret. Natus igitur et decurrens fluvius extra Paradisum in eum se deinde influebat. Vidit autem acute Latinus Interpres, עדן *Eden* hoc loco non esse, ut est alibi saepe in Sacris Libris, nomen proprium, sed appellativum dumtaxat, quum מעדן *me-eden* non *ab Edea* vertit, sed *de loco voluptatis*.

Ob similitudinem aliquam cum hoc loco voluptatis, vicina quoque Paradiso loca quaedam, regio Tyri nimirum, Libani, Mesopotamiae Syriae, et Syriae Damascenae, in Sacris Litteris עדן *Eden* seu voluptatis locus appellatur. Nam Principi Tyri apud Ezechielem, cap. XXVIII, 13, dicitur: " In deliciis, בעדן *be-eden*, Paradisi Dei fuisti. „ De Libano, Ezech. XXXI, 16: " Omnia ligna voluptatis, עדן *Eden*, egregia atque praeclara in Libano. „ De Mesopotamia Syriae, ut quibusdam videtur, ibidem cap. XXVII, 23: " Haran, et Chene, et Eden. „ Denique de Syria Damascena, Amos, 1, 5: " Et conteram vectem Damasci, et disperdam habitatorem de campo idoli, et tenentem sceptrum de loco voluptatis, מבית *mibeth*, עדן *eden*. Quo pertinere etiam illud videtur, Reg. IV, XIX, 12, et Isai. XXXVII, 12: " Filii Eden, qui erant in Thalassar, „ sive *Thelassar*.

Ad irrigandum. Irrigatio fluviorum dicitur, quum hi per varios flexus et maeandros prata et campos secant; id quod in Palaestina Iordanem praestare Plinius dixit eleganter: " Iordanis amnis amoenus, ambitiosus, accolisque se praebens, velut invitus Asphaltiten lacum dirum natura petit. „ Falso autem putat Lightfootus factam hanc irrigationem esse semel quotannis exundante fluvio, instar Nili. Neque enim haec exundatio irrigationis nomine apud ullos bonos scriptores censetur. " Auctu magno per totam spa-

tiatus Aegyptum Nilus fecundus innatare terrae „ a Plinio dicitur, V, 10, irrigare non dicitur. Irrigat, inquam, amnis agros, quum flexuoso cursu per eos serpit ac labitur. Sic Maeander apud Plin. V, 31: " Ita sinuosus flexibus, ut saepe credatur reverti, omnes eos agros fertilissimo rigat limo. „ Sic coloni sua rura irrigant, quum in ea rivos deducunt. Quod si de exundatione amnis istud accipi oporteret, dicendum esset, Adamum, quem autumno conditum fuisse ostendimus alibi certis argumentis, aut istam irrigationem non vidisse, quae fieri soleret mense primo, hoc est, mense Nisan, aut, si vidit, septem saltem vel octo menses in Paradiso egisse; quod vereor ut quisquam probet.

Irrigandi igitur vocabulum de sinuoso per campos cursu fluvii hoc loco intelligendum est; perinde atque isto, Iosue, XIII, 2, ubi sermo de torrente Aegypti est, qui et Sehor; « fluvio turbido, qui irrigat Aegyptum. » Et Gen. XIII, 10: « Elevatis itaque Lot oculis vidit omnem circa regionem Iordanis, quae universa irrigabatur, antequam subverteret Sodomam et Gomorrham, sicut Paradisus Domini, et sicut Aegyptus. » Vt sententia sit, quemadmodum Nilo Aegyptus, et Paradisi locus primo Iordanis cursu, sic fontibus rivisque multis illa Loti oculis obiiciebatur, regio tota irrigabatur; quos illa vel in Iordanem emitteret, vel etiam variis divisos canalibus ebiberet. Sic enim Plinius Damascum dicit, V, 16: ex epoto riguis amne Chrysorrhoa fertilem. » Vt ut est, rigandi verbum eo quem diximus sensu accipit manifeste vulgatus Interpres, Eccli. XXIV, 41, 42: « Ego sapientia effudi flumina. Ego quasi trames aquae immensae de fluvio, ego quasi fluvii diorix, et sicut aquaeductos exivi de Paradiso. Dixi: Rigabo hortum meum plantationum, et inebriabo prati mei fructum. »

Paradisum. Iam ex his quae dicta sunt hactenus de fonte et de fluvii egressu ad irrigandum Paradisum, et de loco voluptatis, constare liquido arbitramur, Paradisum ibi situm fuisse, ubi nunc Tabulae Geographicae Aennon exhibent ad Iordanem in Galilaea, aut certe in vicinia. Eius loci mentio est Ioan. III, 23: « Erat autem et Ioannes baptizans in Aennon, iuxta Salim: quia aquae multae erant illic. » Sed ibi fuisse Paradisum ita dicimus, ut utramque tamen Iordanis ipsum permeantis ripam occuparet. Nam et in regione Galaad, quae est ex adverso Aennon, in latere Orientali Iordanis, fuisse Paradisum, nobis paene suadent haec Osee prophetae verba, VI, 7, 8, de Israëlitis: « Ipsi autem sicut Adam transgressi sunt pactum, ibi (ubi nimirum Adam peccaverat,) praevaricati sunt in me. Galaad civitas operantium idolum, » etc.

Henoch translatum fuisse *in Paradisum* sacer Scriptor affirmat, Eccli. XLIV, 16, non tamen in terrestrem istum: alioqui non diceretur a Paulo translatus, *ne videret mortem*, Hebr. XI, 5, quam utique diluvii aquis obrutus effugere non potuisset; sed in caelum ipsum; non quidem ut ibi iam nunc caelitum beatitudine perfruatur; sed ut ibi vivat usque ad supremum iudicii diem, quo die placide morietur, et mox resurgens immutabitur. Nam qui opponunt in graeco exemplari non legi hoc verbum, *in Paradisum*, ii tacite additamentum spurium irrepsisse arguunt in editionem vulgatam: id quod dici profecto sine gravi culpa non potest, hoc est, sine contemptu illius Interpretis, quem unum Ecclesia nunc commendat.

« Qui inde dividitur in quatuor capita. » Paradisus utique est, non fluvius,

qui sic dividitur. Nam fluvius, inquit Moses, egrediebatur de loco voluptatis ad irrigandum Paradisum: qui Paradisus, qualis est in eo loco voluptatis, dividitur quatuor regionibus, ubi sunt capita totidem fluviorum. Haud dubie enim retulit vulgatus Interpres pronomen relativum *qui*, ad substantivum nomen *Paradisi*, quod proxime antecedit. *Inde* igitur, ubi fluvius totum irrigat Paradisum; non inde ubi se in mare exonerat, leucis a Paradiso triginta, aut eo amplius; sed *inde*, inquam, ubi Paradisum subit et irrigat, dividitur Paradisus ipse; et qualis quamque amoenus ibi conspicitur, est ipse, sed tantum ex parte, *in quatuor capitibus* fluviorum mox assignandorum. Id quod fieri certe nulla ratione potest, si dividi fluvium dicimus; ac si dividi interpretamur, ut vulgo fit, abdere se amnem in terras, ut in quatuor diversis locis postea idem emergat. Nam si ibi se terris condit, sive in ingressu Paradisi, sive in exitu, undenam fluvio deinde sufficiente aquae, quas devolvat in mare? Nullae profecto possunt deinde superesse. *Inde* igitur *dividi*, divisumve conspici *in quatuor capitibus* (prave enim et contra leges artis Grammaticae dicitur fluvius esse *in quatuor capita*: sed Grammaticae leges poscunt, dici Paradisum vel *dividi in quatuor capita*, ut recte vulgatus Interpres; vel, ut recte pariter scriptor Hebraeus, « dividi, et esse in quatuor capitibus » fluminum); inde, inquam, *dividi* Paradisum, conspicique eum « esse in quatuor capitibus », alium habere sensum nullum probabilem potest, praeter istum: Illa Paradisi amoenitas, qualis est, ubi fluvius irrigat Paradisum, a Deo dividitur, aspectabilisque sic divisa redditur incolis regionum, ubi sunt quatuor fluviorum capita, ubi hi agros similiter secare incipiunt et irrigare. Nam extra illa *capita* sive initia fluviorum, postquam hi alios accepere amnes, et agros aquis inundant, carent regiones amoenitate illa, quae circa fontes ipsorum, ubi lenius et parcius de suo tantum fluunt, iucunde detinet praetereuntes, aut eminus prospicientes. *Inde* igitur, hoc est, ex ea Paradisi parte amoenissima, ubi nempe ipsum fluvius irrigat, Deus formam et exemplar, imaginem ac similitudinem amoenitatis illius accepit, quam agris quatuor impertiit, fluviorum totidem ortu et irrigatione pariter peramoenis: sed quam ita impertiit, ut eamdem eo dividente, in singulis capitibus fluviorum, e quatuor mox appellandis, quarta tantummodo pars appareret amoenitatis Paradisi.

Eam ob rem usus est Hebraeus scriptor Moses verbo *dividendi*, ubi Graecus Interpres minus apte scripsit ἀφορίζεται, *terminatur*: sed melius alii μερίζεται scribunt, ut infra dicemus. Nihil attinebat certe a Scriptore sacro describi tam prolixe, nempe versibus quatuor, quousque se fluvius diffunderet, per meatus, si eredimus, subterraneos. Ad commendationem vero Paradisi plurimum pertinebat exponi, quartam dumtaxat partem amoenitatis illius esse in agris, quos illa capita fluviorum irrigarent, comparate ad eam, quam Paradisus exhiberet.

Itaque *divisus* hic Paradisus, et *esse in quatuor capitibus* fluviorum, a Mose eo sensu dicitur, quo sensu dixit idem, ablatum de spiritu suo fuisse, traditumque septuaginta senioribus. Hoc enim pariter fuit *dividi* spiritum eius, et *esse* eum spiritum in septuaginta viris. Res ea ita narratur, Num. xi, 16, 17: « Et dixit Dominus ad Moysen, Congrega mihi septuaginta viros de seniibus Israël, quos tu nosti quod senes populi sunt ac magistri.... Et auferam de spiritu tuo, tradamque eis. » Iterumque versu 25: « Descenditque

Dominus per nubem, et locutus est ad eum, auferens de spiritu qui erat in Moyse, et dans septuaginta viris. Quumque requievisset in eis spiritus, prophetaverunt, nec ultra cessarunt. » Quasi Deus, inquit Cornelius a Lapide, » ex spiritu Mosis aliquid acceperit, similemque spiritui Mosis spiritum in eos dispertierit. » Hoc fuit ergo *dividi* sive dispertiri spiritum Mosis in septuaginta viros, similem his spiritum dari, ac Mosi fuerat antea inditus. Quod si quis igitur insolitam esse loquendi formam putat, eo sensu dici Paradisum *dividi in quatuor capita*; quum is hanc alteram attente considerarit, quae dicit ablatum de spiritu Mosis fuisse, datumque de eo viris septuaginta; idque interpretes omnes accipere de simili spiritu bis impertito; desinet certe mirari, dici *inde*, hoc est, ex ipso decursu fluvii in Paradiso, divisum in quatuor capita Paradisum; et similem ea locutione amoenitatem tantummodo, ad exemplar alterius conditam, significari posse fatebitur, atque adeo hic intelligi oportere. Eodem plane sensu facis unius grandioris lux quadrupla dici *divisa* potest in faculas quatuor simplas iuxta positas; quoniam quartam partem dumtaxat illius lucis singulae repraesentant; quamvis non illae quidem ex illa quadrupla face, sed *inde* tamen, hoc est, ad quamdam illius solummodo similitudinem ex quadrante repraesentandam sint accensae. Fingamus animo et cogitatione, in caeli regione soli adversa esse stellas quatuor, quarum singulae quartam fulgoris calorisque solaris partem contineant; quis a latina consuetudine loquendi putet abhorrere, si sol *dividi* aut *divisus* dicatur in quatuor istas stellas, in se tamen ipse indivisus? Vulgari nostro sermone tunc dixeris: *La lumière du soleil est partagée en quatre étoiles, ou dans ces quatre étoiles.* Eodem sensu dispergi Plinius dixit, II, 14: » In multos dispersa Fortunae magnitudine. » Vbi interpres Italus: *La grandezza della Fortuna non era raccolta tutta in uno, ma sparta in molti.* Denique si Paradisus est, qui dividitur, ut certe verum est, dividi aliter quam similitudine aliqua amoenitatis in aliis regionibus posita, omnino non potest.

Hoc itaque verbo, *Qui inde dividitur*, egregie Moses commendat Israëlitis praestantiam Terrae sanctae, quo eos deducebat; quoniam complecteretur ea Paradisum, cuius amoenitatem nonnisi ex quarta parte capita illa singula quatuor fluviorum repraesentarent, quae supra infraque Terram sanctam essent. Nam in integro etiam Pentateucho illud Mosi propositum fuit, ut Israëlitas doceret, reduci se ac revocari a Deo in avitas sedes. Neque hoc tantum: sed has ipsas etiam sedes habere plus amoenitatis et ubertatis, quam circumpositas notasque sibi ex fama regiones; sive illi se ad Aquilonem converterent, ubi duo flumina sunt, Tigris et Euphrates, apud Assyrios; sive ad Austrum, ubi pari intervallo *inde*, hoc est, a Paradiso, sunt Phison et Gehon, apud Aethiopas. Alioqui quorsum hi fluvii isto loco a Sacro Scriptore commemorantur, aut eae regiones commendantur, quas alluunt, nisi ut longe potiorem his omnibus esse eam regionem Israëlitae discerent, ad quam a supremo Numine vocarentur? Nihil enim certe sine consilio, dictante Spiritu Sancto, scriptum a Mose est.

Quadruplici omnino argumento, quod a nobis exponi hoc loco suscepti nunc laboris ratio postulat; quadruplici, inquam, argumento, in hoc opere Moses Israëlitas excitat et inflammat ad quaerendam armis Palaestinam.

1. Primum hoc loco attingitur, petitum ab amoenitate regionis: quoniam

ibi fuit olim Dei Paradisus; cuius amoenitas nonnisi ex quadrante conspiceretur in regionibus illis, quas totidem fluviorum in circuitu insignium capita irrigarent. Amoenitati deinde ubertatem iungit in Exod. III, 8, et alibi: ubi terra ea dicitur, quae *fluit lacte et melle*. Viderat intellexeratque Moses nimirum, deterreri Israëlitas suos ab invadenda terra Chanaan, ut narrat ipse Num. XIII et XIV. Et poterant illi fortassis maiore inflammari desiderio, sive ad dextram et Aethiopas Arabiamque Felicem divertendi, ubi Phison et Gehon amnes erant; sive ad sinistram, et ad Assyrios, ubi capita erant Euphratis et Tigris; quoniam esset utriusque illius regionis, ob amoenitatem et ubertatem fama celebratissima. Nam de Arabia Felice, ubi illa Aethiopia est, quis ignorat, quum propterea sit illa beatae cognomine inclyta? De regione autem Assyriorum sic testatur Rabsaces, in libro IV Reg. 18, 32, ubi Hierosolymitanos his verbis affatur: « Veniam, et transferam vos in terram, quae similis est terrae vestrae, in terram fructiferam, fertilem vini, terram panis et vinearum, terram olivarum, et olei ac mellis. » Et utrumque amnem tractus illius, Tigrin Euphratemque, esse « in suo cursu et ripis iucundissimum, » praeter alios peregrinationum suarum scriptores, narrat P. Philippus Carmelita discalceatus, in Itinerario Orientali, p. 144. et 146. Ne igitur fama ac desiderium utrutrius regionis istius, Arabiae vel Assyriae, ab occupanda terra Chanaan Israëlitas avocaret, Paradisi, qui in ista erat, amoenitatem esse tantam refert, ut regiones aliae quatuor quartam dumtaxat istius amoenitatis partem singulae repraesentent. Quae para terrarum, inquit Moses, obtigit filio Semi Assur, haec est, quam Tigris, ubi est amoenissimus, alluit: et quae amenior filiis Iapheth cessit, haec est quam Euphrates circa fontes irrigat: et quae amoenior filiis Chus, nepotibus Cham, haec est terra Hevilath, et terra Chus, sive Aethiopiae, circa initia fluminum Gehon et Phison: nulla harum regionum, inquam, amplius habet quam quartam partem amoenitatis illius, quae est in portione terrarum vobis a Deo reservata, ubi Paradisum primo homini primum plantavit. En cur primum mentio facta sit a Mose horum fluviorum.

II. Alterum argumentum fuit, ex praedictione divina, de exscindendis aliquando Chananaeis, terrae illius incolis, Israëlitarum armis. Nam hic sensus est illius vaticinii, Gen. IX, 25: « Maledictus Chanaan, servus servorum erit fratribus suis, » posteris Semi scilicet, hoc est, Israëlitis. Quum sit enim « Deus zelotes, visitans iniquitatem patrum in filios, in tertiam et quartam generationem, » Exod. XX, 5, nolletque Noë tamen aut ipsi Chamo filio suo, qui fuerat contumeliosus in patrem, male precari, siquidem ei Deus ipse benedixerat, Gen. IX, 1, aut in omnes Chami posteros poenam extendere; hoc enim fuisset tertiam orbis partem velle funditus delere ac perdere; quartum idcirco ac novissimum eumdem liberorum Chami selegit, cuius exitium praedicit, sive posterorum eius, ob idolatriam moresque pessimos, ut docent Sacrae Litterae multis locis. Neque vero aliam ob causam relata a Mose hoc loco est, decreta illa in Chanaani posteros castigatio, quam ut ex ea intelligerent Israëlitae, non sibi frustra promitti a Deo, Inducendos se esse « ad loca Chananaei, et Amorrhaei, et Pherezaei, et Hevaei, et Iebusaei » Exod. III, 8. Significat ergo Moses, dum hoc vaticinium refert de Chanaan, decrevisse Deum, pulsis Chananaeis idololatris, verum sui cultum restituere in eum locum, in quo eumdem olim eum Paradiso collocarat. Eoque vide-

tur etiam idem Moses spectasse, quum diceret, Exod. xv, 17: « Introduces eos, et plantabis in monte haereditatis tuae, firmissimo habiteculo tuo quod operatus es, Domine: sanctuarium tuum, Domine, quod firmaverunt manus tuae. »

III. Tertium argumentum, quod in Genesi a Mose profertur, ducitur a promissione facta Abrahae, Gen. xii, 5, 6, 7, de terra Chanaan: « Semini tuo dabo terram hanc » De qua nimirum Moses idem dixit, versu 6: « Chananaeus autem tunc erat in terra: » hoc est, iam tunc terram ille, tametsi natus ex postremo genito filiorum Noe, eam occupaverat, quae primogenito debebatur. Occupaverant enim filii Chanaan Terram sanctam, a Sidone usque Gazam et Sodomam, Gen. x, 19, in diebus Phaleg. Nam quod ibi legitur: « Natique sunt Heber filii duo: nomen uni Phaleg, eo quod in diebus eius divisa sit terra: et nomen fratris eius Iectan: » istam occupationem Terrae sactae a Chananaeis significat, non (ut vulgo creditur) divisionem orbis terrarum inter posteros Noe. Divisio *terrae*, inquam, quae in diebus Phaleg facta fuisse legitur, confusionem linguarum longe praecessit, ut series ipsa narrationis Mosaicae admonet. Neque ea divisio totius terrae est, sed terrae illius, in qua Chanaaeus erat tempore Abrahae; hoc est, Terrae sanctae; quae *terra* simpliciter in Genesi saepissime, et in Psalmis, et alibi appellatur. Gallice dixeris, *le pays fut divisé*. Divisa igitur terra fuisse tunc dicitur, quum occuparunt eam Chananaei, et paulatim in ea » disseminati sunt populi Chananaeorum, » Gen. x, 18, partitique sunt eam inter se, in ipso ortu Phaleg; cui ab ea re datum id nomen est. Quod autem postea Heber cum liberis ac nepotibus, filiis Iectan, fratris Phaleg, perrexit » Sephar monte orientali, ut eodem capite x dicitur, versu 30, usque in terram Sennaar, ut legitur cap. xi, 2, id fieri vix potuit ante annum a diluvio 150, Phalegi 50, quem Heber primogenitum habuit, anno aetatis suae xxxiv, ut dicitur cap. x, 25, et xi, 16. Secuta est autem confusio linguarum circiter post biennium a profectione in terram Sennaar, uti narratur initio capitis xi, ac proinde circa annum 152, a diluvio, ut quum citissime. At primis ipsis diebus Phaleg, ut diximus, occuparant Chananaei potiorem Terrae sanctae partem, ac fere universam, eamque falsorum Numinum cultu infecerant.

IV. Quartum est ac postremum, a vaticinio Ioseph, Gen. L, 23: « Locutus est fratribus suis: Post mortem meam Deus visitabit vos, et ascendere vos faciet de terra ista ad terram quam iuravit Abraham, Isaac, et Iacob. »

Sed quid argumenta computamus? Totum Geneseos librum si quis diligenter expenderit, eo spectasse Sacrum Scriptorem, praeter alia, intelliget, ut alacriores faceret populares suos ad suscipiendam expeditionem in terram Chanaan. Nam ut primo capite Geneseos propositum ei fuit docere, Deum Opt. Max. omnia creasse propter hominem; sic post diluvii narrationem, reliquo fere libri corpore eo tantummodo spectare idem videtur, ut doceat Israëlitas a Deo censeri veluti primogenitos omnium gentium, ex primogenitis Noe ac Semi filiis ortos (id quod conceptis verbis Deus ipse profitetur, Exod. iv, 22: « Filius meus primogenitus Israël): » eoque nomine potiorem eis a Deo in terra datam possessionem esse, date primogenita fuisse, ipsummet Paradisum, iure praecipuo: Galli dicunt, *pour son préciput*. Potior autem, eoque nomine primogenitis debita ea possessio est, quoniam ex illius regionis amoenitate, ut diximus, portio quaedam dumtaxat *divisa* esset, versus

fluvios Gehonem et Phisonem, in agros filiorum Cham primogenitorum, et posterius genitorum filiorum Sem. Nam filii Iapheth longius paulatim abscesserunt ad *insulas gentium*, hoc est, in partes Europae et Africae, Gen. x, 5.

Cham autem genuit Chus, Gen. x, 6, a quo nomen accepit Hebraeum Aethiopia, ubi flumen Gehon. « Filii Chus, Saba, et Hevila » a quo nuncupationem accepit regio Hevilath, ubi Phison amnis. « Filii vero Sem, Aelam, et Assur, et Arphaxad » Gen. x, 32. Horum tertius, ut manifestum est, fuit Arphaxad, natus anno secundo iam desinente, sive *biennio post diluvium*, Gen. xi, 10.

Assur autem secundo genitus, qui Nemrodum secutus fuerat, quum postea ferre non posset eiusdem regium Babylone dominatum, *de terra* Sennaar, sive Babylonia « egressus est, et aedificavit Niniven » Gen. x, 11, quae civitas crevit pariter in caput regni celebratissimi. Ea causa est, quamobrem eo loco post Nemrodum Chami nepotem, Assur Semi filius commemoretur: et ut intelligerent Israëlitae, portionem quae obtigit ipsi Semi filio secundo genito, tametsi principi gentis famosae, Assyriam nimirum, habere quartam solummodo partem amoenitatis illius, quae esset in Palaestina. Mecirco ubi Tigris flumen hoc capite appellatur, mentio simul fit Assyriorum. Ergo portio Israëlitis destinata, tanquam primogenitis, potior fuit ea regione, quae et Chami posteris primogenitis, et aliis Semi liberis obtigit. Eam ob rem eiiciendi e Palaestina fuere Chanaani posteri, a quibus ea fuerat possessio occupata, quum esset Ipse tantum novissimus filiorum Cham.

Iam perducta serie generis a Noe usque ad Abraham, ostendit Moses, iure similiter praecipuo ac primogenitorum potiri Israëlitas supra caeteros Semi et Abrahae posteros. Quamvis enim esset Abrahamus solummodo tertiogenitus, data sunt illi tamen primogenita a Deo; prospiciente utique nullam fore ex Aran primogenito eius sobolem legitimam post Lot. Qua de causa narravit Scriptor Sacer ex incesto tantum natos hunc liberos reliquisse, Moab et Ammon. Similiter Isaac prae Ismaële, filio liberae prae filio ancillae, potior haereditas destinata iure fuit. Denique Iacob fratri Esau sive Edomo praelatus ab ipsomet Isaaco fuit, divino monitu.

Itaque ut sui generis nobilitatem Israëlitae discerent, prae circumpositis gentibus, melioresque ac esse, quam essent Assyrii, et Aethiopes, et Palaestini, Moabitae et Ammonitae, Ismaëlitae et Idumaei; potioremque idcirco partem haereditatis assignatam eis a Deo fuisse; scripta est a Mose tum genealogia posterorum Noe, tum narrationes de inverecundia Chami, de incesto Loti, de Agar ancilla, de Iacobi praelatione prae Esau sive Edom, a quo Idumaei: quidquid demum libro Geneseos fere continetur, scriptum eo fine est. Ex quo etiam obiter intelligere est, Semum reipsa primogenitum Noe fuisse: unde primo semper loco inter Noe liberos appellatur, qui sunt, Sem, Cham et Iaphet; ac proinde recte et ex rei veritate vertisse vulgatum Interpretem, Gen. x, 21: « De Sem ..... fratre Iapheth maiore: » haud vere autem in graeco sic legi, ἀδελφῷ Ἰάφεθ τοῦ μείζονος. Nam Iapheti ab aetate commendandi omnino hic locus non fuit: quum locus hic quae dicuntur omnia ad Semi laudem ea referri postulet. Erat autem causa gravis, et quidem gemina, cur Sem natu maximus fuisse filiorum Noe hic diceretur.

Primum quidem, quod ad Semi commendationem, et ius primogenitorum Israelitis, aeque ac omnibus filiis Heber, ex quo Israelitae prodierant, vin-

dicandum, aetas Semi pertineret. Quae causa est cur simul utraque Semi praerogativa commemoretur, quoniam altera coniuncta connexaque cum altera est. Dicitur autem a pater omnium filiorum Heber a ac proinde etiam Israëlitarum, idemque propterea pater omnium primogenitorum, quoniam *frater* esset *Iapheti maior*. Dicere enim Sem *patrem* esse omnium *filiorum Heber*, et *fratrem Iapheti maiorem*, hoc fuit dicere, et Sem primogenitum filiorum Noe fuisse, et ipsum iura primogeniti dedisse filiis Heber, quae Assur et Aelam filiis suis, natu maioribus, quam Arphaxad, qui fuit avus Heberi, ac prae eorum posteris: quemadmodum multo postea Iacob iura primogeniti a Ruben caeterisque transtulit in filios Ioseph. Idcirco autem ea in Heberum iura primogeniti Sem proavus transtulit, quod Assur et Aelam, derelicto veri Numinis cultu, ad idola defecerant.

Similia causa fuit, quamobrem a Deo praelatus fuerit Abrahamus, non Loto tantummodo, qui fuit Arami primogeniti Thare filius, sed et Nachori, qui fuit etiam ipse maior eo natu, quippe secundus filiorum Thare. Erat enim tertio genitus, novissimusque Abram. Verum educente Thare familiam suam de Vr Chaldaeorum, et de consortio idololatrarum, neglecto patre ibi Nachor restitit, et idola colult. Nam id manifeste colligitur ex Gen. xi, 31, et xxii, 20. Propterea Nachor primogeniti iure excidit cum liberis posterisque, deiiciente eum patre de gradu ob idololatriam: translatumque demum ius illud est in Abrahamum, post incestum Loti. Hinc se primogenitorum iure supra caeteras gentes gaudere Israëlitae et Iudaei praedicabant, Ioan. viii, 33: a Semen Abrahae sumus, et neminl servivimus unquam. a

Altera causa fuit, cur Sem diceretur natu maior esse quam Iapheth, quod mirari legentes possent, quamobrem capite x, quum generationes filiorum Noe Mosea enumerat, a Iapheth incipiat, Sem coniiciat in postremum locum: nisi moneret Sem nihilominus esse primogenitum, natu maiorem Iapbetho, a quo dicere exorsus fuerat. Id quod non alia causa fecisse videtur, nisi quod quum Noe filios tres eo ordine nominasset, quo nati fuerant, posteros deinde singulorum referre instituit, ducto initio ab eo quem proxime appellasset. a Hae sunt generationes filiorum Noe: Sem, Cham et Iapheth ... Filii Iapheth, etc. a Deinde ad Cham progreditur, qui fuit medius: novissimo loco Semum appellat. Alioqui dicendum esset, Semum fuisse novissimum liberorum Noe; quod falsum esse in confesso est.

Nam quod capite quinto, versu 31 legitur: a Noe vero, quum quingentorum esset annorum, genuit Sem, Cham et Iapheth; a et xi, 10: a Sem erat centum annorum quando genuit Arphaxad, biennio post diluvium: a indeque nonnulli colligunt, Iapheth natum fuisse anno Noe quingentesimo, atque adeo primogenitum fuisse; quandoquidem si Sem natus esset anno Noe quingentesimo, fuisset ipse centum duorum annorum biennio post diluvium: errant illi nescientes scripturas. Neque enim Moses priore loco dicit Noe genuisse liberos anno quingentesimo, quemadmodum nec dicit eum anno quingentesimo liberos procreasse. Subindicat autem satis aperte ex annorum sequentium computatione, Sem, qui primogenitus fuit, nonnisi anno patris quingentesimo secundo ortum fuisse.

Ex his igitur liquet, opinor, eo spectasse in hoc opere Mosem inprimis, ut doceret, Israelitis, quippe primogenitis, potissimam deberi destinarique

a Deo haereditatem in terra. Quamobrem in Sacris Libris, Psalmisque praesertim, terra Chanaan, *haereditas Israel* nuncupatur. Nunc ad propositum, hoc est, ad verba reliqua versus decimi e capite II Geneseos explicanda remigremus.

§ 4. *Absolvitur explicatio versus decimi:* « *Dividitur in quatuor capita.* »

Dividitur. Hebraice est יפרד *ippared:* quae tertia persona est singularis masculini in futuro Niphal, hoc est, in futuro verbi passivi, quemadmodum Gen. XIII, 11, est יפרדו *ipparedu*, tertia persona pluralis eiusdem generis ac temporis; ubi vulgatus Interpres scripsit, *divisique sunt:* quoniam Hebraei persaepe futuro utuntur pro praeterito tempore vel praesenti. Hoc autem loco nihil intererat, sive *divisus est* scriberet, sive *dividitur:* quum Sacer Scriptor Mosea vellet intelligi, rem a se narrari, qualis esset reipsa, et qualis ab omnibus esse noscceretur, quum haec litteris proderet. Neque alia de causa usus est vulgatus Interpres verbo praesentis temporis, quam quod probe nosset, Mosem hoc loco docere, et quid stante Paradiso, et quid sua adhuc aetate cerneretur. Itaque illud praeterito imperfecto expressit, istud praesenti tempore. « Et fluvius egrediebatur de loco voluptatis ad irrigandum Paradisum, qui inde dividitur in quatuor capita. » Quod si Mosis ipsius temporibus Paradisus, sive Paradisi amoenitas non divideretur, imperfecto praeterito tam illud exprimendum fuit, *dividebatur*, quam quod praecessit, « egrediebatur ad irrigandum Paradisum. » Itaque graeca lectio minus est accurata, quae verbum utrumque in praesenti ponit: Ποταμὸς δὲ ἐκπορεύεται ἐξ Ἐδὲμ, ποτίζειν τὸν παράδεισον· ἐκεῖθεν ἀφορίζεται εἰς τέσσαρας ἀρχάς.

At quisquis vertit *dividebat se*, is nec Grammaticae Hebraeae leges observat, dum verbum Niphal vertit per Hithpael, et a Mosis sententia longe aberrat, qui rem suis adhuc temporibus exstantem vult hoc verbo intelligi, non quae primis illis dumtaxat diebus exstitisset. Consultissime igitur vulgatus Interpres vertit *dividitur*, et post illum etiam Xantes Pagninus: « Et inde dividitur, inquit, et est in quatuor capita »: non autem, ut aliis perperam placuit, *et erat.* Aliquid enim certe tunc superfuisse de pristina Paradisi amoenitate, quum haec scriberentur a Mose, hic locus aperte significat: siquidem illa proponitur ab ipso Mose in exemplum, ex quo iudicari possit de amoenitate agri Sodomitici, priusquam hic a Deo vindice desolaretur. Gen. XIII, 10: « Elevatis itaque Lot oculis vidit omnem circa regionem Iordanis, quae universa irrigabatur antequam subverteret Dominus Sodomam et Gomorrham, sicut Paradisus Domini, et sicut Aegyptus. » Nihilo minus, inquam, oportet tunc exstitisse vestigia amoenitatis Paradisi, quam erat Aegypti amoenitas ante oculos; siquidem utraque ex aequo in exemplum proponitur.

Qui verbum illud, *dividitur*, aliter interpretati sunt hactenus, nemini erudito, ac ne sibi quidem ipsis fortassis satisfecerunt. Existimarunt enim illi, sive fluvium Paradisi, postquam ex eo egressus esset, perfunctus rigationis officio, sive Iordanem ipsum, postquam in Asphaltiten se lacum immersit, terram subire, et aquas suas in venas quatuor statim ibi dispertire, e in totidem fluviorum capita occultis sub terram meatibus derivare. Atqui profecto res est ea prorsus incredibilis: quum et in Arabicum sinum, qui pro-

ximus est, elabi aquas Iordanis multo verisimilius sit, et, quod est magis consideratione dignum, sit illa quae fingitur aquarum Iordanis sub terris partitio huiusmodi, ut nec consignari eam litteris a Sacro Scriptore, nec sciri ab Israëlitis quidquam attineret, etiamsi vera foret: et si se condit in terras amnis aliquis, ex quo capita quatuor illa emicent, non *inde* ubi se condit, sed longe inde ex subterraneo aquarum specu, unde emergit, *dividi* dicendus esset; nec denique verisimile sit, quatuor illa flumina, Tigrin, Euphratem, et alia duo, in suis quaeque capitibus aequare dumtaxat quartam partem Iordanis, qualis quantusque est, ubi irrigat Paradisum. Euphratem certe » a suis magnum principiis » esse perhibet testis αὐτόπτης, iam antea laudatus, P. Philippus Carmelita, in Itinerario Orientali, pag. 145, ubi et Tigrin refert » in suo fere principio moenia Diarbekir nobilis in Mesopotamia civitatis alluere. »

Narrat quidem Plin. VI, 32, esse Arabiae mediterraneae oppidum » Vranimai, iuxta flumen, per quod Euphratem emergere putant. » Sed dum eo verbo utitur, *putant*, id sibi videri incredibile profitetur. Quin etiamsi fieri istud posse Physici rationibus suaderent, tamen nemo suadebit quidquam causae fuisse, quamobrem doceret Israëlitas suos tam diligenter tamque accurate Moses, quo Iordanis aquae evaderent, postquam has Asphaltitea lacus ebibisset. At erat inculcandum iisdem, neque amoenitatem Armeniae, quam Tigris et Euphrates alluunt, neque rigua et ubertatem Arabiae Felicis, quam praeterfluunt Phison et Gehon, ad ubertatem et amoenitatem accedere Paradisi ac Terrae sanctae, quo perducendi erant; quum dispertita esset in quatuor amnes amoenitas illa, quam unus per se Iordanis integram exhiberet. Aquis irrigua regio Israëlitis semper in votis fuit, ut ex multis locis constat Exodi, Numerorum ac Deuteronomii. Eam ob rem amoenissimi fluvii facta hic a Mose mentio est; quum alioqui ad peccatum Adae narrandum nihil illa pertineret. Satis enim fuisse commemorari lignum Adae alterum datum fuisse ad vescendum, vetitumque eidem alterum.

In quatuor capita. Hoc est, in quatuor initia fluviorum. Vnde postea subiicit Moses: » Et nomen fluvii secundi: nomen vero fluminis tertii: fluvius autem quartus. » Capita autem haec quatuor idcirco a Mose commemorantur, ut diximus, quoniam doceri vellet Israëlitas, terram illam, in quam deducturus eos esset, sedem olim Paradisi fuisse, atque etiam tum esse; prae qua non esset alia sive ad Aquilonem, ubi Tigris et Euphrates fluunt, sive ad meridiem desideranda, ubi Gehon et Phison Arabiam Felicem circumeunt: siquidem non haberent eae regiones nisi suam singulae partem amoenitatis illius, quae collecta et integra esset in loco voluptatis, et in Paradiso, hoc est, in parte Terrae sanctae. Alioqui nihil magis attinebat fieri hoc loco mentionem Tigris et Euphratis, aliorumque fluviorum, quam Sequanae vel Rheni, nisi hoc Moses spectavit, dum scriberet. At horum ille mentionem idcirco facit, quoniam probe scirent Israëlitae, amoenissimas praedicari regiones, quas amnes isti in suis capitibus alluerent; et essent iidem amnes pari intervallo ab eo loco remoti, in quo Moses dictabat Genesim, atque hoc inprimis caput de Paradiso: ita ut essent bini, Tigris et Euphrates, ad Aquilonem, comparate ad cum locum; ad Austrum vero, Phison et Gehon.

In quatuor autem capita, sive fluviorum initia, dixit valde apposite, ne totos integrosque fluvios intelligeremus, quales quantique se in mare exo-

nerant, receptis multis aliis amnibus; sed quales in ipso sui cursus initio et capite sunt, vel sub initium, antequam aliis fluminibus augeantur. Nam Tigris certe, ubi celeriter fertur, iam non est ibi amoenus, sed circum caput dumtaxat, ubi tardior fluit, quemadmodum ex Plinio dicemus inferius. De amoenitate Aegypti, quum irrigatur a Nilo, nihil similiter dicit hoc loco; quoniam eam dumtaxat amoenitatem praedicat, quae similis esset amoenitati fluvii per Paradisum labentis, hoc est, amoenitati fluvii circa initium suum sive caput. Caput autem Nili quodnam aut ubi terrarum esset, erat tunc incompertum; nec nobis ipsis, nisi saeculo Christi ipso decimo septimo iam adulto, paulo ante nostram aetatem, innotuit.

Quatuor capita, in quae *dividi* fluvius dicitur *inde*, hoc est, ex ipso Paradiso, dicere Tigrin esse et Euphratem; ita ut ex his duo censeantur, quos habent ambo alveos, longe priusquam coniunctis aquis immeent in Paradisum (quem propterea scriptores isti in Babylonia collocant); alia vero duo, alvei illi sint, per quos mari iidem amnes illabuntur, postquam iterum se diffiderunt extra Paradisum; et horum uni Phison, alteri Gehon nomen tribuere; sive ista occidentalis sit, alter orientalis, ut Calvino, ac deinde Scaligero placuit, aliisque; sive e converso Gehon orientalis dicatur, occidentalis Phison; est hoc dicere, Sequanam proxime antequam Parisios subeat, accepto iam amne Matrona, « inde dividi in quatuor capita » fluviorum: quorum duo sint Sequana et Matrona leucis supra Parisios duabus in unum amnem illum confluentes; duo alia, alvei duo, quos idem fluvius efficit, sive ad Pontem Mariae qui dicitur, sive ad Pontem novum; quantumvis nullum aliud quam Sequanae nomen utrique huic alveo vel fuerit aliquando, vel etiamnum sit. Quod est profecto, si quid unquam fuit, dictu absonum. Nemo enim, aut confluentes amnes duos, ubi confluunt, ibi capita fluviorum esse si dixerit, aut brachia, in quae se rursum findit amnis unus, capita duorum amnium nuncupaverit, inveniet apud cordatos fidem.

Quod si Paradisus ad alveum situs est, quem Tigris et Euphrates simul efficit, ut isti volunt, hoc est, inter eum locum, ubi hi duo fluvii consociantur, eumque, ubi ipsorum fluenta, antequam in sinum Persicum se evolvant, iterum separantur; quorsum hic, amabo, mentio fit a Mose quatuor capitum, si nihil ea sunt aliud, quam amnis unus e duobus exsistens iam a multis supra leucis, et idem unus post multa passuum millia rursum se findens? Nulla profecto causa fuit commemorandi sive confluentem illum, sive hanc fissuram. Satis omnino fuisset dici, fluvium quo Paradisus rigaretur, Euphratem et Tigrim esse, ubi unum efficiunt alveum, priusquam mare subeant. Caetera essent plane superflua ac redundantia, nec digna proinde Sacro Scriptore. At si sunt reipsa flumina quatuor diversa, magna causa aliqua fuisse potest existimari, quamobrem et nomina eorum indicarentur et situs. Phisonem vero tam esse distinctum flumen a Gehone, quam ab utroque differt Iordanis, satis aperte docet Sacer Scriptor, libri Ecclesiastici xxiv, 35, quum e quinque fluminibus primo loco Phisonem, postremo Gehonem appellat. Nec potuit igitur Moses, nec voluit, unius fluminis alveos duos prò duobus fluminibus ponere. Praesertim quum neque ab ipso Ptolemaeo, V, 20, alio nomine quam Tigris, sive ostium eius orientale (quod Plinio septemtrionale est), sive occidentale, appelletur, neque etiamnum aliud nomen habeat uterque alveus seiunctim, quam quod habet idem ipse plenus et integer,

antequam findatur, efficiatque in ostio insulam. Nam utrobique *Schat el Arab*, hoc est, fluvius Arabum nuncupatur.

Praeterea olim, hoc est, saltem Mosis aetate, extra geminum illum Tigris alveum, Euphratem se peculiari ostio effudisse in mare, testis est Plinius, VI, 32, ut dicturi sumus inferius. Ergo propior fuit Euphrates terrae Hevilath, quae Phisone amne circumciugi dicitur, quam alveus illa uterque, quem recentiores quidam pro Phisone et Gehone obtrudunt. Non possunt igitur ambo isti alvei esse Phison et Gehon, aut ex quatuor capitibus, quae hic a Mose memorantur, capita duo ibi esse.

Quantumvis denique hoc loco se torqueant qui a nobis dissident, nunquam efficient, ut hoc loco *capita*, quae sunt hebraice רשים *rascim*, et in graecis exemplaribus ἀρχαὶ, suadeant alio sensu ab aliquo probato scriptore sumi, quam quo ab Horatio vox *caput* accipitur, Sat. I, 10, ubi *Rheni luteum caput* appellat; et a Virgil. Georg. IV, 319, *sacrum caput amnis*; aut quo denique Plinius, XXXI, cap. 19, *caput amnis Danubii* dixit, et VIII, 39, *Nili caput*. Unde etiam Severianus Gabalensis, Homil. v in Hexaem. et Michael Glycas in Annal. parte I, pag. 75, ἀρχὰς istas πηγὰς esse dixerunt: ὁ ἐξερχόμενος ἐκ τοῦ Παραδείσου ποταμὸς, inquit iste, vulgari errore fluvium a Mose dici divisum arbitratus, εἰς τέσσαρας ἀρχὰς μερίζεται, τουτέστι πηγὰς, ἀφ' ὧν οἱ τέσσαρες ποταμοί. « Fluvius qui de Paradiso egreditur, in quatuor capita dividitur, id est, in totidem fontes, ex quibus flumina quatuor oriuntur. » Neque enim certe aliud *capita*, nisi fontes et initia fluviorum sunt. Nec litteris modo imbutus quisque, sed et quilibet e vulgo aie sentit et loquitur. Inde et cognomen nobilis in Armorica familiae, *a Capite Fontium* dictae latine, gallice *Cheffontaines*, Aremoricae *Penfuntuniou*.

In quatuor capita. Hebraice, והיה *ve-haia*, *et erat*, inquit aliquis. At rectius multo Pagninus, *et est*. Nam omnia deinceps per verba praesentis temporis hic exprimuntur; quoniam res Moses describit, ut erant illae tunc, quum haec litteris consignaret. Ille autem hebraismus, illa verbi geminatio, « dividitur, et est in quatuor capita » omnino eleganter dividi et perduci usque in eas regiones Paradisi amoenitatem exprimit. Gallice istam versiculi decimi partem, in quo tota huius loci difficultas est, recte converteris: *Pour arroser le jardin de délices, lequel est (aujourd'hui) partagé vers quatre sources.*

§ 5. *Explicatio versus undecimi et duodecimi.* XI: « *Nomen uni Phison: ipse est qui circuit omnem terram Hevilath, ubi nascitur aurum.* » XII: « *Et aurum terrae illius optimum est: ibi invenitur bdellium, et lapis onychinus.* »

Eo ordine fluvii quatuor hic appellantur, quem situs eorumdem postulat: ducto nimirum initio ab iis duobus, qui sunt versus meridiem; deinde appellatis duobus illis qui sunt ad Aquilonem. Ac primo quidem loco nominatur is qui est in Austrum remotissimus; deinde is qui in eodem tractu est propior Iudaeae. Postea transit ad eum qui est remotissimus in Boream at in exortum solis aestivum ad oram sinus Persici; et inde ad citimum venit, seu proximum Palaestinae, qui est Euphrates. Scriptor Sacer libri Ecclesiastici, in his amnibus appellandis, non situs, sive loci, sed dignitatis ordi-

nem quemdam servare videtur, dum Phisonem primo loco nominat, deinde Tigrim; mox Euphratem, quem Tigris et rigua ea aetate absorberent; postea Iordanem: postremo loco velut minimum omnium, Gebonem. Eccl. xxiv, 35: s Qui implet quasi Phison sapientiam, et sicut Tigris in diebus novorum. Qui adimplet quasi Euphrates sensum; qui multiplicat quasi Iordanis in tempore messis. Qui mittit disciplinam sicut lucem, et assistens quasi Gehon in die vindemiae. s Procedit oratio a die novorum, ad tempus messis, et inde ad diem vindemiae. At non exigua certe esse haec flumina, Phison et Gehon, Siracides his verbis significat: qui alioqui dicendus esset, ut annotat Bellarminus, inepte comparasse summam affluentiam divinae sapientiae exiguis amnibus; et eosdem amnes exiguos coniunxisse cum celebratissimis fluminibus, Tigri et Euphrate.

Phison. Illud est quod *flumen Achana* a Plinio appellatur, VI, 32, in descriptione Arabiae. Nam hunc scriptorem unum idcirco hic sequimur, quoniam ei cum Sacris Litteris in hac parte mirifice convenit, et iisdem in hac quaestione explanandis egregiam lucem affert. Est enimvero accuratissima illa descriptio Arabiae, quam Plinius exhibet: accepta nimirum, ut ipse testatur, tum ex Dionysio terrarum orbis situs diligentissimo scriptore, quem ad computanda omnia in Orientem praemiserat Caesar Augustus, ituro ad Parthicas Arabicasque res maiore eius filio Caio Caesare; tum ex scriptis a Iuba rege voluminibus ad eumdem Caium Caesarem de eadem expeditione Arabica. Sic igitur Plinius loco citato, ducto initio ab intima parte sinus Persici, factoque inde progressu versus oppositam occiduo soli oram eiusdem sinus Persici: « Nunc a Charace dicemus oram Antiochi Epiphani primum exquisitam. Locus ubi Euphratis ostium fuit. Flumen Salsum. Promontorium Chaldone. Voragini similius pelagus quam mari, per quinquaginta millia passuum orae. Flumen Achana Deserta centum mill. pass. usque ad insulam Icharam. s Nullum autem amnem, qui se in Rubrum mare, hoc est, in Arabicum sinum effundat, Plinius commemorat; quum in Arabiae tamen descriptione praesertim nihil eo dici accuratius aut copiosius possit. Minores aliquot amnes in mediterraneo positos praetermisisse potest videri, quod illi distraherentur in rigua. Nam Sabaeos idem memorat, cap. eodem, s ditissimos sylvarum fertilitate odorifera, auri metallis, agrorum riguis. » Hos duos amnes unus descripsit annotavitque in suis tabulis geographicis ex Plinio delineatis P. Bertius.

Quod si quis autem miretur, fluvium *Achana*, vel, ut in MS. nostro legitur, *Achanum*, a Plinio appellari eum, qui a Mose Phison vocetur, desinet ille mirari, quum didicerit, Chrysorrhoam pariter Damasci fluvium a Plinio eum vocari, qui Abana et Pharphar, vel alterutro nomine nuncupatur, Reg iv, 5, 12. Quaecumque sit autem vocis illius originatio, partem Illam Arabiae hic amnis circumfluit, quam odoriferam ac divitem, et Beatae cognomine inclytam Plinius appellat, V, 12, ut apertius constabit ex his quae dicturi sumus inferius. De situ Arabiae totius, cuius in parte septentrionali sunt fluvii illi duo de quibus est in praesenti quaestio, notanda sunt obiter verba eiusdem scriptoris, VI, 32, ubi eamdem caeli partem spectare, et similis esse Italiae magnitudine Arabia dicitur. a Ipsa vero, inquit, peninsula Arabia inter duo maria, Rubrum Persicumque, procurrens, quodam naturae

artificio ad similitudinem atque magnitudinem Italiae mari circumfusa, in eamdem etiam caeli partem nulla differentia spectat. »

Qui circuit. Sic versu 13, *qui circumit.* Quod quidem verbum dici non potest nisi de eo amne, qui regionem aliquam suo ambitu veluti quodam sinu complectatur. Id vero de gemino Tigris ostio dici certe non potest. Quam enim alterutrum terram ampleetitur, hanc neque proprie circuit, et insula ea est, neque Aethiopia autem est, neque Hevilath.

Omnem terram Hevilath. Geminus in Genesi vir nomine Hevila se offert, et suum uterque ei, quam primum insedit, nomen regioni dedit. Alter, filius Chus: Gen. x, 7: « Filii Chus: Saba, et Hevila, et Sabatha, et Regma, et Sabatacha. Filii Regma: Sabo, et Dadan. » Alter filius Iectan, fratris Phaleg, Gen. x, 29. Hunc habitasse apparet, ex Gen. x, 30, et xi, 2 (sed ante linguarum confusionem), ad exortum solis aequinoctialem, respectu Terrae sanctae: illum autem, quum fuerit filius Chus, et frater Saba, in ea parte Arabiae Felicis, quae intimum fere recessum Persici sinus attingit: infra Chus, hoc est, infra regionem de patris nomine appellatam, ab aliis Aethiopiam: magis ipso nimirum recedente in Austrum vel in exortum solis hybernum. Et haec regio nunc a Mose spectatur, quae a filio Chus nomen habet, non altera, quae a filio Iectan fortassis cognominata est: tum quia in ista nullus amnis est, aut nullus certe dignus memoratu, siquidem negleetus a Plinio est, tum quia quam Moses nominat, ea vicina est, ut diximus, Aethiopiae, cui Chus Hevilae pater nomen dedit. Alterius, sive prioris Hevilae, mentio est, Gen. xxv, 18, ubi de Ismaële scriptum est: « Habitavit autem ab Hevila usque Sur, quae respicit Aegyptum introeuntibus Assyrios » sive in itinere ad Assur. Et Reg. i, 15, 7: « Percussitque Saul Amalec ab Hevila, donec venias ad desertum Sur, quae est e regione Aegypti. » Nam haec Hevila sita fuisse videtur latere meridionali Maris mortui, sive lacus Asphaltitae. Sed verius arbitramur, ab Hevila filio Iectan nulli datum esse regioni nomen, et hanc aliunde appellationem eam accepisse: quod ille non alibi quam in terra orientali, ubi Messa est, cum patre habitasse videatur, usque ad profectionem in terram Sennaar.

Vbi nascitur aurum. De auro Arabiae testis est unus instar omnium David, Psal. lxxi, 10, 15: « Reges Arabum et Saba dona adducent.... Et dabitur ei de auro Arabiae. » Vide et Ezech. xxvii, 21, 22. Vulgatum interpretem veluti divino afflatum numine credas praesagisse animo fore, ut Phisonem aliqui in Tigri quaererent. Quos ut ab eo errore avocaret, scripsit de sententia Mosis, *Vbi nascitur aurum;* ne de Tigris littore cogitarent, ubi aurum non gigni in confesso est.

12. *Ibi invenitur bdellium.* De bdellio Plinius, XII, 19: « Bdellium... nascitur et in Arabia, Indiaque, et Media, et Babylone. » Gummi genus est, quod in officinis hodie, ut plerique existimant, *l'Anime* nuncupatur.

Et lapis. Hebraice, אבן *heben.* Quae vox proprie lapidem, aut lapideum quidlibet, non gemmam, designat.

Onychinus. Plinius XXXVI, 12: « Onychem etiam tum in Arabiae montibus, nec usquam aliubi, nasci putavere nostri veteres. » Et paulo post, crateras, unguentis asservandis aptos, ex eo lapide commendat, priscis temporibus « ex Arabia tantum advehi solitos. » Quum autem bdellii et ony-

chini lapidis mentio hic fit, et « aurum terrae illius optimum » esse praedicatur, non tam illius terrae, quam ipsiusmet Palaestinae, ea commendatio est, quae sita ibi esse dicitur, unde negotiatio expedita nec longi itineris in ditissimas provincias sit. Alioquin enim quorsum Arabiae et Aethiopiae tanta praedicatio a Mose fieret, et hoc praesertim loco?

§ 6. *Explicatio versus tertii decimi:* « *Et nomen fluvii secundi: ipse est qui circumit omnem terram Aethiopiae.* »

Prius est istud e duobus superius a Plinio memoratis fluminibus, *flumen Salsum*. Quod nomen non adiectivum est, a salsitudine derivatum, sed proprium ac barbarae originationis; aeque atque ille, qui est in Carmania, vicina Persidi regione, amnis *Salsos*, apud eumdem, VI, 28. Unde a nobis, nihil tunc certe de Paradiso terrestri cogitantibus, quum hunc Plinii locum primo ederemus, maiuscula priore littera scriptum est nomen illud, *Salsum*.

Phisonis nomen occidentali alveo Tigris amnis, Gehonis orientali, tribuit cum aliis nonnullis, ex mera coniectatione, Kircherus, in descriptione turris Babel, pag. 13. Sed eam opinionem iamdudum Bellarminus refellit, libro de Gratia primi hominis, cap. 12, et Nicolaus Abramus, libro de fluviis et loco Paradisi, pag. 44, ubi hanc *inanem et futilem* sententiam vocat.

Gehonem vero Nilum esse nemo, opinor, in Sacris Libris paulum modo versatus suspicabitur. Nilum enim aut Nili alveum potius, flumen Aegypti ibi appellatum video, Isai. VII, 18, et alibi: flumen Aethiopiae, nusquam. Quinetiam Mosis aetate non fuit Nilus Hebraeis cognitus, nisi ex parte exigua: alveum nimirum unum duntaxat illi novere; sive ostium Taniticum appellatum. Quoniam tunc et Tanis regia Pharaonis, et Taniticum Nili ostium, nondum Pelusiaco vel exorto, vel facto, ultimum versus orientem fuit: uti ex Psalmo LXXVII, 12, 13, haud obscure colligitur: quandoquidem patrata a Mose prodigia, edita fuisse perhibentur *in campo Taneos*: et ex Isai. XIX, 11, 13, ubi « principes Taneos, consiliarii Pharaonis » vocantur. Neque ipsum proinde Aegypti regnum, ultra regiones, quae orientale Nili, seu Tanitici ostii littus spectarent usque ad mare Rubrum, et locum ubi se Nilus findit in Delta, saltem sub Mose, pertinuit. Nam id nobis quidem apertissime constare videtur, ex eo quod narrant Sacrae Litterae, Exod. X, 18, 19: « Egressusque Moyses de conspectu Pharaonis, oravit Dominum. Qui flare fecit ventum ab occidente vehementissimum, et arreptam locustam proiecit in mare Rubrum; non remansit ne una quidem in cunctis finibus Aegypti. » Nam ex ista narratione colligimus, cunctos fines Aegypti inter ostium Nili maxime orientale et mare Rubrum fuisse circumscriptos, et eosdem satis angustos: alioquin e finibus Aegypti, si Delta, et quod magis occidentale est, ut Alexandria, ad Aegyptum pertinuisset, non omnes locustae in mare Rubrum, sed in ipsa septem ostia Nili coniectae vi venti fuissent ex parte maxima.

Deinde quoniam unicus ille Nili alveus esset tunc notus Hebraeis, et idem limes Aegyptiacae sub Pharaone ditionis, idcirco nullo nomine proprio Nilus in Pentateucho, sed tantummodo communi appellatione, ac numero singulari flumen nuncupatur, vel amnis. Quo nomine singularis numeri unicum

Tanlticum, ut diximus, proximum tunc Palaestinae alveum, Moses designavit. Neque ipso etiam consequente aevo, quum a Syene et Memphi, et loco ubi Alexandria est, atque Pelusiu, fluvius ille Iudaeis innotuit, ullum ei propterea peculiare nomen Libri Sacri dederunt: sed quot fuere ostia, totidem appellavere *flumina Aegypti*, ut Isai. VII, 24; Ezech. XXIX, 3, 4, 10; XXX, 12, et XXXII, 2. Neque in Aegypto etiam ei fluvio Nili nomen fuit, ipsa Homeri aetate, annis amplius quingentis post Mosem: sed Aegyptus et ipse appellatur: quod etiam Plinius annotavit. Nec denique Nili nomen ante duodecim reges, e quibus unus Psammetichus fuit, sub Manasse rege Iuda, videtur inventum.

Aegypti partem illam duntaxat, quam assignavimus, notam fuisse Israëlitis Mosis aetate, nemo mirabitur, qui quidem meminerit, ipsis Salomonis temporibus, ultra Saba, quod mare Persicum contingit, inter Phisonem ac Gehonem amnes, regiones remotiores fuisse iisdem incognitas, teste ipsomet Christo Domino, qui Luc. XI, 31, reginam Saba venisse perhibet *a finibus terrae*.

Denique perangustos fuisse fines Aegypti Mosis temporibus, nec alios, quam quos definivimus, suadet nomen *provinciae*, quo ditionem illam designant filii Iacob, Gen. XLII, 30: « Locutus est nobis Dominus terrae dure, et putavit nos exploratores esse provinciae. » Ex quo haud temere coniicimus, Dynastias Thebaeorum regum, Diopolitarum, Memphitarum, Thinitarum, et Elephantinorum, a scriptoribus otiosis fuisse confictas. Certe (quod nunc potissimum quaeritur) inter *capita quatuor*, seu flumina, hic a Mose descripta, Nilum annumerari non posse, ex dictis perspicuum est.

Quum autem Aethiopiam ex his quae mox dicenda sunt, partem Arabiae esse, constare necesse sit; quis est, qui, quin fluvius ibi repertus ipse sit Gehon, deinde ambigat? Sunt duo in eo tractu qui quaeruntur fluvii, a Plinio commemorati, ut vidimus. Ibi sunt, ubi esse Phisonem et Gehonem oportet; hoc est, non longius a Terra sancta, quam Tigris et Euphrates; iidemque tam noti israëliticae genti, annis etiam ipsis paene supremi Antiochi Epiphanis, quo tempore scriptus est liber Ecclesiastici, quam isti duo notissimi omnibus celebratissimique amnes. Haec sunt igitur *flumina Aethiopiae*, de quibus Isai. XVIII, 1: « Vae terrae cymbalo alarum, quae est trans flumina Aethiopiae. » Et Sophon. III, 10: « ultra flumina Aethiopiae. Inde supplices mei, filii dispersorum meorum deferent munus mihi. » Vtrobique enim Aethiopia est כוש *Chus*, de qua mox dicemus.

Quod autem hic Aethiopiae, idem *flumen Arabiae* a Plinio appellatur, XXXII, 4, visumque Iubae regi narrat, et quadringentorum circiter pedum latitudinis fuisse haud procul mari indicat, his verbis: « Iuba in his voluminibus, quae scripsit ad C. Caesarem Augusti filium, de Arabia, tradit cetos (τὸ κῆτος) sexcentorum pedum longitudinis, et trecentorum sexaginta latitudinis in flumen Arabiae intrasse. » Ecquod enim aliud « flumen Arabiae » visum Iubae regi, quam flumen Aethiopiae Arabicae, potest esse? Nam quid Aethiopiae nomine intelligi in Sacris Libris oporteat, videamus. Id enim quum constiterit, de situ Gehon et Phison nullus supererit ambigendi locus.

« Qui circumit omnem terram Aethiopiae. » In hebraeo, « omnem terram כוש *Chus*. » Vtroque, *Chus* et *Aethiopiae* nomine, in Sacris Libris Veteris Testamenti pars Arabiae designatur, quae Persico sinu alluitur, ab ortu ae-

quinoctiali opposita intimo fere recessui sinus Arabici, ipsique terrae Madian. Habac. III, 7: « Pro iniquitate vidi tentoria Aethiopiae, turbabuntur pelles terrae Madian. » Vbi Aethiopia hebraice est, כושן: *tentoria* vero, σκηνώματα, Arabes Scenitas designant, uti appellantur a Plinio, V, 12; sunt enim σκηναὶ *tentoria* e pellibus. Haec Aethiopia est iuxta Saba, quae para est Arabiae Felicis, Isai. XLIII, 3: « Dedi propitiationem tuam Aegyptum, Aethiopiam et Saba pro te. » Sunt autem Sabaei, inquit Plinius, « Arabum propter thura clarissimi » iidemque « ad utraque maria » hoc est, ad Arabicum sinum Persicumque, *porrectis gentibus*. Praeterea Paralip. II, 21, 16: « Suscitavit Dominus contra Ioram spiritum Philisthinorum, et Arabum, » qui confines sunt Aethiopibus. Sic ubicumque כוש *Chus*, vel Aethiopia, in libris Veteris Testamenti occurrit, Aethiopia haec Arabica est.

Hinc Mosis uxor *Aethiopissa* כושית *Chusith* nuncupatur, Num. XII, 1. Alteram enim hanc uxorem, diversam a Sephora Madianitide fuisse, non Vulgatus tantum Interpres, sed et hebraica oratio, quae est eo loco paulo fusior, aperte demonstrat his verbis: « Locutaque est Maria et Aaron contra Moysen, propter uxorem Aethiopissam, quam ceperat, quia uxorem Aethiopissam acceperat. » Vbi etiam in hebraeo est articulus demonstrativus ה praefixus nomini, הכושית *Hachusith*: quemadmodum in graeco, τῆς Αἰθιοπίσσης; qui nimirum articulus alteram hanc a Sephora fuisse coniugem Mosis etiam ipse suadet. Denique Faustum Manichaeum ita sentientem Augustinus XXII, 4, ne verbo quidem uno refellit; quamvis nihil in eo, quod quidem vel tenui reprehensione dignum sit, praetermittat. Aethiopia igitur, sive כוש, cuius Sacri Libri meminere, hoc situ collocanda est, qui a nobis designatur: e regione quidem Madian illius civitatis, quae est orientali litore maris Rubri; sed longo terrarum spatio disiuncta ab altera cognomine Madian regione, quae est in terra Moab.

Egregie sane peritos in hebraea lingua, et in nominibus ex ea derivandis, oportet eos esse, qui *Chus* esse Susianum putant: quum ex כוש *chus*, deduci שושן *Susan* certe non possit, quod nomen est Susorum: unde Susiana, apud Estherem, Nehemiam, Danielem. Iosephus ipse, Antiq. I, 7: « Vt Aegyptios, inquit, Misraim etiamnum vocamus, sic Aethiopes, quibus Chus praefuit, nunc quoque tam a seipsis, quam ab Asianis omnibus Chusaei, Χουσαῖοι, nominantur. » Non igitur Chusaei Susiani sunt, de Iosephi ipsius sententia; qui Susianae nomen, quod est multis saeculis eius aetate vetustius, ac proinde tunc notissimum omnibus, negat Chusaeis convenire, quum eosdem alio quam Chusaeorum nomine negat agnosci. Nedum vero nomen Cossaeorum huc pertinet, qui sunt Susianis magis orientales, atque adeo remotiores a terra Chus, sive Aethiopia. Horum omnium situm describit Plinius, VI, 31: « Susianen ab Elymaide disterminat amnis Eulaeus. Susianis ab oriente proximi sunt Cossaei. » Et mox: « Infra Eulaeum Elymais est, in ora iuncta Persidi, » flumine Oroati ad Characem ..... Pars eius maxime invia, Characene vocatur ab oppido, Arabiae claudente regna. » Sed de Phisone et Gehone satis, ac de ipsa Aethiopia, quam Gehon, teste Mose, circumit.

§ 7. *Explicatio versus quartidecimi*: « *Nomen vero fluminis tertii, Tigris: ipse vadit contra Assyrios. Fluvius autem quartus, ipse est Euphrates.* »

Tigris. De eo amne Plinius, VI, 31: « Oritur in regione Armeniae maioris, fonte conspicuo in planitie ..... Ipsius (nomen) qua tardior fluit, Diglito: unde concitatur, a celeritate Tigris incipit vocari. Ita appellant Medi sagittam. » Docet ille his verbis aperte contrariam his nominibus duobus significationem subesse: et alteram quidem appellationem a tarditate repeti, alteram a celeritate: illam Armenicae linguae esse, Medicae alteram. Nam hebraice חדקל *Hhiddekel* sive *Chiddekel* appellatur. Vbi cave illos audias, scrutatores etymologiarum, qui Tigris nomen ex hebraeo *Chiddekel* volunt derivari: primum quidem, excidente (ut aiunt) littera ח sive *ch*: quam tamen excidere in suis nominibus derivatis lingua ea non patitur. Deinde mutato ד sive *d* in *T*: ק sive *K* in *g*: denique ל sive *L* in *r*. Hac profecto arte quidlibet efficias ex quolibet. At Plinius, longe certior auctor quam Strabo, conceptis verbis docet, Tigrin Medicae originis esse; neque idem esse Diglito et Tigrim. Nec vero *Diglito* ex *Chiddekel* orirl dixerim; quum sit *Chiddekel* nomen Babylonicum, *Diglito* Armeniacum; ut merito conicimus, eo quod id nomen non habet amnis extra Armeniam, ubi oritur.

Ipse vadit. Hoc est, a suo ipso fonte, sive capite, cursum suum sic dirigit, ut orientalis Assyriis sit. Docet hoc etiam verbo Scriptor Sacer, spectari a se haec flumina, ut ipse praemonuit, cuiusmodi in suis *capitibus*, hoc est, circa initia cursus sui suot.

« Ipse vadit contra Assyrios. » Hebraice קדמת אשור *Kidemath Assur*: hoc est, ad orientem Assyriorum, sive Mesopotamiae. Nam, teste Plinio, VI, 30: « Mesopotamia tota Assyriorum fuit, vicatim dispersa, praeter Babylona, et Ninum. » Itaque Assyrii ad occidentem Tigris fluvii fuere: et ipsa primaria civitas Assyriorum « Ninus, fuit » intra Mesopotamiam « imposita Tigri, ad solis occasum spectans » teste eodem Plinio, VI, 16. Vulgato Interprete neminem aut locorum, aut sacrae traditionis, aut hebraici sermonis peritiorem experti sumus, qui suam cuique voci convenientem significationem pro argumenti ratione admodum apposite tribuit. Neque enim *versus Assyriam*, quod pseudo-hebraizantes hoc loco reponunt, idem valet atque contra Assyrios: quo verbo fluere Tigris dicitur ad orientem Assyriorum; ita ut et caput eorum Ninum, et universam ditionem, qualis tunc fuit, dextrorsum habeat, sive ad occasum solis. Itaque *contra Assyrios* idem hic valet atque *ad orientem* Mesopotamiae: quum tota ditio Assyriorum, aetate saltem illa, qua Moses scribebat, Mesopotamia fuerit; neque illa solummodo, sed et longe postea consequente aetate; quandoquidem Assyrios aliquid ultra Tigrim obtinuisse Sacrae Litterae nusquam prodant. Similis huic locutio occurrit, tum alibi passim, tum in primis Gen. XII, 8, ubi de Abram sermo est: « Et inde transgrediens ad montem, qui erat contra orientem Bethel, tetendit ibi tabernaculum suum, ab occidente habens Bethel. » Sic Tigris erat seu vadebat orientalis Assyriis, sive (quod idem est) habens ab occidente Assyrios.

Confirmat hanc nostram de Assyriae veteris situ sententiam egregium Balaami vaticinium, Num. XXIV, 23, 24: « Assumptaque parabola iterum locutus est: Heu, quis victurus est, quando ista faciet Deus? Venient in trieri-

bus de Italia, superabunt Assyrios, vastabuntque Hebraeos, et ad extremum etiam ipsi peribunt. » Vaticinatio enim haec est de clade quam illaturi essent Romani Iudaeis sub Vespasiano, quum prius deviciasent Syriae et Mesopotamiae reges, Seleuci posteros: ipso Romanorum imperio postea ruituro. Reges Syriae Balaam appellat Assyrios, quoniam Mesopotamiae imperaturi erant, quae tunc Assyria vocabatur: quemadmodum Hebraeos appellat, de nomine sibi tunc noto, qui reipsa tunc erant dicendi Iudaei, quum a Vespasiano vastarentur.

Euphrates. De fonte Euphratis haec pauca Plinius, V, 20: » Oritur in praefectura Armeniae Maioris Caranitide, sub radicibus montis a Proprio se olim alveo ostioque effundebat in mare. Testis idem Plinius, VI, 32: » Locus, ubi Euphratis ostium fuit. a Verum postea derivatus in Tigrim est, et in agros vicinos. Idem, cap. 34: » Sed longo tempore Euphratem praeclusere Orcheni, et accolae, agros rigantes: nec nisi Pasitigri defertur in mare. » Id nomen est amni Tigri circa Ctesiphontem. Inscitiam Hebraei sermonis in Iosepho, qui nomen Euphratis ex פרה derivet, quod est *florere, germinare*, alii ante nos animadverterunt.

§ 8. *De montibus Armeniae.*

Gen. VIII, 4, *requievisse Arca* dicitur *super montes Armeniae.* Haec sunt iuga Antilibani, qua in ortum receduut, et a Iudaea et Iordanis Initiis Syriam disterminant. Docet enim hoc verbo Interpres Mosis Latinus, pro sua insigni peritia, regionem eam, quae Syria a Graecis post confusionem linguarum appellata est, prius Armeniam, quasi Arameniam, vocitatam fuisse, ab Aram filio Sem: et *montes Armeniae* dictus esse iuga illa, quae diximus, orientalia Antilibani. De his montibus et de Aram vicino cognomine oppido, locutus est etiam Balaam, Num. XXIII, 7: » De Aram adduxit me Balac rex Moabitarum, de montibus Orientis. »

Id vero perquam probabile ex eo fit, quod haud procul certe ab eo loco requievit Arca, ubi facta postea dicitur » habitatio eorum » hoc est, filiorum Sem a de Messa pergentibus usque Sephar montem orientalem » Gen. X, 30. Habet autem Messa manifeste nomen a *Mes* filio Aram, Semi nepote. Ergo non locus, ubi requievit Arca, debuit procul ab ea regione distare, cui nomen dedit et Aram, et qui ab Aram seiungi non debuit Mes filius eius. Nam prima haec regio est, quam Moses commemorat post locum indicatum, ubi requievit Arca, quasi ei loco proximam: ac proinde ad radices Antilibani, qua respicit austrum et ortum. Sephar enim *mons orientalis* dicitur, haud dubie comparate ad Iudaeam et Paradisum terrestrem: quemadmodum tota ea regio *orientalis plaga Eden* appellatur, Gen. IV, 6. Nusquam enim in Libris Sacris *oriens* aut *plaga orientalis* de alia dicitur regione, quam de ea, quae orientalis Iudaeae et Galilaeae est, et a Iordane in solitudinem et Babyloniam usque protenditur. Neque certe verisimile est, sacrum Scriptorem, postquam de eo loco egit, in quo conquievit Arca, praeteriturum fuisse silentio iter filiorum Noe, quod longissimum profecto fuisse a montibus Armeniae Maioris; dicturumque statim postea, factam habitationem esse filiorum Sem iuxta Sephar montem, ad exortum solis ex adverso Iudaeae,

nulla mentione facta illius itineris, per leucas ducentas aut eo amplius. Nec simile veri est, iter illud suscepturum fuisse Noe, qua erat aetate, per montes altissimos, aliasque viarum illarum difficultates maximas, ut in terram Sennaar penetraret. Nec demum apparet in narratione Diluvii ulla tempestas aut vis ventorum, quae Arcam a loco ubi fabricata est ad leucas amplius ducentas disiecerit: a media scilicet Iudaea Trans-Iordanica, aut (ut aliis haud recte visum est) a Babylonia, ad montes Maioris Armeniae.

Deinde quum dicantur filii Noe, Gen. xi, 2, *profecti de oriente*, ut abirent in terram Sennaar, non potuit profecto Moses velle Armeniam Maiorem intelligi, nam haec prorsus examussim comparate tum ad terram sanctam, tum ad terram Sennaar, Aquilonaris est. Itaque si Armeniam Maiorem Moses intelligeret, diceret haud dubie: « Quum proficiscerentur de Aquilone. » Sic enim gentes superpositas terrae Babyloniae, sive terrae Sennaar, Ieremias appellat, *cognationes Aquilonis*, xxv, 9. Nec sunt certe audiendi, sed paene cum stomacho reiiciendi ii, qui ut hypothesi suae serviant, hebraeum מקדם *mikkedem*, posse verti *versus orientem*, vel *ab antiquo*, hoc est, amendari latinum Interpretem censent oportere.

Denique Gen. viii, 11: « columba venit ad Noe portans ramum olivae virentibus foliis in ore suo. » Et Gen. ix, 20: « Caepitque Noe vir agricola exercere terram, et plantavit vineam; » in solo utique quod prius nosset esse vitiferum. Non igitur in Armenia Maiore, tum quia soli ingenium, quale esset ibi, nesciret, si procul illud fuit a loco, ubi primi homines habitarunt, tum quia, ut Strabo quidem refert, lib. XI, pag. 527, 528: Ἐν αὐτῇ δὲ Ἀρμενίᾳ πολλὰ μὲν ὄρη, πολλὰ δὲ ὀροπέδια, ἐν οἷς οὐδ' ἄμπελος φύεται ῥαδίως. πολλοὶ δὲ αὐλῶνες, οἱ μὲν μέσως, οἱ δὲ καὶ σφόδρα εὐδαίμονες· καθάπερ τὸ Ἀραξηνὸν πεδίον, δι' οὗ ὁ Ἀράξης ποταμὸς ῥέων εἰς τὰ ἄκρα τῆς Ἀλβανίας, εἰς τὴν Κασπίαν ἐμπίπτει θάλασσαν. « In ipsa autem Armenia multi sunt montes, multae sunt montanae planities; in quibus ne vitis quidem facile nascitur. Multae etiam convalles; aliae mediocriter, aliae admodum uberes: de quarum numero sunt Araxeni campi, per quos Araxes labens ad extrema Albaniae in Caspium mare se effundit. » Et D. de Tournefort, scriptor diligens et accuratus, in libro inscripto *Voyage du Levant*, tom. II, pag. 335 et 336, postquam Armeniam a feracitate plurimum commendavit, deesse ibi oleas ait: « Il n'y manque que des oliviers; et je ne sais où la colombe qui sortit de l'Arche fut chercher un rameau d'olivier, supposé que l'Arche se soit arrêtée sur le mont Ararot, ou sur quelque autre montagne d'Arménie. Car on ne voit pas de ces sortes d'arbres aux environs; ou il faut que l'espèce s'en soit perdue: cependant les oliviers sont des arbres immortels. » Non potuit igitur vineam ibi plantare Noe, et inebriari, aut ramum oleae virentibus foliis columba ibi tam cito invenire. At Iudaea vitibus et oleis, et regio circumiacens, abundavit. *Montes Armeniae* igitur, de quibus hic sermo est, non sunt in Armenia Maiore quaerendi, sed in Iudaea aquilonari, qua orientalis Antilibani iuga Syriamque contingit.

Itaque nulli dubitamus, quin ex altero emendatiore exemplari hebraeo, quam quod nunc superest, latinus Interpres Pentateuchum, et hunc praesertim versum rescripserit; quum in eo ipso versu, quali nunc hebraice legitur, mendum alterum iamdudum ab eruditis deprehensum fuerit: nempe in decima septima die, pro vicesima septima: בשבעה עשר יום pro

בשבעה ועדשים יום. An enim ubi mendum unum in confesso est, scelus est ibidem et alterum suspicari? An non simili potuit errore vel fraude fieri, ut pro ארמן, ארדט scriberetur? praesertim ab his, qui fortassis perturbatis locorum nominibus sperarent fore, ut abiecta spe Paradisi terrestris inveniendi secundum nativum verborum sensum, allegorice intelligendum eum esse legentes putarent: iidemque Maiorem Armeniam assyriace ארדט *Ararat*, sed multo postea, appellatam fuisse, ex latino ipso Interprete didicissent, Reg. IV, 19, 37. Certe Mariana noster, in Ezech. XLIV, 15: a Saepe codices hebraeos ex nostris esse castigandos a haud temere annotavit. Nec videmus certe, cur appellari non potuerint ea Antilibani orientalia iuga, montes Arman vel Armeniim, contracte ut ירדן *Iarden* Iordanis, non pro יאור־דן sed pro יאור־עדן: et derivato nomine ארמן ab אדם: ut קרבן a קרב: quemadmodum in eodem omnino tractu prope Iordanem mons Hermon et Hermoniim fuit: חרמונים derivato vocabulo ab חרם: praesertim quum ibi haud dubie Syria incipiat, quae nomen hebraeum habet ab Aram filio Sem, ut dictum est.

Sequuntur in Tractatu integro, unde haec decerpsimus, expositiones de serpente, de homine facto ad imaginem Dei, de voce Dei deambulantis in Paradiso, de reditu primorum parentum cum Deo in gratiam, de loco sepulturae Adam, aliaeque: sed quamvis paratae, alibi tamen quam inter Plinianas observationes, edendae. Faxit Deus Opt. Max. ut sicut adiuvante eo terrestrem Paradisum nos tandem invenisse eredimus, sic eodem miserante ob Christi Dei et Servatoris nostri merita, ad caelestem nobis aditus aliquando ingressusque pateat.

FINIS DISSERTATIONIS DE SITV PARADISI TERRESTRIS,
QVI EST EXCVRSVS II.

EXCVRSVS III

DE VARIORVM STADIORVM, APVD GEOGRAPHOS LATINOS, CONFVSIONE.

P. F. J. Gosselin, *Recherches sur la géographie systématique et positive des Anciens, tom. IV, pag.* 324.

NB. Eruditissimi viri, qui temporibus nostris in veteris Geographiae scientia princeps exsistit, P. F. J. Gosselin, benevola in nos voluntate licuit nobis deprompta ex operibus eius nonnulla hic fragmenta adiicere, quae in notulis nostris vix cursim indicare potueramus, et in quibus multos ille Plinii locos ad hunc diem plane obscuros interpretari, saepiusque etiam restituere conatus est. Haec, ne quid argumentorum ponderi detrahendi periculum adeamus, in ea ipsa qua scripta sunt lingua tradimus; atque ita Plinii tomo secundo finem imponemus. (*Principio quidem operis mens nobis erat, quotquot in Plinio Parisiaco Excursus gallico idiomate editi sunt, eosdem latinitate donatos Lectoribus nostris exhibere; iamque nonnullos fere expolitos scrinio servabamus: at quum perdifficilis huiusmodi interpretatio haud prorsus voto responderet, ne idem periculum, quod cavit Editor Parisiensis, adiremus, satius duximus hosce Excursus nativo idiomate prelo denuo subiicere, quam laboriosa lectione doctos Viros fatigare.* Typ. T.)

a Les Romains, en prenant dans les ouvrages des Grecs toutes les bases de leur géographie, ne se doutèrent pas plus qu'eux de la diversité des stades employés dans l'évaluation des distances qu'ils empruntaient; ils ne distinguèrent pas même le stade qu'Eratosthène et Hipparque avaient dit appartenir exclusivement aux résultats de leurs propres observations: ils crurent tous les stades itinéraires calqués sur la longueur du stade d'Olympie; et, pour les réduire en mesures vulgaires, ils ne firent, que compter cent vingt-cinq pas pour chaque stade, et huit stades pour un mille romain. C'est la méthode constante de Pline et de la plupart de ses compatriotes. Ils n'ont pas soupçonné, qu'en travestissant ainsi toutes les anciennes distances, ils allaient les dénaturer, et les rendre méconnaissables aux yeux de la postérité. En voici quelques exemples:

« Eratosthène donnait à la circonférence de la terre 252,000 stades (1). Vitruve (2) et Pline (3), en se servant des mêmes expressions, ajoutent que ce nombre de stades, réduit en mesures romaines, représente 31,500 milles, c'est-à-dire, 31,500,000 pas.

« Or, comme il est généralement reconnu aujourd'hui que le mille romain était la soixante-quinzième partie d'un degré du grand cercle de la sphère, si l'on divise 31,500 par 75, on trouvera 420; et il en résulterait de deux choses l'une, ou qu'Eratosthène aurait supposé 420 degrés à la circonférence du cercle, ou que le mille romain était contenu, non pas 75 fois, mais 87 fois et demie, dans l'espace d'un degré.

« L'impossibilité d'admettre de semblables suppositions force à reconnaître que Vitruve et Pline confondent ici deux stades de valeurs inégales, qui différaient entre eux dans la proportion de sept à six, c'est-à-dire, qu'ils ont pris le stade d'Eratosthène de 700 au degré pour le stade olympique de 600 au degré. Dès lors, la mesure romaine a dû se trouver d'un septième trop grande; et, en effet, si des 31,500 milles précédents on ôte le septième, il en restera 27,000, lesquels, divisés par 75, donneront les 360 degrés de la circonférence de la terre, et rétabliront l'inexactitude que la méprise des auteurs romains avait fait disparaître, en donnant au périmètre du globe 450,000 milles, ou 1,500 lieues (4) de plus qu'il ne doit avoir.

« Eratosthène ayant mesuré la distance du parallèle de Rhodes à celui d'Alexandrie, la trouva de 3,750 stades de 700 au degré (5), c'est-à-dire, de 5° 21' 26".

« Pline (6), rapportant la même observation, dit qu'Eratosthène trouva le parallèle de Rhodes éloigné de celui d'Alexandrie de 469 mille pas.

« Cette somme est la réduction des 3,750 stades précédents, que Pline a divisés par huit, ou, ce qui revient au même, a multiplié par 125 pas, et qu'il a exprimés en nombres ronds, suivant son usage, pour éviter les fractions: mais, pour être exact, il ne faut compter que 468,750 pas, ou 468 $\frac{3}{4}$ milles romains. Or, 468 $\frac{3}{4}$ milles divisés par 75 donnent 6° 15' de différence en latitude, c'est-à-dire, 53' 34" de plus qu'Eratosthène ne l'avait annoncé: donc Pline commet ici la même erreur que dans l'exemple précédent, puisqu'en ôtant un septième de 6° 15', on retrouvera les 5° 21' 26" de l'observation d'Erastothène.

« Cet Ancien avait compté 8,800 stades en ligne droite, depuis le détroit des *Colonnes* jusqu'au méridien de Carthage. Ces stades étaient de 700 au degré, et ils représentaient, sous le trente-sixième parallèle, 15° 32' 20" de longitude.

« En réduisant ces 8,800 stades en mesures romaines, Pline fixe cette dis-

(1) Eratosth. apud Strab. lib. II, pag. 113, 132.
(2) Vitruv. de Archit. lib. I, cap. 6, pag. 42.
(3) Plin. lib. II, cap. 112, pag. 468, 469.
(4) Hic apud Gossellin typographi errore 1,200 legitur pro 1,500. Ed. P.
(5) Eratosthen. apud Strab. lib. II, pag. 126.
(6) Plin. lib. V, cap. 36, pag. 555.

Digitized by Google

TABLEAU

DE LA VALEUR DES DIFFÉRENTS STADES

EN MYRIAMÈTRES FRANÇAIS.

Nombre des stades.	Stades de 1111 $\frac{1}{9}$ au degré.	Stades de 833 $\frac{1}{3}$ au degré.	Stades de 700 au degré	Stades de 666 $\frac{2}{3}$ au degré.	Stades de 600 au degré.	Stades de 500 au degré
Stades.	Myriam. mètr.	Myriam. mètr.	Myriam. mètr.	Myriam. mètr.	Myriam. mètr.	Myriam mètr.
1	0,0100	0,0133	0,0159	0,0167	0,0185	0,0222
2	0,0200	0,0267	0,0317	0,0333	0,0370	0,0444
3	0,0300	0,0400	0,0476	0,0500	0,0556	0,0667
4	0,0400	0,0533	0,0635	0,0667	0,0741	0,0889
5	0,0500	0,0667	0,0794	0,0833	0,0926	0,1111
6	0,0600	0,0800	0,0952	0,1000	0,1111	0,1333
7	0,0700	0,0933	0,1111	0,1167	0,1296	0,1556
8	0,0800	0,1067	0,1270	0,1333	0,1481	0,1778
9	0,0900	0,1200	0,1429	0,1500	0,1667	0,2000
10	0,1000	0,1333	0,1587	0,1667	0,1852	0,2222
20	0,2000	0,2667	0,3175	0,3333	0,3704	0,4444
30	0,3000	0,4000	0,4762	0,5000	0,5556	0,6667
40	0,4000	0,5333	0,6349	0,6667	0,7407	0,8889
50	0,5000	0,6667	0,7936	0,8333	0,9259	1,1111
60	0,6000	0,8000	0,9524	1,0000	1,1111	1,3333
70	0,7000	0,9333	1,1111	1,1667	1,2963	1,5556
80	0,8000	1,0667	1,2698	1,3333	1,4815	1,7778
90	0,9000	1,2000	1,4286	1,5000	1,6667	2,0000
100	1,0000	1,3333	1,5873	1,6667	1,8518	2,2222
200	2,0000	2,6667	3,1746	3,3333	3,7037	4,4444
300	3,0000	4,0000	4,7619	5,0000	5,5556	6,6667
400	4,0000	5,3333	6,3492	6,6667	7,4074	8,8889
500	5,0000	6,6667	7,9365	8,3333	9,2593	11,1111
600	6,0000	8,0000	9,5238	10,0000	11,1111	13,3333
700	7,0000	9,3333	11,1111	11,6667	12,9630	15,5556
800	8,0000	10,6667	12,6984	13,3333	14,8148	17,7778
900	9,0000	12,0000	14,2857	15,0000	16,6667	20,0000
1000	10,0000	13,3333	15,8730	16,6667	18,5185	22,2222
2000	20,0000	26,6667	31,7460	33,3333	37,0370	44,4444
3000	30,0000	40,0000	47,6190	50,0000	55,5556	66,6667
4000	40,0000	53,3333	63,4921	66,6667	74,0741	88,8889
5000	50,0000	66,6667	79,3651	83,3333	92,5926	111,1111
6000	60,0000	80,0000	95,2381	100,0000	111,1111	133,3333
7000	70,0000	93,3333	111,1111	116,6667	129,6296	155,5556
8000	80,0000	106,6667	126,9841	133,3333	148,1481	177,7778
9000	90,0000	120,0000	142,8571	150,0000	166,6667	200,0000
10,000	100,0000	133,3333	158,7302	166,6667	185,1852	222,2222
20,000	200,0000	266,6667	317,4603	333,3333	370,3704	444,4444
30,000	300,0000	400,0000	476,1905	500,0000	555,5556	666,6667
40,000	400,0000	533,3333	634,9206	666,6667	740,7407	888,8889
50,000	500,0000	666,6667	793,6508	833,3333	925,9259	1111,1111
60,000	600,0000	800,0000	952,3810	1000,0000	1111,1111	1333,3333
70,000	700,0000	933,3333	1111,1111	1166,6667	1296,2963	1555,5555
80,000	800,0000	1066,6667	1269,8413	1333,3333	1481,4815	1777,7778
90,000	900,0000	1200,0000	1428,5714	1500,0000	1666,6667	2000,0000
100,000	1000,0000	1333,3333	1587,3016	1666,6667	1851,8519	2222,2222

NAPOLI

tance à 1,100 mille pas (1), lesquels, sous le même parallèle, valent 18° 7' 44". Ce résultat d'une septième plus fort que le précédent, annonce clairement que Pline a pris encore ces stades de 700 pour des stades olympiques de 600 au degré.

« Depuis le détroit des *Colonnes* jusqu'à Issus, Agrippa comptait 3,440 mille pas (2): c'est-à-dire, 27,520 stades olympiques, valant, sous le trente-sixième parallèle, 56° 41' 38". L'intervalle entre ces points n'étant que de 41° 30', Agrippa s'est trompé de 15° 11' 38". .

« Si l'on prend, au contraire, ces 27,520 stades pour des stades de 833 $\frac{1}{3}$ au degré d'un grand cercle, ils borneront l'espace indiqué à 40° 49' 9", l'erreur ne sera plus que de 40' 51" : et cette grande approximation fait voir qu'Agrippa traduisant en mesures romaines une distance qui était donnée en stades de 833 $\frac{1}{3}$, a confondu la valeur de ces stades avec celle du stade olympique, le seul connu de ses compatriotes.

« Il serait inutile de s'appesantir davantage sur les nombreux exemples qu'on pourrait ajouter à ceux qui précèdent, etc. etc. »

Sequitur variorum stadiorum in mensuras gallicas recentiores conversorum tabula ex eodem opere deprompta, tom. IV, pag. 374, 375.

(1) Plin. lib. V, cap. 6, pag. 436.

(2) Plin. lib. VI, cap. 38, pag. 754. — Voyez, pour l'intelligence de ce passage, nos *Recherches sur le système géographique de Polybe*, tom. II, p. 8, 9, 10, 13.

EXCVRSVS IV

Ad ea Plinii verba, lib. III, Prooem. pag. 2 et 3:

Quindecim M. pass. in longitudinem, quas diximus, fauces oceani patent, quinque M. in latitudinem, a vico Mellaria Hispaniae ad promontorium Africae Album (1).

P. F. J. Gosselin. *Recherches sur la géographie systématique et positive des Anciens, tom. IV, pag.* 28 *seqq.*

« . . . . Des auteurs romains ont rapporté des mesures prises dans l'intérieur du détroit.

« Turannius Gracilis, né dans ces cantons, attribuait à la longueur du détroit quinze mille pas romains, ou douze minutes d'un grand cercle de la terre. Cette mesure, prise en ligne droite, est, à très-peu près, la distance de Gibraltar à Tarifa, c'est-à-dire, la longueur de la partie la plus resserrée du détroit, et la seule à laquelle Turannius et la plupart des Anciens ont borné le nom de détroit, que nous prolongeons aujourd'hui jusqu'au cap de Trafalgar. La preuve que Pline, entre autres, n'étendait pas la dénomination de détroit à l'ouest de Tarifa, l'ancienne *Mellaria*, c'est qu'il fixe à cette ville l'entrée de l'Océan Atlantique, en disant (2) *Mellaria, fretum ex Atlantico mari*, pour distinguer cette extrémité du détroit de l'autre extrémité formée par les *Colonnes* près de *Calpe*, où commençait la Méditerranée; et c'est ce qu'il exprime dans la même phrase par ces mots : . . . . *Mons Calpe, dein littore interno oppidum Barbesula*, etc.

« Turannius bornait la largeur du détroit entre *Mellaria* et le promontoire *Album* de l'Afrique à cinq mille pas. D'Anville (3), en discutant cette mesure, a cru pouvoir l'employer dans la construction de ses cartes, pour resserrer le détroit beaucoup plus qu'on ne l'avait fait avant lui; mais les travaux entrepris par les Espagnols depuis quelques années n'ont pas justifié l'opinion du géographe français. (4)

« Cornélius Népos et Tite-Live donnaient à la moindre largeur du détroit

(1) Confer notas nostras 19, 21, 22 et 23, pag. 2 et 3.

(2) Plin. lib. III, cap. 3, pag. 10.

(3) D'Anville, Mémoire sur *Tartessus* et sur la largeur du *fretum Gaditanum*; Recueil de l'Académie des Inscriptions et Belles-Lettres, tom. XXX, pag. 123 seqq.

(4) Confer notam nostram 21, pag. 3.

sept mille pas, et dix mille à sa plus grande largeur. (1) L'endroit le plus resserré du détroit, d'après les nouvelles cartes espagnoles, se trouve entre la pointe de Gualméai et celle de Cirès : leur distance est de huit minutes, ou de dix mille pas ; elle répondrait à la plus grande largeur indiquée par Népos et Tite-Live.

« Les mesures de Turannius, de Népos et de Tite-Live reparaissent dans Martianus Capella (2) ; et cet auteur semble s'expliquer plus clairement que Pline, lorsque, distribuant ces mesures d'après l'idée qu'il s'en formait, il assigne à l'endroit le plus resserré du détroit cinq mille pas ; à sa moyenne largeur, sept mille ; et à sa plus grande, dix mille : mais ces indications ne s'accordent pas davantage avec nos cartes : seulement elles font voir que l'opinion des géographes n'avait point varié dans les quatre cents ans écoulés entre le temps de Pline et celui de son copiste. Doit-on croire que toutes ces mesures soient fausses ? doit-on soupçonner les auteurs des cartes espagnoles de donner trop de largeur à la portion occidentale du détroit ? ou plutôt ne faut-il pas reconnaître que les courants qui portent l'eau de l'Océan dans la Méditerranée, ont insensiblement doublé depuis vingt siècles la largeur de cette partie du détroit ? Ptolémée, en élevant *Exilissa* et la côte méridionale du détroit jusqu'au milieu de l'intervalle dont il sépare *Abyla* de *Calpe*, ne laisse-t-il pas entrevoir que, de son temps, le détroit était moitié moins large qu'aujourd'hui, puisque la pointe de Léona, la plus élevée de la côte africaine, ne dépasse presque plus maintenant la hauteur de Ceuta ?

« Cette remarque semble indiquer que la côte d'Afrique a seule cédé aux efforts de la mer. La montagne de Ceuta, par sa position un peu écartée de la direction des courants, n'a pas été entamée : la portion du rivage qu'elle domine se trouve à la même distance de *Calpe*, ou Gibraltar, qu'aux temps de Polybe et de Scymnus de *Chios*, c'est-à-dire, à 120 stades olympiques, ou douze minutes de degré. » (3)

(1) Con. Nep. et Tit. Liv. apud Plin. loc. cit.

(2) Mart. Capella, de Nupt. Philolog. lib. VI, pag. 201.

(3) Scymni Chii, Orbis Descript. pag. 6, vs. 138 et 139, inter Géograph. minor. graec. tom. II.

EXCVRSVS V

Ad ea Plinii verba, lib. III, cap. 3.

Carteia, Tartessos a Graecis dicta.

P. F. J. Gossellin, *Recherches sur la géographie systématique et positive des Anciens, tom. IV, pag. 44 seqq.*

s . . . . Ce ne fut que vers l'an 639 avant Jésus-Christ, qu'une sorte de hasard fit connaître aux Grecs le détroit des *Colonnes* et l'Océan Atlantique. Hérodote rapporte (1) que des Samiens, partant de l'Ile de Platée pour aller en Egypte sur un vaisseau commandé par Colaeus, furent portés jusqu'au-delà des Colonnes d'Hercule par un vent d'est qui ne cessa pas de souffler, et qu'ils arrivèrent à Tartesse. Comme jusqu'alors ce port n'avait pas été fréquenté par les Grecs, les Samiens firent les plus grands profits sur les marchandises qu'ils rapportèrent.

s Environ soixante ans après le voyage de Colaeus de *Samos*, les Phocéens trouvèrent aussi la route de Tartesse, où régnait Arganthonius, fameux par la longue durée de son règne, par ses grandes libéralités, et surtout par les richesses qu'il tirait des mines abondantes de ses états. (2)

s La plupart des géographes modernes se sont occupés de la recherche du lieu où était située Tartesse; mais, comme les Anciens eux-mêmes ont varié sur l'emplacement de cette ville célèbre, sa position est encore une espèce de problème: nous ne devons espérer de le résoudre, qu'en cherchant dans leurs différentes opinions celle qui présentera le plus de probabilités et le plus de liaison avec les faits dont nous avons parlé jusqu'ici.

s Eratosthène disait que le pays contigu à *Calpe*, c'est-à-dire, à l'entrée orientale du détroit, portait le nom de Tartesside. (3)

s Strabon, (4) Mela (5) et Pausanias (6) disent: Quelques auteurs pensent qu'on nommait Tartesse la ville qui aujourd'hui porte le nom de *Carteia*.

(1) Herod. Melpom. lib. IV, § 152, pag. 347.

(2) Herodot. Clio lib. I, § 163, pag. 77; Plin. lib. VII, cap. 49, pag. 177, 180.

(3) Confer Excursum nostrum XVII, pag. 825 seqq.

(4) Strab. lib. III, pag. 151.

(5) Pomp. Mela lib. II, cap. 6, pag. 203.

(6) Pausan. Eliacor. lib. VI, cap. 19, pag. 498.

« Denys-le-Périégète (1) semble mettre Tartesse près de *Calpe*; Silius Italicus (2) et Appien (3) paraissent croire qu'Arganthonius régnait à *Carteia*.

« Et Pline dit (4) que *Carteia* est la Tartesse des Grecs.

« D'un autre côté, Aristote, (5) Strabon, (6) Pausanias, (7) Aviénus, (8) Etienne de Byzance, (9) Eustathe (10) rapportent que le *Tartessus* était un fleuve de l'Ibérie, qui, dans la suite, fut appelé *Boetis*; c'est le Wadi-al-Kibir. Ce fleuve avait alors deux embouchures qui renfermaient une île de cent stades, ou d'environ trois lieues de large; et Strabon ainsi que Pausanias ajoutent: *On prétend qu'il y avait autrefois dans cette île une ville nommée Tartesse.* Scymnus de Chio (11) paraît aussi avoir placé Tartesse vers les embouchures du *Boetis*, lorsqu'il dit: *L'or, le plomb et le cuivre de la Celtique arrivent à Tartesse par le fleuve.*

« Une troisième opinion se trouve énoncée avec plus de clarté que les deux premières:

« Eratosthène assurait (12) que le nom de Tartesside s'étendait à l'ouest du détroit, et qu'on l'appliquait aussi à l'île d'Erythie.

« Salluste (13) disait que les Tyriens avaient changé le nom de la ville de Tartesse en celui de *Gadir*.

« Pline, (14) en parlant d'Arganthonius, l'appelle *Gaditain*, et il dit que les Romains donnaient à *Gades* le nom de Tartesse.

« Arrien, (15) en rapportant que Tartesse avait été fondée par les Phéniciens, et qu'ils y avaient bâti un temple à Hercule, donne à entendre qu'il regardait Tartesse et *Gadir* comme une seule et même ville.

« Enfin, Avienus dit et répète que le nom primitif de la ville de *Gadir* avait été celui de Tartesse. (16)

(1) Dionys. Perieget. Orbis Descript. vs. 335—337.

(2) Silius Italicus lib. III, vs. 396.

(3) Appian. Alex. de bell. Hispan. tom. I, pag. 424, 425.

(4) Plin. loc. cit.

(5) Aristot. Meteorol. tom. I, lib. I, pag. 545.

(6) Strab. lib. III, pag. 148.

(7) Pausan. Eliacor. lib. VI, cap. 19, pag. 497.

(8) Ruf. Fest. Avienus, Ora maritima, vs. 225, 283-285; ed. nost. inter Poëtas latinos minores, tom. V, pag. 431 et 439.

(9) Stephan. Byzant. de Vrbib. verbo Τάρτησσος.

(10) Scymnii Chil Orbis Descriptio pag. 10, vers. 160-165, inter Geogr. min. graec. tom. II.

(11) Eustath. in Dion. Perieg. vs. 334-338.

(12) Eratosth. apud Strab. lib. III, pag. 148.

(13) Tartessum Hispaniae civitatem, quam nunc Tyrii, mutato nomine, Gadir habent. Sallust. fragment. e lib. II, pag. 378 edit. nostrae.

(14) Plin. lib. IV, cap. 36, pag. 392; lib. VII, cap. 49, pag. 180.

(15) Arrian. de Expedit. Alexand. lib. II, cap. 16, pag. 151.

(16) Ruf. Fest. Avienus, Ora maritima, vers. 85, 265-270, inter Geogr. minor. graec. tom. IV, pag. 3, 7, et edit. nostr. inter Poëtas latinos minores, tom. V, pag. 414 et 436:

Hic Gaddir urbs est, dicta Tartessus prius.

. . . . . .

« De ces différentes opinions il me semble que l'on peut conclure deux choses :

« D'abord, qu'avant et même quelques siècles après l'arrivée des Tyriens dans ces cantons, le *Wadi-al-Kibir* d'aujourd'hui portait le nom de *Tartessus*, et qu'il communiquait celui de Tartessiide à toute la contrée environnante; comme lorsque les Tyriens eurent changé le nom de *Tartessus* en celui de *Boetis*, la même contrée prit, du nouveau nom de ce fleuve, celui de Bétique;

« Ensuite, que la grande célébrité de ce pays a porté les premiers navigateurs grecs et romains à donner successivement, et comme par antonomase, le nom de Tartesse aux principales villes maritimes qu'ils fréquentaient dans la Tartesside.

« Les premiers ports que les Grecs y rencontrèrent, après avoir passé les Colonnes, étant *Calpe* et *Carteio*, ces villes durent être aussi les premières qu'ils ont appelées ou surnommées Tartesse. Il est vraisemblable que c'est dans l'une de ces deux villes qu'abordèrent Colaeus de Samos et les Phocéens dans leurs premiers voyages : il serait possible aussi que *Carteio* eût été la résidence d'Arganthonius; mais il ne s'ensuivrait pas, comme le veut M. de la Nauze, (1) que *Carteia* pût être prise proprement pour Tartesse. Les auteurs, à qui l'on doit le souvenir de cette opinion populaire, ne l'ont rapporté qu'en termes vagues, sans en donner de preuves, sans l'adopter eux mêmes, et sans qu'on puisse la rattacher à aucun fait connu. On sait, au contraire, par Timosthène, (2) que le premier nom de *Carteia* était Héraclée; ce qui indiquerait une origine tyrienne postérieure à la fondation de *Gadir*, puisqu'on voit dans Strabon (3) que la première colonie n'avait pu s'établir près de *Calpe*. D'ailleurs, l'emplacement de Carteia, éloigné de tous les fleuves qui auraient pu faciliter l'arrivée des productions de l'intérieur du pays dans son port, n'a jamais permis qu'elle devînt une ville commerçante telle que fut la véritable Tartesse; et si *Carteia* a été célèbre dans l'antiquité, c'est seulement, comme le dit Strabon, (4) sous le rapport de sa marine militaire, à peu près comme Gibraltar l'est de nos jours. »

Post haec disertissime demonstrat eruditissimus Gossellin, in insula Gadi, sive Cotinussa, stetisse Tartessum urbem, quae cum Gadibus una eademque fuit : sed haec ad Plinii locum, de quo hic agitur, non pertinent.

Hic ora late sunt sinus Tartessii.
Dictoque ab amne in haec locorum, puppibus
Via est diei, Gaddir hic est oppidum :
Nam Punirorum lingua conseptum locum
Gaddir vocabat. Ipsa Tartessus prius
Cognominata est.

(1) De la Nauze, Position de quelques anciennes villes romaines vers le détroit de Gibraltar; Mémoires de l'Académie des Inscriptions tom. XXX, pag. 97-100.

(2) Timosthen. apud Strab. lib. III, pag 110.

(3) Strab. lib. III, pag. 169.

(4) Strab. lib III, pag. 110.

EXCVRSVS VI

Ad ea Plinii verba, lib. IV, cap. 17, pag. 271 :

Thessalonica, liberae conditionis. Ad hanc a Dyrrachio CXIV mill. pass.

P. F. J. Gossellin, *Géographie des Grecs analysée*, p. 20.

« Cette distance ainsi donnée par Pline, fait 912 stades ; ce qui ne diffère pas beaucoup des 900 stades donnés par Strabon. (1) Mais elle prouve que Pline n'a pas toujours bien choisi ses matériaux : car, depuis long-temps on avait construit la voie Egnatienne, qui d'*Epidamnus* passait par Thessalonique, et Polybe avait écrit (2) que la distance entre ces deux villes avait été mesurée et trouvée de 267 mill. p. qui font 2,136 stad. du calcul de Pline. »

(1) Lib. II, pag. 93 et 106.
(2) Strab. lib. VII, pag. 323.

EXCVRSVS VII

Ad capita 27 et 28 lib. VI Plinii :

P. F. J. Gossellin, *Recherches sur la géographie systématique et positive des Anciens*, *tom. IV*, *pag.* 107 *seqq.*

« On trouve dans le quatrième livre de Pline la première description suivie des contrées maritimes situées à l'orient de l'Elbe. Cet auteur y rassemble non seulement les connaissances que les Romains avaient acquises de son temps, mais encore une partie des traditions transmises par les Grecs sur les rivages plus éloignés que ceux où les Romains étaient parvenus. Il en a formé une espèce de Périple, très-incomplet sans doute et beaucoup trop concis ; mais fort important à éclaircir pour l'histoire de la géographie ancienne. Nous allons le suivre pas à pas, pour reconnaître les lieux dont il a parlé ; et, en discutant son récit, nous intercalerons des faits qu'il en a séparés, faute d'avoir suffisamment reconnu que ces faits appartenaient aux côtes et aux contrées qu'il décrivait.

PERIPLE DE PLINE.

« Après avoir suivi les côtes méridionales de l'Europe depuis l'Espagne jusqu'aux Palus-Méotides, Pline ajoute : (1)

« Il convient de partir de ce point pour décrire les contrées extérieures de l'Europe ; et après s'être transporté au-delà des monts Riphées, jusque sur les bords de l'Océan septentrional, il faut, en laissant ses rivages sur la gauche, les suivre jusqu'à ce qu'on parvienne à Gadès.

« Dans ce trajet on rencontre plusieurs îles sans nom, parmi lesquelles il en est une située vis-à-vis et à une journée de navigation de la Scythie sur-

(1) Cap. 27 : « Exeundum deinde est, seqq. »

nommée *Raunonia*, sur les bords de laquelle, selon Timée, la mer dépose de l'ambre au printemps.

« On n'a que des notions incertaines sur le reste de ce rivage.

« L'Océan septentrional, depuis le fleuve *Paropamisus* qui arrose la Scythie, est appelé *Amalchium* par Hécatée; et ce nom, dans la langue du pays, signifie *congelé*.

« Philémon dit que les Cimbres donnent à cette mer, jusqu'au promontoire *Rubeas*, le nom de *Morimarusa*, c'est-à-dire, *mer morte*; au-delà ils l'appellent *Cronium*.

« Xénophon de Lampsaque rapporte qu'à trois journées de navigation des côtes de la Scythie, il y a une île d'une immense étendue, appelée *Baltia*.

« Pythéas nomme la même île *Basilia*.

« On parle des îles *Oonae*, dont les habitants se nourrissent d'œufs et d'avoine; d'autres îles dont les hommes sont appelés *Hippopodes*, parce qu'ils naissent avec des pieds de chevaux : on cite encore les îles des *Fanesii*, dont les habitants seraient nus, s'ils n'avaient les oreilles assez grandes pour s'en couvrir tout le corps.

« Mais on a des notions plus certaines sur les contrées ultérieures, à prendre depuis la nation des *Ingaevones*, qui, de ce côté, est la première de la Germanie.

« Ici l'immense mont *Sevo*, qui ne le cède point en hauteur aux monts Riphées, forme, jusqu'au promontorie des Cimbres, le vaste golfe *Codanus*, qui est rempli d'îles. La plus célèbre est celle de *Scandinavia*, dont on n'a pas encore découvert toute l'étendue : la portion que l'on en connaît est habitée

par les *Hilleviones*, qui possèdent cinq cents villages, et qui l'appellent un autre monde.

« *Eningia* passe pour n'être pas moins grande.

« Quelques-uns disent que les côtes, jusqu'a la Vistule, sont habitées par les *Sarmatae*, les *Venedi*, les *Sciri* et les *Hirri*.

« On trouve ensuite le golfe *Cylipenus*, et l'ile *Latris*, qui est à son entrée;

« Immédiatement après, le golfe *Lagnus*, qui touche au pays des Cimbres;

« Puis le *promontoire des Cimbres*, qui, en s'étendant au loin dans la mer, forme une péninsule appelée *Cartris*;

« Ensuite vingt-trois îles que les victoires des Romains ont fait connaître: les principales sont *Burchana*, que nos Latins ont nommée *Fabaria*, parce qu'elle produit spontanément un fruit semblable à la fève; *Glessaria*, ainsi appelée par nos soldats, à cause du succin qu'ils y ont trouvé. Les Barbares la nomment *Austrania*; enfin l'île *Actania*.

« Toutes les côtes de cette mer, jusqu'au fleuve *Scaldis*, sont habitées par des nations germaniques, dans une étendue difficile à déterminer; tant les auteurs varient sur ce suiet!

« Les Grecs et quelques Romains donnent aux côtes de la Germanie 25 mille pas...

« Les principaux fleuves (1) qui se jettent dans cette partie de l'Océan, sont le *Guttalus*, le *Vistillus*, ou *Vistula*, l'*Albis*, le *Visurgis*, l'*Amisius*, le Rhin et la Meuse.

(1) Cap. 28, pag. 353.

« Pour tirer quelque parti de ces passages isolés, il faut suivre la marche de Pline, se transporter des bords de la mer Noire sur ceux de la mer Baltique, à laquelle il donne le nom d'Océan septentrional, et avancer le long de son rivage, d'orient en occident.

« Les monts Riphées que Pline est censé rencontrer, sont les hauteurs de la Pologne et de la Prusse, qui sans être des montagnes proprement dites, donnent néanmoins naissance à de très-grands fleuves. Les Anciens n'ayant eu que des idées incertaines sur ces contrées, ont souvent prêté à la suite des monticules qui les traversent une élévation gigantesque; mais Solin, mieux instruit sur ce point, appelle les monts Riphées, dont nous parlons, des collines : *mons Sevo ingens, nec Riphaeis minor collibus* (1); et l'épithète d'*ingens* qu'il applique au *Sevo*, ou celle d'*immensus* que lui donne Pline (2), n'ont de rapport qu'à la grande étendue qu'ils supposaient à cette chaîne, en la prolongeant depuis les environs de l'Oder jusqu'à l'extrémité nord du Jutland ou de la Chersonèse-Cimbrique : car il n'existe dans cette dernière contrée que des dunes sablonneuses.

« Il est à regretter que Pline n'ait pas indiqué plus clairement le point précis de la côte où il croyait arriver sur les bords de l'Océan septentrional. Mais, comme à la fin de sa description il nomme les principaux fleuves qui se jettent dans cet Océan, savoir *Guttalus*, *Vistula*, *Albis*, *Visurgis*, *Amisius*, *Rhenus*, *Mosa*, toujours en suivant la direction de l'orient à l'occident, on doit se persuader qu'il regardait le *Guttalus* comme le plus oriental des fleuves que les Romains avaient reconnus sur les bords de la Baltique.

« Cluvier (3), en rapportant le *Guttalus* à l'Oder, prête gratuitement à Pline l'erreur d'avoir placé ce fleuve à l'est de la Vistule : il convient néanmoins que Junius avait indiqué le *Guttalus* dans la rivière de Alle ou Alla, qui se joint au Prégel à huit ou neuf lieues de Konigsberg. La raison que Cluvier oppose à Junius, est que l'Alle est une rivière secondaire qui ne se rend pas directement dans la Baltique, et qui, pour le volume de ses eaux, n'est pas comparable à l'Oder, dont Pline n'aurait fait aucune mention, si on n'appliquait pas à ce fleuve le nom de *Guttalus*.

« Mais il n'est pas ici question de l'étendue de ces fleuves; il suffit d'observer que les Romains, en pénétrant par terre au-delà de la Vistule, ont nécessairement rencontré l'Alle long-temps avant d'arriver au Prégel; et comme ces deux fleuves sont à peu près égaux dans leur cours, il est naturel de penser que les Romains auront prolongé jusqu'à l'Océan le nom du premier, en regardant le Prégel comme une rivière qui venait se jeter dans le *Guttalus*. Quant à l'oubli que Pline aurait fait de l'Oder, nous observerons qu'il passe également sous silence le *Viadus*, le *Suevus*, le *Chalusus*, que Ptolémée a connus sur cette côte.

« Nous ajouterons que sur les bords de l'Alle il existe une très-ancienne ville appellée *Gutt-Stadt*, c'est-à-dire, la ville de Gutt; de sorte qu'en réu-

(1) Solin. Polyhist. cap. 20.

(2) Cap. 27, pag. 347.

(3) Cluver. Germania antiqua lib. III, pag. 228 : quem sequitur Harduin. cuius notam retulimus pag. 353, not. 24. En. P.

nissant le nom de ce lieu à celui du fleuve qui le baigne, on retrouve la dénomination entière de *Guttale* ou *Guttalus* qu'il portait au temps de Pline, et que cet Ancien nous a transmise.

a L'Alle et le Prégel réunis se perdent dans l'extrémité orientale du Frische Haff. Ce golfe reçoit aussi une portion des eaux de la Vistule; et comme ses bords paraissent avoir toujours fourni plus de succin que les autres rivages de la Baltique, on ne doit pas s'étonner si les Anciens ont eu plus de connaissance des environs de la Vistula que des autres cantons situés à l'orient ou à l'occident des embouchures de ce fleuve.

e C'est donc vers le Frische Haff que Pline nous paraît s'arrêter, en arrivant sur les bords de la Scythie européenne baigné par l'Océan septentrional. Il dit qu'à une journée de navigation de cette Scythie surnommée *Raunonia*, il y a une île où l'on trouve de l'ambre.

a Ce surnom de *Raunonia* n'est connu que dans Pline, et les géographes modernes ne savent à quelle partie des côtes de la Baltique ils doivent la rapporter. Il nous semble que deux lettres altérées dans ce nom sont la cause qui fait méconnaître le canton auquel il appartient, et qu'en lisant *Raudania*, l'on aperçoit que cette portion de l'ancienne Scythie est celle qui avoisinait le fleuve Raudane près Dantzik. Ainsi les renseignements recueillis par le naturaliste romain nous ramènent à l'Eridan d'Hérodote (1), et l'île qui était à une journée de navigation de cette Scythie paraît répondre à quelque partie du Frische Nérung.

a Les bouches de la Vistule n'étaient cependant pas le terme le plus oriental des connaissances de Pline dans ces parages; et il indique ailleurs des lieux situés plus à l'est que ce fleuve. Après avoir parlé des nations asiatiques qui habitaient entre la mer Caspienne et le pont-Euxin, il ajoute (2):

« Transportons-nous en imagination au-delà des monts Riphées... au-delà des points où commence l'aquilon; c'est là que quelques auteurs placent les Hyperboréens, quoique la plupart des auteurs les mettent en Europe. Sur ce rivage on rencontre

(1) Herodot. Thal. lib. III, § 115, pag. 254. » Cet historien, inquit idem Gossellin, opere citato, tom IV, pag. 102, avait appris que l'*electrum*, c'est-à-dire, le succin ou ambre jaune, substance très-recherchée des Anciens, se trouvait sur les bords d'un fleuve que les Barbares nommèrent *Eridan*, et qui se jetait dans la mer du Nord. Etonné de trouver un nom grec appliqué à un fleuve de ces contrées lointaines, Hérodote s'est refusé à croire à son existence. Néanmoins les géographes s'accordent depuis deux siècles à reconnaître cet Eridan dans la Vistule, ou plus exactement dans une petite rivière nommée Raudane ou Radaune que reçoit ce fleuve près de Dantzik, à une lieue de la mer, et dans les environs de laquelle on trouve encore aujourd'hui beaucoup de succin. e Ed. P.

(2) Vide lib. VI, cap. 14, pag. 613.

Digitized by Google

d'abord le promontoire *Lytarmis*, qui appartient à la Celtique, puis le fleuve *Carambucis*, à l'endroit où finit la rigueur du climat, et où se termine la chaine des monts Riphées.

a Ce n'est pas tout: pour compléter l'ensemble des opinions que les Anciens s'étaient faites sur la disposition des côtes septentrionales de l'Europe, il faut placer un peu à l'est du *Lytarmis* une embouchure qu'on supposait au Tanaïs dans la mer du Nord.

s Plusieurs écrivains de l'antiquité ont cru que ce fleuve, en séparant l'Europe d'avec l'Asie, servait de communication entre l'Océan septentrional et les Palus-Méotides (1); et l'on voit Pline ne pas oser encore les contredire (2), quoique Hérodote, mieux instruit, eût annoncé que le Tanaïs prenait ses sources dans un grand lac (3). Selon Pline, les Scythes donnaient aux Palus-Méotides le nom de *Temerinda*, qui dans leur langue signifiait *mater maris* (4), la mère ou la source de la mer; d'où l'on voit qu'il regardait le *Tanaïs* comme un canal par lequel les eaux de l'Océan septentrional se réunissaient dans la Méotide pour former ensuite le Pont-Euxin et la Méditerranée. Straton de Lampsaque (5) paraît avoir eu des idées semblables; et c'est visiblement d'après cette même opinion que Pythéas, à son prétendu retour de *Thule*, crut pouvoir assurer qu'il avait parcouru toutes les côtes de l'Europe baignées par l'Océan, depuis *Gadès* jusqu'au *Tanaïs* (6).

s En rapportant ce dernier fait, Polybe et Strabon, qui ne connaissaient pas d'autre Tanaïs que celui des Palus-Méotides, semblent avoir cru que Pythéas voulait parler de ce dernier fleuve. De là on a supposé que Pythéas, après être revenu de *Thule* à *Gadès*, était reparti de *Gadès* pour aller au *Tanaïs* des *Palus*, c'est-à-dire, qu'il avait entrepris deux voyages très-différents, l'un dans l'Océan, l'autre dans la Méditerranée. Mais nulle part chez les Anciens il n'est question de ce second voyage (7); et d'ailleurs, si Pythéas avait voulu indiquer le *Tanaïs* des *Palus*, n'aurait-il pas dit que pour y aller de *Gadès*, il avait parcouru toutes les côtes de l'Europe *baignées par la Méditerranée*, et non les côtes de cette partie du monde *baignées*

(1) Periplus maris Erythraei pag. 37.
(2) Plin. lib. II, cap. 67, t. I, p. 377.
(3) Herodot. Melpom. lib. IV, § 57, pag. 306.
(4) Plin. lib. VI, cap. 7, pag. 602.
(5) Strat. Lamps. apud Strab. lib. I, p. 49 et 50.
(6) Pythéas apud Strab. lib. II, pag. 104.
(7) Seulement un scholiaste d'Apollonius de Rhodes, sur le vers 761 du IV.e livre des Argonautiques, en parlant des îles *Lypara* et *Strongyle*, ajoute: *Pythéas, dans son Période de la terre, dit que dans cet endroit la mer bout.* Mais le récit de ce fait ne prouve nullement que Pythéas ait été dans ces îles, et ne peut faire rapporter à un fleuve de la Méditerranée ce qu'il dit d'un fleuve de l'Océan septentrional.

par l'Océan? Il paraît donc évident que Pythéas n'avait décrit qu'un seul et même voyage, durant lequel il se vantait d'avoir visité dans l'Océan, d'abord les îles Britanniques jusqu'aux environs de *Thule*, puis, en revenant de cette île, les côtes septentrionales de l'Europe jusqu'à l'embouchure d'un fleuve nommé *Tanais*.

» Quoi qu'il en soit, comme l'opinion qui donnait deux embouchures si différentes au Tanaïs s'est maintenue pendant plusieurs siècles, il est à croire qu'elle devait en partie son origine à une méprise causée par la ressemblance du nom de quelque fleuve de la Baltique avec le nom du Tanaïs des Palus-Méotides. Leibnitz (1) a observé que les mots *Tana*, *Dana* entraient dans la composition des noms des principaux fleuves de l'ancienne Scythie européenne, et qu'on en avait formé les noms de *Tanais*, de *Danaper*, de *Danaster*, de *Danubius*. Dès-lors, ne doit-on pas reconnaître dans le nom de Duna, appliqué maintenant au fleuve qui se perd au fond du golfe de Livonie, une simple altération des mots primitifs *Tana* ou *Dana*, semblable à celle qui fait donner aujourd'hui le nom du Don au *Tanaïs* des Palus-Méotides?

» Ainsi, c'est à la Duna que nous rapportons le *Tanaïs* de la Baltique, et c'est aussi dans cette même mer que doivent se trouver le promontoire *Lytarmis* et le fleuve *Carambucis*, que Cluvier (2), d'Anville (3) et d'autres (4) ont transportés sur les bords de la mer Blanche, et même jusqu'à l'embouchure de l'Oby.

» Le promontoire *Lytarmis* nous paraît être le Domes-ness, ou le cap septentrional de la Curlande. Cette petite contrée ainsi que la Samogitie faisait autrefois partie de la Lithuanie; et ce nom moderne conserve assez de ressemblance avec celui de *Lytarmis*, pour rappeler l'ancienne dénomination du pays auquel ce promontoire appartenait.

» On sait d'ailleurs par Ptolémée (5) que jadis l'Europe portait en général le nom de Celtique; et c'est pourquoi le promontoire *Lytarmis*, qui passait pour l'un des points les plus orientaux de cette partie du monde, et pour le premier qu'on rencontrait en quittant les côtes septentrionales de l'Asie, se trouve spécialement désigné dans Pline pour appartenir à la Celtique, c'est-à-dire, à l'Europe.

» Le fleuve *Carambucis*, qu'on trouvait après le *Lytarmis*, est probablement le Niémen. L'île *Elixoia*, qu'Héeatée (6) disait être à l'embouchure du *Carambucis*, au-dessus de la Celtique, et dans laquelle il plaçait les Hyperboréens, répond au Curische Nérung, langue de terre d'environ vingt lieues

(1) G. G. L. (Leibnitz) Miscellan. Berolinens. tom. I, pag. 5.

(2) Cluver. German. antiq. lib. I, cap. 1, pag. 13.

(3) D'Anville, Géogr. anc. abrég. tom. I, pag. 333.

(4) Quos inter et nos recensendi sumus, qui, inclyti d'Anville auctoritate moti, eamdem proposuimus opinionem in notis nostris 8 et 9, p. 613, nonnihil tamen dubii de ea exprimentes. Ed. P.

(5) Ptolem. de iudiciis lib. II, cap. 3, pag. 447.

(6) Hecat. apud Diodor. Sicul Biblioth. tom. I, lib. II, cap. 47, pag. 153, et apud Stephan. Byzant. verbo Ἐλίξοια.

de longueur, et que différentes coupures détachent du continent. Cette étendue, que l'éloignement des lieux portait à augmenter encore, est ce qui eura fait dire qu'*Elixoia* était aussi grande que le Sicile.

» Mithridete, suivant Pline (1), indiquait une île nommée *Osericta*, sitnée sur le côte de la Germanie, et dens lequelle le succin, disait-on, découleit de certains erbres. Cluvier (2), d'après la ressemblance des noms, a cru que cette île deveit être celle d'Osel, à l'entrée du golfe de Livonie. Il oublieit, pour un moment, que le nom de Germenie ne s'est pas étendu en-delà de la Vistule, et que l'île d'Osel étant à quatre-vingt-dix lieues plus loin que ce fleuve, et sur les côtes de l'encienne Sarmatie, ne pouveit pas représenter *Osericta*. Cette dernière île nous paraît être celle que Timée, sans la nommer, pleçait vis-à-vis le Scythie *Raudanienne* et que nous evons rapportée au Frische Nérung grende île située à l'embouchure de la Vistule et de la Raudane, dans les limites de la Germanie, et renommée par la quantité de succin que l'on y trouve encore.

» Revenons eu point où Pline nous eveit d'abord conduits; il faut reprendre le Périple de cet auteur, et continuer de suivre, comme il le dit, sa direction vers l'occident.

» A l'ouest de la Scythie *Raudanienne* il indique un fleuve *Paropamisus*, où commençeit, selon Hécatée, l'*Amalchium mare*, ou le mer *Congelée*. Les Cimbres, suivant Philémon, donnaient à cette mer le nom de *Morimarusa*, c'est-à-dire, de mer *Morte*; et ils étendaient ce nom jusqu'au promontoire *Rubeas*, à l'orient duquel était la mer *Cronienne*.

» Tel est le sens littéral du passage de Pline, que Cluvier (3) et le P. Hardouin (4) nous paraisseut avoir mal interprété dans l'une de ses parties. Ces auteurs, en préférant eu texte de Pline le sens que Solin lui e donné (5), se sont crus entorisés à intervertir la marche du naturaliste romain, et à placer le *Paropamisus*, le promontoire *Rubeas* et la mer *Morte* loin de le Baltique, au-dessus de la Norwège, à près de quatre cents lieues du pays occupé par les Cimbres, tandis que le direction du Périple de Pline, l'ordre de sa description, l'ensemble des conneissances de son siècle, celles du siècle suivant, que Ptolémée e recueilles, ne permettent pas de chercher ce fleuve, ce promontoire, et cette mer ailleurs que dans le Beltique et è l'orient de la Chersonèse cimbrique.

» En effet, la Scythie *Raudanieune*, on les environs du Raudane et de la Vistule, étant le point d'où Pline s'avance vers l'onest pour indiquer le *Paropamisus* et le commencement de le mer *Morte* ou *Congelée*, ce fleuve ne peut être que l'Oder; et nous croyons entrevoir l'ancien nom de ce fleuve dans celui de Poméranie, que conserve la contrée maritime qui en-

(1) Mithrid. apud Plin. lib. XXXVII, cap. 11.

(2) Cluver. German. antiq. lib. III, cap. 44, pag. 199.

(3) Cluver German. antiqu. lib. III, cap. 37, pag. 152.

(4) Hardnin. notae in Plin. tom. I, pag. 220; edit. nostrae tom. II, pag. 346. Ed. P.

(5) Conf. Plin. lib. IV, cap. 27, pag. 346, et Solin. cap. 19. Ed. P.

toure ses embouchures. De même, la mer *Congelée* doit être cette portion de la Baltique depuis l'Oder jusque vers le cap de Grinéa, dans le Jutland, qu'habitaient les Cimbres. Cet espace est en partie occupé par les îles de Wollin, d'Usedom, de Rugen; par celles de Falster, de Laland, de Langeland, de Funen, de Séland, etc. séparées entre elles et du continent par des Belts, ou des détroits que les glaces obstruent tous les ans; et nulle part le phénomène de la congélation des mers n'a pu se faire mieux remarquer par les Anciens.

» Observons de plus que le nom de *Morimarusa* appartenant à la langue des Cimbres, n'avait pu être appliqué par ces peuples à moitié sauvages, sans navigation et sans commerce, qu'à la mer qui touchait immédiatement leur territoire. Aussi resserraient-ils un peu plus qu'Hécatée la dénomination de mer *Morte*, en fixant ses limites orientales au promontoire *Rubeas*, le cap Rutt de la Poméranie, qui séparait alors la Germanie de la Scythie européenne, comme on le verra bientôt. A l'orient du cap Rutt, des îles de Rugen, d'Usédom et de Wollin, la Baltique en s'élargissant prenait chez les Anciens les noms d'Océan scythique, de mer *Cronienne*, ou plus généralement d'Océan septentrional.

» A trois journées des côtes de la Scythie il existait une île immense appelée *Baltia* au *Basilia*; et il faut joindre à cette simple indication du Périple les détails suivants, également extraits de Pline (1):

« Pythéas rapporte que les *Guttones*, peuple de la Germanie, habitent les bords d'un golfe de l'Océan appelé *Mentonomon*, qui a 6,000 stades d'étendue.

« Qu'à une journée de navigation de ce golfe il y a une île nommée *Abalus*, sur les bords de laquelle les flots déposent du succin, et que cette substance est une déjection de la mer *Concrète*. Les habitants le brûlent au lieu de bois, ou le vendent aux Teutons, dont ils sont voisins. Timée rapporte la même chose; mais il donne à l'île le nom de *Basilia*.

» Or, en suivant la marche de Pline d'orient en occident, en partant du cap Rutt, et en longeant les côtes sinueuses du Holstein et du Jutland, on arrive, après avoir mesuré 6,000 stad. de 1111 1/9 au degré, au cap de Grinéa, qui termine le vaste golfe où se trouvent les îles du Danemarck; et ce golfe doit représenter le *Mentonomon* de Pytheas.

» Les auteurs (2) qui rapportent le *Mentonomon* au golfe de Dantzik, ou

(1) Plin. lib. XXXVII, cap. 11.

(2) Büsching Géographie universelle tom. II, pag. 405.

au Curische Haff, parce que le Curische Nérung, ou langue de terre qui sépare ce dernier golfe de la mer, porte en estonien le nom de *Mendaniemi*, n'ont pas fait attention:

« 1.° Que *Mendaniemi* signifiant *cap des Pins*, est une dénomination trop vague, trop incertaine sur les bords de la Baltique, couverts de forêts de pins dans une infinité d'endroits, pour qu'on puisse conclure une identité de lieu de l'affinité apparente de ces noms anciens et modernes;

2.° Qu'aucun des deux golfes précédents n'offre à beaucoup près, en y comprenant même la circonférence et toutes les sinuosités des Haffs, l'étendue de côtes que Pythéas attribuait au *Mentonomon*;

« 3.° Qu'il faut trouver à une seule journée de navigation, c'est-à-dire, à peu de distance des bords du *Mentonomon*, une île qui ait pu porter le nom de *Baltia*, une autre appelée *Abalus*, ou une île à laquelle ces deux noms puissent avoir été appliqués;

4.° Qu'il faut enfin qu'un golfe aussi considérable que le *Mentonomon* reparaisse dans les descriptions des géographes de l'antiquité.

« Ces différentes circonstances ne se trouvent réunies que dans le golfe compris entre le cap Rutt et celui de Grinéa. Ses bords sont en grande partie couverts de forêts de pins; son étendue, comme on vient de la voir, est égale à celle que lui donnait Pythéas; et ses rivages, ainsi que ceux des îles qu'il renferme, produisent encore du succin.

« Si cependant on doutait qu'au temps dont parle Pline, les limites occidentales de la Scythie fussent au cap Rutt, nous rappellerions, d'après ce naturaliste, que les Grecs donnaient aux côtes de la Germanie 250 mille pas (1); et, comme les Grecs ne se servaient pas de mesures romaines, il est visible que ces 250 mille pas étaient conclus d'une distance de 20,000 stades; et en les comptant à 1111 1/9 au degré, comme ceux qui avaient servi pour mesurer l'étendue du *Mentonomon*, ils représenteront dix-huit degrés de l'échelle des latitudes, ou 360 lieues marines. Or, comme la Germanie commençait à l'embouchure septentrional du Rhin, c'est-à-dire, au passage actuel de Vlie, si de ce point on mesure la côte en faisant le tour du Jutland, on arrivera au cap Rutt, après avoir compté 370 lieues, et l'on reconnaîtra que ce promontoire était la limite qui séparait alors la Germanie de la Scythie européenne.

« Maintenant, pour retrouver l'île *Baltia*, qui doit être à trois journées de navigation de la Scythie, il faut se placer sur les bords de cette contrée, vers le cap Rutt; et de là, à vingt-cinq lieues en ligne droite, on à une quarantaine de lieues en s'éluignant peu des côtes, on rencontre l'île Funen, situé toute entière entre les deux détroits nommés *Belt* ou *Balt*. Cette dénomination très-ancienne signifie encore *une ceinture* dans la langue de ces contrées; et comme Funen est la seule grande île qui soit entourée, et, pour ainsi dire, enfermée par les Belt, il est très-vraisemblable qu'elle en avait pris jadis le nom de *Baltia*, dont quelques écrivains grecs auront fait ensuit celui de *Basilia*.

« A environ six lieues du petit Belt, c'est-à-dire, du point le plus remar-

(1) Plin. lib. IV, cap. 28, pag. 349.

quable de *Mentonomon*, et longeant les côtes septentrionales de Funen, on trouve, vers le milieu de leur longueur, une petite île couverte de forêts, qui, en conservant le nom d'Æbel, rappelle celui d'*Abal*, ou d'*Abalus* que citait Pithéas. Cet îlot s'étend au midi sous la forme d'une bande de sable fort étroite, et se joint par des bas-fonds à l'île de Funen, dont il peut avoir été séparé par quelque secousse violente de la mer. Il serait donc possible que le nom d'Abal eût aussi appartenu à Funen, en même temps que celui de *Baltia* qu'elle devait à sa position entre les Belts; et en supposant que les îles ne dussent pas être distinguées, on antreverrait la raison pour laquelle Pythéas et Timée avaient indiqué Funen sous deux noms différents.

« Observons que l'ambre recueilli sur les rivages d'*Abalus* et de *Baltia* passait chez les Anciens pour être une production de la mer *Concrète* ou *Congelée*, et que c'est une nouvelle preuve qu'il ne faut pas chercher ailleurs que dans les environs de ces îles, et de celles qui les accompagnent, la *Morimarusa* de Philémon et l'*Amalchium* d'Hécatée.

« Quant aux îles *Oonae*, celles des *Hippopodes* et des *Fanesii*, dont Pline n'indique pas la situation, nous verrons bientôt Méla les placer sur les côtes de la Sarmatie, et donner quelque moyen de les reconnaître.

« Des renseignements nouveaux, dus aux progrès des flottes et des armées romaines sous la conduite de Tibère, avaient appris à Pline (1), qu'après les limites occidentales de la Scythie, qui, dès-lors, avait pris le nom de Sarmatie, la première nation germanique que l'on rencontrait était celle des *Ingaevones*, qui comprenait les *Cimbri*, les *Teutoni* et les *Chauci*, c'est-à-dire, les peuples qui habitaient dans le Mecklenbourg, dans la Holstein, dans la Saxe et dans l'Oest-Frise modernes, depuis les environs du cap Rutt jusqu'à l'Ems.

« Dans cet intervalle il place le mont *Sevo*, qu'il dit être égal en hauteur aux monts Riphées, et qu'il étend jusqu'à l'extrémité nord de la Chersonèse cimbrique, où était le promontoire des Cimbres, connu aujourd'hui sous le nom de cap Skagen. Nous avons vu les monts Riphées n'être que de simples collines (2); et le *Sevo*, que Pline compare à ces monts, ne peut représenter que les hauteurs qui se prolongent dans le Jutland, et qui servent de points de partage aux rivières qui se jettent d'un côté dans l'Océan, et de l'autre dans la Baltique.

« Ces hauteurs sont en général plus rapprochées de la côte orientale du Jutland; et c'est pourquoi Pline dit que le *Sevo* forme le vaste golfe qu'il appelle *Codanus*, où se trouvaient plusieurs îles, dont la plus célèbre était celle de *Scandinavia*.

« Il est visible que ce golfe, par son emplacement et sa grande étendue, est le même que le *Mentonomon* de Pythéas; et l'île de *Scandinavia*, renfermée dans ce golfe, doit être la *Baltia* de cet Ancien, ou l'île actuelle de Funen. Les noms seuls avaient changé, et nous retrouvons des preuves de l'identité des lieux dans la partie septentrionale de Funen, voisine d'Aebel,

(1) Plin. lib. II, cap. 67, tom. I, pag. 376, et lib. II, cap. 112, tom. I, pag. 468. Ed. P.

(2) Supra pag. 787.

où un *Herred*, c'est-à-dire, un district considérable, conserva encore, dans le nom de Skam ou Skan, les vestiges de celui de *Scandinavia*, qu'on avait appliqué autrefois à toute l'étendue de Funen.

« Il y a plus, les *Hilleviones*, qui possédaient la partie connue de *Scandinavia* au temps de Pline, et que Ptolémée (1), en les appelant *Leveni*, place au milieu de l'île *Scandia*, la même que la *Scandinavia* de Pline, ont laissé leur nom à deux villages situés au centre de Funen, et appellés maintenant Hillerslov et Hillerslev; de sorte qu'il paraît impossible de ne pas y reconnaître les traces de l'ancien séjour des *Hilleviones*.

« Nous apporterons dans la suite de nouvelles preuves de l'identité de Funen avec la *Scandia* de Ptolémée. On voit déja combien on s'est égaré jusqu'aujourd'hui en prenant cette dernière île pour la Suède, ou seulement pour une portion de cette vaste contrée, et les *Hilleviones* pour les habitants du Halland. L'origine de ces erreurs, qui en ont entraîné une infinité d'autres, et qui ont bouleversé toute l'ancienne géographie du nord de l'Europe, n'a d'autre base que l'opinion de Jornandès, auteur du sixième siècle, qui, en paraphrasant le peu de mots que Ptolémée avait dits sur *Scandia*, a prétendu que cette île représentait la Suède, la Norwège, la Finlande, la Laponie, et que c'est de là que sont sortis tous les peuples barbares qui ont inondé l'Europe jusqu'au règne de Justinien (2).

« M. Pinkerton (3) s'est élevé avec force contre une partie de ces assertions opposées à tous les monuments de l'histoire. Mais, en cherchant à placer sur les bords de Baltique les peuples que l'antiquité y a connus, M. Pinkerton nous paraît s'être mépris sur plusieurs points, en donnant aux descriptions et aux positions indiquées par les auteurs un sens et une direction qu'elles ne peuvent avoir. Il continue d'ailleurs de rapporter l'île de *Scandia* ou *Scandinavia* à la Suède, quoique rien, jusqu'au temps de Pline, de Tacite, et de Ptolémée, ne laisse entrevoir que les Grecs ou les Romains aient eu la plus légère notion du vaste continent qui renferme la Baltique au Nord, depuis son entrée jusqu'au fond du golfe de Finlande.

« Nous nous sommes déjà écartés plusieurs fois des opinions de M. Pinkerton, de celles de Cuvier et de d'Anville, et nous nous en écarterons encore, sans toujours en prévenir, afin d'éviter les longueurs. Ce n'est pas sur des discussions isolées que nous établissons nos recherches, mais sur l'ensemble des faits, des indications, et sur la disposition physique des contrées, qui tracent, mieux que tous les raisonnements, la marche qu'il convient de suivre pour entendre et pour expliquer les anciens géographes. Continuons l'examen du Périple que nous avons commencé.

« Méla (4) décrit aussi le *sinus Codanus*, et il en donne quelques détails qu'il est bon de rapporter. Ce golfe, selon lui, renferme six îles, grandes et petites, dont la plus considérable est appelée *Codanonia* dans plusieurs ma-

(1) Ptolem. Geograph. lib. II, cap. 11, pag. 61.

(2) Jornandes, de rebus Geticis, pag. 81-83.

(3) Pinkerton, Recherches sur l'origine et les divers établissements des Scythes ou Goths pag. 36 et suiv.

(4) Pompon. Mela lib. III, cap. 3, pag. 251; cap. 6, pag. 267-271.

nuscrits et d'anciennes éditions; mais comme il en est aussi où ce nom est écrit *Candanovia*, on a reconnu qu'il ne pouvait pas être dérivé de *Codanus*, et qu'il fallait lire *Scandinavia*. Méla ajoute que, de son temps, les Teutons habitaient encore cette île; et, si l'on se rappelle que, suivant Pythéas, les habitants d'*Abalus* vendaient leur succin aux Teutons, dont ils étaient voisins, on trouvera, dans ces rapprochements, une nouvelle preuve de l'identité des îles actuelles d'Aebel et de Funen avec celles d'*Abalus*, de *Baltia* et de *Scandinavia*.

« Les *Guttones*, dont parlait encore Pythéas, étaient une portion des Scythes, qui, dans les siècles suivants, ont été connus sous le nom de Goths, et qui ont occupé, à diverses époques, presque toutes les côtes et les îles de la Baltique, depuis son entrée jusqu'à la Samogitie d'une part, et jusqu'à la Sudermanie de l'autre.

« Selon Méla, (1) le *sinus Codanus* ne ressemblait point à une mer; il était fort resserré et rempli d'îles, qui ne laissaient entre elles que des détroits semblables à des canaux: d'où l'on doit conclure encore que ce golfe ne s'étendait pas plus loin que le cap Rutt, et que c'est une erreur des Modernes de prolonger sa dénomination dans le reste de la Baltique, où la mer est vaste et la navigation libre. On a vu d'ailleurs, que, vis-à-vis les côtes de la Sarmatie et de la Scythie, les Anciens plaçaient l'Océan septentrional, qu'ils nommaient aussi mer *Cronienne*.

« On trouve encore dans Méla (2) que les îles *Oonae*, celles des *Hippopodes* et celles des *Paneti* ou *Fanesii*, dont Pline avait fait mention, (3) étaient des îles basses et marécageuses situées sur les côtes de la Sarmatie. Dès-lors, elles doivent répondre aux îles de Rugen et à celles d'Usédom et de Wollin, qui se trouvent à l'embouchure de l'Oder.

« Après avoir parlé de l'île *Scandinavia*, Pline ajoute : *Eningia passe pour n'être pas moins grande*. Et tous les commentateurs, tous les géographes ne connaissant point d'île à laquelle ils pussent appliquer le nom d'*Eningia*, se sont réunis pour changer ce mot en celui de *Finningia*, et pour le rapporter à la Finlande moderne.

« Mais c'est encore bouleverser toutes les notions que les Anciens avaient acquises sur la Baltique, que de transporter dans le continent, et à deux cents lieues de sa vraie place, une île qui devait être, comme celle de *Scandinavia*, dans le *sinus Codanus*. Les expressions de Pline nous semblent indiquer clairement que cette île ne pouvait être que celle de Séland; et nous en acquérons la certitude, en retrouvant l'ancien nom d'*Eningia* dans celui d'Heininge, village situé près de la côte occidentale de Séland, par 55° 24' de latitude, à trois quarts de lieue de la mer, vis-à-vis Funen, près du grand Belt et du point le plus resserré de ce détroit. Comme c'est par ce côté que les Romains ont dû avoir connaissance de Séland, il ne serait pas étonnant qu'ils eussent donné à cette île le nom du premier lieu qu'ils y rencontraient, et qui vraisemblablement dominait alors dans ce canton.

(1) Pompon. Mela lib. III, cap. 3, pag. 251.
(2) Pompon. Mela lib. III, cap. 6, pag. 268-271.
(3) Plin. lib. IV, cap. 27, pag. 346 et 347, et supra, pag. 809 et 819. Ed. P.

» Pline ayant terminé ce qu'il avait à dire du *sinus Codanus* et des Iles qu'il renferme, se replace sur le continent aux anciennes limites orientales de la Germanie, vers le cap Rutt, pour annoncer que sur la droite, et jusqu'à la Vistule, les côtes sont habitées par les Sarmates, les *Venedi*, les *Sciri*, les *Hirri*, et que sur la gauche on trouve le golfe *Cylipenus*, l'Ile *Latris*, et le golfe *Lagnus*, qui touche au pays des Cimbres.

» Cette marche est si simple, qu'il est surprenant qu'on ait pu s'y tromper au point de rapporter le *Cylipenus* au golfe de Livonie, situé bien loin au nord et à l'est de la Vistule, (1) tandis que le *Cylipenus* est visiblement indiqué à l'ouest de ce fleuve, puisqu'il n'était séparé du pays des Cimbres que par le *Lagnus*.

» Les Sarmates de Pline sont les mêmes peuples que l'on nommait Scythes aux temps de Xénophon de Lampsaque et d'Hécatée, et qui depuis ont été appelés Germains. (2) Ils représentent les anciens habitants de la Poméranie. On sait que les *Venedi* occupaient, aux embouchures de la Vistule, les bords du golfe actuel de Dantzik, ceux du Frische Haff, et même ceux du Curische Haff, où ils ont laissé leur nom à la petite ville de Wiudenbourg, vis à-vis l'embouchure principale du Niémen. Nous retrouvons également des traces du séjour des *Sciri* réunis aux *Venedi* dans le nom de la ville actuelle de Schir-windt, située au midi du Niémen, sur la rivière de Szeszuppe, qui se jette dans ce fleuve. L'emplacement des *Hirri* nous échappe: des commentateurs (3) croient que ce nom est une répétition vicieuse de celui des *Sciri*; mais c'est une simple conjecture.

» A l'ouest du cap Rutt, le golfe de Travemunde représente le *Cylipenus* de Pline; l'Ile Fémeren, à son entrée occidentale, est l'Ile *Latris*, et le golfe qui lui succède immédiatement, et qui s'étend jusqu'à la ville de Kiel, près de laquelle l'Eyder sépare le Holstein du Jutland, ou de la Chersonèse cimbrique, est le *Lagnus sinus* de cet auteur, qui confinait, comme il le dit, au pays des Cimbres.

» Plus loin il indique le promontoire des Cimbres, ou le cap Skagen d'aujourd'hui, et il appelle *Cartris* la longue péninsule du Jutland, au bout de laquelle on trouve ce promontoire; puis achevant le tour de la Chersonèse, il vient, sur les côtes de la Frise, reconnaître les Iles nombreuses qui la bordent. Il nomme *Burcana* la principale de ces Iles, qu'on sait avoir été prise par Drusus; (4) et l'on croit que la petite Ile de Borkum, vis-à-vis l'embouchure de l'Ems, en présente au moins les débris.

» Toutes ces Iles sablonneuses et basses paraissent avoir essuyé de grands changements dans leurs formes, leur étendue, et peut être dans leur nombre,

(1) Inter eos, qui errorem hunc admiserunt, numerandus est Harduinus, qui Latrim quoque insulam *Oesel* nunc vocari male opinatur; vide not. 45, pag. 348 edit. nostrae. Ed. P.

(2) Scytharum nomen usquequaque transit in Sarmatas atque Germanos. Plin. lib. IV, cap. 25. Supra pag. 26-29.

(3) Vide Harduin. pag. 348, not. 44 edit. nostrae. Ed. P.

(4) Strab. lib. VII, pag. 291.

par la violence de la mer, qui, de temps en temps, fait, à travers le terrain mobile de ces cantons, des ravages effroyables. Nous n'avons aucun moyens pour reconnaître la *Glessaria* et l'*Actania*, dont Pline nous a conservé les noms: elles faisaient partie des vingt-trois îles qui se prolongeaient depuis l'Elbe jusqu'à l'embouchure septentrionale du Rhin. »

Digitized by Google

EXCVRSVS VIII

Ad ea Plinii verba, lib. IV, cap. 30 :

Circuitu vero patere (Albion) tricies octies centena viginti quinque M. Pytheas et Isidorus tradunt.

P. F. J. Gossellin, *Géographie des Grecs analysée*, *pag.* 47 *et* 48.

« . . . Ou 30,600 stades. Nous soupçonnons quelque erreur dans le texte de Strabon, lorsqu'il dit que Pythéas lui donnait 40,000 stades de tour, (1) et plus de 20,000 de longueur : (2) 1° parce que ces sommes devraient différer davantage entre elles ; 2° parce que cette excessive étendue porterait la Bretagne beaucoup au-delà du parallèle de *Thule*, quoique sa partie septentrionale doive en être à six journées de navigation. (3) Quand Pythéas disait que la Bretagne devait être plus au nord que le parallèle où le plus long jour est de 19 heures, (4) il ne pouvait parler que de sa partie septentrionale : car ce parallèle est au 61e degré de latitude, ou à 42,700 stades de l'équateur. »

(1) Lib. II, pag. 104.
(2) Lib. I, pag. 63.
(3) Plin. lib. II, cap. 77, tom. I, pag. 397 ; Strab. lib. I, pag. 63.
(4) Strab. lib. II, pag. 75.

EXCVRSVS IX

Ad ea Plinii verba, lib. IV, cap. 30:

Agrippa longitudinem (Britanniae) DCCC M. pass. esse: latitudinem CCC M. credit. Eamdem Hiberniae latitudinem, sed longitudinem CC mill. passuum minorem.

P. F. J. Gossellin, *Recherches sur la géographie systématique et positive des Anciens*, tom. *IV*, pag. 218, 219.

« . . . . Agrippa est le premier qui nous ait transmis la mesure de l'Hibernie : il lui donne 600 milles pas de longueur : et les 480 minutes de degré qu'ils représentent sont, à quelques lieus près, en comptant toutes les sinuosités, l'étendue des côtes orientales de l'Irlande, depuis le cap Mizen, le plus méridional, jusqu'au cap Malin, le plus septentrional de l'île.

» Mais les 300 mille pas, ou les 240 minutes qu'Agrippa attribuait à la largeur de l'Hibernie, excèdent d'environ moitié celle qu'on lui connaît. Il paraît que les mesures avaient été prises avec des modules différents : la première, le long des côtes, pouvait être l'ouvrage des Romains ; et la seconde, à travers les terres, ne devait pas leur appartenir, puisqu'à l'époque d'Agrippa, et plus d'un siècle après lui, ils n'étaient pas encore maîtres de cette île. La différence d'environ moitié que présente la mesure d'Agrippa, nous fait soupçonner qu'elle est la réduction, en milles romains, d'une mesure plus ancienne. Nous avons trouvé le périmètre de la Bretagne donné par Pythéas en stades de 1111 1/9 au degré ; (1) il est très-vraisemblable que le même stade avait aussi été employé dans l'Hibernie, et que des navigateurs romains, en s'informant de la largeur de cette île, dans laquelle il ne leur était pas encore permis de pénétrer, auront appris qu'elle était de 2,400 stades. Alors, divisant cette somme par huit, selon leur usage, pour en former des milles, ils en auront conclu les 300 milles pas précédents. Mais comme ces stades étaient de 1111 1/9 au degré, c'est-à-dire, beaucoup plus petits que le stade olympique avec lequel ils le confondaient, la mesure ne présentait réellement que 162 mille pas, ou la valeur de 129 36'' de degré, et c'est à très-peu près la largeur de l'Irlande prise à la hauteur de Dublin. »

(1) Pag. 169 et 170 disputationis, cuius hic partem tantum referimus. Ed. P.

EXCVRSVS X

Ad cap. 30, lib. IV

De insulis circa Britanniam et in Germanicum mare sparsis

P. F. J. Gosselin, *Recherches sur la géographie systématique et positive des Anciens, tom. IV, pag. 226 seqq.*

« Pline indique six îles, qu'il dit être situées entre l'Hibernie et la Bretagne : il nomme d'abord les deux plus grandes, *Mona*, aujourd'hui Mon ou Anglesey, et *Monapia*, la *Monaaeda* de Ptolémée, connue maintenant sous le nom de Man, puis les îles *Ricina*, *Vectis*, *Limnus* et *Andros*.

« *Ricina*, ou plutôt *Ricnea*, comme portent les manuscrits et les anciennes éditions, nous paraît, ainsi qu'à Camden, (1) répondre à l'île Rachlin, située près de l'extrémité septentrionale et orientale de l'Irlande. Mais nous ne pensons pas que cette île puisse être confondue avec la *Rhicina* de Ptolémée, placée parmi les *Ebudae*.

« Nous ne pensons pas non plus que la *Vectis*, indiquée positivement par Pline entre la Bretagne et l'Hibernie, puisse être rapportée à l'île de Wight située entre la Bretagne et la Gaule, quoique cette dernière ait aussi porté le nom de *Vectis*. Mais ce n'est pas une raison pour attribuer une erreur à Pline, d'autant plus que cet Ancien a connu l'île de Wigth sous le nom altéré de *Mictis*. (2) Il ne paraît pas douteux que cette île *Mictis*, ou plutôt *Victis* ou *Vectis*, placée par Timée *en deçà*, c'est-à-dire, *au midi* de la Bretagne, à six jours de navigation d'un port qu'il ne nomme point, et dans laquelle on trouvait du plomb blanc ou de l'étain, ne soit l'île *Ictis* de Diodore, qui servait d'entrepôt aux habitants du cap *Bolerium* pour l'étain qu'ils destinaient à être transporté sur le continent. (3) Il faut donc chercher ailleurs une île qui ait porte aussi un nom approchant de celui de *Vectis*; et il nous semble que la petite île située à l'entrée de la baie de Wigtown peut la représenter. La dernière dénomination, et même celle de Whitehorn ou de *corne blanche*, que portent maintenant cette île et une ville voisine, peuvent être des altérations successives de l'ancien nom *Vectis*.

« L'île *Limnus* de Pline, appelée *Limnu deserta* par Ptolémée, est rapportée par Camden (4) à l'île de Ramsey, près du cap Saint-David, parce

(1) Camden, Britannia, pag. 847.
(2) Loc. cit. pag. 358.
(3) Diodor. Sicul. Bibl. lib. V, § 22, pag. 347.
(4) Camden, Britannia, pag. 838.

qu'il a trouvé que Ramsey avait été nommée *Lemenia* dans les bas siècles; et il place *Andros*, ou l'*Edri deserta* de Ptolémée, à l'île Enhli ou Bardsey, voisine du cap Braich-y-Pwll, au midi de Mon ou Anglesey. Nous observerons que l'emplacement donné à ces îles par Ptolémée semble s'opposer à l'opinion de Camden. Le géographe grec, en plaçant *Edri* près de l'Hibernie, entre *Eblana* ou Dublin, et *Buuinda* ou la Boyne, parait indiquer *Edri* dans l'île de Lambay, et conséquemment celle de Limni, un peu plus méridionale, dans l'île Dalkey, à l'entrée sud de la baie de Dublin. (1)

« An nord de Hibernie et de la Bretagne on trouvait, selon Pline, (2) trois groupes d'îles: les *Orcades*, au nombre de quarante; les *Acmodae*, au nombre de sept, et les *Haebudes*, au nombre de trente.

« Méla (3) et Ptolémée (4) portent les *Orcades* à trente environ, et Solin (5) à trois seulement. Le premier de ces auteurs parle de sept îles appelées *Aemodae*, que Ptolémée ne connait point; et Méla, à son tour, ignore le nom des *Haebudes* ou *Ebudae*, que Ptolémée, Solin et Etienne de Byzance (6) réduisent à cinq, quoique Pline en ait compté trente.

« Ainsi, les Anciens diffèrent non seulement sur le nombre de ces îles, ce qui n'est pas bien important, mais encore sur le nombre des groupes qu'elle doivent former; et dès-lors la recherche en devient plus incertaine.

« Les *Orcades* se reconnaissent aisément dans les îles Orkney, situées vis-à-vis et près du cap Duncansby, que, pour cette raison, les Anciens nommaient *Orcas*. (7)

« Camden (8), Saumaise (9) et d'autres se sont aperçus que le nom d'*Acmodae* était corrompu dans Pline, et qu'il devait être le même que celui d'*Aemodae* ou d'*Æmodae* du texte de Méla. Mais les *Aemodae* et les *Ebudae* sont-elles les mêmes îles, comme Saumaise penche à le croire? ou faut-il en faire deux groupes différents, comme le veut Camden, qui transporte les *Aemodae* dans la mer Baltique?

« En observant que cette dernière opinion n'a d'autre base que la fausse ponctuation d'un passage de Méla pris dans nos anciennes éditions, et qui a trompé Camden, tout nous semble annoncer que les *Acmodae* et les *Ebudae* doivent se trouver à l'ouest de l'Ecosse, parmi les îles Westernes ou occi-

(1) Les tables latines de Ptolémée placeraient *Edri* sous la même latitude que le promontoire *Hieron* de l'Hibernie, et la feraient répondre au rocher de Tusker, près du cap Carnsore, l'ancien *Hieron*. Mais l'ordre dans lequel le texte de Ptolémée nomme ces îles nous semble s'opposer à ce qu'on fasse *Edri* plus méridional que *Limni*.

(2) Plin. loc. cit. pag. 356.

(3) Pompon. Mela lib. III, cap. 6, pag. 266, 267.

(4) Ptolem. Geogr. lib. II, cap. 3, pag. 38.

(5) Solin. Polyhist. cap. 22. pag. 34.

(6) Steph. Byzant. verbo Αἰβοῦδαι.

(7) Diodor Sicul. Biblioth. tom. I, lib. V, § 21, pag. 346; Ptolem. Geogr. lib. II, cap. 3, pag. 35.

(8) Camden, Britannia, pag. 851.

(9) Salmas. Exercitt. Plinian. pag. 176.

dentales, nommées aussi Hébrides, au lieu d'*Hacbudes*, d'après une faute introduite dans le texte de Solin depuis environ trois siècles (1).

« Les Iles Westernes, en effet, se divisent naturellement en deux groupes, séparés par une espèce de détroit appelé le petit Minsh, d'environ cinq lieues de large dans l'endroit le plus resserré, vers la hauteur du cap occidental de l'Ile de Skye. Vis-à-vis ce cap, la plus voisine des Westernes est Uist-nord, où les navigateurs qui arrivent de Skye trouvent un vaste golfe rempli d'îles, avec un bon ancrage. Ce golfe est appelé Namaddy ou Maddy; et peut-être ce nom a-t-il produit chez les Romains celui d'*Acmodae*, par lequel ils auront distingué quelquefois le groupe le plus occidental des Westernes de celui qui avoisinait davantage les rivages de la Calédonie, et qui, dans cette hypothèse, représenterait les *Ebudae* proprement dites .....

.....

« En terminant la nomenclature des Iles qui se trouvaient dans les environs de la Bretagne, Pline ajoute (2): « Il y a des auteurs qui nomment encore d'autres Iles, telle que *Scandia*, *Dumna*, *Bergos* et *Nerigon*, la plus grande de toutes, d'où l'on part pour se rendre à *Thule*. »

« Le nom de *Scandia*, inséré parmi ces Iles, a fait croire à tous les géographes modernes qu'il était ici question de la Scandinavie et des terres environnantes: en conséquence, ils ont fait de *Scandia* la Suède, de *Nerigon* la Norwège, et de *Bergos* la ville de Berghen, située sur la côte occidentale de cette dernière contrée.

« Pinkerton (3) est le seul que nous sachions qui ait entrevu l'impossibilité d'admettre, du moins en partie, ces étranges opinions: car il ne paraît pas distinguer de cette *Scandia* celle de Ptolémée, qu'il rapporte à la Suède, et il donne les autres Iles tantôt aux *Orcades*, tantôt aux Iles situées sur la côte occidentale du Danemark, sans autre explication: de sorte qu'il laisse subsister la plus grande partie des difficultés qu'offre le passage de Pline, et des invraisemblances qu'il reproche aux auteurs modernes.

« Si la *Scandia* dont il est question pouvait être ou la Scanie ou l'Ile de Funen, il nous paraîtrait plus simple de rapporter *Bergos* à l'Ile de Rugen, dont la capitale conserve le nom de Berghen; l'Ile de *Dumna* à celle d'Usédom, à l'embouchure de l'Oder; et *Nerigon* à l'Ile de Nérung, à l'embouchure de la Vistule. Mais comme cette dernière Ile est moins grande que les autres, qu'elle est d'ailleurs fort éloignée de la route qui conduisait à *Thule*, cette combinaison ne nous paraît pas non plus pouvoir être admise.

(1) Pinkerton, Géogr. moderne, tom. II, pag. 338 de la traduction française; Recherches sur l'origine et les divers établissements des Scythes ou Goths, pag. 357. Cet auteur cite l'édition de Solin faite à Venise en 1494, comme la première où l'on ait mis le mot *Ebrides* au lieu de celui d'*Ebudes*. Je n'ai point vu cette édition. Dans celle de Paris, 1503, on trouve le mot *Ebrides* dans le texte et à la marge: cependant on y lit aussi: *sed Orcades ab Ebudibus* .... L'édition sans date, celle de 1471, de 1473 et de 1474 portent *Ebudes*.

(2) Plin. loc. cit. pag. 358.

(3) Pinkerton, Recherches sur l'origine et les divers établissements des Scythes ou Goths, pag. 265, 281, 282, 339.

« Il est donc assez difficile de dire quelles sont les îles que Pline a voulu désigner; cependant, puisqu'il les nomme à la suite des autres îles qui avoisinent la Bretagne, et que parmi les premières on distingue celle de *Dumna* que Ptolémée nous a aidé à reconnaître dans Stroma, il paraît que les trois autres doivent être cherchées au nord ou à l'occident de l'Ecosse.

« Parmi les Orkney, ou les *Oreades*, il existe une île appelée *Sanda*, à laquelle on peut rapporter la *Scandia* de Pline. La différence des noms est peut-être une légère altération introduite dans le texte de cet Ancien, où des copistes trouvant le nom de *Sanda* qu'ils ne rencontraient pas ailleurs, auront cru devoir y substituer le nom plus connu de *Scandia* que leur offrait Ptolémée, sans faire attention que la *Scandia* de ce géographe était toujours appelée *Scandinavia* par Pline (1), et qu'elle était placée dans le *sinus Codanus*.

« On trouve dans l'histoire des *Oreades* (2) que l'île Barra d'aujourd'hui avait changé de nom depuis environ deux siècles, et qu'elle s'appelait auparavant Borgar. Cette dernière dénomination paraît rappeler celle de *Bergos* employée par le naturaliste romain.

« En reconnaissant deux des îles de cet Ancien parmi les *Oreades*, et *Damna* très-près de ce groupe, il semblerait que la quatrième, ou *Nerigon*, devrait être *Pomona*, la principale des Orkney; mais rien n'autorise à le croire, et le nom de *Nerigon* paraît avoir appartenu à l'île Lewis, dont le cap septentrional, appelé maintenant pointe d'Oréby, porte, dans nos anciennes cartes publiées par les Sansons, par les Blaen, et particulièrement dans celles des premières éditions de Camden, dans l'atlas de Speed, etc. le nom de Nary ou Néry. Lewis est d'ailleurs la plus grande des îles qui avoisinent l'Angleterre et l'Irlande; et nous allons voir (3), en combinant un passage de Solin (4), qu'après avoir longé toutes les *Hæbudes*, les navigateurs partaient de l'un des ports septentrionaux de Lewis pour continuer, à travers l'Océan, leur route vers *Thule*. Ainsi, ces différentes circonstances, conformes aux renseignements donnés par Pline, présentent, pour assurer l'identité de *Nerigon* et de Lewis, toutes les probabilités qu'on peut désirer dans ces sortes de recherches. »

(1) Plin. lib. IV, cap. 27, p. 348; lib. VIII, cap. 16, tom. III, p. 366.
(2) *Barry's History of the Orkney island*, chap. 2, pag. 19.
(3) Reliquam vide huius disputationis partem, oper. cit. pag. 236 seqq.
(4) Solin. Polyhistor. cap. 22, pag. 31.

EXCVRSVS XI

Ad initium cap. 35, lib. IV :

A Durio Lusitania incipit, etc.

P. F. J. Gosselin, *Recherches sur la géographie systématique et positive des Anciens*, *tom. IV*, *pag.* 40 *seqq.*

« Pline, cherchant à décrire les côtes de la Lusitanie, commence sa description au fleuve Durius; il nomme les anciens *Turduli*, les *Paesuri*, le fleuve *Vacca*, aujourd'hui Vouga, la ville de *Talabrica*, la ville d'*Aeminium* et le fleuve *Aeminius*, les villes de *Conimbrica*, de *Collipo*, d'*Eburobritium*, maintenant Evora, et il ajoute :

« Ensuite s'avance dans la haute mer un vaste promontoire que les uns appellent *Artabrum*, les autres *Magnum*, et la plupart *Olisiponense*, parce qu'il est voisin de la ville d'*Olisipo*.

« A ce promontoire, la direction des côtes, le nom des mers et l'aspect du ciel changent. C'est le point où finit l'un des côtés de l'Espagne, et où commence celui que l'on doit suivre pour en achever le tour.

« Ce dernier côté est opposé au septentrion et à l'Océan Gallique : l'autre est opposé aut couchant et à l'Océan Atlantique.

« La saillie de ce promontoire est de 60 mille pas selon les uns, et de 90 mille pas selon d'autres.

« Plusieurs écrivains comptent, depuis ce promontoire jusqu'au promontoire *Pyrenaeum*, 1250 mille pas, et ils y placent la nation des *Artabri*, qui n'a jamais habité ce canton : car c'est par une erreur évidente, et en changeant quelques lettres dans les

noms, qu'ils transportent ici les *Arrotrebae*, qui occupent, comme nous l'avons dit, les environs du promontoire Celtique.

« Dans ce passage qui offre plusieurs difficultés, Pline suit les rivages de la Lusitanie du nord au sud, depuis le Douro jusqu'aux caps voisins de l'embouchure du Tage, vers la hauteur de Lisbonne et d'Evora. Mais il est visible qu'il se trompe, quand il ajoute que les noms d'*Artabrum*, de *Magnum* ou d'*Osiliponense* étaient appliqués indifféremment à l'un de ces caps, et quand il trace la direction des côtes qui les environnent. Les commentateurs de Pline ont aperçu sa méprise: les uns (1) ont cherché à l'excuser, en proposant dans son texte des interversions beaucoup trop considérables pour qu'on puisse se les permettre; les autres (2) ont employé des raisonnements trop faibles et trop incomplets pour justifier cet auteur. Il est plus simple de reconnaître que Pline, en parlant d'une côte dont il n'avait que des idées incertaines, a confondu en un seul promontoire trois caps très-distincts, que les itinéraires indiquaient au nord du promontoire *Sacré*.

« Cherchons d'abord où conduiraient les 1250 mille pas, ou les 1000 minutes de degré, qu'il donne, pour la distance du promontoire dont il parle, au cap septentrional des Pyrénées.

« Ce dernier cap doit être le promontoire *Oeaso* de la carte de Ptolémée, ou le Machichaco d'aujourd'hui; et, de ce point jusqu'au cap Finisterre, il y a . . . . . 527 minutes.

« Du Finisterre au cap Silleiro, en suivant les nombreuses sinuosités de la côte 476

« Du Silleiro au cap Rocca de Sintra 218

« Du cap de Sintra au cap Spichel, en touchant à Lisbonne, et en faisant le tour de la baie jusqu'aux bancs de sable qui en occupent à peu près la moitié 80

1001 minutes.

« L'exactitude de cette mesure, comparée à la mesure ancienne, fait voir que le cap Spichel est le promontoire indiqué par Pline à 1250 mille pas de l'extrémité nord des Pyrénées. Ce cap qui précède l'embouchure du Tage, quand on vient de la Méditerranée, a d'abord été nommé *Barbarium*, et ensuite *Olisiponense*, à cause de sa proximité d'*Olisipo* ou Lisbonne. Strabon (3) le place à 200 stades du Tage; et cette distance est juste en stades de 833 1/3 pareils à ceux qu'il avait employés précédemment.

« A une distance un peu moins grande, et au-delà de ce fleuve, est le cap Rocca de Sintra, qui représente le promontoire *Magnum* dont Pline a

(1) Dalecamp. in Plin. cum notis variorum, tom. I, pag. 239, 240.

(2) Harduin. in Plin. tom. I, pag. 238, 239, n.° CXX. Edit. nostrae pag 383, 384. Ed. P.

(3) Strab. lib. III, pag. 151.

vouln parler, et que Méla a connu dans ces cantons (1). Ce cap se prolonge d'environ 56 mille pas depuis la pointe de Carboeiro, et cette saillie paraît être celle que Pline attribue au promontoire *Olisiponense*.

« Mais quand il ajoute que ce promontoire divise deux côtés de l'Espagne, que l'un de ces côtés regarde le nord et l'Océan Gallique, tandis que l'autre regarde le couchant et l'Océan Atlantique, Plinc se trompe encore plus; et il cesse entièrement de décrire les deux caps dont nous venons de parler, puisque les côtes qui les avoisinent sont constamment tournées à l'ouest, sauf dans un espace de dix lieues, mais jamais au nord, et que d'ailleurs elles sont baignées par le seul Océan Atlantique.

« C'est au cap Finisterre qu'il faut se transporter pour reconnaître les circonstances indiquées par Pline. Ce promontoire divise, comme il le dit, deux côtés de l'Espagne: celui qui le précède est tourné vers l'ouest et l'Océan Atlantique; celui qui le suit est tourné vers le nord et l'Océan Gallique ou Celtique. Ainsi, l'on ne peut élever de doute sur la méprise du naturaliste romain: la mesure qu'il emploie est bien la distance de l'extrémité nord des Pyrénées au cap Spichel; mais, en donnant à ce cap la saillie de celui de Siotra, et en confondant ensuite ces deux caps avec le Finisterre, il se perd tellement dans sa description, qu'il paraît croire le promontoire *Artabrum* fort éloigné du promontoire Celtique et du pays des Artabres.

« Peut-être l'erreur de Pline tenait-elle à la fausse évaluation d'un itinéraire dans lequel il aura cru voir, pour la distance des Pyrénées au cap et au pays des Artabres, un nombre de stades à peu près égal aux 10,000 stad. ou aux 1250 mille pas qu'il trouvait depuis les Pyrénées jusqu'au promontoire *Olisiponense*. La distance du Machichaco au Finisterre est, sur nos cartes, de 527 minutes de degré, qui valent 9,759 stades de 1111 1/9; et, comme Pline ne distinguait jamais la valeur des divers stades, il aura pris ceux-ci pour de stades olympiques, et il en aura conclu 1220 mille pas. Alors, la petite différence qu'il apercevait entre ce nombre et les 1250 mille pas précédents, peut lui avoir fait soupçonner que cet itinéraire transportait la contrée des Artabres dans les environs du Tage et d'*Olisipo*. »

(1) Pompon. Mela, lib. III, cap. 1 pag. 234.

EXCVRSVS XII

Ad ea Plinii verba, lib. IV, cap. 35:

XIV M. pass. inde ad Pyrenaeum medium colligi Varro tradit.

P. F. J. Gosselin, *Recherches sur la géographie systématique et positive des Anciens, tom. IV, pag.* 31.

« Du promontoire *Sacré* aux Pyrénées, Strabon, (1) d'après les auteurs qu'il consultait, comptait en ligne droite 6,000 stades, lesquels, à 700 par degré, font 8° 34' 17" de l'échelle des latitudes : c'est précisément la distance que donnent les cartes de d'Anville, entre le cap Saint-Vincent et le sommet le plus élevé des Pyrénées, pris au-dessus de Barége, vers les sources du Gave.

« Varron (2) avait donné pour la même distance 1400 mille pas romains ou 18° 40'. Un excès si considérable, en surpassant la disproportion des différents stades, devait provenir d'une double méprise dans l'évaluation de la mesure primitive. En effet, les 6,000 stades que les géographes antérieurs à Strabon donnaient pour la longueur de l'Espagne étant pris pour des stades olympiques, représentaient 11,111 stades de 1111 1/9 au degré, ou 11,200 stades en nombre rond; et il paraît que Varron, trouvant la mesure dont il est question exprimée dans ce dernier module, a divisé ces 11,200 stades par huit, pour les réduire en milles romains, et en a conclu 1400 mille pas, c'est-à-dire, 373 lieues; tandis qu'il n'aurait dû trouver que 643 mille pas, ou 171 lieues, s'il eût connu la valeur du stade employé dans cette mesure. »

(1) Strab. lib. III, pag. 137.
(2) Varro apud Plinium eo de quo hic agitur loco.

EXCVRSVS XIII

Ad ea Plinii verba lib. IV, cap. 35:

Oppida: Ossonoba, Balsa.

P. F. J. Gossellin, *Recherches sur la géographie systématique et positive des Anciens, tom. IV, pag.* 50.

« Après l'*Anas* on trouvait *Balsa*, qui paraît avoir existé vers San-Lourenço, à peu de distance du cap de Sainte-Marie; puis *Ossonaba* (1) ou *Ossonoba*, portée par les mesures à l'entrée de la rivière de Silvès, vers Villa nova de Portimaon, dont le port est abrité. *Ossonoba* a subsisté jusque dans les bas siècles de l'empire; elle avait un évêché qui fut transporté à Silvès et ensuite à Faro. Des ruines trouvées dans le village d'Estoi, près de cette dernière ville, ont fait croire qu'elles étaient celles d'*Ossonoba*, (2) mais les distances et la première translation de son évêché à Silvès semblent rappeler cette ancienne ville vers les lieux que nous indiquons. »

(1) Mela lib. III, cap. 1, pag. 224.
(2) Colménar, Délices de l'Espagne et du Portugal pag. 810.

EXCVRSVS XIV

Ad ea Pliuii verba, lib. IV, cap. 35:

Lusitaniam cum Asturia et Gallaecia patere longitudine DXL. M. passuum.... Agrippa prodidit.

P. F. J. Gosselin, *Recherches sur la géographie systématique et positive des Anciens, tom. IV, pag.* 35 *seqq*,

« Pline (1) fait commencer la Lusitanie au fleuve *Anas*; et nous voyons ici que, selon lui, Agrippa donnait aux côtes de cette contrée, y compris celles de l'Asturie et de la Gallaecie, 540 mille pas de longueur, c'est-à-dire, 432 minutes d'un grand cercle de la terre.

« La carte moderne donne depuis l'*Anas* jusqu'au Mignn, l'ancien *Minius*, 435 minutes.

« Cette mesure, qui égale déjà celle d'Agrippa, n'atteindrait qu'à la partie méridionale de la côte occupée autrefois par les *Gallaeci* ou *Gallaici*; de sorte que cet ancien s'est trompé, s'il a cru, comme le dit Pline, que toute la Gallaecie et même l'Asturie étaient comprises dans les 540 mille pas précédents. L'erreur que présente ce passage est d'autant plus évidente, que l'Asturie ne s'étendait pas jusqu'aux côtes occidentales de l'Espagne.... (2)

« La cause qui a fait croire à Agrippa et à Strabon que la côte occidentale de l'Espagne se terminait vers la hauteur du fleuve *Minius*, ou du cap Sillerin, qui en est voisin, quoiqu'elle s'étende jusqu'au cap Finisterre, c'est que peu près le *Minius*, la côte devient très-sinueuse, et qu'elle forme cinq golfes successifs, séparés par six caps, difficiles à distinguer les uns des autres, quand on n'avait encore que des notions incertaines sur leurs formes et sur leurs positions. Aussi les Anciens confondaient ces différents caps en un seul, et nous verrons Ptolémée, commettant la même erreur qu'Agrippa et Strabon, réunir le cap Silleiro au cap Finisterre, et supprimer de ses cartes les 59 lieues de côtes qui séparent ces promontoires. »

(1) Plin. lib. III, cap. 2, pag. 6, et lib. IV, cap. 35, pag. 385. Ed. P.

(2) Eumdem errorem illum a Strabone lib. III, pag. 152 et 153, admitti probat. Ed. P.

EXCVRSVS XV

Ad ea Plinii verba, lib. IV, cap. 35:

Omnes autem Hispaniae, a duobus Pyrenaei promontoriis per maria, totius orae circuitu passuum $\overline{XXIX}$ *XXII M. colligere existimantur, ab aliis* $\overline{XXVI}$ *mill.* (1)

P. F. J. Gosselin, *Recherches sur la géographie systématique et positive des Anciens, tom. IV, pag.* 44.

« Pline dit que le tour entier des côtes de l'Espagne comprises entre les deux promontoires des Pyrénées est, par mer, de 2922 mille pas selon les uns, ou de 2600 mille pas selon d'autres.

« En réunissant les mesures données par les Anciens, on trouve qu'ils comptaient:

« Du prom. septentr. des Pyrénées au promont. *Olisiponense*	1250 M. P.	— 1000' 0"
« Du Tage à Calpe	483	— 386 24
	1733	— 1386' 24"
« A déduire, pour la distance du Tage au promontoire *Olisiponense* ou *Barbarium*, déjà comprise dans la première mesure, 200 stades de 833 $\frac{1}{3}$ suivant Strabon	18	— 14 24
Reste . . . . . :	1715	— 1372
« De *Calpe* aux Pyrénées, selon Polybe et Strabon, 7600 stad. olympiques	950	— 760 0
Total	2665	M. P. — 2132' 0"

(1) Vide notas nostras ad h. l. de numerorum variationibus. Ed. P.

Carte moderne.

« Du cap Machichaco au cap Spichel	1001'
« Du Tage à Gibraltar	378
	1379'
« A déduire, pour la distance du cap Spichel au Tage, déjà comprise dans la première mesure	14
	1365'
« De Gibraltar au cap de Creus	767
	2132'

« Les 2665 mille pas, formés par la réunion des mesures anciennes, représentent, sans difficulté, les 2600 ou les 2700 mille pas de la seconde mesure générale de Pline, qui offre le résultat de plusieurs itinéraires très-exacts, puisque, dans leur ensemble, et sur 711 lieues d'une route souvent fort sinueuse, ils ne diffèrent point des mesures de la carte moderne. »

EXCVRSVS XVI

Ad ea Plinii verba, lib. IV, cap. 36:

Ab ostio freti passuum XXV mill. Gadis.

P. F. J. Gosselin, *Recherches sur la géographie systématique et positive des Anciens, tom. IV, pag.* 30 *et* 31.

« Nous croyons pouvoir attribuer à Polybe l'une des deux mesures de 750 ou 800 stades rapportés par Strabon, (1) pour la distance de *Calpe* à *Gades*. Ces mesures ne diffèrent que d'une lieue et deux tiers. De la montagne de Gibraltar à la porte de terre de Cadiz, où se terminait l'ancienne *Gades*, la distance, prise le long des côtes, est égale à 84 minutes de l'échelle des latitudes, lesquelles valent 810 stades olympiques.

« Les chiffres qui désignent cette mesure, dans le texte actuel de Pline, nous paraissent altérés. Les manuscrits et nos éditions varient sur ce nombre: les uns portent LXXV mille pas, (2) c'est-à-dire, 600 stades; les autres XXV mille pas, ou 200 stades seulement, et ces mesures seraient trop courtes. Pour accorder Pline et Strabon, qui ont visiblement extrait ces distances de la même source, nous pensons qu'il faut lire, dans le naturaliste romain, XCV mille; et ces 95 mille pas représenteront 760 stades. (3)

(1) Strab. lib. III, pag. 140, 168.

(2) Dalecamp. ad h. l.

(3) Des copistes ont pu se tromper, en écrivant XXV au lieu de XCV, ou LXXV au lieu de LXXXXV.

EXCVRSVS XVII

DE INSVLA GADI, QVAE ET COTINVSSA, DE INSVLA ERYTHIA, QVAE ET APHRODISIAS, ET IVNONIA, ET DE EARVM MENSVRIS.

Ad Plinii cap. 36, lib. IV.

P. F. J. Gosselin, *Recherches sur la géographie systématique et positive des Anciens, tom. IV, pag.* 6-11, *et* 22-24.

« . . . . . Dans la troisième expédition, (1) les Tyriens dépassèrent le cap de Trafalgar, et, longeant toujours la côte, ils abordèrent dans une île, où ils élevèrent un temple à Hercule phénicien, leur divinité tutélaire. Cette île, selon Philostrate, (2) était fort petite, et le temple en occupait toute la surface.

« La première île que l'on découvre, en suivant la côte après le Trafalgar, est l'île de Saint-Pierre (Sancti Petri); elle est à peu près ronde, et d'environ 400 pas de circonférence. Ce n'est qu'un rocher situé à 700 toises environ du continent, et à pareille distance au sud de la pointe méridionale de l'île de Léon, à laquelle il communique par un banc de rocher que la mer découvre quelquefois; et c'est sur ce rocher, comme l'a très-bien observé Suarez, (3) que les Tyriens fondèrent le temple d'Hercule.

« Le peu d'étendue de ce local les engagea bientôt à chercher un autre emplacement pour y établir leur colonie : ils s'avancèrent plus loin, vers une petite île voisine de la pointe occidentale et septentrionale de l'île *Cotinussa*, et ils y bâtirent une ville qui prit le nom de *Gadir*, du mot qui, dans leur langue, signifiait une haie (4), ou un lieu entouré d'une espèce de palissade.

« Cette dernière course, qui paraît si facile à décrire, offre néanmoins des difficultés qui n'ont pas encore été résolues. Pour les éclaircir, nous em-

(1) Memorat Strabo, lib. III, pag. 169, oraculum Tyriis datum, quod eos iuberet ad columnas Herculis coloniam deducere; eos autem, qui missi fuerunt, bis, re infecta, domum rediisse; sed tandem illos qui tertio navigarunt, oraculum implevisse. Ed. P.

(2) Philostr. de vita Apollonii Tyanensis, lib. V, cap. 5, pag. 190.

(3) Suarez, *Grandezas y antiguedades de la isla y ciudad de Cadiz*, pag. 178.

(4) Plin. loco citato pag. 392 et 393; Solin. Polyhist. cap. 23; Ruf. Festus Avienus, Ora marit. ver. 267, 269; Isidor. Hispal. Origin. lib. XIV, cap. 6, pag. 1174.

prunterons de Polybe des renseignements qu'il avait recueillis à Gadès sur la topographie des environs de cette ville : ils feront voir que l'extrémité nord de l'île de Léon, l'ancienne *Cotinussa*, ne présente plus la forme qu'elle avait autrefois ; que les changements qu'elle a éprouvés ont fait confondre jusqu'à présent la *Gadir* des Tyriens avec la *Gades* des Grecs, et ont empêché de reconnaître une petite île fort célèbre qui était à très-peu de distance de cette dernière ville.

« Selon Polybe, (2) l'île de Gadès avait douze mille pas romains de longueur, ou même cent stades olympiques, qui valent douze milles et demi, depuis son extrémité méridionale, où était le temple d'Hercule jusqu'au temple de Saturne, bâti dans la partie occidentale de la ville de Gadès.

« Vis-à-vis et à l'ouest de ce dernier temple, il y avait une autre île, longue de 3,000 pas seulement, et qui n'était séparée de la grande que par un détroit d'environ cent pas de large. Elle était connue sous les noms d'*Erythia*, d'*Aphrodisias*, de *Junonia* ; et c'est dans cette petite île, ajoute Pline, que la ville des Gaditains avait d'abord été fondée.

« Aujourd'hui on ne connaît pas d'île près de la partie occidentale de Cadiz ; mais, si l'on mesure sur nos cartes à grands points la côte extérieure de l'île de Léon, depuis l'île de Saint-Pierre, qui en est une dépendance, jusqu'à la pointe de Saint-Sébastien, où se termine à l'ouest le territoire actuel de Cadiz, on trouvera 11,600 toises, ou 15 mille 300 pas romains : ils représentent, à 200 pas près, la longueur donnée par Polybe à l'île de *Gades*, à celle d'*Erythia*, et au canal qui les séparait. D'où il faut conclure que cette dernière île, qu'on cherchait vainement, et qu'on croyait détruite depuis long-temps, se trouve réunie à la première par des atterissements postérieurs aux siècles dont nous nous occupons.

« Si l'on divise cette mesure géométrale, et si l'on compte 9,500 toises ou douze milles romains et demi, en partant de l'île de Saint-Pierre, on sera conduit près des fortifications et du fossé qui défendent la porte de terre ou l'entrée orientale de Cadiz, et l'on reconnaîtra :

« 1° Que ce fossé, en traversant la largeur de l'isthme qui joint maintenant Cadiz à l'île de Léon, occupe à peu près la place du petit bras de mer qui séparait autrefois cette île de celle d'Erythie ;

« 2° Qu'à l'époque de Polybe, le temple de Saturne et la ville entière de *Gades* étaient en-deçà, c'est-à-dire, au sud-est de ce fossé, et par conséquent dans la partie la plus occidentale et la plus septentrionale de l'île de Léon, qui en prenait alors le nom d'île de *Gades* ;

« 3° Que l'île d'Erythie s'étendait depuis le bord septentrional du fossé

(2) Polyb. apud Strab. lib. III, pag. 169, et apud Plin. lib. II, cap. 112 tom. I, pag. 462, et loc. cit. tom. II, pag. 391. Strabon fait entendre que l'on comptait, pour la longueur de l'île de *Gades*, 12 mille pas en nombre rond, pour trouver dans cette mesure quelque analogie avec les douze travaux d'Hercule : ainsi la mesure de douze mille et demi est préférable. La côte occidentale de l'île de *Gades*, ou de Léon, court du sud-sud-est au nord-nord-ouest. Les Anciens paraissent avoir cru qu'elle se dirigeait plus directement de l'ouest à l'est.

dont nous parlons, jusqu'à la pointe de Saint-Sébastien, et vraisemblablement jusqu'au banc nommé *la Olla*, qui en est voisin : cette longueur est de 2,100 toises, qui font à très-peu près les 3,000 pas romains que Polybe donnait à l'île d'Erythie. (1)

» Ce banc de *la Olla*, c'est-à-dire de la Marmite, est ainsi appelé, parce qu'il présente un amas confus de débris qui se prolongent au couchant de Cadiz, et parmi lesquels on croit apercevoir encore, dans les temps calmes et quand la mer est basse, de nombreux vestiges de constructions. Une tradition constante (2), parmi les habitants du pays, veut que ces ruines soient celles de l'ancienne *Gadir* des Tyriens, détruite, plusieurs siècles avant l'ère chrétienne, ou par les mouvements violents de la mer, ou par quelque tremblement de terre. On m'a fait remarquer ces débris pendant mon séjour à Cadiz, en 1773 ; ils confirment, ainsi que les mesures précédentes, ce que dit Pline de la première fondation de *Gadir* dans l'île d'Erythie, et sa position explique le nom d'*Erythia*, que cette ville a quelquefois porté (3).

» Il est vraisemblable que les Tyriens se fixèrent dans cette petite île, parce que les habitants de ces contrées ne leur permirent pas de s'établir ailleurs : mais, après la destruction de *Gadir*, ils parvinrent de gré ou de force à se réunir à la pointe septentrionale de l'île *Cotinussa*, dans un lieu déja occupé, comme on le verra bientôt (4) ; et ce lieu, auquel ils communiquèrent le nom de *Gadir*, pour perpétuer le souvenir de leur premier établissement, est la *Gades* connue des Grecs, et visitée par Polybe 146 ans avant l'ère chrétienne.

» A l'époque de cet historien *Gades* avait peu d'étendue ; mais cent ans après, Lucius Cornélius Balbus, l'un de ses citoyens, et le premier étranger que les Romains élevèrent au consulat (5), y fit ajouter un nouveau quartier, qu'on appela la *Ville neuve* (6), et ces villes réunies prirent le nom de *Didyme* ou de *jumelles*. Leur circonférence était de vingt stades ou 1,900 toises. Cet espace fut bientôt insuffisant pour contenir la population nombreuse que le commerce et la munificence de Balbus y appelaient : les gens riches avaient des maisons de plaisance dans l'île d'Erythie, alors couverte de verdure et de pâturages ; et ces maisons, en se multipliant, firent insensiblement abandonner *Didyme*, et donnèrent naissance à la ville actuelle de Cadiz. C'est vraisemblablement peu après Balbus, que le canal, qui séparait les deux îles, fut comblé, et que leur réunion donna à l'île de *Gades*, ou de *Léon*, les quinze mille pas de longueur qu'elle avait au temps de Pline, et qu'elle conserve encore.

(1) Scymnus de Chios dit aussi que l'île d'Erythie était fort petite. Inter Geogr. minor. graecos, tom. II, pag. 9, vers. 152.

(2) Ortelius, Theatrum orbis terrarum ; Suarez, *Antiguedades Gaditanas*, lib. I, cap. 2, pag. 12.

(3) Pherecyd. apud Strab. lib. III, pag. 169.

(4) Vide supra Excurs. V.

(5) Plin. lib. V, cap. 5.

(6) Strab. lib. II, pag. 169.

« De ces rapprochements il résulte que les villes de *Gadir*, de *Gades* et de Cadiz, qu'on est dans l'usage de confondre en une seule, n'ont pas été construites précisément sur le même sol; que la première était située dans la partie occidentale de l'Ile d'Erythie, la seconde à la pointe septentrionale de l'Ile *Cotinussa*, et que la troisième se trouve replacée dans l'Ile d'Erythie, dont elle occupe actuellement plus de la moitié de sa partie orientale. C'est en ne distinguant pas ces divers emplacements et la reunion postérieure des deux Iles, que les descriptions des Anciens ont paru inintelligibles: aussi avait-on fini par croire que l'Ile d'Erythie n'existait plus, ou même qu'elle n'avait jamais existé . . . . . .

« Pour terminer ce qui peut avoir rapport à l'île de *Gades*, nous devons dire que, suivant Strabon et Pline (1), Polybe donnait à cette Ile 3,000 pas romains de largeur, et un stade dans l'endroit où elle était le plus étroite; qu'il fixait sa plus petite distance du continent à moins de 700 pieds, ou environ un stade, et son plus grand éloignement de la terre ferme à 7,500 pas.

« L'Ile de Léon, d'une forme très-irrégulière, a, dans certains endroits, 4,600 toises ou six milles romains de large; et, si les 3 mille pas du texte actuel de Pline ne sont pas une erreur (2), il faut supposer avec Suarez (3) que cette Ile autrefois se trouvait divisée en deux par la rivière de Darillo, qui a son embouchure au fond de la rade de Puntalès, et qui n'a plus maintenant qu'environ mille toises de cours.

« Mais il ne faut pas croire, comme le fait cet auteur (4), en s'attachant trop littéralement aux texte de Pline, qui décrivait ce pays sans l'avoir vu, que l'autre moitié de l'Ile de Léon, c'est-à-dire sa partie orientale, fût l'Erythie des Anciens; car la petite Ile que Pline (5), quelques lignes plus bas, dit être en face de l'Espagne, à environ cent pas de celle de *Gades*, et à laquelle il donne 3,000 pas de longueur sur 1,000 pas de large, en ajoutant qu'elle est appelée Erythie et que *Gadir* y avait d'abord été fondée, est visiblement cette Ile d'Erythie que Polybe (6), témoin oculaire, dit être

(1) Polyb. apud Strab. lib. III, pag. 169, et apud Plin. lib. II, cap. 112, tom. I, pag. 465, et loc. cit. pag. 391 et 392.

(2) Il nous paraît assez probable que Pline avait écrit VI mille pas, et que des copistes, en ne joignant pas exactement par le bas les deux traits de la première lettre numérale, auront fait croire qu'ils représentaient deux unités, et qu'au lieu de VI il fallait lire III.

(3) Suares, *Antiguedades Gaditanas*, pag. 11.

(4) *Idem*, loc. cit. pag. 43.

(5) « Ab eo latere quo Hispaniam spectat, passibus fere centum, altera insula est longa III M. pass. lata, in qua prius oppidum Gadium fuit. Vocatur ab Ephoro et Philistide Erythia, etc. » loc. cit. pag 392. Il y a certainement une lacune dans nos éditions entre ces mots: *longa III M. pass.... lata*..... Quelques manuscrits portent *longa III M. pass. mille lata*. Cette dernière mesuce est exactement la largeur de l'île d'Erythie, sur laquelle Cadiz est maintenant bâtie.

(6) Polyb. apud Strab. lib. III, pag. 169.

vis-à-vis *Gades*, à l'ouest de cette ville, et à un stade ou 125 pas de distance.

a Ainsi, quoique Pline ait pu dire qu'Erythie était en face de l'Espagne, puisqu'elle n'en était pas à une lieue, cette île se trouvait néanmoins plus à l'occident que toute l'île de Léon, nommée d'abord *Cotinussa*, et, à l'époque dont nous parlons, île de *Gades*. Ce fait est diamétralement opposé à l'opinion de Suarez et à celle de M. de la Nauze (1), qui paraît croire aussi que l'île d'Erythie était plus orientale que *Gades*.

a L'endroit que Polybe indiquait pour être le plus étroit de l'île de *Gades*, ou de Léon, doit se prendre à l'isthme qui sépare la rade de Puntalès de l'Océan, et vers la *Guérite des deux mers*, où cette langue de terre n'a pas cent toises de largeur.

a La plus petite distance de l'île au continent est la largeur du détroit appelé rivière de Saint-Pierre, qui la sépare de la terre ferme. Ce détroit tortueux, que Méla compare à un fleuve (2), a aussi environ cent toises de large près du point où il est traversé par le pont de Souazo.

a Et les 7,500 pas donnés pour le plus grand éloignement de l'île au continent sont pris de l'emplacement de *Gades* à la pointe de Rota. Cette distance représente 5,700 toises; c'est l'entrée de la baie de Cadiz, et la mesure ancienne est exacte. a

(1) De la Nauze, Justification de Pline sur l'étymologie de l'île d'Erythia; Mémoires de l'Académie des Inscriptions et Belles-Lettres, tom. XXXIV, pag. 175.

(2) Pompon. Mela, lib. III, cap. 6, pag. 261.

EXCVRSVS XVIII

Ad ea Plinii verba, lib. V, cap. 1:

Scipione Aemiliano res in Africa gerente, Polybius Annalium conditor, ab eo accepta classe, scrutandi illius orbis gratia circumvectus, prodidit, etc.

P. F. J. Gosselin, *Recherches sur la géographie systématique et positive des Anciens, tom. I, pag.* 106 *seqq.*

« La prise de Carthage parut insuffisante aux Romains pour renverser la puissance d'un peuple dont ils étaient jaloux. Ils craignirent que les Carthaginois, maîtres d'un commerce étendu, ne devinssent encore redoutables après l'anéantissement de leur ville, si on leur laissait les nombreux établissements qu'ils avaient sur les côtes de la Méditerranée, et ceux qu'on leur supposait sur les côtes de l'Océan. Les derniers surtout passaient pour être les plus riches, et l'on avait répandu que la ville de *Lixa* était plus grande et plus formidable que Carthage même (1). Il fallait donc, d'après les principes de la politique romaine, détruire aussi *Lixa*, et visiter le reste de la côte pour s'assurer qu'il n'y existait plus rien qui pût troubler la sécurité des vainqueurs.

« A peine Scipion-Émilien eut-il soumis Carthage, que Polybe, à la tête d'une flotte considérable, fut chargé d'aller ravager les possessions de cette ville au-delà du détroit. Mais elles étaient déchues de leur ancienne splendeur: la plupart de ces villes avaient même disparu, et le tableau qu'on en fit au retour de l'expédition répondait si peu à l'idée qu'on s'était formée de leur nombre et de leur opulence, que les Grecs et les Romains traitèrent de fables ce qu'on en avait publié jusqu'alors. (2)

« Polybe écrivit la relation de son voyage: elle ne nous est point parvenue; nous ne la connaissons aujourd'hui que par l'extrait que Pline en a conservé. On y reconnaîtra que Polybe, instruit par des mémoires et des journaux trouvés dans Carthage, entreprit de suivre la même route qu'Hannon s'était ouverte autrefois (3), et de pousser ses recherches aussi loin que ce navigateur. Sans doute il se fit aider dans cette expédition par des pilotes carthaginois; car, de son temps, le détroit des Colonnes était la limite

(1) Plin. lib. V, cap. 1, pag. 399.

(2) Strab. Geogr. lib. I, pag. 47, 48; lib. XVII, pag. 826, 829. Plin. l. V, cap. 1, pag. 401.

(3) Plin. loc. cit.

des courses de la plupart des peuples de la Méditerranée. Les Phéniciens de Tyr, de Carthage et les Grecs de Marseille étaient presque les seuls peuples qui osassent le franchir. Polybe eut donc la gloire d'y conduire la première flotte romaine, et il remarque, avec une sorte d'orgueil, qu'on lui devra les premières notions exactes sur ces contrées presque inconnues jusqu'à lui (1).

« Voici l'extrait que l'on trouve dans Pline :

« Dans le temps que Scipion-Émilien gouvernait l'Afrique, il chargea l'historien Polybe d'aller, à la tête d'une flotte, reconnaître les côtes occidentales de cette partie du monde. Polybe a écrit que,

« Depuis le mont Atlas jusqu'au fleuve *Anatis*, il y a 485 mille pas, et que cet espace est couvert de forêts remplies de bêtes féroces;

« Que de l'*Anatis* au *Lixus*, il y a 205 mille pas;

« Que du *Lixus* au détroit de *Gades*, il y a 112 mille pas.

« Ensuite il dit qu'on trouve :

« Le golfe *Saguti*;

« Vne ville sur le promontoire *Mulelacha*;

« Le fleuve *Subur*;

« Le fleuve *Sala*;

« Le port *Rutubis*, éloigné de 213 mille pas du *Lixus*;

« Le promontoire du Soleil;

« Le port *Risardir*; les Gétules-Autololes;

« Le fleuve *Cosenum*; la nation des *Scelatiti*; celle des *Masati*;

« Le fleuve *Masatat*;

« Le fleuve *Darat*, dans lequel on trouve des crocodiles;

(1) Polyb. Historiar. lib. III, cap. 59; Excerpt. e lib. XVI, c. 29.

« Le promontoire *Surrentium*, formé par l'extrémité occidentale du mont *Barce*: ici, il entoure un golfe de 616 mille pas;

« Le fleuve *Palsum*, après lequel sont les Éthiopiens *Perorsi*, et derrière eux les *Pharusii*: à ces peuples se joignent, dans l'intérieur des terres, les *Goetuli Darae*; sur les côtes sont les Éthiopiens *Daratitae*;

« Le fleuve *Bambotum*, rempli de crocodiles et d'hippopotames.

« Depuis ce fleuve jusqu'au *Theôn Ochèma*, règne une suite de montagnes non interrompue. Du *Theôn Ochèma*, jusqu'au promontoire du couchant, il y a dix jours et dix nuits de navigation.

« Au milieu de cet espace, Polybe place l'Atlas que tous les auteurs disent être sur les confins de la Mauritanie.

s Nous avons cru devoir écrire ainsi le passage de Pline, pour rendre plus sensible l'ordre des positions qu'il présente, et pour faire mieux remarquer que l'itinéraire de Polybe, déja tronqué, y est encore divisé en deux parties qui en désunissent l'ensemble. Dans la première, on donne trois mesures générales qui embrassent la totalité de l'espace parcouru; dans la seconde, on nomme les positions intermédiaires, mais en sens inverse des mesures précédentes. Celles-ci sont prises du midi au nord; l'ordre des lieux est tracé du nord au midi. Par cette marche rétrograde, on voit que Pline n'a point saisi le sens du Péripla. C'est pourquoi il a cru que Polybe avait placé l'Atlas à une grande distance de la Mauritanie, contre l'opinion des autres géographes. Mais Polybe n'a point commis cette erreur; il s'est conformé à l'usage d'appeller *Atlas* la chaîne de montagnes qui borde cette partie de la côte d'Afrique, et il a compté la distance de l'Atlas au détroit, de l'endroit même où cette montagne commence à s'élever. Pour rétablir le Périple tel qu'il doit être, il faut donc renverser l'ordre des distances, les compter depuis le détroit, c'est-à-dire depuis les Colonnes, et intercaler dans la seconde partie les positions du *Lixus*, de l'*Anatis* et du commencement de l'Atlas, que Pline a négligé de répéter.

a Alors, et pour ne parler que des lieux situés immédiatement sur le rivage de la mer, l'itinéraire doit être écrit comme il suit :

« Les Colonnes ;
« Le golfe *Saguti* ;
« Vne ville sur le promontoire *Mulelacha* ;
« Le fleuve *Lixus* à 112 mille pas des Colonnes ;
« Le fleuve *Subur* ;
« Le fleuve *Sala* ;
« Le fleuve *Anatis* à 205 mille pas du *Lixus* ;
« Le port *Rutubis* à 213 mille pas du *Lixus* ;
« Le promontoire du Soleil ;
« Le port *Risardir* ;
« Le fleuve *Cosenum* ;
« Le fleuve *Masatat* ;
« Le promontoire *Surrentium* ;
« Le fleuve *Darat*, dans un golfe de 96 mille pas d'étendue ;
« Le fleuve *Palsum* ;
« Commencement de l'Atlas à 496 mille pas du fleuve *Anatis* ;
« Le fleuve *Bambotum*.

» Recherchons maintenant ces positions, en les soumettant aux distances qui nous sont données. Leur exactitude remarquable prouvera qu'elles doivent être prises des Colonnes, quoique Pline ait nommé vaguement le détroit pour point de départ.

» Ainsi le golfe *Saguti* de Polybe répond à celui nommé *Cotes* par Scylax, c'est-à-dire, à la baie de Al-Cazar. Le promontoire *Mulelacha* conserve dans le nom moderne de Mollabat une affinité assez grande pour le faire reconnaître. L'ancienne ville de *Thymiaterion*, fondée par Hannon, n'est point nommée dans l'itinéraire ; elle y est seulement indiquée comme étant située sur le cap Mollabat, où elle était réellement placée.

» Des Colonnes au *Lixus* Polybe compte 112 mille pas. Le mille romain est évalué par d'Anville à 756 toises (1) : les 112 mille pas vaudraient, par conséquent, vingt-neuf lieues et demie de vingt-une au degré. La distance

(1) D'Anville, Traité des mesures itinéraires, pag. 44.

entre Ceuta et le fleuve Lucos est de vingt-sept lieues sur nos cartes marines à grands points. La concordance de ces mesures, indépendamment de ce que nous avons déja dit (1), est une nouvelle preuve que le *Lixus*, connu des Carthaginois par l'expédition d'Hannon, et que Polybe a visité depuis, ne peut être que le Lucos, et point le *Rio do Ouro*, comme Bougainville et d'Anville l'ont prétendu sans aucune vraisemblance, puisque *Rio do Ouro* est à trois cent soixante lieues de Ceuta.

« Les fleuves *Subur* et *Sala* conservent également leurs anciens noms dans ceux de Subu et de rivière de Salé. Cette dernière porte différents noms dans les auteurs arabes : elle est appelée Asmir par l'Edrisi (2), Buragrag par Léon l'Africain (3), et Wadi al Ramsn par d'autres ; mais ils conviennent tous que c'est la rivière qui se jette dans la mer à Salé.

« Du Lixus jusqu'au fleuve *Anatis* Polybe compte 205 mille pas, ou cinquante-quatre lieues et un tiers. A cinquante-trois lieues de Lucos nous trouvons le fleuve Ommirabih, suivant Léon (4), ou Om-Rabya, selon l'Edrisi (5). La grande exactitude de ces mesures ne permet pas de méconnaître l'*Anatis* dans l'Ommirabib, qui se perd à Azamor.

« Le port *Rutubis*, que Polybe met à 213 mille pas, ou cinquante-six lieues et demie du *Lixus*, se retrouve de même dans Mazagan à cinquante-sept lieues du Lucos. Mazagan, réduite aujourd'hui à une simple forteresse, a été autrefois une ville florissante (6).

« Après ce port, l'itinéraire place le promontoire du Soleil. C'est le cap Cantin d'aujourd'hui.

« Le port *Risardir* doit répondre à l'emplacement de Safi ou Asafi, située dans un golfe (7). Nous remarquons que le *Risardir* est le dernier port connu dans l'itinéraire de Polybe, et que l'Edrisi dit (8) que, dans les temps anciens, Asafi était la dernière station où les navires parvinssent sur cette côte. Le rapprochement de ces circonstances nous semble justifier la position que nous donnons au *Risardir*, et faire reconnaître le fleuve *Cosenum* du Périple dans le Tensift, qui passe près de Maroc (9), et le fleuve *Masatat* dans la rivière de Mogador.

« Pline continua ainsi l'extrait du Périple :

« Flumen Darat, in quo crocodilos gigni. Deinde sinum DCXVI M. passuum includi montis Barce pro-

(1) Haec dicta sunt in alia parte disputationis, cuius hic partem tantum referimus. En. P.

(2) L'Edrisi, Geographia Nubiensis, pars prima climatis tertii, p. 77.

(3) Leo African. Africae descriptio, lib. IX, p. 732.

(4) Leo African. lib. II, p. 492 ; lib. IX, p. 732.

(5) L'Edrisi, Geogr. Nub. pars I, climat. 3, p. 77.

(6) Dappers, Description de l'Afrique p. 436.

(7) Abulfed. Geogr. de Al-Magrab, p. 208 ; Leo Afric. lib. II, p. 480.

(8) « Erat autem portus Asafi, temporibus elapsis, ultima navibus statio. » L'Edrisi, Geograph. Nubiens. pars I climat. III, p. 78.

(9) Leo Afric. lib. IX, p 730 ; L'Edrisi, Geogr. Nubiens. p 76.

montorio excurrente in occasum, quod appellat Surrentium. Postea flumen Palsum, ultra quod Aethiopas Perorsos, quorum a tergo Pharusios. Iis iungi mediterraneos Gaetulos Daras. At in ora Aethiopas Daratitas, flumen Bambotum . . . . .

« Nous rapportons le texte parce que nous croyons qu'il y a deux erreurs de copiste dans ce passage : la première, c'est d'avoir nommé le fleuve *Darat* avant le promontoire *Surrentium* ; la seconde c'est d'avoir donné au golfe 616 mille pas d'étendue au lieu de 96 mille pas.

« Polybe dit que le cap *Surrentium* est formé par l'extrémité occidentale du mont *Barce*. Sous la dénomination de cette montagne, il faut reconnaître la crête principale de l'Atlas, qui s'étend depuis les bords de l'Océan Atlantique jusqu'au-delà des Syrtes et du territoire de *Barce*, ville considérable de la Cyrenaïque : cette ville avait communiqué son nom à une vaste étendue de pays, qui le conserve encore sous celui de Barca.

« Les noms de *Barce* et d'Atlas étaient également étrangers à cette chaîne de montagnes. Strabon (1), Pline (2), Solin (3), Martianus Capella (4), Eustathe (5) et d'autres remarquent que les Barbares, c'est-à-dire les Berbères, ou les pâtres de cette portion de l'Afrique, l'appelaient *Dyris*. Nous ajouterons que ce nom n'était lui-même qu'une altération de celui de Daran ou Darah, que ces montagnes ont porté de temps immémorial, qu'elles portent encore aujourd'hui, et que le passage de Polybe nepermet pas de méconnaître, 1.° dans le fleuve *Darat*, placé contre ces montagnes ; 2.° dans les Ethiopiens *Daratitae*, qui occupaient les bords de la mer, à l'embouchure du fleuve *Darat* ; 3.° dans les *Gaetuli Darae*, ou les Gétules, habitants du Darah ou Daran.

« Nous venons de dire que l'Atlas s'étendait jusqu'au-delà des Syrtes et du territoire de Barca : les Anciens ne l'ont point ignoré. C'est sur la pente méridionale de cette chaîne immense qu'Hérodote (6) décrit une route qui, de Thèbes en Égypte, passait dans les contrées habitées par les Ammoniens, les Angiles, les Nasamons, les Garamantes, les Atarantes et les Atlantes, où elle rencontrait la crête principale de l'Atlas, qui s'étend, dit le même historien, jusqu'aux colonnes d'Hercule *et même par-delà*, c'est-à-dire, jusqu'aux côtes occidentales de l'Afrique.

« Strabon savait aussi que l'Atlas s'étendait depuis l'Océan jusqu'aux Syrtes. « La chaîne de montagnes qui traverse la Maurusie, depuis le cap Cotès

(1) Strab. lib. XVII, p. 825.
(2) Plin. lib. V, cap. 1, p. 405.
(3) Solin. Polyhistor. cap. 24.
(4) Martian. Capella, de Nupt. Philolog. lib. VI, pag. 215.
(5) Eustath. in Dionys. Perieg. vs. 66.
(6) Herod. Melpom. lib. IV, § 181-185, pag. 360-363.

jusqu'aux Syrtes, dit ce géographe (1), ainsi que les autres montagnes qui lui sont parallèles, sont habitées d'un côté par les Maurusiens, et de l'autre par les Gétules, la plus grande des nations africaines. » Plus loin il ajoute (2): » Le territoire des Gétules s'étend jusqu'aux Syrtes. »

» Les géographes arabes sont d'accord avec les Grecs sur cet objet.

» L'Edrisi (3) conduit le mont Atlas, sous le nom de Daran, depuis l'Océan jusqu'aux montagnes du royaume de Tripoli, qui borde les Syrtes.

» Abulféda (4) ne le fait finir qu'à trois journées de marche à l'ouest d'Alexandrie, et Léon l'Africain (5) le termine sur les confins de l'Égypte. Ainsi ces deux derniers auteurs, les plus modernes de ceux que nous venons de citer, font traverser à l'Atlas tout le territoire de Barca.

» Il n'y a donc pas de doute que le mont *Barca* de Polybe ne soit l'Atlas ou le Daran d'aujourd'hui, et que le *Surrentium* ne soit le cap Ger, formé par l'extrémité occidentale de la principale crête de cette montagne, qui se termine en pointe et forme le golfe où est la ville de Garguessem, surnommée Sainte Croix par les Portugais.

» Pline donne à ce golfe 616 mille pas. Nous avons dit qu'il y avait erreur dans les chiffres; en voici la preuve. On a dû remarquer que les trois mesures de Polybe, depuis les Colonnes jusqu'au *Lixus*, et ensuite jusqu'à l'*Anatis* et au port *Rutubis*, étaient d'une exactitude singulière. Il en donne une quatrième depuis l'*Anatis* jusqu'au commencement de l'Atlas, qu'on verra être également juste. Or cette quatrième mesure, toujours prise le long des côtes, n'étant que de 485 ou tout au plus de 496 mille pas, comme nous le dirons bientôt, il est impossible qu'elle comprenne un golfe qui, à lui seul, aurait 616 mille pas, ou 606 mille pas, comme le donne l'édition d'Elzévir. L'erreur est donc évidente; et, comme cette mesure est écrite en chiffres romains, il nous paraît que les copistes ont pris un x mal fait pour un n, et qu'ils ont écrit DCVI au lieu de XCVI, c'est-à-dire, 606 au lieu de 96. Les 96 mille pas vaudraient vingt-cinq lieues et demie: c'est précisé-

(1) Strab. lib. XVII, pag. 826.

(2) Strab. lib. XVII, pag. 829.

(3) » Mons Daran est mons maximus.... initium suum sumit a mari ambienti (Oceano) in extremitate Sus; inde tendit recta orientem versus usque ubi se iungit monti Nofusae, et nomen quoque Nofusae acquirit. Miscetur posthac montibus Tripolis; debine in planitiem vergit, et deficit omnino. » L'Edrisi, Geogr. Nub. pars I climatis 3, pag. 75.

(4) » Mons Daran est magnus et celeber in Al-Magrab (seu occidente aut Mauritania)... Dicunt.... hunc montem ab ipso Oceano Atlantico in extima Mauritania ortum protendi eo usque in orientem; donec ora eius orientalis Ras Autschan dicta desinat ad terriam ab Alesandria diaetam. Foret itaque expansio eius prope quinquaginta graduum. » Abulfeld. Geograph. in Busch. Magaz. tom. IV, pag. 178.

(5) » Inter iam dictos montes et planitiem situs est mons Atlas, qui a mar Oceano ex occidente oritur, extenditque sese orientem versus ad confinia Aegypti loca. » Leo African. lib. I, p. 66, 67. Voyez aussi Dappers, Descript. de l'Afrique pag. 8

ment la mesure du golfe compris entre le cap Ger et le cap d'Agulon ; ainsi l'on ne peut se refuser ni à admettre la correction, ni à reconnaître dans le golfe de Sainte-Croix celui que Polybe a indiqué.

» Ce golfe reçoit la rivière de Sus, qui descend de l'Atlas, et qui prend son nom de la province qu'elle parcourt. Nous croyons que c'est le fleuve *Darat* de Polybe, et que c'est par transposition qu'on le trouve indiqué dans Pline avant la promontoire *Surrentium*.

» La province de Sus confine immédiatement à un vaste territoire appelé Darah, situé au sud-est du royaume de Maroc, et qui s'étend depuis l'Atlas jusqu'au désert. Les guerres continuelles que les habitants de ces cantons se font entre eux mettent le Darah tantôt au pouvoir des souverains de Ségelmesse, tantôt au pouvoir de ceux de Maroc; de sorte que les géographes orientaux en font indifféremment une province de l'un ou l'autre de ces royaumes (1). Mais il ne paraît pas douteux que les habitants du Darah, autrefois plus puissants qu'aujourd'hui, n'aient dominé dans ces cantons, puisque Polybe les a trouvés occupant les bords de la mer près de l'Atlas, et communiquant leur nom à un fleuve voisin du cap Ger, comme ils le donnent maintenant à un autre fleuve plus reculé dans l'intérieur de l'Afrique, et qui se perd dans les sables (2).

» Sous les noms anciens de *Darae* et de *Daratitae*, on ne peut donc entendre que les habitants du Darah, ou des environs du mont Daran. Si jusqu'aujourd'hui on a séparé ces peuples par des distances de trois cents lieues, si l'on en e placé une partie dans l'Atlas, et l'autre sur les bords du Sénégal, c'est faute d'avoir aperçu l'invraisemblance d'une telle hypothèse, et d'avoir observé que la marche du Périple de Polybe était interrompue après le fleuve *Palsum*, pour nommer les nations intermédiaires et celles de l'intérieur, en remontant jusqu'à l'Atlas.

» Nous reconnaissons le fleuve *Palsum* dans la rivière d'Assa, située à mi-chemin du cap Ger au cap d'Agulon. C'est immédiatement après ce fleuve que les Éthiopiens *Perorsi* et les *Pharusii* sont nommés dans le Périple : ainsi l'on doit croire que les premiers en occupaient les bords. D'Anville, en plaçant ces peuples à la hauteur et même au midi du cap Bojador, n'a point fait attention qu'il les reléguait à plus de cent lieues au sud des limites de la Mauritanie Tingitane, quoique Pline eût dit (3) qu'ils étaient sur ses confins immédiats, et que l'anonyme de Ravenne les eût comptés au nombre des peuples mauritaniens. (4)

» C'est aussi vers cette hauteur que se trouvaient les derniers établissements phéniciens que les *Pharusii* avaient ruinés, suivant la tradition qu'on

(1) » Ad as-Sus etiam refertur insigne territorium Darah; aliis ad Segelmasam. » Abulfed. de al-Magrab, in Busch. Magaz. tom. IV, p. 208.

(2) Abulfed. Geogr. de al-Magrab, in Busch. Magaz. tom. IV, pag. 213. Leo African. Africae Descript. lib. IX, pag. 740.

(3) Plin. lib. V, cap. 8, pag. 439; lib. VI, cap. 35, pag. 746.

(4) » Item iuxta Oceanum ponitur patria, quae dicitur Mauritania Perorsia, vel Salinarum. » Anonym. Ravenn. lib. III, pag. 768, ad calc. edit. P. Mel. Gronov.

en conservait encore au temps de Strabon (1); et c'est une nouvelle preuve que les Carthaginois n'avaient point établi de colonies au-delà des limites méridionales de la Mauritanie.

» Le dernier fleuve nommé par Polybe est le *Bambotum*, aujourd'hui la rivière de Nun. C'est là que finit son Périple, ainsi que les mesures qu'il en a données.

» Depuis le fleuve *Anatis* jusqu'à l'extrémité de l'Atlas, il comptait, selon le texte actuel de Pline, 485 mille pas, qui répondraient à cent vingt-huit lieues et demie; mais nous croyons cette leçon vicieuse, et nous pensons qu'il faut la corriger d'après Solin (2) et Martianus Capella (3), qui, en copiant autrefois ce passage, ont lu 496 mille pas, et ils vaudront cent-trente et une lieues et demie. Nous avons reconnu l'*Anatis* dans la rivière d'Ommirabih; les cent-trente et une lieues et demie prises de ce point, conduisent, à deux lieues près, à l'embouchure de la rivière de Nun, où commence l'Atlas. Cet endroit avait été le terme de l'expédition d'Hannon; il le fut aussi de celle de Polybe, quoique la partie de son Périple, que Pline nous a conservée, semble indiquer quelques positions plus éloignées. Cependant, s'il avait été au-delà de ce fleuve, n'aurait-il pas donné et la mesure de sa route et les remarques qu'il aurait faites sur la côte!

» Au lieu de ces détails si nécessaires quand on parle de contrées presque inconnues, il dit vaguement qu'après le *Bambotum* il y a une chaîne de montagnes non interrompue qui s'étend jusqu'au *Théon Ochèma*, et que du *Théon Ochèma* jusqu'au promontoire du couchant il y a dix jours et dix nuits de navigation. Ce n'était pas ainsi que Polybe décrivait les lieux qu'il avait parcourus. D'ailleurs, loin d'indiquer ces distances en journées de navigation, n'aurait-il pas continué de les donner en milles romains? Comme il était géographe, il rapportait avec beaucoup de soin toutes les mesures qu'il pouvait recueillir; et ce ne fut qu'après en avoir rassemblé un très-grand nombre, qu'il publia une description de la terre, que Strabon préférait à celle d'Eratosthène.

» Ce que Polybe ajoute à son Périple sur les plages qu'il croyait exister au-delà du Bambotum ne nous paraît avoir été écrit que d'après le rapport de quelque Carthaginois persuadé de l'existence de ces montagnes enflammées, de ces fleuves de feu qui se précipitaient dans la mer, et dont il était parlé dans le Périple d'Hannon. Polybe, qui n'avait rien rencontré de semblable, crut, sur la foi des autres, que ces objets pouvaient être plus reculé dans le midi que l'endroit où il était parvenu, et les plaça vers la distance qu'on lui indiquait, distance qu'il évalua à dix jours et dix nuits de navigation au-delà du promontoire du *Couchant*, quoique Hannon, ou le rédacteur de son Périple, ne l'eût fait que de quatre jours (4). D'ailleurs, si Polybe s'était avancé au-delà de la rivière de Nun et du commencement de l'Atlas, il aurait vu qu'après cette chaîne dont il a si bien connu l'étendue, les côtes d'A-

(1) Strab. lib. XVII, pag. 826, 829.
(2) Solin. Polyhist. cap. 24.
(3) Martian. Capella, de Nupt. Philolog. lib. VI, pag. 215, 216.
(4) Plin. lib. VI, cap. 35, pag. 747.

frique, loin de présenter encore des montagnes, n'offraient aux navigateurs que l'aspect d'une immense plaine de sable, interrompue seulement par quelques dunes que l'impétuosité des vents élève et détruit tour à tour.

« Croyons donc que Polybe n'a point franchi les bornes que nous avons fixées à son voyage; que les mêmes causes qui ont arrêté Hannon et tous les navigateurs jusqu'au quinzième siecle, l'ont également forcé à revenir sur ses pas; qu'il a pu ajouter à son Périple ce qu'on lui indiquait comme existant au-delà du *Bambotum*: mais ne croyons pas qu'il ait dépassé ce fleuve, et encore moins qu'il se soit abaissé jusqu'à en imposer sur ce qu'il aurait pu voir en parcourant ce nouveau rivage. Le caractère moral de cet écrivain est trop connu par ses autres ouvrages, pour le soupçonner d'un mensonge non seulement inutile, mais capable de détruire la confiance qu'il réclame tant de fois de la part de ses lecteurs, et que jamais on ne lui a refusée. Au siècle de Polybe, les connaissances ne s'étendaient pas au-delà des frontières extrêmes de la Mauritanie. Du temps de Pline elles n'allaient pas plus loin, puisque, après avoir nommé les *Pharusii* et quelques autres petits peuples des environs, il ajoute qu'on n'a rien découvert au-delà, et qu'on n'y trouve que des déserts sur lesquels on n'a débité que des fables: *reliqua deserta, deinde fabulosa.* (1). »

(1) Plin. lib. VI, cap. 35, pag. 745; quem quidem locum paulo aliter quam erudit. vir Gossellin interpretamur *sabulosa* legentes, non *fabulosa*; sed firmissima argumenta eius de Romanarum in Africa notionum terminis nihil hoc debilitat. Ed. P.

EXCVRSVS XIX

Ad ea Plinii verba, lib. V, cap. 6.

.... ab Oceano ad Carthaginem magnam XI mill. pass. ab ea Canopicum Nili ostium, XV XXVIII.

P. F. J. Gossellin, *Géographie des Grecs analysée*, p. 14.

« En disant qu'il comptait de Carthage aux Colonnes *au moins* 8,000 stades, Strabon, lib. I, pag. 64, laisse entrevoir qu'il néglige quelque chose. En effet, Pline dit qu'Eratosthène comptait de la mer Atlantique (1) à Carthaghe 1110 mille pas, qui font 8,800 stades.

« Un autre passage de Pline, qui suit immédiatement celui-ci, pourrait faire croire que l'erreur qu'on vient de relever est susceptible d'être rapportée à la distance de Canope à Carthage, parce qu'il dit qu'Eratosthène la faisait de 1528 mille pas, qui ne font que 12,224 stades (2). Mais cette mesure, qui ne cadre avec aucune de celles qui sont connues, n'est qu'une leçon proposée par le P. Hardouin (3); et nous pensons qu'en rejetant celle qui lui donnait 1630 mille pas (4), il en a adopté une beaucoup moins bonne et qui l'éloignait encore plus de la vérité, puisqu'il suffisait, pour corriger cette dernière, de lire 1688 mille pas qui égalent les 13,500 stades donnés par Strabon. »

(1) C'est-à-dire des Colonnes, où elle commence.
(2) Strabon dit 13,500 stades.
(3) Notae.
(4) Dalec. et Elzev.

EXCVRSVS XX.

Ad ea Plinii verba, lib. V, cap. 10:

Originem (ut Juba rex potuit exquirere,) etc.

P. F. J. Gossellin, *Géographie des Grecs analysée*, p. 130.

« Juba le jeune avait fait des recherches sur l'intérieur de l'Afrique, mais elles paraissent avoir été moins heureuses que celle de ces Nasamons dont parle Hérodote, qui parvinrent jusqu'au Niger, et qui apportèrent les premiers chez les Grecs la connaissance de ce fleuve et la direction de son cours d'occident en orient. Il est probable que c'est cette direction et la grande étendue du Niger qui a fait croire à plusieurs auteurs, et à Iuba en particulier (1), que ce fleuve, qui nourrissait des crocodiles et des hippopotames, n'était que la partie supérieure du Nil, et qu'après avoir traversé l'Afrique, il se courbait au nord et venait fertiliser l'Egypte. »

(1) Voyez Pline quelques lignes plus bas.

EXCVRSVS XXI

Ad ea Plinii verba, lib. V, cap. 13:

Syria littus occupat, quondam terrarum maxima, etc.

P. F. J. Gossellin, *Géographie des Grecs analysée*, *pag.* 104.

« La Syrie a été la plus étendue de toutes les contrées du monde. Le nom de Syriens avait été commun autrefois à tous les peuples qui ont habité depuis la Babylonie jusqu'à la Méditerranée et jusqu'au Pont-Euxin (1). Cette grande nation s'est insensiblement détruite, et a fait place aux essaims de peuples qui descendaient de la haute Asie, comme les Syriens eux-mêmes en étaient descendus (2).....

« Le mot *Aram* signifie *celsitudo*, *altum esse* (3). Ainsi, il n'est que le nom appellatif d'une contrée montueuse et très-élevée. On appelait Arimes, Araméens, etc. les peuples qui habitaient les hautes montagnes. La Babylonie et la plus grande partie de la Mésopotamie ne renfermant que de vastes plaines, le nom d'*Aram* qu'elles portent dans le texte hébreu ne saurait leur convenir. C'est visiblement un nom emprunté, et qui n'a pu leur être communiqué que par l'invasion des Araméens ou Syriens descendus des hauteurs du *Taurus* et du Caucase pour s'emparer de ces plaines. »

(1) Strab. lib. XVI, pag. 736, 737.

(2) Dans la Bible, la Mésopotamie est toujours appelée *Mésopotamie de Syrie*, en hébreu *Aram-Naharajim*, c'est-à-dire, *Syrie des rivières*, ou *Syrie comprise entre les deux fleuves*; et les Syriens y sont nommés *Araméens*. Bochart, Geogr. sacr. Phaleg. lib. II, cap. 6.

(3) Petr. Guarin, Lexicon hebraicum.

EXCVRSVS XXII

Ad ea Plinii verba, lib. VI, cap. 21 :

.... *Indorumque gens incipit, non Eoo tantum mari adiacens, verum et meridiano quod Indicum appellavimus.*

P. F. J. Gossellin, *Géographie des Grecs analysée*, *p.* 147 *et* 148.

« Ce que les Grecs et les Latins ont nommé Océan oriental n'avait aucun rapport avec les mers de la Chine ; ce n'était que le golfe du Bengale, qui, par la manière tres-defectueuse dont Eratosthène et les géographes qui sont venus après lui ont orienté l'Inde, se trouvait tout entier tourné à l'est. Pline et Méla s'expliquent clairement sur ce point en disant : 1° que l'Inde était non seulement bornée par l'Océan méridional, mais encore par l'Océan oriental ; 2° que la Taprobane commençait à l'Océan oriental, et se prolongeait vers le couchant (1) ; 3° que la mer des Indes ne s'étendait que depuis l'Indus jusqu'au coude où commence la mer orientale (2). Ce coude était le promontoire *Colis* ou *Coliacum*, qui répond au cap Comorin d'aujourd'hui, après lequel la côte était censée remonter toujours au nord, et être baignée par l'Océan oriental. C'est ce qui a fait croire jusque vers le temps de Ptolémée, que l'embouchure du Gange était tournée à l'orient, quoiqu'elle le soit au midi. »

(1) Cap. 24, pag. 657.
(2) Mela lib. III, cap. 7, pag. 274.

EXCVRSVS XXIII

Ad ea Pliuii verba, lib. VI, cap. 24.

... Quaeque pars (Indiae) orienti adversa recto praetenditur spatio, ad flexum et initium Indici maris XVIII XXXV mill. pass. colligit. Deinde qua flectitur in meridiem XXVI LXXV mill. pass. ut Eratosthenes tradit, usque ad Indum amnem, qui est ab occidente finis Indiae.

P. F. J. Gossellin, *Recherches sur la géographie systématique et positive des Anciens, tome III, pag.* 258-264.

« Avant de quitter les environs du Gange, nous produirons de nouvelles preuves de l'exactitude des mesures anciennes dans ces parages éloignés. Pline et d'autres auteurs rapportent quelques-unes de ces mesures, qui, par leurs dissemblances apparentes, leur ont fait croire qu'elles différaient beaucoup entre elles: mais elles ne sont devenues méconnaissables que par la fausse réduction que ces auteurs ont faite des mesures grecques et romaines, en prenant indistinctement tous les stades pour la huitième partie d'un mille; de manière qu'ils ont quelquefois doublé, par cette opération, la longueur réelle des distances qui leur étaient données.

« Pour les rétablir dans leurs valeurs primitives, il ne faut souvent que multiplier par huit le nombre des milles, et l'on aura le nombre des stades puisés par Pline chez les auteurs grecs. Alors, il suffira de reconnaître le module de ces stades, et d'en faire l'application sur la carte, pour découvrir leur inexactitude, et souvent leur identité avec d'autres mesures dont on les croyait fort différentes.

« Pline dit (1):

« Le côté de l'Inde qui est tourné vers l'orient s'étend en ligne droite jusqu'au coude où commence la mer indienne; sa longueur est de 1835 mille pas. Ensuite le côté qui regarde le midi et qui s'étend jusqu'à l'Indus, terme occidental de l'Inde, est de 2,675 mille pas, comme le rapporte Eratosthène.

(1) Vide supra.

» Suivant Strabon (1) et Arrien (2), Eratosthène donnait au côté oriental de l'Inde 16,000 stades, qui, à huit stades pour un mille, auraient valu, selon Pline, 2,000 pas; il comptait, pour la longueur des rivages méridionaux, 19,000 stades, que Pline aurait également convertis en 2375 mille pas. Ainsi, aucune des deux mesures du texte actuel de cet auteur ne se rapporte à celle d'Eratosthène.

» Mais il est fort incertain, d'après la construction de la phrase de Pline, que la première mesure de 1835 mille pas appartienne à Eratosthène; et ce serait trop hasarder, sur un simple soupçon, que de changer dans le texte de Pline les chiffres XVIII XXXV en XX. Il est plus simple de reconnaître que les 1835 mille pas de ce passage provenaient d'une mesure prise, non depuis l'embouchure orientale du Gange, comme celle d'Eratosthène, mais depuis l'embouchure occidentale de ce fleuve jusqu'au cap Comorin. Or, 1835 mille pas représentaient, dans l'opinion de Pline, 14,680 stades; et la carte moderne, fournissant 1,289 minutes, ou 15,038 stades de 700 au degré, entre la rivière d'Hougli et le cap Comorin, ne donnerait que dix lieues de différence sur 430 lieues de navigation.

» Quant à la seconde mesure que Pline attribue certainement à Eratosthène, elle est écrite dans l'édition d'Hardouin XXVI LXXV, et dans l'édition dite des *Variorum* XXIV LXXV: en multipliant ces sommes par huit, on aurait pour la première 21,400 stades, et pour la seconde 19,800, au lieu de 19,000 stades qu'Eratosthène avait assignés à ce côté de l'Inde. Pour rétablir ce dernier nombre dans le texte de Pline, il suffit d'un léger changement dans le troisième ou le quatrième chiffre, et de lire XXIII au lieu de XXVI ou XXIV, que portent nos éditions. On conçoit comment, dans les manuscrits, le défaut de perpendicularité faisant pencher, d'un côté ou d'un autre, l'une des trois unités qui terminaient ce nombre, les copistes ont pu croire qu'elle devait être jointe par le bas avec l'une des deux autres et former les nombres VI ou IV. Nous proposons donc de lire dans Pline XXIII LXXV, c'est-à-dire 2375 mille pas; et, en les multipliant par huit, on trouvera juste les 19,000 stades d'Eratosthène, lesquels, à dix lieues près, équivaudront aux 533 lieues que donne le trait de la carte moderne entre l'embouchure orientale de l'Indus et le cap Comorin.

» D'autres géographes, selon Pline (3), assignaient à l'Inde 2850 mille pas du nord au midi. Cette mesure représente 22,800 stades, et comme les 1,289 minutes que nous avons comptées dans l'avant dernier alinéa entre l'embouchure occidentale du Gange et le Comorin valent 23,870 stades de 1111 1/9 au degré, pareils à ceux dont Mégasthène et Déimaque s'étaient servis en décrivant l'Inde, il s'ensuit que la mesure rapportée par Pline, et évaluée d'après ce module, ne différait dans son origine que de dix-neuf lieues du trait de la carte moderne, et que cet écrivain a dénaturé et corrompu cette mesure en la traduisant en milles romains. En effet, 2850 mille pas vau-

(1) Eratosth. apud Strab. lib. I, pag. 64.
(2) Eratosth. apud Arian. Histor. Indic. cap. 3, pag. 552.
(3) Lib. VI, cap. 21, pag. 637.

draient 2,280 minutes, et attribueraient au rivage de l'Inde dont il est question 760 lieues, c'est-à-dire, 330 lieues de plus qu'il n'a réellement.

« Agrippa, suivant Pline (1), donnait à l'Inde 3300 mille pas de longueur et 2400 mille pas de largeur.

« Les 3300 mille pas valaient dans l'opinion d'Agrippa 26,400 stades, et représentaient la mesure de 26,000 stades de 1111 1/9 que Mégasthène (2) avait attribuée en ligne droite à la longueur du côté septentrional de l'Inde, compris entre Alexandrie du Caucase et l'embouchure orientale du Gange. Les 400 stades de différence ne valent que 7 lieues sur 468 qu'embrasse cette mesure. Agrippa, par sa fausse évaluation du stade, élevait cette distance à 880 lieues.

« Les 2300 mille pas de largeur doivent se prendre du midi au nord: ils valent 18,400 stades, et rappellent, à douze lieues près, les 18,000 stades de 666 2/3 employés par Patroclès (3) pour exprimer la distance en ligne droite depuis Alexandrie du Caucase jusqu'à l'extrémité méridionale de l'Inde. L'erreur d'Agrippa, dans cette réduction, est de soixante-treize lieues.

« Artémidore (4) comptait 2100 mille pas entre l'Indus et le Gange. Cette mesure représente 16,800 stades, et il faut y reconnaître une modification de celle de 16,000 stades qu'Eratosthène (5) avait fixée en ligne droite depuis les sources de l'Indus, ou sa sortie des montagnes jusqu'à l'embouchure orientale du Gange. Cette mesure avait été prise en stades de 833 1/3 au degré. L'erreur d'Artémidore, dans la réduction qu'il en fait en milles romains, est de cent soixante-treize lieues.

« Mais Pline nous a conservé d'autres mesures plus étendues, et qui comprennent sans interruption et sans réduction la totalité des rivages de l'Inde. En les rapportant, nous ajouterons leur valeur en minutes d'un grand cercle de la terre, pour que ces mesures puissent être comparées plus aisément à celles de la carte moderne.

« Pline dit (6):

« Depuis l'embouchure du Gange jusqu'au promontoire *Calingon* et à la ville de *Dandaguda*, on compte . . .	625 m. p.	= 500'
« De *Dandaguda* à *Tropina*	1225	= 980
« De *Tropina* au promontoire *Perimula*, où se trouve la ville de commerce la plus célèbre de l'Inde	750	= 600
« De Périmula à une ville située dans la Patalène . .	620	= 496
Total.	3220	=2576'

« Le nom de Périmula, donné dans le texte actuel de Ptolémée à un

(1) Agrippa apud Plin. lib. VI, cap. 21.
(2) Arrian. Hist. Indic. cap. 3, pag. 344.
(3) Strab. lib. II, pag. 68.
(4) Artemidor. apud Plin. lib. VI, cap. 22, pag. 648.
(5) Eratosth. apud Strab. lib. I, pag. 64.
(6) Lib. VI, cap. 23, pag. 650 et 651.

port de la *Chersonèse d'Or*, a fait croire à d'Anville (1) que Pline s'était trompé sur la direction de l'itinéraire précédent, et qu'au lieu de tracer une route qui portait à l'ouest du Gange, cet itinéraire conduisait au contraire à l'est de ce fleuve, sur les côtes de la presqu'île Malayenne, où est une ville nommée Péra ou Pérac, dont le géographe français fait celle de *Perimula*.

a Mais, indépendamment de ce que la mesure de Pline serait de moitié trop longue pour mener du Gange à Pérac, le nom de la *Patalène*, dont cet auteur venait de parler comme d'une presqu'île formée par les embouchures de l'Indus, ne permet pas de croire qu'il pût se tromper sur la position occidentale de ce fleuve par rapport au Gange. D'ailleurs, on ne trouve rien dans Pline qui annonce qu'il ait eu plus de connaissances sur les pays à l'est du Gange qu'Eratosthène ne lui en avait transmis; et l'on a vu (2) qu'elles se bornaient à l'embouchure ultérieure de ce fleuve, près de laquelle cet Ancien plaçait vaguement *Thinae*, dont Pline ne fait aucune mention. Il faudrait de plus supposer des peuples *Calingae* sur les côtes du Pégu, et une *Patalène* dans la presqu'île de Malaca, contre le texte formel de tous les auteurs de l'antiquité.

a L'opinion de d'Anville porte uniquement sur le nom de *Perimula*, qu'il n'a point trouvé sur les côtes occidentales de l'Inde. Mais, quand même on ne trouverait pas les trois villes citées par Pline, et dont les noms peuvent avoir été altérés, puisqu'ils ne reparaissent dans aucun autre auteur, s'ensuivrait-il qu'un itinéraire qui indique sans lacune et avec précision les lieux de départ et d'arrivée, pût être rejeté ou pris à contre-sens!

a Nous avons déja vu (3) les premiers 625 mille pas de cet itinéraire conduire, à cinq minutes près ou à moins de deux lieues, de l'embouchure occidentale du Gange à la pointe de Gandéwary, indiquer dans ce cap le promontoire *Calingon* de Pline, dans la ville actuelle de Davagudam, l'ancienne *Dandaguda*, et dans le *Ganga* nn Gandéwary, le fleuve qui faisait donner aux *Calingae* le surnom de *Gangarides*, ci . . . . . 505'

a Ce premier aperçu doit inspirer de la confiance dans la direction que nous donnons à l'itinéraire de Pline. En continuant de prendre les mesures sur la carte moderne, et sans s'astreindre à toucher à tous les points de la côte, on trouvera, depuis Davagudam jusqu'à Mahé 985

a De Mahé à Souhali 600

a De Souhali, en traversant le golfe de Cambaye à la hauteur de l'île Péram, comme le faisaient les navigateurs, selon le périple de la mer Erythrée; et de cette île à Assarpour, à l'entrée de la *Patalène*, sans pénétrer dans le golfe de Cutch 495

Total. . . . . 2585'

(1) D'Anville Antiq. géogr. de l' Inde, pag. 136.

(2) P. 184, 187 et 188 disputationis, cuius hic partem tantum referimus. Ed. P.

(3) Pag. 254 eiusdem disputationis. Ed. P.

a Cette mesure, qui embrasse les rivages de l'Inde dans une course de 861 lieues, diffère seulement de trois lieues environ de celle que Pline nous a conservée. Sa grande exactitude fait voir que *Tropina* se trouvait sur les confins méridionaux de la Limyrique, vers les lieux où sont maintenant Mahé ou Tellichéry; et que Souhali et le cap du même nom représentent la ville et le promontoire *Perimula*. On a vu (1) Souhali répondre au port de *Simylla* du Périple et des tables de Ptolémée; cet auteur nous prévient (2) que les naturels du pays appelaient ce port *Timula*, dénomination qui se rapproche assez de celle de *Perimula* (3) pour laisser soupçonner quelque altération dans l'orthographe de ce nom, et pour que l'identité des mesures y fasse reconnaître le port célèbre et le cap de *Simylla*. »

(1) Pag. 225 eiusdem disputationis. Eo. P.

(2) Ptolem. Geogr. lib. I, cap. 17.

(3) Aelian. Histor. Animal. lib. XV, cap. 8, et Tzetzes, Chiliad. II, Hist. 375, vs. 459, scribunt *Perimuda*.

EXCVRSVS XXIV

Ad ea Plinii verba, lib. VI, cap. 24 :

Eratosthenes et mensuram (Taprobanes) prodidit, longitudinis VII M. stad. latitudinis quinque M.

P. F. J. Gossellin, *géographie des Grecs analysée*, *pag.* 134 *seqq.*

« La Taprobane ne peut être représentée que par Ceylan, qui est la seule grande île qu'on trouve dans les parages de l'Inde en-deçà du Gange. C'est l'opinion de la saine partie des géographes modernes, qui n'ont pu se méprendre ni sur sa situation, ni sur l'analogie de son nom actuel avec celui de *Salice*, qu'elle portait autrefois. Ainsi, point de difficultés à cet égard. Mais il y en a beaucoup pour savoir comment Eratosthène a pu lui donner 7 à 8 mille stades de longueur sur 5 mille stades de largeur ; et comment Ptolémée, venu 400 ans après lui, dans un temps où la navigation de l'Inde était fort suivie et fort connue (1), lui croyait encore 15 degrés ou 7,500 stades d'étendue du nord au sud, et 12 degrés ou 6,000 stades de l'est à l'ouest (2), tandis que Ceylan n'a tout au plus que 3° 56' de long. sur 2° 21' de large (3).

« D'Anville (4) a cru que cette énorme étendue, que les Anciens donnaient à la Taprobane, ne provenait que d'une fausse évaluation des stades employés à sa mesure. Nous ne pensons pas comme lui, et nous croyons pouvoir assigner une autre origine à cette erreur.

« Les navigateurs qui partaient des bouches de l'Indus, avec le projet de parcourir les côtes de l'Inde, avaient à traverser les deux golfes qui resserrent la presqu'île de Guzerat, que l'on nommait alors *Larice*. Ils trouvaient ensuite la côte de Malabar qui s'étendait vers le midi, et il était impossible qu'ils se trompassent sur cette direction. Tous les renseignements devaient donc annoncer qu'il existait une grande terre au sud-est de Larice. Mais

(1) Sous les derniers Ptolémées il sortait tout au plus 20 navires par an du golfe Arabique ; mais au temps où Strabon voyageait en Egypte, il en partait déja 120 du seul port de *Myos Ormos*, pour les différentes échelles de l'Inde. Strab. lib. II, pag. 118, et lib. XVII, pag. 798.

(2) Ptolem. Geogr. lib. VII, pag. 4.

(3) Voy. carte de l'Inde de d'Anville, 1752, et celle du major Rennell de 1788.

(4) Antiquité géographique de l'Inde, pag. 148. Paris 1775. Eclaircissements géographiques sur la carte de l'Inde, pag. 109. Paris 1753.

l'opinion qui faisait tracer la côte de l'Inde presque parallèlement à l'équateur persuadait aux géographes d'Alexandrie que cette terre ne pouvait point appartenir à l'Inde, qu'elle devait en être séparée, et qu'elle ne pouvait être que cette île nommée Taprobane, dont ils avaient entendu parler. L'enfoncement du golfe de Cambaye, qui est au midi du Guzerat, a pu leur paraître le commencement du détroit qu'ils savaient devoir séparer la Taprobane de l'Inde. L'esprit de système leur a fait continuer ce détroit jusqu'au golfe du Gange, à travers le continent; et dès lors la presqu'île occidentale de l'Inde, considérée comme une île, a pu être confondue avec Ceylan, à laquelle on a donné toute l'étendue que devait avoir cette portion de l'Asie.

« Si l'on remarque en effet que la côte de Malabar, prise depuis le cap Comorin jusqu'à Surate, est de 7,500 stades de 500 au degré, on y reconnaîtra la longueur précise que Ptolémée a donné à la Taprobane. Le reste de la côte jusque vers Cambaye devait disparaître dans son opinion, ainsi que dans celle d'Eratosthène, pour faire place au prétendu détroit qu'ils y substituaient.

« Ce détroit est particulièrement indiqué dans Pline pour traverser la presqu'île de l'Inde entière à la hauteur de Cambaye. Il dit (1) que la Taprobane est à 7 journées de navigation de la nation des *Prasii*, qui occupaient *Palibothra*, ville située sur le Gange. Pline, en mettant les *Prasii* sur le bord de la mer, ne pouvait les placer que sur le détroit qu'il supposait exister à une petite distance au sud de *Palibothra*. Il fallait donc, pour que cette opinion eût une apparence de réalité, que l'enfoncement du golfe de Cambaye passât pour se prolonger jusqu'au golfe du Gange.

« Il y a quelque chose de plus positif encore. Hipparque, dans sa table des climats (2), plaçant la Taprobane sous le parallèle qui est à 8,800 stades de l'équateur, prévient qu'à cette latitude la petite Ourse est toute entière renfermée dans le cercle arctique; que l'étoile brillante qui est au bout de la queue est dans le cercle arctique même et touche l'horizon. Cette étoile, qui est près du pôle aujourd'hui, en était éloignée au temps d'Hipparque de 12° 24' (3): ainsi la terre, qu'il décrivait sous le nom de Taprobane, doit se trouver à 12° 24' au nord de l'équateur, ou à 11° 51' 36", en tenant compte de la réfraction. Cela suffit pour prouver que l'observation citée par Hipparque n'a pu être faite que dans la presqu'île de l'Inde, vers l'extrémité septentrionale du Malabar, entre Décla et Cananor, et jamais à Ceylan, dont la partie la plus élevée n'atteint pas à dix degrés de latitude.

« On voit donc que l'erreur des anciens géographes n'est point d'avoir mal évalué les mesures qu'ils appliquaient à l'étendue de la Taprobane, mais d'avoir confondu et décrit Ceylan dans le cadre que devait occuper la presqu'île occidentale de l'Inde.

« Cette confusion dans les idées tenait aussi un peu à la disposition physique des lieux qui a aidé encore à les faire prendre les uns pour les autres.

(1) Lib. VI, cap. 22 et 24, pag. 646 et 657.
(2) Strabo lib. II, pag. 132.
(3) Ptolem. Geogr. lib. I, cap. 8, pag. 7.

Ceylan a sa plus grande étendue du sud au nord; elle est traversée dans ce sens par une chaîne de montagnes élevées, comme celle qui borne le Malabar à l'orient, et les fleuves qui en sortent de droite et de gauche ont la même direction que ceux de la presqu'île de l'Inde.

« L'un des fleuves qui sont sur la côte orientale de Ceylan portait le nom de Gange (1), ainsi que l'a porté jusqu'à nos jours un fleuve du Coromandel, qui vient se perdre au cap Guadéwari. Le nom de *Malé*, de *Maléa*, ou de *Maléam*, qui dans l'Inde désigne en général un pays de montagnes, était appliqué à celles de la Taprobane, comme il l'est encore aujourd'hui à plusieurs contrées montueuses de l'Inde, entre autres à une province entière comprise entre le Maduré, le Maisur et le Malabar. On y trouve même au midi un canton particulier nommé *Ané-Malley*, ou montagnes des Eléphants, qui répondrait au lieu que Ptolémée (2) indique dans la partie sud de la Taprobane, comme étant très fréquenté par ces animaux. »

Ad ea Plinii verba eiusdem cap.:

Sed ne Taprobane quidem, quamvis extra orbem a natura relegata, nostris vitiis caret.

P. F. J. Gossellin, *cod. op. pag.* 36.

« Nous pensons ..... que la plus grande partie de la Taprobane s'avançait au-delà du parallèle des *Limites* et de la région qui produisait la canelle, vers l'équateur; du moins ses dimensions l'exigent, et c'est d'ailleurs le sens que Pline nous paraît présenter, quand il met la Taprobane *au-delà* des bornes de la terre habitée. »

(1) Il s'appelle encore aujourd'hui *Mowil Ganga*.
(2) Lib. VII, cap. 4, pag. 180.

EXCVRSVS XXV

Ad ea Plinii verba, lib. VI, cap. 25 :

Inde posuere Arbiorum gentem per CC mill.

P. F. J. Gossellin, *Recherches sur la géographie systématique et positive des Anciens, tom. III, pag.* 54.

« Les 200 mille pas ou les 1,600 stades que Pline semble donner à la côte des Arbiens sont une erreur de copiste : ils ne doivent être portés qu'à 125 mille pas ou 1,000 stades, comme le prouvent les autorités réunies d'Arrien (1) et de Strabon (2), qui ne se sont pas copiés l'un l'autre, et qui ont consulté chacun des exemplaires très-différents de l'ouvrage de Néarque. »

(1) Arrian. Rer. Indic. cap. 25, pag. 601.
(2) Strab. lib. XV, pag. 720.

EXCVRSVS XXVI

Ad ea Plinii verba, lib. VI, cap. 26:

Onesicriti et Nearchi navigatio nec nomina habet mansionum, nec spatia.

P. F. J. Gosselin, *Géographie des Grecs analysée*, *pag.* 25 *seqq.*

« Il serait cependant bien difficile de croire qu'Alexandre, qui se donnait tant de soins pour faire mesurer et décrire les pays qu'il parcourait, n'eût pas chargé les chefs de ses flottes de tenir un journal de leur route le long d'une côte qui leur était inconnue, puisque les dangers vrais ou faux de cette navigation devaient ajouter à la gloire d'un conquérant si avide d'exécuter des choses extraordinaires. Mais si, comme l'avance Pline, Néarque et Onésicrite n'avaient pas tenu de journaux de leur route, comment Pline lui-même (1) aurait-il pu nous apprendre que, selon ces deux navigateurs, de l'Indus à Babylone, en traversant le golfe Persique dans sa longueur et les marais de l'Euphrate, il y avait 2500 mille pas; que la côte de la Carmanie avait 1250 mille pas, etc. etc. (2) Ne sont-ce pas là des mesures et des mesures assez détaillées pour faire croire, malgré ce qu'en a dit le P. Hardouin, que Néarque n'a négligé aucune de celles qu'il avait intérêt de faire connaître ?.....

« Il y a donc une sorte de contradiction dans Pline, et on peut l'expliquer en faisant attention qu'il ne cite point les mémoires de Néarque et d'Onésicrite d'après les originaux, mais seulement d'après Juba qui écrivait à Iol, nommée depuis Césarée dans la Mauritanie. Éloigné ainsi des secours littéraires qui existaient à Alexandrie, à Athènes, à Corinthe et dans d'autres villes grecques, Juba n'avait probablement eu qu'un exemplaire tronqué des écrits de Néarque, dans lequel la plupart des distances avaient été omises. La grande cherté des livres engageait les Anciens à en abréger beaucoup; nous voyons cependant qu'ils étaient encore infiniment rares, puisque Pline, qui paraît avoir disposé d'une bibliothèque immense, n'y a point trouvé les mémoires de Néarque; et, ce qui n'est pas moins singulier, c'est que l'ouvrage de Strabon, qui vivait 30 ans avant Pline, ne lui a pas été connu non plus, et n'avait pas encore pénétré de son temps dans la capitale du monde. »

(1) Lib. VI, cap. 27 et 28.

(2) Vide etiam eodem lib. cap. 30 et 31, et Strab. lib. XV, pag. 720, 729, et lib. XVI, pag. 766.

EXCVRSVS XXVII

Ad ea Plinii verba, lib. VI, cap. 28:

Persicum introitum V mill. passuum latitudinis, alii quatuor fecerunt.

P. F. J. Gosselin. *Recherches sur la géographie systématique et positive des Anciens, tom. III, pag.* 68.

« Pline dit que l'entrée du golfe Persique, selon quelques auteurs, est de *cinq mille pas*, et selon d'autres de *quatre mille*. Il est probable, d'après les passages des chapitres 26 et 32, qu'il faut lire dans celui-ci *cinquante mille* pas, et selon d'autres *quarante mille*.

» Ces cinquante mille pas, dans la méthode de réduction de Pline, représentent 400 stades. Nos cartes modernes font cette ouverture du golfe Persique d'environ trente minutes, qui valent 417 stades de 833 1/3 au degré; aussi cette mesure n'appartient-elle pas à Néarque, qui employait le stade de 1111 1/9. »

EXCVRSUS XXVIII

Ad ea Plinii verba, lib. VI, cap. 28:

Onesicritus et Nearchus ab Indo amne in sinum Persicum, atque illinc Babylonem Euphratis paludibus, scripserunt $\overline{XXV}$ *mill. passuum esse.*

P. F. J. Gossellin, *Recherches sur la géographie systématique et positive des Anciens, tom. III, pag. 47 seqq.*

« Pline a donné à la Carmanie (1) les 1250 mille pas ou les 10,000 stades appliqués par Arrien (2) aux côtes de la Gédrosie, et il ne fait aucune mention des 3,700 stades que Néarque (3) comptait ensuite pour les rivages du golfe Persique, qui appartenaient spécialement à la première de ces contrées.

« Mais il faut se rappeler que Pline n'avait pas lu les ouvrages de Néarque, qu'il les a cités d'après l'extrait publié par Juba le jeune, roi de Mauritanie (4); et il est reconnu que Juba n'avait eu lui-même qu'un exemplaire tronqué du Périple de ce navigateur. Il est donc très-vraisemblable que les copistes de cet exemplaire y avaient écrit par mégarde le nom de *Carmanie* au lieu de *Gédrosie*, et cette méprise a fait soupçonner à Juba que les 3,700 stades qu'il trouvait encore pour les côtes de la Carmanie étaient un double emploi des 10,000 stades précédents; alors il les aura supprimés, sans penser qu'il formait une lacune dans la série des mesures de Néarque.

« L'évidence de cette lacune, indépendamment des autorités de Strabon et d'Arrien, se manifeste encore dans un passage de Pline qui a souffert beaucoup de difficultés parmi les interprètes. Il dit que, suivant Onésicrite et Néarque, la distance de l'Indus jusqu'à Babylone, en traversant le golfe Persique et les marais de l'Euphrate, est de xxv mille pas (5).

(1) Plin. lib. VI, cap. 27, pag. 679.

(2) Arrian. Rer. Indic. cap. 29. pag. 609.

(3) Nearch. apud Strab. lib. XV, pag. 720, et apud Arrian. Rer. Indicar. cap. 38, pag. 626.

(4) Plin. lib. VI, cap. 26.

(5) Il existe plusieurs variantes sur ce nombre: le manuscrit de Chifflet porte *XV mill. pass.* Saumaise, *Exercit. Plinian.* p. 837, lit *XXVII mill. pass.* l'édition d'Elzév. et celle *Variorum* porte *XXV mill. pass.* Hardouin *in Plin.* tom. I, pag. 329, not. 8, veut qu'on lise $\overline{XXV}$ *mill. pass.* c'est-à-dire, 2500 mille pas.

« Cea vingt-cinq mille pas, dans l'opinion de Pline, ne vaudraient que 200 stades; et quand on adopterait la correction du P. Hardouin, en lisant *deux mille cinq cent mille pas*, il ne vaudraient encore que vingt mille stades; tandis que les distances prises par Néarque le long des côtes, depuis l'Indus jusqu'à l'embouchure de l'Euphrate seulement, s'élèvent déja à 22,700 stades, suivant Arrien (1), et à 21,300, suivant le texte actuel de Strabon (2); à 19,520, si l'on s'en rapporte à d'autres passages de Pline (3), et que Néarque, d'après ces trois auteurs, comptait encore 3,300 stades de l'embouchure de l'Euphrate à Babylone (4).

« Il est donc certain que la mesure de Pline qui nous occupe serait beaucoupe trop courte; et nous pensons qu'au lieu de *vingt-cinq mille pas*, il avait écrit *vingt-cinq mille stades* (5), pour donner la somme des distances suivantes dont il fait mention, et qui appartiennent toutes à Néarque:

« Côte des Arbiens *corrigée* (6)	125 m. p.	=	1,000 stad.
« Côte des Orites (7)	200	=	1,600
« Côte de la Carmanie (8)	1250	=	10,000
« Longueur du golfe Persique *en ligne droite* (9)	1125	=	9,000
« De l'embouchure de l'Euphrate à Babylone, 412 m. p. (10), ou.	412 1/2	=	3,300
Total	3112 1/2	=	24,800

« Ces 24,900 stades représentent sans contredit les 25,000 stades proposés ci-dessus en nombres ronds; ils justifient la correction que nous avons faite sur la longueur de la côte des Arbiens; ils démontrent qu'il existe dans Pline une lacune sur les mesures partielles prises le long des côtes du golfe Persique, et que pour accorder cet auteur non seulement avec lui-même, mais encore avec Strabon et Arrien, il faut lire comme s'il y avait dans son texte:

(1) Nearch. apud Arrian. Rerum Indic. cap. 25, pag. 601; cap. 29, pag. 309; cap. 38, pag. 626; cap. 40, pag. 629; cap. 41, pag. 631, 632.

(2) Strab. lib. XV, pag. 720, 727, 728.

(3) Lib. VI, cap. 25, 27, 28, 31.

(4) Nearch. apud Arrian. Rerum Indic. cap. 41, pag. 633. Apud Plin. lib. VI, cap. 30, *CCCCXII mill. pass.* = 3296 stades. Apud Strab. lib. II, p. 80; lib. XV, pag. 729; lib. XVI, pag. 739. Dans le premier passage Strabon dit 3000 stades, dans les deus autres il dit plus de 3000 stades.

(5) Au lieu de *XXV millia passuum* que portent nos dernières éditions, lisez *XXV millia stadiorum*: erreur extrêmement facile à commettre par des copistes latins.

(6) Plin. lib. VI, cap. 25. Supra pag. 870.

(7) Plin. lib. VI, cap. 25, pag. 669.

(8) Plin. lib. VI, cap. 27, pag. 679.

(9) Plin. lib. VI, cap. 28, pag. 680.

(10) Plin. lib. VI, cap. 30. Vide supra pag. 692.

» Pour la côte des Arbiens.	125,000 pas	=	1,000 stad.
» Pour celle des Orites	200,000	=	1,600
» Pour celle de la Gédrosie	1,250,000	=	10,000
» Pour celle de la Carmanie.	462,500	=	3,700
» Pour celle de la Perse	550,000	=	4,400
» Pour celle de la Susiane, jusqu'à *Charax* seulement.	240,000	=	1,920
Total	2,827,500	=	22,620 stad.

» Telles sont les diverses corrections que l'on doit faire aux textes actuels de Strabon et de Pline, pour en ramener les mesures à leur unité primitive; et si le témoignage d'Arrien nous paraît mériter plus de confiance que les textes évidemment altérés des auteurs précédents, c'est que l'exactitude des distances et la vérité des détails qu'offrira son récit dans la suite de ces Recherches nous semblent repousser victorieusement les faibles arguments de Dodwell et d'Hardouin (1) contre l'authenticité du Périple dont nous nous occupons. »

(1) Henr. Dodwelli Dissertatio de Arriani Nearcho apud geograph. minor. graec. tom. I, pag. 130-140. Harduin. notae in Plinium tom. I, pag. 526, not. 2.

EXCVRSVS XXIX

Ad ea Plinii verba lib. VI, cap. 32 :

Insula in alto obiacet Ogyris, clara Erythra rege ibi sepulto: Distat a continente CXXV mill. pass.

P. F. J. Gossellin, *Recherches sur la géographie systématique et positive des Anciens, tom. III, pag.* 64.

« Au lieu de CXXV mille pas que marquent nos éditions, il faut lire CCXXV mille pas = 2,000 stades, comme portent des manuscrits cités par Isaac Vossius (1). »

(1) Hanc emendationem confirmant, ut nobis videtur, sequentia Strabonis verba lib. XV, p. 766, in quibus eadem haec Ogyris insula Tu[illegible]νη vocatur: Ἀπὸ δὲ τῆς Καρμανίας εἰρήκασι, καὶ Νέαρχος, καὶ Ορθάγορας, νῆσον Τυῤῥίνην κεῖσθαι πρὸς νότον πελαγίαν ἐν δισχιλίοις σταδίοις. Ed. P.

EXCVRSVS XXX

Ad ea Plinii verba, lib. VI, cap. 33 :

Timosthenes totum sinum (Arabicum) quatridui navigatione in longitudinem taxavit, bidui in latitudinem, angustias VII mill. D pass. Eratosthenes ab ostio XIII mill. in quamque partem.

P. F. J. Gossellin, *Recherches sur la géographie systématique et positive des Anciens, tom. II, pag.* 159, 760, 162.

a ... On trouve dans Pline que Timosthène donnait à la longueur du golfe Arabique quatre journées de navigation et deux journées de largeur. Il est visible que ce passage est tronqué, puisque Timosthène n'aurait donné à ce golfe qu'une longueur double de sa largeur, tandis qu'il est sept fois plus long qu'il n'est large : d'ailleurs, il a dans cette première dimension quatre cents lieues en ligne droite, et aucun vaisseau ne pouvait les parcourir en quatre jours.

a Il faut donc reconnaître qu'il y a erreur dans le texte de Pline, où les copistes ont écrit *quatre jours* au lieu de *quarante jours*, comme Herodote (1) l'avait dit avant lui. Il est étonnant que les commentateurs ne se soient pas aperçus de cette méprise, puisque Pline (2) avait dit, quelques pages auparavant, que de son temps on employait encore environ trente jours pour se rendre de *Berenice* à *Ocelis*. Cette distance renferme un peu plus de deux tiers de la longueur du golfe; et l'on ne peut supposer que les navigateurs d'Alexandrie fussent moins habiles au temps de Pline, lorsqu'ils parcouraient continuellement cette mer et celle des Indes, qu'ils l'avaient été sous Philadelphe, trois siècles auparavant.

» Suivant Pline, Eratosthène donnait à chaque côté du golfe Arabique 4300 mille pas. Si on les réduit en stades à raison de huit pour un mille, comme Pline et Strabon (3) les comptaient, on aura 10,400 stades; et en les divisant par 700, valeur du degré du grand cercle selon Eratosthène (4), on trouvera qu'il avrait donné à ce golfe 14.° 51' 26" de longueur. Alors,

(1) Herodot. Euterp. lib. II, § 11, pag. 108.
(2) Plin. lib. VI, cap. 26, pag. 676.
(3) Strab. lib. VII, pag. 322.
(4) Voyez notre géographie des Grecs analysée pag. 7, 12.

en supposant *Heroopolis* à trente degrés de latitude, il s'ensuivrait que cette mesure prise en ligne droite, et même dans la direction du méridien, ne porterait encore l'embouchure du golfe qu'à 15° 8' 34" de latitude.

« D'Anville met ce détroit par environ 12° 15'; des observations plus récentes le fixent à 12° 30'. Ainsi Eratosthène se serait trompé au moins de 2° 38' 34" qu'il aurait retranchés de la longueur réelle du golfe.

« Saumaise (1) soupçonne, avec raison, qu'il y a erreur dans ce passage de Pline : il croit que cet auteur a écrit 1300 mille pas au lieu de 13,000 stades. Mais la méprise serait trop forte pour l'attribuer à Pline; nous sommes portés à croire qu'elle vient de la faute des copistes, qui auront écrit XIII mille pas au lieu de XVII mille pas, en prenant un V mal fait ou presque effacé pour un I. Les 1700 mille pas vaudraient 13,600 stades, et ne différeraient que de cent stades des 13,500 qu'Eratosthène, suivant Strabon (2), avait donnés pour la mesure du golfe. »

(1) Salmas. Exercitationes Plinianae pag. 875, 876.
(2) Eratosth. apud Strab. lib. XVI, pag. 768.

EXCVRSVS XXXI

Ad ea Plinii verba ,lib. VI, cap. 34:

Et tertiam (Berenicen), quae Epidires (cognominata est), insignem loco. Est enim sita in cervice longe procurrente, ubi fauces Rubri maris VII mill. D passuum ab Arabia distant. Insula ibi Cytis, topazium ferens et ipsa

P. F. J. Gossellin, *Recherches sur la géographie systématique et positive des Anciens, tom. II, pag.* 209-211.

1 Pline cite une ville de *Berenice* surnommée *Epidires*, qui, selon lui, était située dans la partie la plus resserrée du détroit. Le P. Hardouin (1), d'Anville (2) et d'autres modernes prétendent que cette *Berenice* est le même port que Ptolémée (3) nomme *Arsinoë*, et qu'il fixe près de l'embouchure du golfe. Mais Artémidore (4), dans son Périple, distingue formellement ces deux villes, et les met à une trop grande distance l'une de l'autre pour qu'on les puisse confondre. Suivant cet auteur, *Berenice* était dans la Sabée et plus au nord que *Saba*: elle était par conséquent à environ quarante-cinq lieues du promontoire *Dere* et à environ trente lieues d'*Arsinoë*. Comme il existait trois villes de *Berenice* sur les bords du golfe Arabiqua (5), on a pu donner à celle-ci, pour la différencier des autres, le surnom d'*Epidires* ou *voisine de Dire*, non pas pour annoncer précisément qu'elle était sur ce cap ni tout auprès, mais seulement pour faire entendre qu'elle en était moins éloignée que les deux précédentes. Il est très-vraisemblable que cette *Berenice* est la ville de Bailul d'aujourd'hui.

2 L'autorité de Pline sur l'emplacement de *Berenice Epidires* est d'autant plus faible, qu'il n'avait que des notions très-confuses sur ces parages. Il dit qu'elle n'était éloignée des côtes de l'Arabie que de 7,500 pas, tandis que la largeur entière du détroit, dans le lieu même où il est le plus resserré, est d'environ six grandes lieues marines valant 25,000 pas romains, et que cette mesure est d'accord avec les deux cents stades que Strabon lui donne

(1) Harduin. notae in Plin. tom. I, pag. 342, not. 2. Edit. nostr. p. 727, not. 11.

(2) D'Anville, Descript. du golfe Arabique, pag. 261, 262.

(3) Ptolem. Geogr. lib. IV, cap. 7, pag. 127.

(4) Artemid. apud Strab. lib. XVI, p. 773.

(5) Plin. loc. cit. pag. 727.

Digitized by Google

d'après Eratosthène (1). La largeur du détroit est divisée en deux par l'île Méhun ou Périm; la passe de l'est a toujours été la plus fréquentée par les Anciens et par les Modernes; elle n'a guère qu'une lieue et trois quarts, et cette étendue répond encore aux soixantes stades qu'Eratosthène (2), l'auteur du Périple (3) et Agathémère (4) assignent à ce qu'ils appellent proprement le Détroit. Ces soixante stades valent justement les 7500 pas de Pline; ainsi il prend ce canal pour la largeur entière de l'embouchure du golfe, et semble transporter *Berenice* dans l'emplacement de l'île Méhun.

a Pline ajoute que cette ville était voisine de l'île *Cytis*, dans laquelle on trouvait des topazes. Nous croyons qu'en voulant comparer ce que Juba et Archelaüs avaient écrit sur les topazes du golfe Arabique (5), Pline ne s'est point aperçu que le dernier de ces auteurs avait confondu *Berenice Epidires* avec *Berenice Troglodytica*, près de laquelle se trouvait l'île *Topazos*, fort célèbre autrefois, parcequ'elle fournissait cette pierre précieuse. Pline est le seul parmi les Anciens qui, sur la fois d'Archelaüs, ait parlé de l'île *Cytis*. Il est aussi le seul qui ait annoncé l'existence de deux mines de topazes dans le golfe Arabique; mais le silence d'Agatharchides, d'Artémidore et de Strabon sur un objet si recherché autrefois, nous persuade que Pline s'est trompé, en indiquant deux fois la même île près de deux villes qui portaient le même nom. a

(1) Eratosth. apud Strab. lib. XVI, pag. 769.
(2) Eratosth. ibid.
(3) Periplus maris Erythraei, pag. 14.
(4) Agathemer. Compend. Geogr. lib. I, cap. 3, pag. 8, inter geographos minores graecos, tom. II.
(5) Plin. loc. cit. lib. XXXVII, cap. 32.

EXCVRSVS XXXII

Ad ea Plinii verba lib. VI, cap. 34 :

Oppidum Aduliton..... abest a Ptolemaide quinque dierum navigatione..... ultra Isidis portus, decem dierum remigio ab oppido Adulitarum distans.

P. F. J. Gossellin, *Recherches sur la géographie systématique et positive des Anciens, tom. II, pag.* 219 *seqq.*

« Pline, en coplant les journaux des navigateurs de son siècle, dit que depuis Ptolemaïs jusqu'à la ville des Adulites ils comptaient deux journées (1) de navigation, et dix journées depuis la même ville jusqu'à un port nommé *Isis*, voisin du détroit.

« Pour savoir où ces données peuvent conduire, il faut rechercher ce que pouvait valoir la course journalière des vaisseaux que les Grecs entretenaient dans le golfe Arabique.

« Selon Hérodote (2), la longueur entière du golfe est de quarante jours de navigation. En prenant sur la carte moderne la distance depuis Suez, ou, si l'on veut, depuis Héroopolis jusqu'au détroit, on trouvera quatre cent quatre-vingt seize lieues marines le long des sinuosités de la côte. Mais, comme les navigateurs évitaient une partie des sinuosités, et que par ce moyen leur route s'accourcissait d'environ un quinzième, ... il convient de réduire la longueur entière du voyage à quatre cent soixante-trois lieues. Alors, divisant ce nombre par quarante, on trouvera que les vaisseaux dont parle Hérodote faisaient chaque jour environ onze lieue et demie.

« Suivant Pline (3), les vaisseaux qui partaient de *Berenice* se rendaient en trente jours environ, ou à *Ocelis*, aujourd'hui Ghéla, près de l'embouchure du golfe, ou à *Cane*, aujourd'hui Késem, sur les côtes de l'Hadramaüt. Comme ces villes sont assez éloignées l'une de l'autre, il faut s'arrêter au point intermédiaire de leur distance. Nous trouvons, depuis le port des Abissins jusqu'à ce point, quatre cent trois lieues, en y comprenant les

(1) Nos éditions portent *quinque dierum ;* mais c'est une faute, comme les distances le démontreront dans l'instant. Il faut lire *duorum dierum*. Nous appuyons d'ailleurs cette correction nécessaire sur l'autorité d'un manuscrit cité dans le Pline *Variorum*, tom. I, pag. 373.

(2) Herodot. Euterp. lib. II, § 11, pag. 108.

(3) Plin. lib. VI, cap. 26, pag. 676.

sinuosités: ainsi ; il faut les réduire à trois cent soixante-treize, et la marche moyenne des vaisseaux dont Pline a parlé répondra chaque jour à douze lieues et demie.

« Le milieu entre ces résultats établira donc avec beaucoup de justesse, ou du moins avec une très-grande approximation, la marche des navires des Grecs le long des côtes du golfe Arabique, à environ douze lieues par jours.

« Maintenant, si, pour les dix jours de navigation indiqués par Pline, nous mesurons cent vingt lieues sur la carte moderne, depuis l'embouchure du détroit, et en ayant égard aux réductions employées précédemment, nous serons conduits dans le fond du golfe de Matzua, près d'Arkiko, le port actuel de la contrée où se trouvent les ruines d'*Axum*.

« De même, si de ce golfe nous comptons vingt-quatre à vingt-cinq lieues en remontant au nord pour les deux autres jours de navigation donnés par Pline, nous arriverons au point où *Ptolemais* est venue se placer dans notre carte (1). Cet accord dans des mesures si différentes, si indépendantes les unes des autres, confirme à la fois et l'exactitude de nos combinaisons, et la nécessité de rétablir le texte de Pline suivant la leçon du manuscrit dont nous avons parlé plus haut. »

(1) Vid. oper. cit. tom. II, pag. 196, 197, et tabulam geographicam V. Eo. P.

EXCVRSVS XXXIII

DE HESPERIDVM ET DE FORTVNATIS INSVLIS.

Ad Plinii lib. VI, cap. 36 circa finem, et cap. 37 circa initium.

P. F. J. Gossellin, *Recherches sur la géographie systématique et positive des Anciens, tom. I, pag.* 148 *seqq.*

« Sébosus (1) dit que des îles Gorgones, en naviguant pendant quarante jours le long de l'Atlas, on arrivait aux îles Hespérides, situées à un jour de navigation du promontoire *du Couchant.*

« Dans ce passage Sébosus se trompe, en plaçant l'Atlas au-delà et plus au sud que les îles des Gorgones. Nous avons vu que cette chaîne de montagnes bordait toute la côte de la Mauritanie depuis le détroit. Ainsi, elle précédait le terme de l'expédition d'Hannon, que Sébosus confond ici avec le point de départ du nouveau voyage qu'il consultait; et il a joint bout à bout les deux itinéraires, faute de s'être aperçu qu'ils appartenaient aux mêmes contrées: la preuve en est évidente.

« Nous avons reconnu l'île des Gorilles, ou des Gorgones, à l'extrémité sud de la chaîne de l'Atlas, qui se termine à la rivière de Nun, après laquelle il n'existe plus que d'immenses plages sablonneuses; et comme Sébosus dit positivement que, pour arriver aux Hespérides, il faut naviguer quarante jours le long de l'Atlas, cette indication ne peut se rapporter qu'à la partie de la côte dominée par cette chaîne, et antérieure par conséquent à la rivière de Nun, où elle finit. Ainsi l'itinéraire dont il faisait usage, loin de commencer aux îles Gorgones, comme il le croyait, commençait au contraire vers le détroit, et conduisait directement aux îles Lancerote et Fortaventure, situées vis-à-vis l'extrémité de l'Atlas et du cap de Nun. Ces îles sont donc les Hespérides de Sébosus, qu'il place vis-à-vis le promontoire *du Couchant.* Il faut encore leur rapporter les deux Hespérides dont Pline parle immédiatement auparavant (2), et qu'il dit être au-delà des îles Gorgones, c'est-à-dire, de l'embouchure de la rivière de Nun. Quant au temps employé dans cette navigation, on conçoit qu'il pouvait varier de quelques jours en plus ou en moins, suivant l'habileté des pilotes, ou la force des vents qu'ils rencontraient.

« Sébosus nommait ensuite cinq îles nouvelles:

(1) Plin. loc. cit. pag. 750.
(2) Plin. loc. cit.

« *Iunonia*, éloignée de Cadiz de 750 mille pas.

« Au couchant, et à 750 mille pas de cette île, on trouvait *Pluvialia* et *Capraria*. La première n'avait point d'autre eau que celle des pluies.

« A 250 mille pas plus loin, sur la gauche de la Mauritanie et vers la neuvième heure du soleil, étaient les îles Fortunées. L'une s'appelait *Convallis*, à cause de sa convexité; elle avait 300 mille pas de circonférence: l'autre était nommée *Planaria*, parce que sa surface paraissait plane (1).

« Selon Sébosus, les deux îles fortunées se trouvaient donc à 1750 mille pas ou 464 lieues de Cadiz. Les Canaries sont moitié moins éloignées de cette ville. Mais il faut se rappeler ce que nous venons de dire, que Sébosus avait fait un double emploi dans ses distances itinéraires, en comptant deux fois l'intervalle compris entre le détroit et la rivière de Nun. Cette méprise est la cause de l'erreur que nous trouvons dans la mesure actuelle: pour s'en assurer, il suffira de prendre ses distances telles qu'il les donne.

« De Cadiz à *Iunonia* il compte 650 mille pas, qui valent cent quatre-vingt-dix-neuf lieues. A cent quatre-vingt-douze lieues de Cadiz en ligne droite, nous trouvons Graciosa, petite île très-voisine de Lancerote; et nous croyons qu'elle représente la *Iunonia* de Sébosus, qu'il distingue des Hespérides. On verra d'ailleurs cette petite île reparaître dans la suite: elle est désignée dans notre carte, d'après Juba, sous le nom de *Iunonia parva*.

« De *Iunonia* aux îles *Pluvialia* et *Capraria*, Sébosus compte encore 750 mille pas. Cette mesure, pareille à la précédente, conduirait vers le dix-neuvième degré de latitude, si elle devait être prise en ligne droite, comme il le croyait. Mais il n'existe aucune île à cette hauteur. D'ailleurs, *Capraria* et *Pluvialia* étant toujours comptées par les Anciens au nombre des îles Fortunées, ne peuvent appartenir qu'aux Canaries, où elles représentent Gomère et l'île de Fer. Celle-ci manque d'eau douce, et ne connaît que celle que les pluies lui apportent. Il est très-probable qu'elle devait à cette circonstance le nom de *Pluvialia* qu'elle portait autrefois.

« Il y a donc erreur dans la mesure de Sébosus, et elle existe particulièrement dans la direction qu'il lui donne. Nous pensons que sa mesure ne peut être qu'un produit de la somme des distances partielles prises d'île en île depuis Graciosa, le long des côtes de Lancerote, de Fortaventure, et de là à Canarie, à Ténériffe, à Gomère et à l'île de Fer. Mais, comme ces distances réunies ne donneraient encore que 375 mille pas, ou la moitié de la mesure de Sébosus, il faut reconnaître qu'il a cumulé l'allée et le retour de ce voyage, pour avoir trouvé 750 mille pas. Quelque étrange que semble cette méprise, elle reparaîtra encore dans la suite de ces Recherches.....

« La confusion que Sébosus a jetée sur les différents itinéraires qu'il cherchait à employer, autorise à croire que les 250 mille pas qu'il comptait depuis *Pluvialia* et *Capraria* jusqu'aux îles Fortunées, doivent partir également de Graciosa, et être comptés, comme les précédents, le long des côtes de Lancerote et de Fortaventure jusqu'à Canarie et à Ténériffe. Ces deux dernières représentent les deux îles Fortunées de Sébosus, qu'il place à la neuvième heure du soleil, c'est-à-dire, au sud-ouest de la Mauritanie.

(1) Plin. loc. cit. pag. 750, 751.

Les 250 mille pas qu'il donne sont leur distance réelle depuis Graciosa, et prise d'île en île, comme nous venons de l'indiquer.

s Le nom de *Convallis* ou de *Montueuse* paraît convenir à Ténériffe, qui renferme une des plus hautes montagnes du globe; mais il s'en faut près de moitié que cette île ait les 300 mille pas de tour que lui prête Sébosus. Le nom de *Planaria* a pu être donné à Canarie par opposition à la grande élévation de Ténériffe. Canarie n'est point plane, ni aucune des îles qui l'environnent.

u Juba le jeune roi de Mauritanie, plus à portée que les Romains d'obtenir des renseignements sur les îles Fortunées, les fit reconnaître par ses vaisseaux. Ce prince s'occupait d'ailleurs des progrès de la géographie. Mais, soit qu'il ait été mal secondé par les marins qu'il employait, soit que Pline ait mal conçu ce que Juba avait écrit, on verra que son itinéraire, tel que Pline nous le donne, est encore bouleversé.

« Il résulte, dit Pline (1), des renseignements que Juba s'est procurés, que les îles Fortunées sont situées au sud-ouest et à 625 mille pas des *Purpurariae*, et que, pour y aller de ces dernières îles, il faut naviguer, d'abord l'espace de 250 mille pas vers l'occident, et ensuite 75 mille pas à l'orient.

« La première de ces îles Fortunées s'appelle *Ombrios*. On n'y voit aucun vestige d'édifices. Dans ses montagnes il existe un étang, et des arbres semblables à la férule: les uns sont noirs, on en exprime une eau amère; les autres sont blancs, on en tire une eau agréable à boire.

« La seconde se nomme *Iunonia*; elle ne renferme qu'un petit temple bâti en pierres.

« Près de *Iunonia* est une autre île du même nom, plus petite.

« Ensuite vient *Capraria*, remplie de grands lézards.

« Vis-à-vis de ces îles est *Nivaria*, ainsi nommée des brouillards et des neiges qui la couvrent en tout temps.

(1) Plin. loc. cit. pag 751.

« Près de *Nivaria* est *Canaria*; elle doit son nom à la multitude de chiens d'une grandeur énorme qu'elle nourrit. . . . .

a Ces détails offrent une île de plus que celles dont Sébosus avait eu connaissance. On voit d'ailleurs qu'il n'est plus question ni d'Atlantides, ni d'Hespérides. Ces noms sont remplacés par celui de *Purpurariae*; et, comme Juba les met à l'orient des îles Fortunées, il n'y a point de doute que les *Purpurariae*, ne se rapportent à Lancerote et à Fortaventure, que les Anciens, comme nous l'avons vu jusqu'à présent, avaient toujours distingués des Fortunées proprement dites. D'Anville (1) en a jugé de même. Le nom de *Purpurariae*, donné à Lancerote et à Fortaventure, venait des établissements que Juba y avait formés pour la teinture en pourpre (2). On sait que les côtes des Canaries en général offrent en abondance des coquilles du genre des *murex* (3), qui fournissent cette couleur si recherchée parmi les Anciens.

» L'itinéraire de Juba, tel que Pline le présente, est susceptible de quelques observations.

» Il y est dit que des *Purpurariae* aux îles Fortunées il y a 625 mille pas; que pendant 250 mille pas on va vers l'occident, et pendant 75 mille pas vers l'orient. Ces deux derniers nombres ne font ensemble que 325, au lieu de 625 mille pas que Pline donne pour la distance totale. Ainsi, il y a erreur dans le texte de cet historien.

» D'un autre côté, on ne conçoit pas comment une navigation qui devait porter au sud-ouest, pouvait être dirigée en partie au couchant et en partie au levant. L'emplacement et la disposition bien connus des cinq îles les plus occidentales des Canaries les rangent toutes au couchant de Lancerote et de Fortaventure, avec une petite inclinaison au sud-ouest. Par conséquent un vaisseau, qui partirait de Fortaventure pour aller reconnaître toutes ces îles, suivrait une route toujours dirigée vers l'ouest, et ne naviguerait jamais à l'est, comme Juba l'avait cru. Il faut donc que, dans la combinaison de cette route, il ait commis une erreur semblable à celle de Sébosus, et qu'il ait cumulé deux itinéraires très-différents. Il est facile de le démontrer.

» La première partie, de 250 mille pas dans la direction de l'ouest, offre la mesure précise, en ligne droite, entre Lancerote et Palme, ou entre Fortaventure et l'île de Fer. Elle représente, par conséquent, la longueur totale du groupe des Canaries.

» La seconde partie, qui revient à l'est, ne peut être que le retour de l'itinéraire sur lui-même, comme sa nouvelle direction l'indique. C'est donc un double emploi, composé des distances respectives de chacune des îles, en commençant par la plus occidentale, où les premiers 250 mille pas nous avaient portés directement. La preuve en est que la somme des distances

(1) D'Anville, Géogr. anc. abrégée tom. III. pag. 117.
(2) Plin. lib. VI, cap. 36, pag. 750.
(3) D'Argenv. Conchyliol. pag. 82.

prises de l'Ile de Fer à Palme, à Gomère, à Ténériffe, à Canarie, à Fortaventure et à Lancerote est de 375 mille pas, et que cette somme, jointe aux 250 mille pas ci-dessus, complète les 625 mille pas que le texte de Pline donne à la totalité des mesures que Juba avait employées; d'où résulte la nécessité de corriger l'erreur de nos éditions, et de lire 375 mille pas (1) au lieu de 75 mille pas, pour cette seconde partie de la navigation.

« La direction que nous donnons à cet itinéraire, et l'emploi que nous faisons des mesures, sont d'autant plus certains, qu'ils placent ces îles dans le même ordre que Juba les avait mises; puisque, faisant toujours abstraction des deux *Purpurariae*, Canarie est nommée et placée la dernière, comme étant en effet la plus orientale et la plus éloignée de l'île de Fer.

« L'application des noms anciens aux différentes îles du groupe des Canaries a souffert quelques variations parmi les géographes. Si l'on excepte deux de ces îles, qu'il est facile de reconnaître, les autres n'ont conservé que peu ou point de vestiges de leur précédente dénomination.

« La première, et la plus éloignée de toutes, est appelée *Ombrios*, c'est-à-dire, *pluvieuse*. C'est la *Pluvialia* de Sébosus, ou l'île de Fer d'aujourd'hui. L'eau douce y est très-rare, comme nous l'avons observé. Juba remarque qu'il existe dans ses montagnes un étang, et des arbres dont on exprime de l'eau. Cet étang, sur lequel on paraît avoir débité des fables depuis bien des siècles, et que nos anciens voyageurs ont dit être entretenu par la distillation perpétuelle d'un arbre miraculeux, n'est vraisemblablement que le réceptacle de l'eau des pluies, entouré d'arbres qui retardent sa dessiccation en recevant une partie des vapeurs qui s'en élèvent, et en les lui rendant lorsque la fraîcheur des nuits les a condensées sous les feuilles.

« Après *Ombrios*, l'itinéraire nomme *Junonia* et *Capraria*; elles paraissent répondre à Palme et à Gomère. *Nivaria* se reconnaît dans Ténériffe, la seule de ces îles où l'on trouve de la neige. On dit d'ailleurs que *tener-iffe*, dans la langue du pays, signifie montagne de neige. (2) Enfin *Canaria* conserve encore son nom dans celui de Canarie.

« Dans cette nomenclature nous sommes d'accord avec d'Anville; mais nous avons laissé en arrière une seconde île nommée *Junonia*, que Juba dit être plus petite que la première, et qu'il place dans son voisinage. D'Anville n'en parle point, sans doute parce qu'ayant reconnu la grande *Junonia* dans l'île de Palme, et n'en trouvant pas d'autre dans les environs qui pût convenir à la petite *Junonia*, il aura cru que Juba avait nommé deux îles au lieu d'une.

« Cependant, il paraît certain qu'on doit aux recherches de Juba une île nouvelle, celle de Palme; et que depuis lui les Anciens ont connu deux *Junonia* parmi les Canaries. (3) Celle de Sébosus se trouve déterminée par une mesure exacte, qui ne permet pas de la confondre avec la grande *Ju-*

(1) Cette correction est autorisée, d'ailleurs, par une leçon apportée en marge du Pline *Variorum*, tom. I, pag. 383.

(2) Hist. gén. des Voyag. tom. II, pag. 236.

(3) Ptolem. Geogr. lib. IV, cap. 6, pag. 126.

nonia, que Juba indique à l'occident de Gomère et de Ténériffe. Nous croyons donc que la *Junonia* de Sébosus est la petite Ile du même nom dont Juba a voulu parler, et qu'il faut aussi la rapporter à Graciosa. La confusion qui régnait dans les itinéraires peut l'avoir induit en erreur, et lui avoir fait penser qu'elle était voisine de Palme, quoiqu'elle fût très-proche de Lancerote. Il y a même lieu de croire que dans la suite le nom de *Junonia* s'est communiqué à cette dernière île, et qu'on l'a confondue avec Graciosa.

EXCVRSVS XXXIV

Ad ea Plinii verba, lib. VI, cap. 38:

Polybius a Gaditano freto longitudinem..... ad orientem recto cursu Siciliam XII LX mill. D passuum, Cretam CCCLXXV mill. pass. Rhodum CLXXXIII mill. D pass. Chelidonias tantumdem: Cyprum CCCXXII mill. D passuum. Inde Syriae Seleuciam Pieriam CXV mill. passuum. Quae computatio efficit vicies quater centena XL mill. passuum, etc.

P. F. J. Gosselin, *Recherches sur la géographie systématique et positive des Anciens, tom. IV, pag.* 28 *seqq.*

« Selon Pline, Polybe comptait en ligne droite les distances suivantes dans toute la longueur de la Méditerranée. Nous y ajouterons leur réduction en stades, en comptant huit stades et un tiers pour le mille romain, suivant l'évalustion que paraît avoir suivi Polybe lui-même (1) dans la partie de son ouvrage que nous ne possédons plus.

« Du détroit de *Gades* au détroit de Sicile	1,260,500 pas	—	10,504 stades.
« Du détroit de Sicile à l'île de Crète	375,000	—	3,125
« De l'île de Crète à Rhodes	183,500	—	1,529
« De Rhodes aux îles *Chelidoniae* . .	183,500	—	1,529
« Des *Chelidoniae* à l'île de Cypre . .	322,500	—	2,687
« De Cypre à Séleucie en Piérie . . .	115,000	—	958
Total	2,440,000 pas	—	20,332 stades.

« Ces mesures prouveraient que les distances employées par Polybe seraient beaucoup trop faibles, et qu'il aurait donné à la Méditerranée un tiers d'étendue de moins qu'Eratosthène (2) ne lui avait fixé.

« Mais Polybe n'a pu commettre l'erreur qui résulte du texte de Pline. Ce texte est nécessairement inexact: pour s'en convaincre, il suffirait de lui

(1) Polyb. apud Strab. lib. VII, pag. 322.

(2) Eratosthène donnait 27,300 stades à la Méditerranée. Voyez notre Géographie des Grecs analysée.

comparer cet autre passage où le même historien dit que Polybe (1) comptait :

» De la mer Atlantique ou du détroit des Colonnes jusqu'à Carthage . . . . . 1100 m. p. — 9,167 stades.
» Et de Carthage à l'embouchure Canopique du Nil (2) . . . . . 1688 — 14,067

Total . . . . . 2788 m. p. — 23,234 stades.

» Il s'ensuivrait, en effet, que cette mesure partielle surpasserait déjà de plus de deux mille neuf cents stades la longueur entière que le texte de Pline donne au bassin de la Méditerranée.

» D'un autre côté le naturaliste romain, (3) en comparant la longueur de cette mer, donnée selon lui par Polybe, de 2440 mille pas, à celle donnée par Agrippa, de 3440 mille pas, dit qu'il soupçonne de l'erreur dans ce dernier nombre, parce qu'Agrippa compte 1250 mille pas entre le détroit de Sicile et Alexandrie.

» Il est vraisemblable que le doute de Pline venait de ce que les 1250 mille pas comptés par Agrippa pour un intervalle que Polybe réduisait à 683 mille pas ou 5,692 stades, comme l'ensemble de ses mesures le démontre, lui paraissaient trop forts, et lui faisaient croire qu'ils avaient influé, par la faute des copistes, sur la somme de 3440 mille pas, en la portant au-delà de ce qu'elle devait être. Mais nous ferons voir, lorsque nous traiterons du système géographique d'Agrippa, que les mesures de 1250 mille pas et de 3440 mille pas pouvaient exister dans son opinion, parce qu'il plaçait le détroit de Sicile plus à l'occident que Polybe ne l'avait fait; et il faut en conclure que l'erreur que Pline entrevoyait était dans l'exemplaire de Polybe qu'il avait sous les yeux, et non dans celui d'Agrippa, comme il le conjecturait.

» On peut s'en assurer encore par les rapprochements suivants. Si l'on s'en rapportait au calcul de Pline, Polybe n'aurait compté, depuis le détroit des Colonnes jusqu'en Crète, que 13,629 stades; au lieu que Strabon, en discutant l'opinion de cet auteur sur la distance qu'il mettait entre ce détroit et le Péloponnèse, c'est-à dire, le cap Téqare, qu'il plaçait sous la même longitude que la pointe occidentale de l'île de Crète, dit positivement que Polybe faisait cet intervalle de plus de 20,000 stades. Voici le passage de Strabon : (4)

(1) Polyb. apud Plin. lib. V, cap. 6, pag. 436.

(2) L'édit. *Variorum* et celle d'Elzévir portent 1630 mille pas; celle du P. Hardouin, 1528 mille pas. Il faut lire 1688 mille pas. Voyez notre Géogr. des Grecs analysée, pag. 14. — Et Excursum nostrum XIX.

(3) Plin. lib. VI, cap. 38, pag. 754.

(4) Strab. lib. II, pag. 105.

« Polybe, en critiquant Dicéarque, qui ne comptait que 10,000 stades du détroit des Colonnes au Péloponnèse, savoir 7000 des Colonnes au détroit de Sicile, et 3000 du détroit de Sicile au Péloponnèse, prétend qu'il y a plus de 7000 stades en ligne droite du détroit des Colonnes au détroit de Sicile.

« En effet, ajoute Polybe, la côte forme un angle obtus, dont les côtés aboutissent aux Colonnes et au détroit de Sicile, et qui a son sommet à Narbonne; de sorte que l'on a un triangle dont la base est une ligne droite tirée à travers la mer. Celui des côtés qui s'étend du détroit de Sicile à Narbonne est de plus de 11,200 stades; l'autre n'en a guère moins de 8000.

« Or, la plus grande distance de l'Europe à l'Afrique, selon l'aveu commun, n'est pas de plus de 3000 stades par la mer Tyrrhénienne, et le trajet est encore plus court par la mer de Sardaigne. Mais je veux, dit Polybe, que par cette mer il y ait aussi 3000 stades: si de ce nombre on prend 2000 stades pour la profondeur du golfe de Narbonne, on aura la longueur de la perpendiculaire tirée de l'angle obtus sur la base du triangle. Donc, selon ces mesures, la longueur totale de la côte, depuis le détroit de Sicile jusqu'aux Colonnes, ne surpasse que d'environ 500 stades la ligne droite tirée de l'un de ces points jusqu'à l'autre, à travers la mer. Joignez-y 3000 stades pour la distance du détroit de Sicile au Péloponnèse, et vous aurez une ligne droite de plus du double de la longueur assignée par Dicéarque.

« La résolution de ce triangle, en appliquant à ses côtés les nombres précédents, donnerait pour la longueur de sa base, c'est-à-dire, pour la distance du détroit des Colonnes au détroit de Sicile, 18,766 stades : si l'on y ajoute 3,000 stades pour l'intervalle entre le détroit de Sicile et le Péloponnèse, on aura 21,766 stades, et cette mesure, comme le voulait Polybe, sera de plus du double de celle que Dicéarque avait fixée pour le même espace ; mais en même temps elle se trouverait plus grande encore que la longueur entière que Polybe, suivant Pline, semblerait avoir assignée au bassin de la Méditerranée.

« Il est donc incontestable qu'il y a erreur dans le texte de ce dernier écrivain. Si les données du triangle étaient rigoureusement déterminées, elles suffiraient pour retrouver l'étendue précise de sa base ; mais, comme elles ne sont énoncées que vaguement, les 18,766 stades qui en résultent ne peuvent être pris que pour une approximation qui a besoin d'être confirmée ou rectifiée légèrement par un moyen quelconque ; et nous n'en trouvons pas d'autre que dans le texte même de Pline, où l'erreur ne peut exister que dans les chiffres du premier ordre.

« Nous pensons donc qu'une seule lettre numérale oubliée, ou dans l'exemplaire, ou dans l'extrait de Polybe, que Pline consultait, avait défiguré le passage dont il est question, et qu'il ne faut que la rétablir dans l'ouvrage de cet auteur, pour faire disparaître la méprise qu'elle a occasionnée. Le teste de Pline porte : *Polybius a Gaditano freto longitudinem... ad orientem recto cursu Siciliam* $\overline{XII}$ *LX mill. D passuum.* Nous proposons de lire : *Polybius a Gaditano freto longitudinem..... ad orientem recto cursu Siciliam* $\overline{XXII}$ *LX mill. D passuum.* (1)

« Cette correction fera disparaître la grande erreur que Polybe semblait avoir commise dans la longueur de la Méditerranée, et fixera la base de son triangle à 2,260,500 pas, ou 18,837 stades. Cette somme ne diffère que de 71 stades de celle que nous avions trouvée précédemment, en faisant usage des mesures approximatives que Strabon nous a conservées ; et leur accord est une nouvelle preuve que Polybe comptait le mille romain pour huit stades et un tiers.....

« Nous croyons (2) la correction que nous proposons de faire au texte de Pline pleinement justifiée, et par ce que nous avons déjà dit, et par les rapprochements suivants :

« 1° La longueur de la Méditerranée avait été fixée par Eratosthène (3) et par Hipparque (4) à 27,300 stades : Strabon, venu après Polybe, la faisait

(1) En toutes lettres, *vicies bis centena sexaginta millia quingenta passuum* — 2,260,500 pas, au lieu de *duodecies centena sexaginta millia quingenta passuum* — 1,260,500 pas, que portent à tort nos meilleurs manuscrits et nos meilleures éditions.

(2) Oper. cit. tom. II, pag. 19.

(3) Voyez notre Géographie des Grecs analysée, pag. 14 et 15, et les tableaux n. II et III.

(4) Voyez le premier volume des *Recherches*, pag. 34, 58, 60.

de 25,500; (1) Agrippa la portait à 27,520; (2) le texte de Pline semblerait la réduire à 20,332, (3) et une telle réduction n'aurait point d'exemple dans l'antiquité, puisque Marin de Tyr (4) et Ptolémée (5) attribuaient encore à cette mer 25,080 stades effectifs.

» 2° On se rappelle que d'après Pline même (6) Polybe établissait l'embouchure Canopique du Nil à 23,234 stades du détroit des Colonnes, et que cette mesure, prise en ligne oblique, fixe Canope et Alexandrie à 22,887 stades de longitude. Si donc la Méditerranée, dans toute sa longueur, en devait en avoir que 20,332, n'est-il pas évident, comme nous l'avons dit, qu'Alexandrie, le Nil, l'Egypte entière, se trouveraient transportés à 2,555 stades plus à l'orient que l'extrémité de cette mer ?

» 3° Il en serait de même des 22,500 stades que Polybe donnait à la distance du détroit des Colonnes au promontoire Malée, (7) puisqu'elle reléguerait le Péloponnèse dans l'intérieur de l'Asie à 2,168 stades des bords de la Méditerranée; et serait-il croyable que Strabon, en critiquant Polybe, eût négligé de relever une semblable méprise, si elle avait existé dans son ouvrage ?

» 4° La distance de 18,766 stades, ou plutôt de 18,837, qui résulte du triangle de cet auteur (8) entre le détroit des Colonnes et celui de Sicile, ne laisserait, en adoptant la leçon du texte de Pline, que 1,495 stades pour l'espace compris entre le détroit de Sicile et Séleucie en Piérie; quoique, d'après Pline même, (9) Polybe éloignât ces positions de 1,179,50° pas ou de 9,828 stades.

» 5° Enfin, puisque cet auteur employait encore, suivant Pline, 28,646 stades entre le détroit des Colonnes et le Bosphore Cimmérien, (10) et 4,168

(1) Voyez notre Géographie des Grecs analysée, pag. 63, 64, et le tableau n° V.

(2) Agrippa apud Plin. lib. VI, cap. 38, 3440 mille pas — 27,520 stades.

(3) Supra pag. 860.

(4) Marin. Tyr. apud Ptolem. Geograph. lib. I, cap. 12. — Il comptait 62 degrés d'intervalle entre *Calpe* et *Issus*, et évaluait en nombre rond le degré de longitude sous le trente-sixième parallèle à 400 stades; 62° X 400 — 24,800 stades. Mais, comme il aurait dû porter le degré à 404 stades environ, il s'ensuit qu'il employait réellement 25,080 stades dans la longueur de la Méditerranée.

(5) Ptolem. Geogr. lib. I, cap. 12. — Ce géographe suivait l'opinion de Martin de Tyr, et comptait par conséquent 62 degrés entre *Calpe* et *Issus*, quoique ses tables grecques actuelles ne marquent pour cet intervalle que 61° 30', et ses tables latines que 61° 60'. Geogr. lib. II, cap. 4; lib. V, cap. 8.

(6) Supra pag. 861.

(7) Polyb. apud Strab. lib. I, pag. 25.

(8) Supra, p. 862 et 863.

(9) Supra, pag. 860.

(10) Polyb. apud Plin. lib. VI, cap. 38, pag. 754

stades entre ce Bosphore et celui de Thrace, (1) sur lequel Byzance était située, ne s'ensuivrait-il pas, si Rhodes avait dû se trouver à 15,158 stades seulement des Colonnes, que Polybe aurait placé Byzance à 8,925 stades, ou 12° 45' plus à l'orient que Rhodes, tandis que l'opinion des Anciens a toujours été que ces deux villes se trouvaient à peu-près sous la même longitude.

« Nous pensons donc qu'il ne peut rester aucun doute sur la nécessité de corriger le texte de Pline. »

Quae sequuntur ex alio eiusdem P. F. J. Gossellin opere excerpta sunt nondum in lucem edito, quod quidem tradidit nobis vir ille obsequio modestiaque non minus quam summa doctrina commendabilis, si quid in eo utile Plinio nostro inveniremus, id insigni liberalitate nostrum faciens. Quam benevolentiam ne nostro damno et tuo, Lector optime, negligeremus summopere caventes, quae iam lecturus es addidimus, in quibus auctor priorem opinionem suam leviter emendando confirmat.

« Les erreurs de Dicéarque et d'Eratosthène sur la distance des détroits des *Colonnes* et de Sicile ne tardèrent pas à être reconnues, et Polybe en fit l'objet d'une discussion, en décrivant la Méditerranée dans des ouvrages qui ne nous sont point parvenus, mais dont Strabon et Pline nous ont conservé quelques fragments. Ce qui concerne l'intervalle des détroits paraît présenter chez ces deux auteurs une telle contradiction, que je ne puis me dispenser de m'y arrêter.

« On voit dans Strabon que Polybe avait critiqué Dicéarque sur ce que cet Ancien bornait à 7,000 stades la distance des deux détroits. Pour faire voir que cette distance devait être beaucoup plus grande, Polybe considère les côtes de l'Espagne, de la Gaule et de l'Italie comprises entre les détroits, comme formant un angle obtus à Narbonne, et comme étant les deux côtés d'un triangle dont la base serait une ligne droite tirée à travers la mer, depuis les *Colonnes* jusqu'au détroit de Sicile. Il donnait à l'un des côtés, depuis ce détroit jusqu'à Narbonne, *un peu plus* de 11,200 stades; à l'autre *un peu moins* de 8,000 stades; et, supposant 2,000 stades à la perpendiculaire qui, de Narbonne, tombait sur la base du triangle, il en concluait que les deux côtés réunis de ce triangle ne surpassaient que d'environ 500 stades la ligne qui séparait les deux détroits. Ainsi, l'on ne peut douter que leur intervalle ne fût, dans l'opinion de Polybe, au moins de 18,700 stades; et puisqu'il employait, comme on sait, un stade de 8 1/3 au mille romain, (ou de 625 au degré) cette distance, sous le 36e parallèle, représentait environ 37 degré, c'est-à-dire, 16 à 17 degré de plus qu'elle ne devait avoir. (2)

« Si l'on compare ce passage de Strabon avec celui où Pline (3) donne

(1) Polyb. apud Plin. lib. IV, cap. 24, pag. 236.

(2) Voyez le tableau n° I. — In opere citato tabula haec numerum III obtinet. En. F.

(3) Plin. loc. cit. — Voyez le tableau n° II.

en milles romains, et en six stations différentes, la longueur de la Méditerranée d'après Polybe, on trouvera que ce dernier auteur y borne la distance entre le détroit de *Gades* ou des *Colonnes*, et celui de Sicile à 1260 1/2 milles, ou 10,504 des stades précédents, c'est-à-dire, 24° 46' 25" au lieu de 37° 15' 13" qui résultent de la première combinaison.

« Voyons s'il est possible d'expliquer et de concilier ces contradictions, ou du moins d'en indiquer la cause.

« Pline, en disant que Polybe donnait à la longueur entière de la Méditerranée 2440 milles, ajoute qu'Agrippa portait cette mesure à 3440 milles, et il soupçonne une erreur dans ce dernier nombre, c'est-à dire, une différence de 1000 milles itinéraires dont l'intervalle des détroits se trouverait prolongé par la faute des copistes.

« Mais si l'on observe que l'usage constant d'Agrippa et de ses compatriotes était de compter le mille romain pour huit stades indistinctement, on reconnaîtra dans ces 3440 milles la traduction exacte d'une mesure de 27,520 stades, qui, à 220 stades près, est celle qu'Eratosthène avait donnée à l'étendue de la Méditerranée depuis les *Colonnes* jusqu'à *Issus*. Et si on prend ces stades pour ceux de 833 1/2, on aura, sous le 36e parallèle, 110° 49' 11", ou seulement 0° 31' 40" de moins que la distance connue. Ce n'est donc point dans la mesure générale d'Agrippa qu'on peut chercher l'erreur supposée par Pline, mais plutôt dans l'une des distances partielles indiquées par ce dernier auteur: c'est pourquoi, en rétablissant la carte de Polybe, j'avais cru devoir lire dans le passage du naturaliste romain 2260 1/2 milles, au lieu de 1260 1/2 (1), pour l'intervalle des détroits, afin d'accorder sa mesure avec celle de la base du triangle décrit par Strabon. Maintenant cette correction devient inutile, et je vais montrer que les 18,700 stades de Strabon, les 1260 1/2 milles de Pline, et les 2660 1/2 milles qui résultent du passage d'Agrippa pour la distance dont il est question, peuvent être ramenés aux mêmes éléments.

« Je dirai d'abord qu'il n'est pas croyable que Polybe, dans un même ouvrage, ait pu varier de plus des trois quarts sur une distance qu'il avait discutée avec soin; mais on peut admettre qu'à des époques différentes il avait publié deux descriptions de la Méditerranée, dont l'une a été connue de Strabon et inconnue à Pline, et dont l'autre a été inconnue au premier et connue du second. Il est remarquable en effet que Strabon ne rapporte point les distances que Polybe comptait entre le détroit de Sicile et l'extrémité orientale de la Méditerranée, quoique Pline les ait trouvées dans l'exemplaire qu'il avait sous les yeux; et ce qui est plus remarquable encore, c'est que Strabon ait complètement ignoré la relation publiée par Polybe (2) de son voyage le long des côtes occidentales de l'Afrique, dont Pline nous a conservé un extrait fort important, et d'où Strabon aurait tiré de nombreux secours pour décrire des contrées sur lesquelles il n'a pu donner que

(1) Voyez le second volume de mes Recherches, pag. 12, 13. — Supra, pag. 863.

(2) Polyb. apud Plin. lib. V, cap. 1. — Voyez mes Recherches, tom. I, pag. 106 et suiv.

des notions incertaines et presque aucun détail. Je crois donc qu'il nous manque deux ouvrages de Polybe sur la géographie, et que c'est là que se trouvaient séparément énoncées les mesures dont il est question. Le premier de ces écrits peut avoir été composé quand Polybe habitait encore le Péloponnèse; le second, à son retour de l'expédition contre Carthage, où il avait accompagné Scipion Emilien, et d'où il rapporta des connaissances entièrement neuves pour les Grecs comme pour les Romains, que jusqu'alors les Carthaginois avaient soigneusement écartés de toutes leurs possessions.

« Quoi qu'il en soit, en examinant les mesures que Polybe donne aux deux côtés de son triangle, et en les comparant surtout au peu de longueur qu'il attribue à la perpendiculaire tracée depuis Narbonne jusqu'à la base de ce triangle sous le 36e degré de latitude (1), on aperçoit bientôt que toutes ces mesures sont inexactes, et qu'elles sont combinées de manière à faire compter environ 18,700 stades (2) pour la base du triangle; d'où l'on peut inférer qu'un pareil nombre de stades était connu et servait avant Polybe pour exprimer la distance des détroits. En effet, 18,700 stades de 1111 1/9, portés sous le 36e parallèle, représentent 20° 48' 11", et diffèrent seulement de 0° 11' 5" de nos observations modernes, tandis que, si l'on évalue ces stades, avec Polybe, à 8 1/3 au mille romain, il en résulte, comme on l'a vu, environ 37 degrés; de sorte qu'en cherchant à corriger Dicéarque sur le peu d'espace que celui-ci avait mis entre les détroits, Polybe aurait fait leur distance beaucoup trop grande.

« C'est probablement à Carthage que l'intervalle des détroits fut donné à Polybe comme étant de 1260 1/2 milles ou de 10,504 stades (de 625). Il crut cette mesure beaucoup plus petite que celle de 18,700 qu'il avait adoptée auparavant; et il l'employa dans sa nouvelle description de la Méditerranée, consultée par Pline et ignorée de Strabon. La correction qu'il fit montre encore que Polybe, et les Grecs en général, n'avaient aucune idée de la diversité des stades. Cet auteur ne s'est point aperçu qu'il abandonnait une bonne mesure pour une autre également exacte, puisque 18,700 stades de 1111 1/9 en valent juste 10,519 de 625, et représentent aussi, comme je l'ai dit, 20° 48' 11" sous le 36e parallèle.

« Enfin les 2260 m. 1/2 que la mesure générale d'Agrippa fait compter pour l'intervalle des détroits, et que Pline croyait être une erreur considérable, étant multipliés par 8 1/3, comme les précédents, produisent 18,837 stades et ajoutent au nombre d'environ 18,700 donné par Polybe la fraction qui complète l'intervalle dont il est question, en le fixant à 20° 57' 20". Cette mesure ne diffère pas de deux minutes des observations les plus récentes: il est donc très-probable qu'Agrippa avait retrouvé dans quelque

(1) Polybe plaçait Narbonne à 39° 12' de latitude, quoique cette ville soit à 43° 11' 22": par cette seule erreur il dénaturait entièrement la forme des parties occidentales de la Méditerranée.

(2) Cette mesure de 18,700 stades n'étant qu'une approximation, j'ai cru devoir la compléter dans le Tableau n° I, en la portant à 18,837 stades, par les raisons que l'on verra bientôt.

ancien ouvrage la mesure entière que Polybe avait légèrement tronquée; car il était impossible à Agrippa de deviner les 137 stades ou les 16 milles 1/2 négligés par cet historien.

« Ces rapprochements font voir qu'il n'y a aucun changement à proposer dans les textes de Strabon et de Pline relatifs aux distances données par Polybe et par Agrippa pour l'intervalle du détroit des *Colonnes* à celui de Sicile, puisque la dissemblance apparente de leurs mesures vient de ce qu'elles s'y trouvent présentées sous des modules différents.

« J'ai dit que Strabon ne donnait pas les mesures d'après lesquelles Polybe (1) avait fixé les positions comprises entre le détroit de Sicile et l'extrémité orientale de la Méditerranée: il faut donc les prendre dans Pline. Je les emploie dans les Tableaux n. I et II, si ce n'est que, dans le premier je substitue à la distance rapportée par Pline, pour l'intervalle des détroits, celle de 18,700, ou plus exactement les 18,837 stades dont je viens de parler; et l'on voit que l'ensemble de ces mesures produisait pour la longueur entière de la Mediterranée 28,667 stades, ou 56° 41' 37", au lieu de 41° 24' qu'on lui connaît aujourd'hui. Ainsi, dans ce premier essai, Polybe prolongeait l'étendue de cette mer de 15° 20' 37", ou de plus d'un tiers au-delà de ses vraies limites.

« Dans le Tableau n° II, d'après les seules mesures de Polybe transmises par Pline, et sans y rien changer, la longueur de la Méditerranée se trouve réduite à 2440 milles, ou 20,334 stades, ou 40° 12' 49", c'est-à-dire, à 1° 8' 11" seulement de moins que l'intervalle connu entre les *Colonnes* ou Gibraltar et Séleucie en Piérie (2). Comment Polybe, tout en commettant des erreurs de deux ou même de trois degrés et demi sur des positions intermédiaires, est-il parvenu à connaître la longueur de cette mer avec tant d'approximation? Comment les matériaux, les itinéraires qu'il avait employés, sont-ils restés inconnus à tous les géographes grecs postérieurs? Ne doit-on pas croire que cette grande mesure, et particulièrement l'intervalle des détroits, lui avaient été communiqués pendant son séjour à Carthage, et qu'après la ruine de cette ville célèbre par l'étendue de son commerce, les connaissances que ses habitants avaient acquises par leurs longues navigations auront été anéanties par les Romains?

(1) Polyb. apud Plin. lib. VI, cap. 38, pag. 754.

(2) Pour éviter toute incertitude sur la valeur du mille dont Pline se sert ici, je crois devoir prévenir qu'il est indifférent, pour la conversion en degrés, d'évaluer le mille à 8 stades ou à 8 stades 1/3. Si on le compte de 8 stades, les 2440 milles ci-dessus donneront 19,520 stades olympiques, ou de 600 au degré, qui vaudront sous le 36e parallèle 40° 12' 49". Si l'on porte ces milles à 8 1/3 stades, on trouvera 20,334 stades de 625 au degré, qui, sous la même latitude, répondront aussi à 40° 12' 49". Je me sers ici du dernier de ces stades, parce que Strabon dit positivement que Polybe évaluait le mille à 8 stades 1/2; d'ailleurs on ne peut trouver les 18,700 stades de la base de son triangle que dans la conversion des stades de 625 en ceux de 1111 1/9.

« Alors on expliquerait comment Polybe, pour remplir l'intervalle du détroit de Sicile à Séleucie, aura repris les mesures partielles dont il avait fait usage dans sa première description, sans se douter qu'elles pouvaient se trouver évaluées en stades de différentes longueurs. C'est néanmoins ce qui est arrivé; et il en est résulté la mélange bizarre présenté dans les secondes parties des Tableaux I et II, où l'on voit les six stations indiquées par Polybe dans la Méditerranée, mesurées en stades de quatre modules inégaux. J'en indique la valeur, pour qu'on puisse comparer leurs résultats à nos connaissances actuelles. »

EXCVRSVS XXXV

Ad ea Plinii verba, lib. VI, cap. 38 :

Agrippa hoc idem intervallum a freto Gaditano ad sinum Issicum per longitudinem directam $\overline{XXXIV}$ *LX mill. passuum taxat, in quo haud scio an sit error numeri, quoniam idem a Siculo freto Alexandriam cursus* $\overline{XII}$ *L mill. pass. tradidit.*

P. F. J. Gosselin, *Géographie des Grecs analysée*, p. 112, *not.* 2.

« Cette mesure réduite en stades, à raison de huit pour un mille, comme Pline les compte toujours, fait 27,520 stades, ou 29° 18' 51" en les supposant mesurés sur une carte à *projection plate*; et, comme la différence entre le méridien de *Calpe* et celui d'*Issus* est de 41° 30', l'erreur d'Agrippa est de 2° 11' 9". On peut voir que l'erreur commise par Strabon a été de 5° 4' 17".

« Quant à l'erreur dont parle Pline, si ses termes sont bien exacts, il y a apparence qu'Agrippa aura mal compris l'auteur qui lui fournissait ce passage, et qu'il fallait y lire ou du moins entendre que cet intervalle devait être compté du *détroit de Sicile* au *méridien d'Alexandrie*: car il est remarquable que ces 1250 mille pas, mesurés sur une carte à *projection plate*, valaient 14° 17' 8", et que ce n'est que 5' 38" de moins que la distance connue aujourd'hui entre ces deux méridiens: d'où on peut conclure qu'il n'y avait point d'erreur dans le passage rapporté par Pline. »

EXCVRSVS XXXVI

Ad ea Plinii verba, lib. VI, cap. 39 :

His addemus etiamnum unam graecae inventionis sententiam, etc.

P. F. J. Gossellin, *Géographie des Grecs analysée*, *pag.* 51.

« Nous pensons que les tables rapportées ici par Pline pourraient appartenir à Hipparque; il n'en cite point l'auteur, mais il dit qu'elles sont l'ouvrage des Grecs, et nous ne voyons qu'Hipparque à qui on puisse en attribuer au moins l'origine. »

Digitized by Google

TABVLA

RERVM QVAE IN HOC SECVNDO VOLVMINE CONTINENTVR.

F. Ansartii Praemonitio . . . . . pag. 7
Hist. Nat. liber III . . . . . » 9
—— —— liber IV . . . . . » 213
—— —— liber V . . . . . » 389
—— —— liber VI . . . . . » 567
Excursus I de mensibus Aegyptiacis . . . . . » 745
Excursus II. — De situ Paradisi terrestris Disquisitio, sive de Plinii cum Mose convenientia in Paradisi fluminibus indicandis . . . . . » 747
Excursus III de variorum stadiorum, apud geographos latinos, confusione . . . . . » 775
Excursus IV ad ea Plinii verba, lib. III, Prooem. pag. 10 et 11: « Quindecim M. pass. in longitudinem, quas diximus, fauces Oceani patent, etc. » . . . . . » 778
Excursus V ad ea Plinii verba, lib. III, cap. 3, pag. 18: « Carteia, Tartessos a Graecis dicta. » . . . » 780
Excursus VI ad ea Plinii verba, lib. IV, cap. 17, pag. 270: « Thessalonica, liberae conditionis. Ad hanc a Dyrrachio CXIV mill. pass. » . . . . . » 783
Excursus VII ad capita 27 et 28 lib. IV Plinii, pag. 339-348 . . . . . » 784
Excursus VIII ad ea Plinii verba, lib. IV, cap. 30, pag. 351: « Circuitu vero patere (Albion) tricies octies centena viginti quinque M. Pytheas et Isidorus tradunt. » . . . . . » 799
Excursus IX ad ea Plinii verba, lib. IV, cap. 30, pag. 351: « Agrippa longitudinem (Britanniae) DCCC M. pass. esse, etc. » . . . . . » 800
Excursus X ad cap. 30, lib. IV, pag. 352: « De

insulis circa Britanniam et in Germanicum mare sparsis. » . . . . . pag. 801
Excursus XI ad initium cap. 35, lib. IV, pag. 376: « A Durio Lusitania incipit, etc. » . . . . . » 805
Excursus XII ad ea Plinii verba, lib. IV, cap. 35, pag. 378: » XIV M. pass. inde ad Pyrenaeum medium colligi Varro tradidit. » . . . . . » 808
Excursus XIII ad ea Plinii verba, lib. IV, cap. 35, pag. 381: « Oppida: Ossonoba, Balss. » . . . . . » 809
Excursus XIV ad ea Plinii verba, lib. IV, cap. 35, pag. 384: « Lusitaniam cum Asturia et Gallaecia patere longitudine DXL M. passuum, etc. » . . . . » 810
Excursus XV ad ea Plinii verba, lib. IV, cap. 35, pag. 384: » Omnes autem Hispaniae, a duobus Pyrenaei promontoriis per maria, etc. » . . . . . » 811
Excursus XVI ad ea Plinii verba, lib. IV, cap. 36, pag. 385: « Ab ostio freti passuum XXV mill. Gadis. » . . . . . » 813
Excursus XVII de insula Gadi, quae et Cotinussa, de insula Erythia, quae et Aphrodisias, et Iunonia, et de earum mensuris . . . . . » 814
Excursus XVIII ad ea Plinii verba, lib. V, cap. 1, pag. 395: « Scipione Aemiliano res in Africa gerente, Polybius Annalium conditor, etc. » . . . . » 819
Excursus XIX ad ea Plinii verba, lib. V, cap. 6, pag. 429: « ..... ab Oceano ad Carthaginem magnam XI mill. pass., etc. » . . . . . » 829
Excursus XX ad ea Plinii verba, lib. V, cap. 10, pag. 442: « Originem (ut Iuba rex potuit exquirere), etc. » . . . . . » 830
Excursus XXI ad ea Plinii verba, lib. V, cap. 13, pag. 458: » Syria littus occupat, quondam terrarum maxima, etc. » . . . . . » 831
Excursus XXII ad ea Plinii verba, lib. VI, cap. 21; pag. 622: « ..... Indorumque gens incipit, non Eoo tantum mari adiacens, etc. » . . . . . » 832
Excursus XXIII ad ea Plinii verba, lib. VI, cap. 21, pag. 622: » ..... Quaeque pars (Indiae) orienti adversa recto praetenditur spatio, ad flexum et initium Indici maris, etc. » . . . . . » 833

Excursus XXIV ad ea Plinii verba, lib. VI, cap. 24, pag. 642: « Eratosthenes et mensuram (Taprobanes) prodidit, longitudinis VII M. stad. latitudinis quinque M. » . . . . . pag. 838

—— Ad ea Plinii verba eiusdem cap. pag. 647: « Sed ne Taprobane quidem, quamvis extra orbem a natura relegata, nostris vitiis caret. » . . . . . » 840

Excursus XXV ad ea Plinii verba, lib. VI, cap. 25, pag. 654: « Inde posuere Arbiorum gentem per CC mill. » . . . . . » 841

Excursus XXVI ad ea Plinii verba, lib. VI, cap. 26, pag. 655: « Onesicriti et Nearchi navigatio nec nomina habet mansionum, nec spatia. » . . . . . » 842

Excursus XXVII ad ea Plinii verba, lib. VI, cap. 28, pag. 666: « Persicum introitum V mill. passuum latitudinis, alii quatuor fecerunt. » . . . . . » 843

Excursus XXVIII ad ea Plinii verba, lib. VI, cap. 28, pag. 666: « Onesicritus et Nearchus ab Indo amne in sinum Persicum, etc. » . . . . . » 844

Excursus XXIX ad ea Plinii verba, lib. VI, cap. 32, pag. 697: « Insula in alto obiacet Ogyris, clara Erythra rege ibi sepulto, etc. » . . . . . » 847

Excursus XXX ad ea Plinii verba, lib. VI, cap. 33, pag. 705: « Timosthenes totum sinum (Arabicum) quatriduí navigatione, etc. » . . . . . » 848

Excursus XXXI ad ea Plinii verba, lib. VI, cap. 34, pag. 711: « Et tertiam (Berenicen), quae Epidires (cognominata est), etc. » . . . . . » 850

Excursus XXXII ad ea Plinii verba, lib. VI, cap. 34, pag. 712: « Oppidum Aduliton..... abest a Ptolemaide quinque dierum navigatione, etc. » . . . . . » 852

Excursus XXXIII de Hesperidum et de Fortunatis insulis . . . . . » 854

Excursus XXXIV ad ea Plinii verba, lib. VI, cap. 38, pag. 736: « Polybius a Gaditano freto longitudinem..... ad orientem recto cursu Siciliam XII LX mill. D passuum, etc. » . . . . . » 860

Excursus XXXV ad ea Plinii verba, lib. VI, cap. 38, pag. 737: « Agrippa hoc idem intervallum a freto

Gaditano ad sinum Issicum per longitudinem directam XXXIV XL mill. pass. taxat, etc. » . . . . . pag. 870
Excursus XXXVI ad ea Plinii verba, lib. VI, cap. 39, pag. 739: « His addemus etianum unam graecae inventionis sententiam, etc. » . . . . . » 871

FINIS SECVNDI VOLVMINIS.

Facultate obtenta.

570047

DE POLYBE.

POSITIO ANCIENNE selon Pol	ERSION ILLES u PRÉCÉDENTS egrés.	DISTANCE TOTALE d'après la conversion.	DISTANCE TOTALE selon les modernes.	DIFFÉRENCE ou ERREURS.
		D. M. S.	D. M. S.	D. M. S.
Détroit de C		0. 0. 0.	0. 0. 0.	0. 0. 0.
Détroit de S	e 1144 $\frac{1}{9}$ st.	20. 57. 20.	20. 59. 16.	— 0. 1. 56.
Ile de Crète	e 500	28. 40. 51.	28. 50. 1.	— 0. 9. 10.
Rhodes. . .	e 500	32. 27. 39.	33. 32. 22.	— 1. 4. 43.
Iles *Chelidon*	e 600	35. 36. 46.	35. 39. 56.	— 0. 3. 10.
Ile de Cypr	e 1111 $\frac{1}{9}$ . . .	38. 35. 51.	37. 45. 51.	+ 0. 50. 0.
Séleucie en	de 500	40. 58. 33.	41. 21. 0.	— 0. 23. 27.

DE POLYBE.

POSITIO ANCIENNE selon Pol	ERSION ILLES u PRÉCÉDENTS egrés.	DISTANCE TOTALE d'après la conversion.	DISTANCE TOTALE selon les modernes.	DIFFÉRENCE ou ERREURS.
		D. M. S.	D. M. S.	D. M. S.
Détroit de C		0. 0. 0.	0. 0. 0.	0. 0. 0.
Détroit de S	de 625 st. . .	20. 16. 25	20. 59. 16.	— 0. 42. 51.
Ile de Crète	e 500	28. 29. 56.	28. 50. 1.	— 0. 20. 5.
Rhodes. . .	500	32. 16. 44.	33. 32. 22.	— 1. 15. 38.
Iles *Chelidon*	l 600	35. 25. 51.	35. 39. 56.	— 0. 14. 5.
Ile de Cypre	de 1111 $\frac{1}{9}$ . . .	38. 24. 56.	37. 45. 51.	+ 0. 39. 5.
Séleucie en	de 500	40. 47. 38.	41. 21. 0.	— 0. 33. 22.

BIBLIOTECA NAZIONALE VITTORIO EMANUELE III NAPOLI

Digitized by Google

Digitized by Google

NIOLA CARMELA
LEGATORIA
Via G. [illegible] NAPOLI
Digitized by Google